Digitized by Google

8
2-d
3

7
10 MC
24

E Bibliotheca
ALOISII MARSUZ
JACOBI F.
Advocati Romani

74
F
109

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Notae Luc. Holstenij pag. 639. 640.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THOMÆ REINESII D.

VARIARUM LECTIONUM LIBRI TRES:

IN QVIBUS DE SCRIPTORIBUS ſacris & profanis claſſicis plerisq; diſſeritur: loca obſcura multa illuſtrantur, difficilia explicantur, corrupta emendantur: recentiorum etiam qvorundam circà ea fruſtrationes, Interpretumq; in qvàmplurimis Græcis alucinationes notantur.

Adjecti ſunt Indices neceſſarii.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum gratia & privilegio Sereniſſ. Elect. Saxoniæ ad annos X.

Venundantur Francofurti ad Mœnum & Lipſiæ in officina JOHANNIS PRESSI.

ALTENBURGI,

Imprimebat Otto Michael.

ANNO M DC XL.

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DN. FRIDRICO WILHELMO,

SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC MONTIUM DUCI, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, COMITI MARCÆ ET RAVENSBURGI, DOMINO IN RAVENSTEIN, &c. DOMINO MEO CLEMENTISS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sal. & Incolumitatem.

LITERARUM in quovis genere gloriam ſummi Reges & Principes ſemper non tantùm adfectarunt, ſed & poſſederunt, palmamque ex iis artium profeſſoribus ipſis fecerunt ambiguam, etiam ea ſciendo ad quæ ob tenuitatem & ſcrupuloſitatem de regali faſtigio eos non deſcendere convenire videretur. ALEXANDER, quem ob rerum geſtarum magnitudinem & felicitatem inæſtimabilem, reſpondentem conſiliis & virtutibus ejus pro norma conſtitui Principibus ſcimus, magiſtro Ariſtotele in arte medica, quam ſervi apud Romanos factitarunt, tàm excelluit ut ægrotantibus amicis medicamenta præſcribere, medicumque Pavſaniam Cratero è comitibus ejus uni languenti helleborum propinare volentem de recto uſu commoda monere potuerit: tanta ſcientiæ fiducia ut errata in victûs ratione, abſente medico

 Glau-

Glauco, admissum ab Hephæstione febricitante statim agnoverit, & quia fatale amicissimo suo contigisset istum malè curati officii reum in crucem agi jusserit. De PTOLOMÆIS Ægypti regibus LAGIDE, PHILOMETORE, EVERGETE II. Aristarchi nominatissimi Gramm. discipulo tralatitium est ex *Arriano, Plinio & Athenæo* ita literis valuisse, ut historias conscriberent, quæ una omnium secundum sapientes difficilima provincia est, & nonnisi à doctissimis, eloquentissimis, civilium, bellicarum, omniumque adeò magnarum rerum intelligentibus præclarè obitur. ARCHELAUS, ATTALUS & HIERON de re rustica, tàm remota à regibus quàm ligones sceptris dissimiles, tradiderunt. C. JULIUS CÆSAR præterquam rerum suarum commentarios, quos *rectorum, venustorum*, & *valdè probandorum* elogio etiam M. TULLIUS non semper æqvus ejus æstimator, plerunque subinvidus ornavit, *duos de Analogia libros* in transitû Alpium cum conventibus in Galliâ peractis ad exercitum rediret, quasi cum curis ordinandi provincias, imperandi exercitib. cum scientia castrametationis & hybernorum statuendorũ non disconveniret studio Grammatices & Latinæ linguæ conscripsit. Circà VESPASIANUM Pliniana contestatio cuinam ignota est, eum præterquam Fortunæ amplitudine & honoribus meritisque de REP. *alia via occurrere ingentem & longiùs submovere ingenii fascibus?* cui nõ audita D. ADRIANI cum quovis doctorum genere de eruditione certamina? MARCI verò ANTONINI non certamina, sed confessa omnibus & probata in quavis doctrinâ eminentia & adclamantibus universis triumphi? TACTICA seu scientia rei militaris armorum & motuum bellicorum, instruendarumque acierum, cujus præcepta luculentissimè Græ-

Græco idiomate tradiderunt fortissimi Impp. LEO & MAURICIUS, prodit homines fuisse literis benè-penitus imbutos & in utramque partem & manu in exemplum agendi & calamo præcipiendi quàm maximè expeditos. Propiora tempora si considerare lubeat inter Duces magnos non infrequentiores literatos & amatores literarum observabimus: conspicui sunt ALFONSI, EDOARDI, JACOBI, FRANCISCI, Arragoniæ, Britanniæ & Franciæ: JOH. PICI, JOH. FRANCISCI PICI, ALBERTI PII, Concordiæ & Carporum Principes; quorum monumenta cedro dignissima & præconia verissima omnem doctrinam liberalē ultrà quàm majestas postulabat adsecutos fuisse loqvuntur. Eodem judicio illustriū animarum de literis factum est, ut qui elucubrassent quidquam principib. potiùs quàm aliis id nuncuparent, tanquam proprium gentile & domesticum; idque antiquissimum institutum fuit, & à primis inde literarum incunabulis observatum constantissimè. Vitruvius POLLIO suos *de architectura* commentarios AUGUSTO Imp. cui commendatione Octaviæ sororis innotuerat: Diophanes Nicæensis epitomen voluminum XXVIII. *de agricultura*, quæ Cassius Dionysius Uticensis è Magone Pœno Græcè verterat, DEIOTARO, regi Galatarum: Oppianus Cilix *Halievtica*, *Cynegetica & Ixevtica*, h. e. *de piscatura venatione & aucupio* hexametro conscriptos libros M. ANTONINO, sive quod alii volunt, SEVERO Imp. dedicavit tanto favore ut cum auscultante Imp. recitarentur pro quovis versū staterem aureum accipere mereretur. THEODOSIUS Impp. Christianorum maximus Decii AUSONII, Viri Consularis & Poëtæ emendatissimi, quo præceptore usus fuerat, carmina singulari epistola autographa *privatæ*

 inter

inter ipsos caritatis jure sibi mitti postulavit, *secuturum ita*, dicens, *exempla auctorum optimorum, qui Octaviano Augusto rerum potienti certatim sua opera tradebant, nullo fine in ejus honorem multa condentes.* Unde honorificum putasse intelliguntur, literas sibi dicari, à literatis ambiri, adiri, prensari etiam gloriosum. De NICOLAO PONT. MAX. QVINTO uno omnium doctissimo & cujus munificentia literæ in hanc Europam barbarie & ignorantia horridam revocatæ sunt & sapientiæ ista caligo eruditæ doctrinæ velut serenitate depulsa, ferunt, molestè tulisse, *versari in Urbe sua eruditos & à se nesciri*; non adire se qui tantum ingeniis faveret eos quicunq; ingenii supellectile instructi essent & in Musarum castris quodcunq; nomen mererent. Quantò justiùs SERENISSIME PRINCEPS, Tu mihi succenseas, si tot nominibus TIBI devinctus labores industriæ meæ ad rem literariam quavis ratione spectantes sine præscriptione illustris Nominis tui inauspicatò prodire committerem? si TE, qui quàm speciosa sint æternitatis instrumenta literæ, & nosti optimè, & eas venereris inprimis, nostræ literæ insolenter & rusticè præterirent? Accommodatum v. hoc alloquii genus mihi visum fuit huic etiam tempori felicissimo imperii tui natali, quo justis defuncto FRATRI splendidissimè peractis habenas Principatûs heres ex asse capessivisti, & tenes ex hoc integerrima autoritate: teneas, DEO faciente, quàm felicissimè, quàm diutissimè! & invicta dextera gubernes! Nihil quidem honoris addidit TIBI ὀνθρονισμὸς iste; tanta nobilitas est originis tuæ: tantum Virtutes merebantur tuæ; *nec potest Fortuna Numini suo imputare quod tuum est omisso ambitu & sine suffragatione*: sed hoc tamen contulit, ut nunc prodesse tantundem posses quantum velles & tribuere devotis TIBI servis Princeps, quod privatus optaveras: quæ

magna

magna & admiranda felicitas est. Non sperabas isthæc summa, sed habebas & ortus tui sublimitate fultum verticem tenebas Fortunæ: quippe competebat paternos fraternosque Lares videre successorem, quem decessori fratrem Fata tribuissent. Tirocinia virtutum tuarum, boni gentilis & genuini, non adventitii, si majores tuos suprà humana omnia consistentes consideremus, Fortitudinis, Prudentiæ, Justitiæ, Temperantiæ, & quæ una eas omnes continet Pietatis & Innocentiæ, senserunt castra; creverunt eæ militando & belli periculis: hostem stupefecerunt & conciliarunt TIBI etiam adversarios & infestos: delectarunt tribunos & gregarios milites; nunc eas à castrorum missione REIP. & subditis tuis imperti togatis & tranquillitate, cujus quærendæ caussa tot labores, & discrimina subisti, tot exhausisti & vitæ & juventutis prodigus ærumnas, eosdem recrea. Accipe, sis, intimam sensuum nostrorum confessionem; omnia summa, lætissima, optima à TE expectamus, sola expectatione opis tuæ vivimus, qui ea non tantùm ostendisti ut sperare, sed & initiis faustissimis jam tum fecisti, ut obtinere concupita quæque possemus. Quantis Tu rebus pavxillo tempore auxisti & ornasti Rempublicam? Videbatur, non imperantum, sed imperiis inobedientum culpâ, aliquid etiam à Fato in sceleratos mores supplicii manasse credibile est, omne jus fasque everti, exulare æquitas, veritati obduci nubes: adfligebat optimum quemque factionum metus & dolor communis; TE ad clavum admoto *redeunt Saturnia regna*, Justitia reflorescit, æqvum bonumque revocatur, mendacia conticescunt; sentit enim obstructas aures adulator; sic mali qui fuêre bonos facis & bonos quos concusserant mali securos, rectosque & vividos animos non contundis & deprimis sed foves & attollis, ut beneficiis tuis

coru-

coruscent & judicio tuo floreant, mussante Invidiâ; & spe gaudioque non diffluamus? Utilitatibus fisci & tot sine nominibus capturis contumaciter aderant fronte gravi & tristi supercilio quos necessitas constituebat & miseria publica, tremebantque ad indictionum creberrima fulmina provinciales: tua benignitate & frugalitate factum est ut collationes remissæ sint, dispuncta aliquot annorum reliqua, temperatæ collectiones, minuti sumtus, & cum tàm multa largiaris, nihil abstuleris, procul omni cupiditate privata capiendi, omnia tamen tibi supersint, & gravissimis impendiis è domanio sufficias. In Ecclesiarum & scholarum tuarum agellis multum infelicis lolii plurimorum retrò remissione succreverat: ipsi earum parietes ac tecta labe temporum fatiscebant, nutabant, defluebant; quanta sollicitudine jussisti, quanta prudentia confecisti ut sarrirentur, & extirpatis offendiculis vel reducerentur sani mores vel collapsa disciplina repararetur; è quibus consiliis elucet, TE, uti de communi omnium vita curam geris, ita ad æternam illam omnibus promotorem esse velle. Templa cum ipsis fundamentis excitari videmus, & consurgere nova sive adprobationibus sive jussionibus tuis, quas inter Principales dispositiones summis REIP. constituendæ & gubernandæ provisionibus occupatas divini NUMINIS honoribus & cultui invigilare inprimis tuæ de PIETATE AD OMNIA UTILI quotidianæ, secretæ, publicæ, perpetuæ professioni maximè convenit. In Curias, Societates, Corpora civium tuorum irrepserant quæ tacere præstaret, quàm eloqui, peculatus, rapinæ, iniquitates, incuriæ, simultates, desidia, licentiæ, contumaciæ, dedignatio parendi & aperti interdum furores; ea omnia autoritate tua extincta excisaque sunt, & provida severitate tua emendata, & composita tua felicitate, ut novum

vum seculorum ordinem cum his Principatus tui exordiis nobis non iturum aliquando spondere possimus, sed plenis velis remisque agi, ferri, currere, hoc ipso momento sentiamus. Quantum est quod familias rusticas, piaculares victimas militaris insolentiæ, imbellem misellamque plebem, tuo tanquam alicujus è machina DEI superventu, nefariis latronum perditissimorum manibus sæpiùs eripuisti; quòd terrore alacritatis & nominis tui à reculis & pecudibus cujusvis injuriis & libidini expositorum agricolarum prædatorias manûs vel compressisti vel exterminasti, & securitatem, quantam hæc calamitosa tempora capiunt, indultu præsentiæ tuæ omnibus in urbe in agro æquè amplissimorum consiliorum & fortitudinis fructum peperisti. In eodem genere vel ante omnia ponendum est, quod tàm magnifica, tàm præclara, tàm utilia reformatione depulsis priorum temporum malis præstiturus REIP. à TEIPSO incepisti: non quia indigeres emendatissimæ vitæ antè, sed ut quia sciebas *exemplo juberi blandissimè* vitia priùs ultrò rejiceres quàm alienis corrigendis curam adjiceres & ut à TE & ex domo tua ad lares privatorum æmulationes virtutum modestiæ & tranquillitatis dimanarent & legibus obtemperare discerent subditi, quibus DOMINUM qui revera esset solutum esse nolle viderent. *Ἄρχων ἄριστος, ὅς ἂν ἑαυτοῦ πρότερον ἄρχῃ*: *Apollonius ad Valerium.* Mores aulæ tuæ & Juventutis quàm formasti? Gravitatis, humanitatis, magnificentiæ, frugalitatis, vigilantiæ, continentiæ, integritatis, laboris, patientiæ & cæterarū pulcerrimarum rerum exemplis abundat, postquam detersus situs est, quem pauci quidā adfricuerant. Hæc benefacta tua sunt, PRINCEPS OPTIME, quæ nunc quasi per satyram attrectavimus: separatè enim enarrari nequeunt; sed veniet celebrandis suum tem-

 pus:

pus: quibus REMP. & NOS in ea TIBI obligasti; quæ singulari NUMINIS favore etiam indignis NOBIS obtigisse fatendum est. Talem enim DEus immortalis rerum omniũ sator propitius TE nobis dedit, & siderum semper-beneficorum concentus ac serenitas: talem divini genuere parentes; talem polivére doctores sapientiæ, quibus TE semper dedisti, quos vel primo nascentis imperii die oblatos tibi in usu habes, tantis virtutibus præditos ut non pro copia sumti, sed ex copia videantur optati; vel non deteriores postea legisti: & cum duplex fuerit iste dilectus, unus è judicio, alter è Fato, incertum meliores arcanorum tuorum consiliarios sapientia tua quæsiverit, an Fortuna concesserit, cum tales vel acceptos habeas vel repertos ut & illi meruerint teneri, & isti debuerint cooptari: Macte, PRINCEPS, hisce bonis, & cursum secundum hosce tene: Summa verò illa Majestas vos circumplexa tueatur universos ac singulos; faveat istis beneficiis & addat muneribus suis optimoq; quod largita est perpetuitatem, ut sub tutela & consiliis vestris spiritum & sanguinem Patria, & patriam Religio, Honestas, & Studia liberalium artium recipere possint & obtinere. Alii alia, ut varii sunt in eligendo & concupiscendo mortales, sibi precaturi sunt; & precentur: istud votorum meorũ & suavissimarum expectationum à Tua Serenitate summa est, & quantum intelligo, præ omnibus reliquis & necessarium magis NOBIS, & honorificentissimum TIBI. Si enim literas foveris, si dignationem literatis habueris, & utrunque genus vindicaveris à contemtû, fieri non potest, quin bona ea omnia quæ à bonis literis & ingeniorum cultura in genus humanum amplè proficisci in confesso est, nisi apud Barbaros, qui effæminare literas mentiuntur, in REMP. & ditiones tuas confluxura sint largiter, & abundatu

datu

Digitized by Google

datura ſpecioſiſſimè: quâ felicitate quid magnificentius excogitari poſſit, cum eâ unâ par ſummis iſtis regibus, æqualis maximis Imperatoribus futurus ſis, qui ſtudium literarum eſſe fundamentum omnium virtutum & cyceona illum admirabilem & potentem, cujus hauſtû beſtiæ in homines transformentur, pro divina intelligentia mentium æternarum ſenſerunt. Hac exiſtimatione de TE, SERENISSIME DOMINE, excitatus ſum, ut ſacros vultus tuos in publicâ omnium Ordinum congratulatione & ipſe adoraturus aliquid de literatis artibus pro mea mediocritate afferrem. Id verò quantillum videbitur (neque n. extollo quidquam) non ex una aliqua diſciplina depromtum eſt, ſed ad univerſas omninò pertinet; liberrimo excurſu vagatur per omnes, non de uno ſcriptore vel ſcriptorum genere ſed de omnibus generatim, antiquis, mediis, novis diſſerit docet, diſceptat, judicat & benè mereri laborat. Antiquis in quovis genere ingenia fuére capitalia: errãt qui noſtratia iis anteponunt: eòque majore diligentia & ſollicitudine agendum eſt, ut eorum ſenſa rectè intelligamus, & in iis virtutes æquè & vitia notemus; prohibebimur autem niſi eorum ſcripta eruditè legamus, quòd corruptelarum in tanta temporis diuturnitate & quia Barbaries majorem ſeculorum partem & quicquid in re quacunque elegans & expetibile fuiſſet deformavit, modi ſint infiniti & inenarrabiles. Dici enim nequit, quanta eruditio librariorum dormitationibus & ineptorum correctorum temeritate hodièque poſt tot labores & curas doctorum nobis perierit: quot monſtra etiamnum autores utiliſſimos inſideant, quæ lectores aditu arcent, vel fruſtrantur verô intellectu, & omninò quò quid eruditius eſt & longiùs abeſt à ſimplicium intelligentia, eò pluribus mendis contaminari contigit. Diu eſt cum imperi-

ti descriptores vel cum præposterô acumine literatores negotium facessiverunt opera suâ lectoribus. In Homero quid non ausi sunt? hinc argumentum libro Ptolemæi cujusdam de plagis Homericis & nobilissimorum Grammaticorum & Criticorum Zenodoti, Cratetis, Aristarchi, Tyrannionis *Emendationibus* seu *correctis editionibus* natum est: In Hippocratis libris similia perpetrasse observavit Galenus & usum legitimæ Critices, quomodo malè adfecta loca sananda, quomodo inter variantes lectiones optima eligenda luculentissimè ostendit; sæpè etiam tàm severè usus fuit judicio ut quosdam libros, quos pro Hippocraticis supposuerant priores, ex eorum familiâ submoverit. In Jubæ regis Mauritaniæ Libycis Arabicisque exemplarium vitium accusavit Plinius: in Theophrasto & Dioscoride multò plura fuêre, quæ tamen nec deprehendit nec emendavit eòque frequentissimè falsa, securus fidei librorum quibus utebatur, prodidit. Scripturam quoq; sacram & Versiones ejus non à notariis tantùm, sed & ab hæreticis, Judæisque variè depravatas fuisse Justinus, Augustinus, Hieronymus, Epiphanius conquesti sunt; & de paraphrasi Chaldaica Onkelosii quem vocant, docet R. Moses Maimonides. Huic rei remedium petitum est jam-olim à nobilissima literaturæ parte ea, quam POLYMATHEIAN, PHILOLOGIAN & CRITICEN vocarunt, quasi dicas JUDICATRICEM: in qua non nisi doctissimus quisque & probatissimus reique omnis humanæ peritissimus aliquid audere laudabiliter potuit. Hæc enim est quæ scriptoribus sua nomina reddit, sua opera adjudicat, genuina à suppositiciis discernit; rem quamvis obscuram & quicquid tandem in quæstionem cadit exponit, quicquid sciri potest inquirit, sententias examinat & dissonantes conciliat, de ver-

verbis censet, & veritatem quantum ejus in hac mentium caligine comprehendi potest, quavis in materia indagat, eruit, proponit: falsa ἀθετεῖ, notat, circumscribit, insulta ejicit, transposita restituit, fugitiva revocat, prava emendat; tot luculentæ utilitates præstantur à CRITICE: tot modo ejus officia ut sine eo instrumento nemo ad ullam rem illustriorem satis instructus accedere possit, nemo in quocunque tandem genere literarum verè excellere. Hinc non Græcis tantum & Latinis sui *Philologi*; princeps in his *Aristoteles, Eratosthenes, Callimachus, Aristophanes Byzantius, Didymus, Seleucus, Pamphilus, Palæmon, Varro, Stilo, Cornutus, Attejus Philologus, Dionysii Halicarn. & Longinus*; sed & Ebræis ab eodem divino & pulcerrimo studio conservandæ antiquitatis & primævæ Scripturarum puritatis Sapientes *Masoretha* & *Sopherim* dicti, quod versus voces & literas sacri textus, ne quæ addi demive posset, numerarent. Post renatas ab annis ducentis literas immensum hoc & humanæ experientiæ multis seculis intentatum pelagus ingredi cœperunt viri omnium pænè nationum Europæ præstantissimi, quorum nominibus non tàm à trabibus & saxis inscriptis quàm à monumentis suis veniet æternitas: inprimis JCtorum & Medicorum, quos ad has minutias & doctrinam vagam, inutilem, scrupulosam, incertam (ita enim criminantur studium omnium quantum est nobilissimum quod reconditis in artibus & in quadam varietate & amœnitate literarum versatur homines inepti, osores eorum quæ non intelligunt & adsequi desperant) deflectere non decebat scilicet, operam laudabilem pari studio & ingenio in emendandis bonis autoribus locatam admirari est. Hi tales felicibus auspiciis mihi præluserunt; post horum messem spicas quoque legere potui. Sanè obtulerunt se non-

nulla mihi, quæ vel diligentiam illorum fugisse vel delusisse captantes manifestissimum est; quæ cum ignorata & inenarrata ad hanc diem omnibus, meo indicio, ne quid dicam confidentiùs, nunc prostent & intelligantur; ea in re fortunæ & felicitatis laudem, quandoquidem eruditionis aliquod nomen mihi invident & derogant Suffeni quidam Φαυηλιῶντες καὶ σπουδαρχίδαι, saltem ex conscientia possideo & quod vel nolentibus istis erit robor. Istam quidem sortem cum aliis communem experior, quòd malignè laus respondeat etiam optimè feliciterque labore functis: *nec mirum si nulla circà vivos fama est: sua tempora lector non amat:*

parva coronato plausêre theatra Menandro,
riseruntq; suum secula Mæoniden:

Sed hæc fortunæ fatalis iniquitas propria & individua mihi est, ut minùs rectè de meis judicetur & absconsa pariter & è tenebris prospectantia accusentur ab hominibus, quos natos adhuc nesciebam, & in hac invidiæ calumniæque palæstra etiam cum maximè caveo luctari cogar: quæ si ante oculos mihi semper obversari fecissem ne calamum quidem hunc debebam stringere, nedum tantis censendi de tot eruditorum sententiis & convellendi adeò præjudicata & vivis etiamnum suiq; fiducia turgidis & irritabilibus contradicendi laboribus implicari & periculis. Quin eò quoque processisse impotentiam & malevolentiam comperi, ut cum factis non possent obstare quò minus mea ista protruderentur & in manus eruditorum venirent, quod tamen ad ipsos necquicquam pertinebat, eminus linguis conarentur, commodum libidini suæ putantes fore si typographos quos operi edendo favere & manum admoturos esse suspicabantur, nescio quibus κρουσιδημίαις & declamationibus, à proposito dehortarentur & averterent, miscentes pro autoritate

scil.

scil. sua non obscurè minas, si consilium suum fuissent aspernati: qui stultissimus livoris impetus est & quam ab humanitatis doctoribus nemo expectasset inhumanitas; ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν οὕτως ὁ λόγος. Verùm ne sic quidem animo fractus sum: sed vicit ea omnia, etiam si quæ tætriora devoranda restarent, ingenuitas quæ difficilimè fert injuriam contemtumve & amor Veritatis, cujus sacerrimæ rei temerationes nemini homini nato, qui intellectu domino omnium rerum uti sciat & velit, ferendæ sunt: Contrà eas igitur cum mihi standum esse ipsa naturæ lege cognoscerem, habuissemque ad eam rem, Veritatem in quibusvis etiam minimis Divinitatis stricturam esse & imaginem, eòq; venerabilé semper, cultu, patrocinio, ostentatione dignam, doctores ducesq;, nō transmittere debui inultos, quiqui vel eam obscurare vel ejus specie falsum quodcunq; sive consilio sive fortuna terere deprehensi essent; sed liberè, palàm, expresè, directè, sine ullo offensæ metû, pronunciare quid probandum quid improbandū circà cujusvis cogitata, conjecturas, censuras mihi videretur; hæc n. solùm examino & circà veritatis inquisitionem certo cum opinionibus, non cum hominibus; quos ad unum omnes eruditos, elegantes, laboriosos, fideles, præclaros harum literarum vindices & statores agnosco, fateor & deprædico, iisque de egregiis ingeniorum solertiis ex ævô collatis infinitas ago gratias; hoc saltem velim ab ipsis impetrare posse, ut dissentire, discedere & copiam judicii mei quoque REIP. literariæ facere tutò liceat. Quod dum facio absque cujusquam contumeliā, salva cujusque autoritate, sine arrogantia, non debuere mihi malè loqui & ferociter adeò *quasi censuram mihi de omnibus absq; discrimine sumerē neq; parcerem vel ei quem ipsi haberent pro absolutissimo & hujus seculi maximo Critico*, quidam

dam partium ſtudio cæci & ſurdi. Quid enim cum ſecta, quam ipſi αὐτοχειροτόνητοι, domi, non in Comitiis literatis, paupertino judicio, & repentino favore ſuo, non publico doctorum, quorum omnium intererat, conſpiratu condiderunt, qui à ſectis alienus ſum, & unumquemque non ex opinione vagâ dilectorum amicorumve, quorum nunquam ſincerum eſt judicium (Δεινοὶ γὰρ δεκάσαι τὰς ψήφους αἱ εὔνοιαι· & τιμᾷ ἕκαστος τὸν πλησίον) ſed è re ipſâ & conſpicua veritate meritorum æſtimare ſoleo, mihi? Sit iſte maximus & omninò digniſſimus qui laudetur de multa adeò lectione; hanc enim gloriam ſibi præcipuè audio rapere; οὐκ ἀφαιρήσομαι αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τούτοις ἀξίαν, ut de Galeno loquitur *Iſidorus Peluſiota* lib.4.Ep.125. non eſt tamen iſte qui nunquam nuſpiamve erraverit, aut mare hoc ſolus ingurgitaverit: an ignorant Viris extrà omnem ingenii aleam poſitis negatum omnibus ſeculis feciſſe obtinere, ut nemo ab ipſis diſſentiret? Etiam, qui ſcriptorum omnium leges quædam fuerunt habiti & normæ, à quibus jus ſumſit omnis eruditio, veteres non effugerunt emendari vel à mediocribus & longè diſſimilibus; & hi tamen ideò cum nævos indicaverunt non incurrerunt odium cujusquam, quaſi malignè invidéve illos tractaſſent. De Poëtis & Oratoribus, quorum lectione tritiſſimas aures habet, cenſûque Latino omni judicet & conſtituat quod volet; auſcultabunt etiam medici χαρίεντες & adplaudent; Sed cum ad medicinam ventum eſt & περὶ ὕλης ἰατρικῆς ſermones incidunt & contentiones μὴ ἁμιλλάσθω τοῖς τεχνίταις, μηδὲ καταβαινέτω εἰς ἀγῶνα οὗ καὶ ἀνάσκητός ἐστι καὶ ἀμελέτητος, μηδὲ ἀθλητὴς ὢν τὴν μουσικὴν κρινέτω: cujus continentiæ cum fuerit aliquantò negligentior ἄμουσα καὶ ἀπηχῆ τινα utpote de rebus incognitis protuliſſe, & à nobis jure optimo caſtigari

- - - - non hoc, quæ centum ſuſtinet urbes, *quam-*

cuilibet homini, quantumvis despicabili viso, *sua hora*, eòque prudenter dispicere oportet, ne uni omnia tribuamus, φυσιώμενοι κατὰ τῶν πέλας, alios omnes deæstimemus, & quod ab eo quem probamus judicatum videmus id unicum ratum habere & pertinaciter, quo jure qua injuria, tueri obstinemus. Hoc enim Naturæ criminatio est, quæ nunquam adeò prodigit in uno, ut in altero deficiat, & Musarum quæ liberrimæ natæ sunt in servitutem raptus, omniumque semper doctorum indignationem meruit. Sed enim *Viris magni nominis, quorum autoritas suprà censuram omnem est & quorum præjudicata ἀπλωσία à dissensu quemq; deterrere debebat, inreverentiùs obloqueris*, ajunt, *derisor es & interdum adpares intonasq; iratior.* His ego θεράψι καὶ κολακικοῖς suas civilitates & fucos, θῶπας καὶ βαναύσους τρόπους, remitto qui blandiri nescio cum Libertatis & Veritatis causa agitur & non didici nisi εἰπεῖν λευκότατα καὶ εὐθυῤῥημονεῖν. Audiant virum hoc seculo maximum & communem præceptorem, qui ne paverem talia terricu'amenta dulcissimis literis me hortatus est, in defensionem mei *præfat. Comm. in ll. de usu part.* ita philosophatum: *Quis tàm compositæ mentis est, qui vel oblata re ridiculá non rideat, vel indigna non indignetur? Et docent alioquin Sapientes, in rebus magni momenti non esse agendum sine aliqua animi commotione, contrà eos præcipuè qui falsa tuentur. Verùm, ut in Medicina sanitatis pulcritudo velat turpicula quædam & insuavia: ita Veritatis splendor debet obscurare acriores voculas quasdam quæ non advertentibus nonnunquam excidunt.* Et quid æquius quæso est quàm quos sua somnia nobis venditare passi sumus, eos non ferre ægrè si discusso veterno pro somniis, uti reverà sunt, habeamus:

Nil refert dictis ignoscat Mutius, annon
cum rectè secat hunc totâ Lucilius urbe.

& hoc tamen protestamur denique, nulli eorum fraudi fore nostram qualemcunque contradictionem quò minus sint & maneant qui fuére semper suo merito: *dum mihi abstineant invidere, sibi quisq; habeant quod suum est: nostra autem tàm perversè non amamus, ut errare alios malimus quàm innotescere quod erremus.* Etsi enim πάντα τὰ λῖνα τῆς θήρας ἀναπετάσαντες nonnulla instar vulpis Telmesiæ ἄληπτα ceperimus, quod etiam Livor fatebitur; tamen in indagine nostra non semper uti nobis licuit cane isto ἀφύκτῳ (Monesium dixére vel ex ære Monesio à Vulcano formatum animatumque) quem nulla fera præteriret, & ideò τῆς θήρας ἀποτυγχάνομεν nec semper processisse putamus, quod instituimus. *Non existimo*, inquit Clem. Alex. *ullum librum tàm esse felicem ut ei nemo contradicere audeat; iste autem pro verè felice est habendus cui plures quidem contradicunt sed sine ratione & frustrà.* Δυσαλγητότερα γὰρ τὰ κρείττονα. Sed de his judicia doctorum expectanda sunt; quæ si æqua mihi contigerint, in lucro positurus sum omnia, etiam cum me refellent; iniquorum verò censuras contemtû eludam, & iis tamen subinde novâ editione aliqua apparabo quæ admordeant quidem, sed de quibus ipsis oculi dentesque dolituri sint: quin & si pergant esse incommodi quietemque meam susurris suis porrò impudenter turbare, ἔσαι τῷ νῷ Φροντίδος ἔγχος: Πατασσέτωσαν, καὶ ἀνασπάτωσαν. Verùm posthac isto me metû & labore TUA, DOMINE autoritas, absolvet: in cujus sinum ad tutelam deposita ista sunt, qui quantum in literis & virtutibus à pueritia studium posuisti, tanta nunc earundem alendarum, promovendarum tuendarumque voluntate simul & facultate vales, utraque luculentissima. Anathemata à barbaris quoque nationibus Diis templisque dedicata eo ipso suprà malitiam & injurias quorumvis privatorum

evasc-

evaserunt & nemo visus est pœnam effugere qui quomodocunque vel raptu vel contumelia talia violasset; non minore religione, simplicissima tamen pietate TIBI, SERENISSIME PRINCEPS, hic libellus à Me oblatus est; cumque nomine tuo præfixo cũ invidi & malevoli adsulturi sunt inviolabilem fore spero; erit verò hoc, si non displicuisse voluntatem meam intellexero, si ad pedes tuos projectum lubente animô sustuleris, & lucem ad quam aspirat commodaveris. Magnatum morositas & aversi hac Martiali tempestate à literis animi maximam infelicium temporum partem faciunt & facient infeliciora, si equisones & moriones curiosiùs cariùsque conquirere & longiùs petere & lautiùs curare perrexerint quàm viros sapientes & eruditos. Manat etiam hic contemtus velocissimâ contagione ad alios quamvis inferiores, linguis tantùm ventribusque factiosum & iners genus, quod simplicitate vel bonitate Principum aulis irrepere solet; unde non tantùm despectu adobrũuntur artes & earum studiosi undique, sed & odio plusquam capitali tàm infimorum quàm medioxumorum laborant tantumq; non trahuntur pedibus, nonnullos malitia stimulante, nonnullos ignorantia & exemplo provehente: Verùm lætiora omnia & auspicatiora Musis nunc contingent, cum adeuntium TE literatorum desideria inusitata comitate excipias, tanta in ore & oculis tranquillitas, in fronte benignitas, in vultu suavitas, in adfatu clementia, ubique moderatio, se votis populorum præsentet; tanta magnanimitate & munificentia allicias alienos, devotos TIBI prosequaris & devincias; cujus cum in me quoque, nihil minùs quàm favores & emolumenta captantem, liberrimo judicio & liberali manû nuper aliquid devergere passus sis, ingratissimus sim, si publicè non eloquar. *Religionis*

genus est beneficia numinum non tacere. Nunc, quia *plura decet servum facere quàm loqui*, concludam orationem sermonis magis fine quàm gratiæ, quam perpetuam esse noveris; Deum Immortalem Patriæ ejusque amantium nomine, supplex veneror, ut quæ facis quæ facies prosperè eveniant TIBI, REIP. Nobis; vel *si breviùs sit optandum, ut UNI TIBI, in quo RESP. & Nos sumus:* Vivas incolumis, imperes venerabilis, floreas amabilis, & Virtutis tuæ heredumque tuorum, quæ Patriæ solatio debetur, spectator cum Serenissima CONIUGE quàm diutissimè supersis. Perscrib. Altenburgo tuo d. XII. Febr. a. O. R. CIↃ IↃ CXL.

SERENITATI TUÆ

Devotiss. & fideliss. servus

THOMAS REINESIUS D.
ordinar. in REP. Altenb. medicus.

THO-

THOMÆ REINESI D.

VARIARUM LECTIONUM LIBER I.

CAP. I.

Aliquid operæ noſtra in libello Plutarchi de fluminibus & montibus præter interpretem ejus nuperrimũ Phil. Jac. Mauſſacum: Ejus duo loca correcta; quatuor aliter expoſita. Φόνος, Φόνις, *cruor, tabum, ſanies. Clitonymus* Θρᾳκικὰ *ſcripſit, non* Τραγικά, *ut volunt docti: ſimiliter Jaſon Byzantius* Θρᾳκικοῖς *laudatur rectiùs, quàm* Τραγικοῖς: *diſſenſum à Cl. Voſſio:* Τραγῳδούμενα. Κατηχηθῆναι περί τινος. *Verbo* ἀναπαύειν *ſignificatio interficiendi adficta præter rationem.*

IActa alea eſto: camus quò ſigna ignorantiæ in literis & errores eorum, qui eas profitentur, vocant. Sic n. juventutem æterno beneficio nobis oppignorabimus, ſi comiter monſtremus viam male-duces in devia ſecuturæ. De editore libelli *de fluminib.* Plutarcho tributi nuperrimô monenda eſt juventus, ne verſionem ejus ſecurè arripiat: nonnullibi n. certè παρατετόξευκε.

Sub Iſmeno, p. 5. de Cadmô, poſtquam draconem κρηνοφύλακα juxtà Thebas jaculis confixiſſet, eſt, εὑρὼν ὥσπερ πεφαρμακευμένον φόνου τὸ ὕδωρ περιέσχετο τὴν χώραν ζητῶν πηγὴν, quod interpretor, *cum reperiret aquam fontis ceu tabo infectam, circuivit regionem*

alium *fontem quærens. Mauſſacus* à voculà Φόβου, quæ in editis eſt, deceptus nomen in participium mutavit, commiſſa ſimul trajectione & omiſsà voce εὑρών, contrà fidem codicum, quaſi eſſet, Φοβῶν ὥσπερ πεφαρμακευμένον τὸ ὕδωρ, vertit; *Veritus ne aqua veneno infecta eſſet, circuivit regionem alium fontem, quo ſitim levaret, quærens.* In ῥήσει unica & brevicula quot παροράματα? Τὸ Φόνου feliciter reſtituit *Rutgerſius.* Eſt enim Φόνος, quod & Φόνις, τὸ ἐκ φόνου αἷμα, ſanguis cæſo animali profluus: qui quàmprimùm effuſus eſt, quippe extrà ſua vaſa, corrumpitur, & tabi ac ſaniei potiùs quàm ſanguinis adpellatione cenſetur: aquamque fontis venenaſſe ideò Cadmo videbatur, præſertim qui draconis interemti fuiſſet. Hinc δεινὴ καὶ φονώδης ὀσμὴ apud *Theophr. l. 6. hiſt. plant. c. 4.* ſignificat odorem gravem & cadaveroſum, qualem ſpirant puticuli, & quævis ubicunque locorum morticina.

Titulum *librorũ de rebus tragicis Cleitonymo* autori ad ſcriptorũ ſub Hebro p. 13. dubito ritè conceptum eſſe. Cum enim Ἰταλικὰ ſcripſerit & Συβαριτικὰ, quæ laudat *Plut. in parall. minor c. 10. & 21.* res ſcilicet earum gentium, vero ſimile eſt, Θρᾳκικὰ potiùs prodidiſſe, τοπικὴν ἱστορίαν & Thraciæ hiſtoriam, quàm Τραγικὰ, h. e. argumenta à Tragicis tractari ſolita, ut putat *Cl. Voſſ. l. 3. de hiſtor. Græc. p. 265.* Caſus enim Orphei à Ciconibus Threſſis mulieribus, quæ & Mænades, diſcerpti in Thracia contigit: Hebrus quo demerſum fuit caput ejus, lyra & membra, itemque Pangæus, & Pieria mons, in quo ſepultus Orpheus, ad Thraciam pertinent: indigenæ, quos adpellat autor, Baccho ſacra peragentes ſunt Thraces; adeòque totum drama in Thracia actum fuit. Θρᾳκικὰ igitur inſcripſerat libros, in quibus iſta tradiderat Clitonymus. Idem de *Jaſonis Byzantii Tragicis,* quæ ſub *Strymone* allegantur p. 40. ſentio: Θρᾳκικὰ eum ſcripſiſſe, non Τραγικὰ; & falli viros doctos, qui de tragicis argumentis exponunt. Sunt enim de quibus hîc laudatur, Strymon fluvius, Hæmus & Rhodope montes, Thraciæ regionis & narratio Jaſonis de iis cum argumentis tragicorum nihil planè communicat, autorque ipſe nobiliſſima ad Boſphorum Thracium urbe oriundus, res patrias omnium optimè deſcribere potuit; Quin & argumenta Tragicis convenientia non Τραγικὰ

ſed

ſed Τραγῳδέμενα inſcripſiſſent iſti; ut *Demaratus*, quem ἐν πρώτῳ Τραγῳδεμένων, hoc eſt, rerum atrocium, grandium, triſtium, pugnarum, parricidiorum, conqueſtionum, horribilium & infelicium eventuum, & quæ alia in ſcenam tragicam introduci ſolent, citat *Clemens* προτρεπτικῷ.

Sub Araxe p. 81. eſt de lapide Sicyono: Τῦ δὲ ἱερέως αὐτὸ τῇ μαχαίρᾳ θίγοντος, αἵματος ἔκλυσις γίνεται δαψιλής: Lego, ἔκχυσις, effluxus, profuſio: & interpretor, *cum ſacerdos ipſum cultrò tetigerit ſanguinis ingens fit profluvium*. *Mauſſacus* non diſpuncta falſa lectione, non attento ſecundo casû abſolutè poſito, quod eventualiter intelligi debebat & de prodigio, cauſaliter interpretatus eſt: *Sacerdos autem cum vix cultrò attingit, ut oriatur ſanguinis ingens copia*, quod quàm longè à verô ſensû, quem Græca præferunt, abſit, quisque non cœcutiens planè viderit.

Sub Pactolo p. 24. Pactolus Jolis & Leucotheæ filius Demodicen ſororem inſcius vitiaſſe narratur, καὶ περὶ τῶν συμβεβηκότων κατηχηθεὶς, *cum de eo quod ſic contigiſſet eruditus eſſet, cum id quod acciderat auditione accepiſſet*, præ magnitudine doloris in fluvium Chryſorrhoam ſe projeciſſe. *Mauſſacus* iſta, περὶ τῶν σ. κ. *ſuperatus à casû*, reddidit; quaſi in Græco reperiſſet, καθηττηθεὶς; ſed hoc planè alienum hoc loco cenſeri debet. Idem peccavit cum eadem in Lycorma repetita, κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ Εὔηνος vertit, *Quem raptum cum Evenus æquo animo ferre non poſſet*; debebat; *Evenus autem cum de iſto caſu*, de eô quod contigerat, *inaudiviſſet*. Κατηχηθῆναι περί τινος, & τινὸς κατηχηθῆναι περί τινος cum Genitivo duplice, rei ſc. & perſonæ, media præpoſitione, rariore ſignificatu, ſed opidò quam elegante eſt, *de re aliqua inaudiviſſe, de re edoctum eſſe, rem auditione, ex aliorum ſermone, percepiſſe*. Extat præterquam apud *Laert. in Zenone, Porphyrium, interpretes Ariſtotelis*, quorũ verba nihil attinet adferre, apud *S. Lucam* c. 1. v. 4. ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν, *ut cognoſcas certitudinem*, veritatem, firmitatem, *rerum ſeu ſermonum*, doctrinæ, *de quibus informatus es*, quam auditione accepiſti: & *Act.* 21, 21: κατηχήθησαν περὶ σοῦ ὅτι: *audiverunt de te*, ex aliorum ſermone, famâ de te acceperunt; & v. 24: ὅτι ὧν κατήχηνται περί σου, οὐδέν ἐστιν, *quod nihil ſit eorũ quæ de te audiverũt*.

Sub Phaſide p.16.eſt de Saturno: *εἰς κροκόδειλον μεταμορφωθεὶς ἕνα τῶν ἐγχωρίων ποιμένα Καύκασον ἀναπαύων, in crocodilum transformatus paſtorem unum ex indigenis Caucaſum interfecit*: interprete *Mauſſaco*. At cum ſignificatio Verbi *ἀναπαύειν* pro *diſcerpere* aut interficere, quam in notis p. 237. tradit, ſit inſolentior & idoneum autorem nullum habeat, impunè repudiamus. Neque ferri poteſt de animali crudeliſſimo cum dilaniando occidit Verbum mollisſimum *ἀναπαύω*, quod eſt, *quieſcere facio*. Videmur autem vitium lectionis ſubodorari, & voci *ἀναπαύων*, mutatione unius literulæ itemque alterius quæ exciderat additione ſubſtituere poſſe, *ἀναρπάζων*: & vertimus igitur, *Caucaſum diſcerpſit*. Hoc enim facit crocodil⁹ cum ex inſidiis animal prehendit; hoc fieri oportebat Caucaſo, cum exta ejus introſpicere, & ex iis futura divinare vellet Saturnus.

Sub Strymone p. 40. fabulatur Rhodopen & Hæmum fratres ſe mutuo adeò dilexiſſe, ut hic ſororē ſuam Junonem, illa fratrem ſuum Jovem appellaret: *ἡ δὲ τὸν ἀγαπώμενον Δία, μισοπονήρως; Οἱ δὲ ἀτιμούμενοι θεοὶ τὴν πρᾶξιν βαρέως ἐνεγκόντες, εἰς ὁμώνυμα ὄρη μετέβαλον ἀμφοτέρους*; i. e. *illa verò amaſium ſuum Jovem* agnominaret, *non ſine impietate: quam cum non pati poſſent Dei, in cognomines montes*, qui Thraciæ ſunt, *utrumq; transformarūt* ita *Mauſſacus*. Sed vocula *μισοπονήρως*, neque id ſignificat, quod vult interpres, ut vel tironi notum eſt, neque hic locum habet, ut patet cuivis. Conſtat enim ſibi oratio tota, ſi abſuerit. Trajectionem igitur commisêre librarii è ſequente linea arreptam eam hic intrudentes. Sic autem ſcribendum fuit: *Δία. Οἱ δὲ ἀτιμούμενοι θεοὶ τὴν πρᾶξιν βαρέως ὡς μισοπόνηροι ἐνεγκόντες*; & exponendum, *Dii verò Jupiter & Juno, dedecore ſic adfecti, facinus ægrè, ceu oſores malorum, ferentes, in cognomines montes* transformarunt *ambos*: nim. Vocula *ὡς* cum antecedentis proximè ultima in unam deſcriptorum inadvertentia coaluerat; vel copulativam *καὶ* omiſerant; ſic autem fuiſſet in apographô; *βαρέως καὶ μισοπονήρως ἐνεγκόντες*, *graviter odio impietatis ferentes*. Ita loquitur autor etiam p. 41. ubi de matre Deûm iratâ ſacerdotum ſuorum contemtori Sagari: *Ἡ δὲ μισοπονήρως ἐνεγκοῦσα*

τὴν

τὴν πρᾶξιν i. e. *hac autem moleste ferens scelus*. Ejusmodi nō prætervidere debuit, qui libellum quàm emendatissimum se editurum esse receperat. Certè neque nunc exclusi sunt, si qui operam in autore locare velint; restat, quod agant.

CAP. II.

Laus C. Barthi de opere Adversariorum: ab eô dissensum circà librum Kyranni, medicinæ ex herbis, lapidibus, quadrupedibus, avibus, piscibus & insectis commentariolum: & circà Demosthenem medicum scriptorem de oculis.

AD vicies octies centum omnis generis auctores, quantum talium nec *Aristarchus*, nec *Varro*, nec *Plinius*, nec *Athenæus*, quos omnium fuisse instructissimos à multa lectione nemo nescit, *C. Barthius* in amplissimo Opere Adversariorum profitetur legisse; eoque nonnullos ita sibi deditos habet ut eum non hujus tantum seculi, sed quorumvis cæterorum Philologis & Criticis præferre non dubitent; *& simile ab uno homine nihil nunquam in literas missum videri posse* velint. Laudibus verissimis Viri de summatibus non deruemus cumulum; illiberale enim hoc dissimulare per invidiam dotes ingenii in aliis & indignissimum preciū illis suum non poni; sed ultrò fatemur quisq;, etiam antiquorū doctissimos eô nos provocare. Superforaneus labor est commendare conspicuum, ut si in sole posito facem præferas, & accensu luminum claritudinem diei gestias adjuvare. Dicent ejus reliqua futura secula pleniùs: nos eam partem πολυμαθείας ejus, qua de scriptoribus & scriptis certis, dubiis agit censorem & dexterrimè judicat simulque severissimè magni adeò facimus, ut vel sola ea lucis plurimum attulisse literis, & multum ac veræ gloriæ meruisse concedamus ἀπερφασίςως. Hoc saltim integrum nobis esto, μὴ συμπεριφέρεσθαι ὅπου μὴ δεῖ, asentiri, ubi ratio Veri requirit, & liberè, modò utiliter id fiat & necessariò, scribere etiam de vivente; Elegimus enim in judicando θυμῷ μᾶλλον, ἢ αἰδοῖ χαρίζεσθαι,

ζεσθς, καὶ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐλευθεροστομίᾳ χρήσασθαι, neque timemus; quippe *timor Dei timorem hominum expellit.* Quæ autem hoc capite ipſi de duobus ſcriptoribus contraponemus, judicis perſpicaciſſimi oculis nebulas obhæſiſſe probabunt, ἣν μὴ κρίνωσιν οἱ διεφθορότες τὰς φρένας: ſunt enim quàm manifeſſima. Lib. XI. c. 17. libellum Phyſicalium virtutum compaſſionum & curationum Kyranno, Kyranni, vel Kyrannidæ regi Perſarum adſcribit. Habet autores ſuos, ſcimus: ſic enim is qui libello titulum in fronte præfixit; & hinc magno numero docti. *Silvaticus* c. 184. in *criſantemon*, & c. 371. in *Jerax*: *Val. de Tar. l. 2. c. 59. & 72: l. 7. c. 33: Hieron. Montuus Practicæ Par. 1. l. 2. c. 2. & 16: l. 1. ſ. 3. c. 4: P. 3. p. 114: P. 5. c. 5. & 8: Schenck. in Obſerv. ſ. 649: Joh. Bapt. Porta l. 1. mag. natur. c. 11: Nicol. Cauſsinus ad Hor-Apol. hierogl. 52: & in polyhiſt. ſymbol. l. 6. parab. 71: ſic Geſnerus in Biblioth. & Ulyſſes Aldrovandus*, quibus omnibus Kyranus vel Kyranides eſt naturalis magiæ ſcriptor Arabs, verſus Græcè, ſed quē *Gerardus Cremonenſis* barbarâ dictione ſit interpretatus. Decepti verò ſunt ad unum omnes, tàm de autore quàm de tempore interpretationis Græcæ. Autor ſive Arabs ſive Perſa fuit Hermetum aliquis: liber ipſe à Græco ſive interprete ſive compilatore retenta inſcriptione Arabicâ Κυρανὶς *Kiranis* vocabatur, q. d. συναγωγή, *Collectanea*, ab Arabico *caraa* quod eſt *legere, colligere, convocare*: unde *coran*, i. e. *lectio, collectio*: ob quam cauſam *Caram, Coranum, Curanon* vocarunt Suratarum, capitum ſeu præceptionum, quas Gabriel archangelus Mahumeti tradiderat ſcil. complexum; & hinc τῶν θείων προσταγμάτων βιβλίον ἢ συναγωγὴν recentiores Græculi Κουρὰν & Κουράνιον: à qua radice etiam Ebræis מִקְרָא *mikra* eſt ſcriptura ſacra, q. d. *legi digna, lectura*; & ſecta Judæorū in partib. Orientis dicta קראים *Carraim*, h. e. *lecturarii*, quòd ſolo ſcripto Verbo Legis niterentur, rejectis traditionibus & gloſſis omnibus: *Scal. el. trihæreſii c. 2: Druſ. l. 3. de 3. ſectis Jud. c. 12.* & קראי *Carrai, Careus*, cognomen R. Eliezeris, filii Simonis, quod in Scriptura benè eſſet verſatus. Hinc interpres etiam Latinus toties, *in hoc a. libro qui vocatur Kiranis*; Et ejusdē diviſio in Κυρανίδα πρώτην, δευτέραν, τρίτην, τετάρτην, q. d. *Collectionem primam*, quæ eſt de

herbis

herbis & lapidibus: *ſecundam*, de quadrupedibus: *tertiam*, de avibus: *quartam* de piſcibus. Id verò inſcitia eſt interpretis Græci, quod non intellectam vocem Arabicam *Curan*, Κυρανίδα βίβλον à Græco Κῦρ vel Κῦρος derivat; & Κοιρανίδας iſtos libellos dictautumat, *quod aliorum librorum iſtæ ſint reginæ*, qua appellatione etiam allegantur ab *Hadr. Junio adag. 24. Cent. 3.* Tempus autem interpretationis Græcæ malè definivit *Barthius* ex iſtis verbis: *Transfertur itaque iſte liber Conſtantinopoli Manuele imperante anno mundi VI. milleſimo, ſexcenteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo; anno verò Chriſti M. C. LXVIII. Indictione ſecunda.* Loquuntur enim de μετακομισμῷ ſeu prima allatione libelli è Græcia in Italiam, non de verſione ejus in Græcum, quæ longè antiquior eſt; quippe Hermetem ἐν τῇ Ἀρχαϊκῇ βίβλῳ, ejusdem argumenti; itemq; ἐν τῇ Κυρανίδι allegat *Olympiodorus Philoſophus Alexandrinus*, de quo egimus ſuprà c. 5. l. 2. & ſeculo Theodoſiano vixiſſe probavimus. Comment. εἰς τὸ κατ' ἐνέργειαν Ζωσίμου, ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν Φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα: qui ad Chryſopœjan ſeu magnã artem χημευτικὴν pertinnit; eſtq; in Codice manuſcripto vetuſtorum Chemicorum Græcorum ἀνεκδότων Bibliothecæ Ducalis Aldenburgi. Teſtimoniũ a, quod inde profert *Olympiodorus* tale eſt: Πάλιν ἐν τῇ Κυρανίδι ὁ Ἑρμῆς αἰνιττόμενος κυρίως οὐσίαν ἡλίου καὶ σελήνης, (ita aurum & argentum adpellat) ἔλεγεν τὸν ἀλεκτρυόνα. καὶ γὰρ τὸ ζῶον παρακαλεῖται χρυσόκομον. Ἄνθρωπον γὰρ εἶναι φασὶν τὸν ἀλεκτρυόνα ὁ Ἑρμῆς κατηραθέντα ὑπὸ τοῦ Ἡλίου. Ταῦτα λέγει ἐν τῇ Ἀρχαϊκῇ βίβλῳ· Ἐν αὐτῇ γὰρ μέμνηται καὶ περὶ τοῦ ἀσπάλακος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ἦν καὶ ἐγένετο θεοκατάρατος ὡς ἐξειπὼν τὰ τοῦ Ἡλίου μυστήρια. καὶ ἐποίησε αὐτὸν τυφλὸν; ἀμέλει καὶ ἐὰν φθάσῃ θεωρηθῆναι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, οὐ δέχεται αὐτὸν ἡ γῆ ἕως ἑσπέρας λέγει, ὅτι καὶ ὡς γινώσκων τὴν μορφὴν τοῦ Ἡλίου ὁποῖα ἦν καὶ ἐξώρισεν αὐτὸν ἐν τῇ μελανίδι γῇ ὡς παρανομήσαντα καὶ ἐξειπόντα τὸ μυστήριον τοῖς ἀνθρώποις: quorum particula, quæ de talpa agit, extat in extremo Kyranidis ſecũdæ; reliqua de gallo myſteria Solis enunciante ad fabellam Galli adoleſcentis, quem Mars cum Venere ſecretò concubiturus janitorem & in excubiis ſtatuerat, & cum ſomno victus Solis ſuperventum non annunciaſſet cantu in animal ſui nominis mutaverat, ut eſt apud *Lucianum*,

tianum, *Nat. Com. l. 2. Mythol. c. 6: Vinc. Cart. l. delle Imagini de gli Dei de gli antichi p. 378.* Quomodo igitur *Olympiodoro* notæ fuissent Curanides, si anno 1168. primùm Græcè eas verterunt? De Latino interprete, quem siglæ RA. PA. insinuant, non vacat nunc inquirere: id saltem hinc scimus non esse *Gerardum de Carmona*, qui ante annos trecentos Toleti vixit ac docuit, & *Avicennam* ex Arabico primus Latinum fecit; item aliqua *Johannis Serapionis*, principis *Aboali* & *Rhasis*, interpretem Latinum Κυρανίδων; Græcum quis fuerit omninò esse indagabilem, vetustum tamen, utpote temporibus Constantinianis proximum, arbitramur. Hermeti verò, Hormozo seu Hormisdæ, quo nomine plures in Perside & sapientes & reges fuerūt, rectè tribuuntur *αἱ* Κυρανίδες, quòd Persæ & Babylonii arcanorum quorumvis semper haberentur diligentissimi; & magiam Zoroastre, sive Zarade quodam magistro eos inprimis excoluisse, ab Osthane femina artis portentosæ in Græcia, quàcunque cum Xerxe commeasset, sparsa, & hinc totum orbem obiter infectum fuisse rerum abstrusarum, sed quæ in vanitates fœditatesque jam degenerabat, cognitione, sit quàm notissimum. *Collecta* verò esse videri possunt ex Hermetis Physicis, quæ citat *Zosimus Panopolitanus*, itidē Chemicus scriptor & *ποιητὴς τοῦ μυστηρίου*, l. 9. *τῆς Ἰμοὺθ πρὸς Θεοσέβιαν*, *de Chemia ad Theosebiam sororem*: & quorum gustū quendam exhibet fragmentum nobile, de angelis egregoris, quod è Panodorô producit *Scal. not. ad Euseb. f. 243. & 258.* & cui simillima sunt quæ de iisdem è libro primo apocryphorum Henoch excerpta leguntur ibidem. Quicquid sit de re tota istius libelli, in qua scrupi multi & tenebræ, multa etiam eruditorum hæsitantia & avidentia hactenus fuit, si ex Arabici Persicive idiomatis aliquo volumine non est in Græcam linguam transfusus, quod timidè affirmare potuimus, certè ex Arabum, Persarumque qui hoc genus doctrinarum, Naturæ reconditiora, sympathias & antipathias mirabiles plurimùm consectabantur, magicis traditionibus desumtus est, & vel propterea inscriptione Arabica ad Græcum modulum revocata Κυρανίδες prænotatus; totus a. σκευασία suà in Græcorum familiam, ordine quoque literarum alphabeti Græcanici retento, transiit: & hinc interpretis semi-barbari beneficio indicioq;

cioq; doctorum, quos laudavimus, Europæis innotuit. Ut ſint illa *Barthi* de Cyranni libro vendibiliora: τὴν τρύγα γὰρ πλείονος πωλεῖ διὰ τὴν δόξαν iſte; hæc noſtra veriora certè ſunt. Lib. XLII. c. XI. ad verba Gerberti Epiſc. Remenſis & Ravennatis, pòſt Pontificis Maximi Silveſtri II. indigitamento, quæ extant in Epiſtola ejus nonâ, *Demoſthenes philoſophus librum edidit qui inſcribitur Ophthalmicus; ejus principium ſi habetis, habeamus*, ſuſpicatur *Barthius* nomen Demoſthenis eſſe fictum alicujus monachi; cum enim vetitum eſſet iis talibus ſtudere, qui ſcribebant aliquid operoſius, veterum cujuslibet nomen illi indebant, ut prodeſſent literarũ cupidis vel alieno nomine, addit. Sed de Demoſthene ophthalmico ita quidem incircumſpectè conjectat. Fuit enim ſub initiis monarchiæ Romanæ, ut è *Strab. l. 12.* colligo, Herophiliæ ſcholæ aſſecla Demoſthenes, doctor Alexandri ejus, quem Φιλαλήθη cognominarunt, teſte *Gal. l. 4. de diff. pulſ. c. 4.* principem ſectæ ſuæ profeſſorem Laodiceæ in Phrygia. Eum libros tres de oculis reliquiſſe, à multis commendatos tradit *Galen. l. d. c. 5. Oribaſius* etiam *l. 8. Synopſ. c. 40.* ῥῆσιν hujus Demoſthenis quandam περὶ χημώσεως; & *Aetius tetr. 2. ſerm. 3.* ſex capita, XII. de oculorum inflatione; XVI. de illabentibus in oculum animalibus, paleis, arena: XLIV. de oculorum debilitate: LI. de ſuffuſione: LXXIII. de lagophthalmis: LXXIV. de lippitudine dura ex ejus πραγματεία de oculis tranſſũſit; laudat capp. 96, 109, & 110. Demoſthenis iſtius collyria duo, cataplaſma ad oculorum dolores & prolapſus; *Galenus l. 5. de comp. med. ſ. l. c. 7.* Demoſthenis emplaſtrum viride adhibendum lichenibus in facie ſanandis poſt uſum excoriatoriorum: & *extr. libri 5. de comp. med. ſec. gen.* ex Aſclepiadis libro quinto de exterioribus medic. Demoſthenis Maſſaliotæ aliquod quod carbunculos ad ſuperficiem evocet & auferat, deſcribit; quem tamen ipſum noſtrum ocularium fuiſſe non habeo adſerere. Conſtat vel è Pandectario *M. Silvatici*, Demoſthenis opus de oculis in manibus ſtudioſorum ante quatuor ſecula plurimùm fuiſſe; frequentiſsimè enim, & vel ſexaginta locis id laudat; ut quin Gerbertus, veterum literarum in iſta caligine noni ſeculi cupidiſſimus, idem illud ſuos in uſus ab amicis requiſiverit, commendabile ab antiquitate, non recens aliquod perſonati Demoſthenis, non ambigi poſſit ultrà. Neque cauſ-

ſa igitur fuit *Barthio* de nomine fictitio ſuſpicari ideò quia verum id eſſe & ἰδιάζον ſcriptoris antiqui ignoraret.

CAP. III.

Catalogus ſcriptorum Plutarchi Charon. conſcriptus à filio Lampria, ſuppletus, correctus, explicatus. Juliani Imp. Φιλοπλουταρχία. Cratetis vita opus Plutarchi. Interpres Lampriæ caſtigatus: à Joh. Meurſio diſceſſum. Dædala feſtum Plataenſium & aliorum Bæotorum.

L*Amprias*, cætera planè ignorabilis, operum Plutarchi Chæronenſis patris ſui indiculū confecit, unicè Suidâ teſte; In eo quodnam fuerit quadrageſimo quarto loco ſcriptum hactenus ignoravimus. Ita n. edidêrunt: μδ́ - - - - - θ. βιβλία γ'. adſcripſerat aliquis, ἴσως μύθων: quod arripuit interpres, vertitque: 44. *Fabularum libri 3.* Nunc verò à *Juliano Imp.* diſcimus certiq; adeò ſumus, quomodo lacuna iſta expleri debeat. Is *Orat. 7. p. 422. edit. Pariſ. à Dion. Petavio nuper adornata*: Πλουτάρχου δ' inquit, εἰ τὰ μυθικὰ διηγήματα τῶν σῶν εἴσω χειρῶν ἀφίκετο. Fidenter igitur legamus: *μδ́. Διηγημάτ. μυθ. βιβλ. γ. 44. Narrationum fabuloſarum libri 3.* Idem Julianus *Vitam Cratetis à Plutarcho* ſcriptā, quam hodiè inter deperdita ejus utiliſſimi ſcriptoris numeramus, laudat *Orat. 6. p. p. 374.* ubi cum de Cratete multa dixiſſet, allatô ex ejus παιγνίοις epigrammate, addit; *εἰ χρὴ σοι περὶ τούτων γράφειν, ἔχω πλείονα τοῦ ἀνδρός. Ἐντυχὼν δὲ τῷ Χαιρωνείῳ Πλουτάρχῳ τὸν Κράτητος ἀναγραψαντι βίον οὐθὲν ἐκ παρέργου τὸ μανθάνειν δεήσῃ τὸν ἄνδρα. οὗτος ἡγεμὼν ἐγένετο Ζήνωνι τῶν καλῶν δογμάτων.* Et teſtimonium igitur Lampriæ ſic perhibet, & fuiſſe Φιλοπλουταρχώτατος, Plutarchumq, diligentiſſimè evolviſſe conſpicitur ſapientiſſimus ſimul Imperatorum & doctiſſimus. In eodem catalogo verborū iſtorum, περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς Δαιδάλων Φιλολόγων, interpretem, qui *de artificioſis orationibus doctiq; viri apud Plataenſes* verterat, jamdudum perſtrinxit *Meurſius l. 2. de Græc. feſt. p. 73* rectè exponens *de feſto Dædalis*, quod Platæenſes & aliæ Bœotorum urbes ſeptimo quoque anno celebrare ſolerent; Sed de vocula Φιλολόγων, quam *adſutam eſſe & aliunde avulſam adhæſiſſe* putat, ab eo diſſentio; Plutarchum autem περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς Δαιδάλων Φιλόλογον ſcripſiſſe,

pſiſſe. & Φιλολογίαν ejus de Dædalis hanc fuiſſe ſive Φυσιολογίαν, ut ex *Euſeb. l. 3. præp. Evang. c. 1.* qui ἀπόρρητον περὶ θεῶν Φυσιολογίαν adpellat iſtam *Plutarchi* operam, colligi poteſt, exiſtimo.

CAP. IV.

Adverbii malè *cum Nominibus & Participiis compoſitio venuſta, & hujus exẽpla pluſcula. In ſignificatione vocula* maleferiatus *error magno numero doctiſſimorum hominum popularis, fereq; ſacer & propterea* ἀνυπεύθυνος *oſtenſus. Horatius explicatus.* Maleferiatus, *cognomen Caroli Craſſi Imp. ob animi mores & fatuitatem ex morbo, vitio factum Latinum è non intellecta voce Italica* malferito. Pocodinarius *populari Italorũ cavillo adpellatus Sacratiſſ. mem. Imp. Maximilianus I.*

AD Grammaticorum technicorum acroaſes diverti libet, poſtquam àb exegeticis ſuper argumento hiſtorico miſſio nobis eſt: Ita enim hæc ſacra conſtant. *Malè* adverbium Nominibus adjectivis, Participiis quoque, eleganter junxêre & in exemplum nobis ſcriptores optimis ſeculis Latini, cum difficultas, ἀκαιρία, diſſimilitudo, imperfectio vel tale quid ſignificandum erat; quod genus Græci aliquando per particulam δυς præfixam nominibus, quam propterea nihil boni apportare notat *Scal. ad 1. hiſt. an. c. 2. apot. 23.* interdum per α & νε στερητικῶς deſignare ſolent. *Maleſortis*, i. e. linguâ factioſus, iners opera & qui cum jactantiſſimus ſit adfectator gloriæ bellicæ, ad prælia reperiatur ignaviſſimus: *Ovidio* Græcia facundum ſed malè forte genus *l. 4. Metam. maleſortes undæ Salmacidis*: & *Rufin. l. 11. c. 19: jactatione ingenii maleſortis hæreſin generavit*, de Apollinari: *maliberbis*, κακοθριος, σπανοπώγων, barba rara; *malenati & inculti verſus Chœrili Horat. l. 2. Ep. 1. maleformati* Acroni ad Horat. de arte; *malenominata verba*, pro irreligioſè & contra morem ac fas ſacrorum pronunciata; *maleſida carinis ſtatio* ap. *Virg. 2. Æn. maleparvus*, i.e. pumilus, nanus: *maleviva macie ſua* apud *Ovid. 2. de arte amandi* ex emendatione I. *Douſæ ad Petron.* l. 1. c. 14. i. e. ægrè & miſerè vitam ducens præ macritudine & gracilentia: *maleconductum ſcortũ*, i.e. magno, carè & cum diſpendio, ap. *Plaut. Amphitr. & Pſeud. malehabiti & maleconciliati* pro magno precio & cũ damno emtis altis & educatis:

catis: *Malè DII*, κακοδαίμονες, numen quodvis cœptis præſentibus contrariũ ap. *Senec. Thyeſte:* ut cõſtruxit *Scaliger;* nobis n. aliter videtur: *malè tecta* pro ſeminuda; *malè docti* ap. *Gell. l. 20. c. ult. malè ſolertes homines* pro iis qui cum ingenioſi ſibi videantur & elegantes, nihil tamẽ ſunt minus, ſolertiæ ſuæ vera nulla edunt ſpecimina, potiùsque infantiam ſuam produnt ap. eundem *l. 10. c. 12. Troas malè feriatos* vocat *Horatius l. 4. Carm. O. 6.* Participialiter, quia dum epularentur armis depoſitis & ſecuri ferias choreasque agitarent, intempeſtivè id quidem & pernicioſè, *invadunt*, ecce, *Græci urbem ſomno vinoq; ſepultam*: Ex *Iſid. Peluſ. Ep. 295. l. 1.* κακοχόλους adpellare poſſemus. In iſtô vocabulo quàm ſuaves ludos edidêre docti, ſed ſeculi tantum proximi, quo literæ renaſci cœpêre (paulò retroſiores n. non uſurparunt) pleriq; omnes & edunt hodièque? Adjectivi Nominis formam & ſignificationẽ *indocti, inepti, inſubidi, ſtolidi, improbi & omninò talis, quem vituperio dignum judicarent.* τῷ *maleſeriatus* impoſuêre: at quanti viri quanti ſtuporis & negligentiæ rei? Sunt qui ne *maleſeriatiſſimos* dicerẽt, fecêre *peſſimè feriatos* Et ne intrà modum ſtarent ineptiæ, *beneſeriatum* pro tali quodam, quẽ commendare vellent, dixere. Conſpiraſſe dicas in hunc ἰδιωτισμὸν ὄντως ἰδιωτῶν eruditos, quibus ita loqui placuit, omnes, & quod mirêris plerosque οὐ τοὺς τυχόντας Grammaticos. Ea verò vocis *maleſeriatus* ab Horatio primùm fictæ vis eſt & natura, ut propriam ſignificationẽ nunquam poſſit exuere, nunquam adſciſcere tropicam. Semper igitur ſignificabit hominem deſidem, triconem, ceſſatorem & qui ſua ignavia damnũ ſibi accerſat, ut Troes cum tripudio pereuntes. Non licebat iis qui barbariem in literis expugnarãt indoctorum monachorum, qui ſemibarbara lingua Latinos annales condidêre, exemplo factum tueri: ab his n. accepiſſe reor ἄκυρον iſtud & perridiculum locutionis genus unos, alteros malè traditum ſine curâ transſumſiſſe. Didicerant Carolum Imp. Craſſum dictum, Lud. filium, quod ex morbo, qui gravior aliquis capitis adfectus fuit, ut colligi poteſt ex *annal. Fuld ſub a. 887.* ſtupidus amensq; & amiſſo rationis uſû reb. gerendis inutilis tandẽ factus fuiſſet, *Inſipientem*, ita *fragm. hiſt. Aquit. à Pith. editñ*, ab aliis *Maleſeriatum*, ita *Vadian. de colleg. & monaſt. Germ. vet. f. 75.* cognominatum eſſe. Hinc eam vocabuli ſignificationem & trahendam in publicum uſum Latinè loquentium credidê-

didê-

didêrunt: ſed falsò. Neq; n. Latinũ id eſt, ſed ex Italico *malſerito*, i.e. *vehementer tactus, graviter adflictus*, quod de βλητῷ, καταλήπτῳ, apoplectico ſeu congelato benè dicitur, corruptũ & Latina formatione ab hominib. Germanis, regnante barbarie Italiciſmi & Latiniſmi juxtà ignaris, utcunq; incruſtatum. Nondum quidem reperi ex Italicis ſcriptoribus, qui Imp. eô cognomine feriret; adpellant eũ plerique; *pazzo*, i. e. *delirum, fatuum*: ſed à vulgo, quod in Impp. ſanguine Germanos plusquam petulante lingua & maledica ſemper fuiſſe exemplo Maximiliani I. Imp. quem populari ſcommate *Pocodinarium*, q. d. malè nummatum & egenum nominarunt, ſcimus, profectum eſſe veroſimile eſt; & manaſſe hinc ad clauſtrales, quos dixi, magiſtros malè ſolertes. Iſti ne verò modum ponant Latinitati eique ſuam ſtribliginem adfricent; iſtos imitentur hi quibus artium, linguarum, ſtudiorum omnium nitorem debemus & debere fatemur ultrò? Δέννος ἢ τοῦτ' ἐστι μέγιστος.

CAP. V.

Lacuna una in Photio, tres in Svida ſupplete: de Ephræmio Antiocheno Epiſcopo: De Carino Imp. de Hermia Curienſi Poëta vetere, ibi notatus Portus: de Toſibi Deo Solymorum.

Inter veterũ Criticorum ἀναγνώσματα καὶ διορθώματα fuit à librariis oſcitantibus omiſſa codicibus redintegrere, & ſupplere quacunq; ratione, quæ varia membranis potuit contingere, defecta. Hoc negotium Apelliconti Tejo in libris Ariſtotelis, quos coemerat, quippe impari, nequiter expetivit; Ζητῶν γὰρ ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ; *Strabo lib. 14*: unde libri mendarum pleni exierunt, ſubſequentium ſeculorum Criticis purgandi. Nos in iſta ſtudii nobiliſſimi parte vires noſtras periclitabimur, & lacunas in uno utroque ſcriptore neceſſario poſt operas doctorum hominum reliquas, ne ſententiam turbent & lectori illudant ampliùs, reficiemus.

Photius Cod. 231. cum è Sophronî Patr. Hieroſol. ad Sergium Conſtantinop. & Honorium Rom. Epiſc. data ſynodica Epiſtola nonnulla recitaſſet, in eodem, ait, volumine contenta fuiſſe variorum Patrum teſtimonia & ſententias de duplici in Chriſto operatione contra Acephalos & Monophyſitas, & cum nominaſſet poſt

alios multos Ephræmium. Evlogium Alexandrinum, Johannem Scythopolitanum, Heraclianum Chalcedonenſem, Anaſtaſium Theopolitanum & Symeonium monachum ac presbyterum, ſubdit: Ἡ δὲ χρῆσις, ἡ τὸν ὅσιον ἐπιγινώσκουσα, ἐξ ἐπιστολῆς ἐστιν, ἣν πρὸς Ἰουστινιανὸν βασιλέα διεπέμψατο· ἣ καὶ κατὰ Νεστοριανῶν τε καὶ Εὐτυχιανιστῶν τὸν ἀγῶνα ἔχει. Αὐτὸς δὲ Ἰουστινιανὸς ὁ εὐσεβὴς βασιλεύς, ἐν οἷς πρὸς Ζωΐλον ἔγραψε (πατριάρχης δὲ Ἀλεξανδρείας οὗτος ἦν) καὶ τὴν ἐπιστολὴν Θησαυρὸν ἐπωνόμασε. *Schottus: Teſtimonium verò quod ſanctum agnoſcit, ex Epiſtola ejus ad Juſtinianum Imp. quæ etiam contrà Neſtorianos & Eutychianos digladiatur, depromptum eſt. Ipſe verò pius Imp. Juſtin. in iis quæ ad Zoilum Patr. Alex. ſcripſit hanc Epiſtolam* Theſaurum *nominavit*. Non ſatis fit attento lectori, qui videt laudari epiſtolam, ſed ignorat, cujus; nominari ſanctum, & ſileri quis fuerit. Supplemus τὸν ὅσιον Ἐφραίμ. Hic enim Epiſcopus Antiochiæ, mortuus a. Chr. 546. tempore Juſtini & Juſtiniani per viginti annos maximè claruit & contrà Acephalos ſcripſit, teſte *Photio* C. 228. 229. epiſtola etiam data ad Anthimum Trapezuntis, pòſt Conſtantinop. Epiſcopum, in qua Imp. Juſtinianum τῆς εὐσεβείας ἀποδέχεσθαι, καὶ τὸν δυστυχῆ Εὐτυχῆ τὴν καθαίρεσιν ὑποστῆναι διαβεβαιοῦται. Imò Epiſtolarum trium ab Ephræmio ad Imp. Juſtin. miſſarum meminit & argumenta earum recitat, *Cod.* 228. Et harum ejus unam hoc loco citaverat *Photius*, ſed incurioſi notarii nomen ſcriptoris ejecêrunt.

Eodem corruptelæ genere ſubinde laborat Suidas. Ejus de Carino, Cari Imp. filio ῥῆσις imperfecta eſt, & deeſt in ſermone comparativo πρότασις: Γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ καὶ βουλήσεως κύριος ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν εἰς τυραννίδα, οὕτω καὶ τοὔνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρῆλθε: i. e. *imperium adeptus, & factus ſui juris ad ſummam tyrannidem adſcendit, ſic etiam nomen factis longè ſuperarit*. Exciderunt iſta: ὥσπερ ἀπέδειξε χρυσὸν τὴν τραγῳδουμένην τυραννίδα, h.e. *quemadmodum tyrannidem in tragœdiis repræſentatam auream eſſe*, i. e. vel rem omnium præſtantiſſimam, vel ſi conferatur ad ipſius ingentem fœditatem & crudelitatem, multò fuiſſe tolerabiliorem, *oſtendit*; quæ ſi præmittantur ἀπόδοσιν ſimilitudinis, clarum evadet quid velit ſibi *Evnapius*, è cujus hiſtoria chronica, qua geſta Cæſarum comprehendit, ſed quâ caremus hodiè, deſumta ſunt iſta & extant ut ſupplevimus apud *Svid.* in μακρῷ. De Philiſtione Comicô, οὗτος

ἐστιν

ὅστις ὁ γράψας τὸν Φιλογέλων, ἤγουν τὸ βιβλίον τὸ φερόμενον εἰς τὸν Κουρέα, inquit. Κουρεὺς, Curienſis, ortus Curiô, quod Cypri opidum eſt: reſtat a. etiamnum quæſtio, quis ille Curienſis cui Φιλογέλως poëma Philiſtionis adſcriberetur à nonnullis. Audacter adfirmo, excidiſſe Ἑρμείαν; εἰς Ἑρμείαν τὸν Κουρέα. Hermias n. Curienſis de Jambico opere celebratur ab *Athen. l. 13.* Curienſes etiã fuêre Ariſtocles quidam, *Steph.* & Cleon, *ſchol. Apollon. l. 1.* ſed neuter ex his poëſi excelluiſſe, ut propterea Φιλογέλων ei tribuere potuiſſent Critici, agnoſcitur. *Portus* cum hoc loco falſam lectionem ſecutus eſſet, riſum nobis movit ſua interpretatione, *liber qui refertur ad tonſorem.* Inſtrumenta chirurgica, unguentorum emplaſtrorum & ſimilium compoſitiones à tonſore rectiùs requiras, & habet aliquod tonſoris è Bithynia ad coxendicum dolores *Act. tetr. 3. ſ. 2. c. 21.* quãm carmen de quo velut ambigui autoris certarent Grammatici. Nemo ex omnibus Philologis qui *Svidam* emendarunt enarrare hanc gloſſam mutilam tentavit hactenus: Τόσιβις, Θεὸς τῶν * quod haberet pro depoſita & fortaſſe pro ὠγυγίῳ τινὶ μύθῳ, quẽ in antiquitatis chao ad perpetuam ignorationẽ damnatũ ſecluſumq; latere oporteret: ſed latuit tantùm huc usq; dum nos, quod ſine arrogantiã dicim⁹, explicarem⁹. Apud Solymos Lyciorũ vicinos imperarũt aliquando Arſalus, Arytus, & Toſibis; eos interfecit Saturnus & fugit. Solymi igitur hoc neglecto iſtos divinis honoribus adficere & in Numinum numero, Deorum ſive Sciorũ ſive Σκληρῶν adpellatione impoſita, habere conſtituerunt: didicimus ex *Euſebio l. 5.* προπαρασκ. *c. 5.* Nunc igitur in *Svidâ* eſto, Τόσιβις, Θεὸς τῶν Σολύμων, vel τῶν Λυκίων. *Plutarchus* enim, quem eô locô deſcribit *Euſebius*, per nomen iſtorũ publicè privatimq; execrationes feciſſe Lycios addit *l. de deſ. orac.* Adpellat a. Ἄρσαλον, Δρύον καὶ Τροσοβιὸν: quæ διττογραφία indicio eſt *Svidam* ab *Euſebio* ſua mutuatum eſſe; *Plutarchi* a. Codices, hac quidem parte fortaſſe vitiatos in adpellationibus barbaris, non inſpexiſſe.

CAP. VI.

Laus Iſ. Caſauboni: indicati ejus duo nævi; unus etiam I. Sirmondi. Epiphanio vox Λεξιθήρας *reſtituta. A voce* θὴρ *&* θήρα *derivata & cum ea compoſita plurima,* Μιξόθηρ, *monſtrum Scylla.*

Scylla. Μιξόθηρες, homines ferinis moribus. Plinius per conjeram tentatus. Therotheras. Θηροθήρας, ferarum, leonum venator. θηροθόος, i. e. in ferarum perſecutione velox, vox dubia. Lexicorum error in μυοθήρ. In Gellió vulgata lectio defendi poſſe viſa contrà Cl. Salmaſium. In Plinio SalmasI emendatio comprobata: ejuſdem veriſſimum præconium.

ISaaco Caſaubono, verè *ἀνέρι σὺν Μούσαις*, eòque literatis omnibus amiciſſimo, nemo ferè eſt qui ſumma quæque non tribuat; adeò in omni humaniore literatura excelluit, & bonos ſcriptores faciendi meliores voluntate ſanè quam prolixâ, ac pari facultate juxtà ac felicitate fuit. Sed *nemo noſtrûm non peccat: homines ſumus, non Dii.* Indicabimus hoc capite de homine incomparabili ſimulque non ſemper, ut videbatur *Symmacho Ep. 45. l. 8. pravum eſſe in amante judicium*, docebimus exemplo noſtro. Producit *anim. ad Athen. l. 3. c. 18.* voculam Λεξιθήρ, ex *Epiphaniò l. 2. Panarii cap. de Arrianis*, pro eô qui undique voculis ſententiasque ad dogmatis ſui confirmationem ſive aptæ ſive ineptæ eæ ſint aucupatur, eamque ceu verè Græcam adprobat: & *c. 19.* verbum Λεξιθηρεῖν, eadem ſignificatione apud eundem *Epiphan.* ſæpè reperiri obſervat. Idem facit *J. Sirmondus l. 2. propempt. ad Salmaſ. c. 6.* an ab iſtô edoctus, neſcio: ſed utrumque deceptum eſſe, id verò ſcio. Cum enim in caſu accuſandi πληθυντικῶς legiſſet alicubi λεξιθῆρας, quintæ declinationis eam terminationem eſſe opinatus eſt; aliter, ſi à ſimplice θῆρα, θηράω, θηρεύω deducta & compoſita introſpexiſſet, ſenſurus. Voces *μιξόθηρ & μιξόθηρες*, illa apud *Lycophr.* quæ Scyllam monſtrum cum ſex capitibus *κάμπης, κυνὸς, λέοντος, Γοργόνης, Φαλαίνας, ἀνθρώπου* & duodecim pedibus; hæc apud *Athenagoram Orat. de reſurr. mort.* qua homines belluinis moribus adpellat, in exemplum τοῦ λεξιθὴρ trahi nequeunt; ſunt enim à vocabulô primiformi θὴρ, θηρὸς; λεξιθὴρ verò à derivativis θήρα, θηράω: à quibus quæ deducuntur maſculina omnia, primæ declinationis eſſe tot exemplis doceri poteſt. Ὀνοματοθήρας, nominum captator: *Athen. l. 14.* habet vocandi caſum, *καλὲ ὀνοματοθῆρα*; & λογοθήρας, ſermonum ſublegulus: *Heſych.* θηρολέξης. Ὀρνιθοθήρας, auceps, apud *Ariſtoph.* Φυγαδοθήρας cognomen Archiæ Thurii quòd exules Athenis perſequeretur & inquireret, ap. *Plut. in vita Demoſth.*

mosth. & *Hyper.* Κογχοθήρας, de purpura, apud *Athen.* l. 3. *Epicharm. in Nuptiis Hebes*. Σπογγοθῆραι, qui spongias piscantur, spongiarii, ap. *Pollucem*: μετεωροθῆραι, accipitrum genus à prædatura in sublimi dictum, ap. *Aristot.* 9. *hist. an.* c. 36: Σωληνοθῆραι, qui solenas capere solerent, ap. *Athen.* l. 3: ὑοθῆραι nomen dramatis *Stesichori* apud Athen. ib. i. e. Venatores: μωμοθῆρας, titulus fabulæ *Platonis junioris*, quam laudat *Hesych.* in παλινδορία: Ταγηνοκνισοθήρας, *à scriptore anonymo vetere Rom. hist.* adulator adpellatur, quòd sartaginum nidores sectetur, & culinarum ferventium fumos: Μυοθῆραι, serpentum genus muribus tantùm infestum: *ii Nicandro* μυάγροι ob id dicti: *Therotheræ*, θηροθῆραι, θῆρας θηρῶντες; ferarum, leonum venatores; *gentes Troglodytarum ita dictas fuisse à venatû, miræ velocitatis, è Jubæ* historiis scribit *Plin.* l. 6. c. 29: ita enim apud hunc emendandam esse conjecto voculam *Therothoas*, quæ apud *Jubam* quis. Græcè scripsit, fuerit θηροθοας, q. d. in venatione, in feris persequendis pernices, quæ adpellatio gentis non est, ut ostendam in loco, præ mea ista probabilis. Analogia igitur poscente docenteq; Λεξιθήρας verum Græcum nomen est non Λεξιθὴρ. expungendusque propterea etiam, quem Lexici eadem infelicitate commenti sunt, μυοθὴρ ὄφις. De verbo Λεξιθηρεῖν, quod & *CL. Salmasius*, sed maximè invitis Musis Gratiisque *Gellio*, apud quem L. 2. c. 9. hactenus fuit λέξεις τηρεῖν, quod est *observare dictiones*, *Plin. Exerc.* f. 1267. supposuit, idem omninò sentiendum est: repugnare isti formationi analogiam; nisi verbum θηράω inter ea esse, quæ ad duas conjugationes pertinere observant Grammatici, doceant, quod fortasse nunquam poterunt: Nos intereà hoc labore entia præter necessitatem multiplicata civitate Attica ejiciendi bellè sic defuncti erimus.

In *Actis Apost.* c. 15. v. 20. Jacobus Apostolus præses Consilii Hierosolymitani iis qui è gentibus ad DEUM se convertunt scribendum esse dicit, ut abstineant ἀπὸ τοῦ πνικτοῦ καὶ τοῦ αἵματος, *à suffocatis rebus & à sanguine*: Ibi *Casaub.* in notis; *non temere fit*, inquit, *quod monentur isti ut à suffocatis abstineant: nam apud veteres, ut ex Athen. l. 9. licet cognoscere in deliciis erat* τὸ πνικτὸν κρέας. Quid audio? tantumne à seipso mutatum *Casaubonum*, ut quæ essent quàm diversissima distinguere nequeat, & puerili fallacia sibi illudat! Πνικτὸν jubentur vitare gentes, h. e. animalis ejus quod suffocatum esset esu abstinere, ob rationem,

quam Deus ipſe Noacho expoſuerat *Geneſ. 9. v. 4 : quia ſc. anima ſuffocati ſit in ſanguine ejus* ; ſi igitur ſanguis ipſe vel caro ſanguine ſuo imbuta & vita ſua comitata voraretur, cum ſanguine vel cum carne pecuinâ vorari diceretur anima, quod efferum & immane planè eſſet ; finiſque ejus mandati fuit, ut ad manſuetudinem homines adſuefierent. Πνικτὰ verò κρέατα, carnes ſuffocatæ, à modo parandi ſic dicuntur, quando ſcil. ollæ incluſæ in ſucco proprio coquuntur vaporibus qui in libera elixatura aſſaturáve exhalant ſimul retentis; noſtrates adpellant gedämpffet: eſtq; inter ovorum paraturas, quarum ratione alia τρομητὰ, alia ἑφθὰ, alia τηγανιστὰ, alia ῥυπτὰ, alia περιχυτὰ adpellantur, una à qua ova dicuntur πνικτὰ, ap. *Aet. tetr. 1. ſ. 2. c. 34 : Oribaſ. collectan. l. 20. c. 45 : Bryerin. l. 15. de re cibar. c. ult.* Carnes autem ſic paratas, ſi ritè cæſi animalis & cujus ſanguis mactatione fuſus fuerat eſſent, comedere non prohibebantur Judæi, & qui ad hos tranſibant gentiles. Divinum igitur interdictum, ejusque in Fœdere novo repetitio erat de ſuffocatô animali : *Caſaubonus* de carnibus ſuffocatis ex arte coquinaria loquitur, rebus ſc. immane quantum diverſis. Muſcæ ulceroſis ſanioſis & ſordidis quamplurimùm inſident, eaque liguriunt : etiam calumnia hîc reperit, ut tantum in Græca lingua magiſtrum, τῶν λέξεων θηρατὴν, ἀκριβῆ τε ὀρθογράφον & ὑπερεξοχώτατόν τινα circa trivialia Grammatices & analogiæ rationes adeò graviter impegiſſe & fuiſſe cum in ſacrum ſcriptorem, nemine tamen plaudente, commentaretur in culinis & patinis *Athenæi* merſum *Caſaubonum* garriret ac criminoſius objiceret. Nos non vellicare inciviliùs, ſed humanitate excuſari debere putamus, quæ quia nolenti exciderant, ipſe confoſſurus eſſet, nobis ne monentibus quidem.

Verba Plinii, quæ emendare profitebar ſuprà, ſunt iſta; *Gentes Troglodytarum idem Juba tradit Therothoas à venatu dictos, mira velocitatis* : *Juba* igitur juxtà editam lectionem ſcripſerit θηροθοὰς, h. e. ἐν θήρᾳ θοὰς, in venatione veloces. Sed cum hæc vocabuli compoſitio inepta planè ſit, & careat exemplo, ipſumque vocabulum adjectivi formam & poteſtatem habens, epitheton potiùs gentium quàm verum propriumq; quô adpellarentur nomen exhibeat, meritò exploditur, & de corrupta corrigenda reſtat deliberandum. Quid mihi videretur expoſui, nim. legendum eſſe *Therotheras* τῆς o tertiæ ſyllabæ in er reſolu-

to; CL.

Digitized by Google

to; Cl. Salmaf. l. d. placet Theratas, θηρατάς. Idem sensus ex utraq; emendatione resultat; utraque Agatharchidi, Diodoro, Straboni, qui Κυνηγέτας eos Troglodytas adpellatos esse scribunt, consentit; sed meam a vulgata lectione, quam omniũ correctionum normam Critici constituunt, propiùs abesse, res ipsa loquitur. Si quis tamẽ illam sequi malit, non pugnabo. Est enim is *Salmasius*, cujus exquisitissimæ eruditioni tantum tribuo, ut non modò quę doctè ad bonos autores notavit, & ingeniosè istorum medelis excogitavit, tantùm non exosculer, longèque meis abortivis præferam; sed ultrò frivolis meis cedere paratus sim, si ipsi contrà videri videam.

CAP. VII.

Mich. Meisneri laus. De notis Θ & V in lapidibus epitaphiis & laterculis militum. Lipsi in Isidoro correctura rejecta. T *v & V ejusdem literæ signa apud notarios & marmorarios tàm Græcos quàm Latinos.* T *pro* I *irrepsit in Isidoro inadvertentibus librariis: hæc restituitur P. Diaconi error è corrupto Isidori codice natus. V significat* ὑγιῆ *sospitem, salvum, quandocunq; Θ vel præcessit, vel sequitur, quæ mortuum vel damnatum. J. Rutgersi frustratio circa* T *literam de* Τηλεθεύε *explicatum: Ejusdem altera in reddenda cur Critici quæ improbarent in autoribus litera Θ signarint, ratione.* θωὴ, *mulcta, damnum.* ἀθῷος, *innocens, non mulctandus. Græci in judiciis sententias ferebant calculis albis & nigris, ii colore distincti, non item literis simul, contrà Nic. Abramum. Romani in hanc rem literis singularis utebantur A & C. Cicero explicatus.*

DE Notis veterum Criticorum, quibus verborum, sententiarum, & versuum rationes, precia puta & culpas, in autoribus indicare & omnem censuram suam circumscribere consuevêre, & de quibusvis ad codices adnotamentis sive literatis sive illiteratis, quæcunque sciri possunt, collegit & disposuit vir eruditionis haud vulgaris *Mich. Meisnerus* Curiæ Variscorum Juventuti ad bonas literas & mores probos magister, *Syntagmate super adnotam. Philologorum*. In eô libello digressionis loco ex *Isidoro Hisp il. antistite* tradit, *in breviculis militium nominibus defunctorum* Θ, *superstitum à prælio* T *literam adscripsisse veteres*: locus est *Origin. l. 2. c. 23*. Prius adnotamentum

ὐδενὸς τῆ συνηγόρου δεῖται, ſuntque tot in Inſcriptionibus antiquis ejus exempla; De poſteriori video controverti. *Lipſius l. de recta pronunc. Lat. I. c. 14.* negat id ab Iſidoro bona fide ſcribi: loco a. τοῦ T reponere jubet V, quæ prima ſit in voce *Vivus* & reperiatur pro ea in antiquis monúmentis: Subſcribit, quem dixi, *Meiſuerus*. Non auderem contradicere; ita nominibus ac famæ hominum eruditorum & bono publico natorum faveo; niſi veritas, quavis autoritate potior, aurem mihi vellicaret; ſine felle a. faxo id fiat. Homines Romanos è diverſis linguis deſumtas literas notasve in eodem ſive textû ſive lapide adhibuiſſe ita ut quæ *mortuum* ſignificaret è Græca, quæ *vivum* è Latina peterent, minimè omnium eſt veroſimile, cum ſua ipſis utriusque ſignificantes, ſiquidem Latinis uti vellent, ſuppeditaret M & V vel ex his detorta inter notas Tyronis & Senecæ ſigna. Nunc cum literam qua mortuum ſignarent à Græcis mutuati ſint, etiam eam qua vivum & ſuperſtitem notarent ab iiſdem petiiſſe conſentaneum eſt. Ea verò eſt Τ, υ, quæ & ſimili cum Latino Vau figura exarabatur olim, V; & in lapidibus igitur, qui utramq; Θ & V ſimul exhibent, hæc neque Latina eſt, neque Latinæ vocis initium, ſed Græcæ Ὑγιὴς, & *ſalvum, ſanum, vivum incolumemq;* repræſentat. Hanc Τ τῷ Θ oppoſuerat *Iſidorus*, ſed imperiti deſcriptores eam, demiſſis quæ ſurriguntur cornibus, in T reformarunt; idque proximo ab *Iſidoro* ſeculo factum eſſe auguror, quòd corruptela iſta *P. Diacono* erroris, ut T *nomini militis appoſitum in bello ſuperſtitem ſignare* ſcripſerit, facta fuerit occaſio; niſi fortè hic ipſe primus in *Iſidori* codice παρέργως T pro Τ arripuit. & ἀντίστοιχον hoc reciprocè è *Paulo* in *Iſidorum* trāſtulêre editores. Characterem verò V æqui pollere τῷ Τ & literam unam utroque ſignô exprimi antiqua notariorum & marmorariorum conſuetudine docemur. In codicibus enim reperimus SVRIA, ILLVRICUM, quæ aliis SYRIA, ILLYRICUM: In 6. Inſcript. p. 1126. eſt OLVMPO: in 9. 16. ZACVNTHO: In 1. p. 967. SUMPERVSA, quæ aliis OLYMPO: ZACYNTHO: SYMPHERUSA: errantq; viri magni, qui literam V pro Y perperàm ſcriptā ſculptámve eſſe volunt, cum ipſa ſcripturæ ratione factum ſit, ut hæc ſigno iſtô denotaretur. Conjecturam & emendationē noſtram in *Iſidoró* luculentiſſimè comprobat *Galenus cujus verba comm. 1. ad 3. Ep. t. 4* eccum iſta: ὅτι ἡ τελευτὴ τοῖς μὲν σωθεῖσιν υ προγέγραπται τὴν ὑγείαν σημαῖνον. Τοῖς δὲ ἀποθανοῦσι τὸ θ. καὶ

τοῦ

τὸ δηλοῦντα τὸν θάνατον ἐνδεικνύμενον: *In fine* (scil. notarum) *servatis* superstitibus, qui convaluerant, *υ adscripta est, quæ* salutem, *sanitatem*, incolumitatem *significat: mortuis a. θ & hæc videlicet mortem indicat.* Scilicet à Græcis σημείωσις ista manavit, ut alia quamplurima, ad Latinos: hos autem interpolasse ita, ut visum *Lipsio*, nemo crediderit. Frustrà igitur Rutgers. l. 5. Var. c. 17. editam in *Isidorô* lectionem defendit, alia simili apud *Ruffinum Invect. 2. in Hieron.* eam confirmat, & τὸ T in utriusque ὅπῳ significare τηρηθέντα, ἀπὸ τοῦ τηρεῖσθαι i. e. *conservari*, contendit. Idem enim de *Ruffini*, quod de *Isidori* lectione edita judicium ferendum est; scil. similiter corruptam esse: Verbi autem τηρεῖσθαι significationem eam esse ut τὸ σώζεσθαι vel σωθῆναι, τηρηθεὶς verò σωθέντα *sospitem, qvi evasit*, insinuet, id verò sine autore asseritur. Τηρεῖν enim *observare, spectare, custodire* est, & à significato τοῦ σώζειν quod *salvare, servare, sospitem salvumq; sistere*, longè alienius. Et hæc de nota T, quam ex Isidorô obtrudere nobis voluit *Rutgersius*: quę multò solidiora esse & propterea doctis non displicitura confido.

Addendum omninò est antequam hinc abeam, quòd ratio, quam cur Critici culpis locis deculpatis & sententiis, quas improbarent, Θ præfigere adsueverint, reddit *Rutgersius*, scil. *quod ea litera prima sit in voce θωὴ*, i. e. *mulcta*, uti nova est fatente ipso, ita fortassè sit falsissima. Quid enim tum, si vel maximè vox θωὴ significet *mulctam?* Utuntur Græci cum pœnam pecuniariam à judice inflictam, vel damnum aliunde acceptum significare volunt; unde ἄθωος, pro innocente, purô, inculpatô, & qui citrà noxam: de verbo & versu vel sententia improbabili falsa, rejicula, & omninò repræhensione digna dici non potuit, neque dicta est à Criticis unquam. Verius est eos à judiciis transsumsisse hanc notam, quæ morte dignos & pœnis subjiciendos istâ condemnatoriâ insigniebant, cum idem juris in loca deculpata autorum sibi, quod his in reos convictos esse arbitrarentur, eventu licet dissimili. In Atheniensium judiciis, quoniam ad hæc deflleximus, sententiæ ferebantur tabellis sive calculis albis & nigris, integris & perforatis, in urnam conjectis, quos *Horatius lib. 2. Sat. 3.* per *cretam & carbonem* intellexit: hos præterquam colore etiam literis insculptis fuisse distinctos, tàm facilè negari potest, quàm audacter adfirmatur à *Nic. Abramo comm. ad Orat. Cicer. pro Milone.* Ad

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quid enim Athenienses homines sapientissimi unius rei duo signa adhibuissent, & cum color calculi de sententia inferentis testaretur satis, literam quoque sive ἀφέσεως sive καταγνώσεως addidissent? Unde non erat tam de litera, quæ illam significaret, anquirendum. Romani verò elementis singularibus utplurimum hic utebantur, sententiæ suæ indicibus; A quidem cum absolvendus, C cum condemnandus esse videretur reus: & illam *salutarem*, hanc *tristem* literam adpellavit Cicero l. d. Sin verò è Græcorum more eum locutum esse placeat, T fuerit *salutaris* illa sive scripta sive sculpta; Θ *tristis* hæc, feralis & infelix.

CAP. VIII.

Glossarium, quod Isidoro adscribitur turpißimis octo mendis elotum. Buda, storea, teges. C. Barthi in ea voce lapsus & incommoda correctio. Βύδη, *pulvinus, vel qvilibet fasciculus sartus re molli. Bothæ, i.e. ædiculæ seu attegiæ mercatorũ in nundinis. Egeria, Nixia: C. Barthi in eo* παρεργασία. *Dii Nixii puerperiorum præsides. Incuba, pro Incubatore. Psyllus, Marsus pro venatore & cicuratore serpentum, venenorumq; sic* Φαρμακεῖ: ὀφιοδιώκτης: *B. Vulcanius edoctus de voce Marsus, quæ & incantatorẽ significat. Araneæ à pharmacopolis conquisitæ & prostitutæ. Momar Siculorum lingua stultus: Plautus, si modò est, novè explicatus: I. Gebhardi emendatio una laudata, altera quia intempestiva culpata. Siculi à Doribus conditi; Laconibus, Doribus & Æolibus familiare est* τὸ ρ: *hinc & Siceliotis. Philetæ* Ἄτακτα *qvid libri: quo argumento: Dalechampii versio notata: Casauboni de vorsa oratione in Atactis Philetæ sententia improbabilis. Paudum i. e. zona, fascia. Rutgersi & J. Gebhardi conjecturæ reprobatæ. Patagus, i. e. apoplexia, quæ etiam ictus dicitur. De Paulo, qui Festum contraxit, quæsitum: decretum de eo quem Diaconum vulgò adpellant, Carolo M. coætaneum. Barthi* ἁμάρτημα *quoddam de ætate Pauli illius* Βλητὸς, *ictuatus, apoplecticus, synonyma. Jos. Scal. de morbo patago contradictio & turbatio. Sabarium, atrium templi, à Chaldaico tsebur i. e. cœtus, synagoga. Scapulium, i.e. fustis longus; in eo illustratum Glossarium & Barthi emendatio probata.*

Cui

Cui non dictus Hylas? Usq; adeo nemo ferè Criticorum est, qvi in *Glossario*, qvod *Isidori Hispal. antistitis* nomine circumfertur, sed quod unius autoris non esse, verùm à monachis infelicium seculorum Germanis sæpiùs recoctum & novis accessionibus donec in eum acervum excrevit locupletatū fuisse decrevêre primates literatorum, non fuerit expertus. Nos de glossis bonarum rerum condis, si monstra lectionum, quibus insidentur, profligas, benè mereri videbimur, si quod in iis sibi licere putarunt correctores, abusi suo ingenio & facultate nonnunquam, excutiamus diligentius. Faciemus id κτ̀ σοιχεῖον, qui ipsius operis modus & processus est.

Buda, historia: Glossæ. Optimum hac ætate nomen est & prolixè laudatur *C. Barthi*, qui eam utilissimis scriptoribus illustratis, redditis etiam nonnullibi melioribus, luculentissimè demeruit; de ejus *Adversariis* pronuncient οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα τριβωνευόμενοι; Ipse l. 58. c. 9. ita comparata esse fatetur, ut *si eorum libros retrò legendo voluerit evolvere retractationum series & copia novum opus sit datura; aliqua enim secus excidisse adolescenti quàm gravitas judiciorum ferre possit.* In censendis autoribus habet peracre judicium, & quod de Servio Papyrii Pæti fratre dicit *Tullius, tritas aures notandis generibus poëtarum & consuetudine legendi*, eamq; Critices partem (ut multa paucis, in quibus tamen & λαμπρὸν ἀληθὲς ac solida laus est, dicam) felicissimè & contrà omnes retrò exercuit; in altera, ubi boni auctores emendandi venêre, eum offendere, ut sunt humana, plurimùm, in levissimis sæpè graviter, planum faciam in his libris. Ejus promissi nunc hoc esto specimen. Corrigit h. l. glossas & substituit *Bugia*, vel *Buga, qvæ vox Italis hodieq; fabulam notet: historiam verò Latini scriptores non rarò adpellent mendacem fabulam*: l. 14. c 8. Perversa emendatio! Vetus sanaturus vulnus infligit novum. *Buda* rectum est, nec moveri debuit: pro interpretamento repone meâ fide, *storea*. Sic enim eædem Glossæ: *Buda, stramenta camelorum*: i. e. στρώματα, στρωμναὶ, tegetes, quæ & *stramina*; ubi *Barthius, bullæ*, pari infelicitate. Eadem vox σάγμα, fasciculum, culcitam, cervical, fartum tomento, palea, stuppa, papyro, fœno vel aliâ re molli, (βύδη Græcis est ἀπὸ τοῦ βύσαι, i. e. *implere, farcire, stipare*,) significat. Germanicum Buede, qvod τυγχάνει Latino huic, pro mercatorum pergulis & *momentaneis domibus*, ita adpellat *Athalaricus* apud *Cassiodorum l. 8. Var. Ep. ult.* quas in nundinis

dinis solent è tabulis extruere, ex Italico *bottega, bothege* est; hoc è Græco ἀποθήκη corruptum: SemiLatinis *Botha*. In Legibus regis Scotiæ Davidis I. de Burgis c. 40: *Mercator sive institor, qui habet stallum coopertum in die fori, dabit obolum pro consuetudine & custuma sua* & c. 71: *Nullus carnifex occidat animalia de nocte nec emat, sed clara diei luce & in propria botha sua: & ponat in aperta fenestra sua*; ubi macelli ædiculam possis exponere.

Egeria, noxia: Glossæ. *Barth. l. 44. Adv. c. 29.* cum *egeriem* à *Paullino* dici, *quicquid superfluum à cibis egeritur à natura* docuisset, existimat eò pertinere glossam, quod *pro noxiis egesta quodq; fere animal abstineat*. Falsa autem ratio, animalia egesta sua abhorrere, quia pro noxiis habeant. Abominamur talia quia natura αὐτοδίδακτος & provida sui conservatrix ceu inutilia alendo corpori secrevit; adpetimus autem tantùm nutritura & abitura in corpus. Neque verum est, noxias esse istas ἀφόδους seu ἀποπατήματα; sunt potius multi usus ad medicinas; quod vel veterinaria docuerit, si *Galenum 10. de simpl. medic. facult. Aetium tetrab. 1. s. 2. c. 109. & seqq. Oribas. collectan. l. 14. c. 59: 15. c. 2. & Paulum Ægin.* l. 7. c. 3. legere pigeat. Nihil igitur de egerie ventris Glossæ. Vera lectio; *Egeria, Nixia. Egeriæ Nymphæ*, Numæ conjugi & consilio, *sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facilè conceptam alvum* (sive malis, *conceptum alvo*) *egerere*: *Festus*. Puerperiis igitur præsidere fingebatur ὠδίνων ἐπαρωγὸς λεχῶν: eadem cum Lucina, Εἰλήθυια, Genitali, & Diis Nixiis quos ex *Ovid. 9. Metam. Turnebus l. 7. Advers. c. 8.* eruit, sic dictos, quod nisus parturientium adjuvare crederentur & nitentibus in lucem fœtibus obstetricari, potestate, & eadem igitur etiam adpellatione, *Nixia*.

Incuba, quæ res alienas tenet: Glossæ. Cum de fœminis non ita comodè dici possit, quod rem vel invadant violenter vel retentent injustè alienam, adparet τὸ *Incuba* esse verbale masculinum, primæ inflexionis, & legendum igitur, *qui r. a. tenet*; nisi malis scripsisse glossographum. *Incubo* tertiâ flexione, vel *Incubator*. E tribus tamen his prius videtur elegantius, & genuinum. Tyranni imperiorum incubatores sunt, h. e. usurpatores retentatoresqve iniqui.

Marsisuculus, qui citò movetur ad iram. plautus: Quid ais, homo Marsicule? Glossæ J. Gehbardus Crepundior l. 3 c. 16. ita refingit ista: *Momarsiculus, q. c. m. a. i. P. Quid ais, ô momarsicule?* Optimè in *Plauto* (si modò is est; non enim legimus ista hodiè in Plautinis; neque quisquam eorum

qui

ui Plautina curarunt hactenus, ea in hisce censuit)conjectat vocem malè divulsam connectendo & pravè connexam divellendo, ut duæ significantes exeant. At hoc contra glossographi mentem est, qui quod in Plautino codice vel ejus exscriptore aliquo repererat vel legerat, nim. *Marsiculus*, id interpretatur. Quamvis igitur tota ejus ῥῆσις sit ὁλολήρημα & merè nugax, quia vocem nihili *marsiculus* è prava lectione arripuit eique significationem pro captû suo imposuit: tamen intererat ea omnia uti à magistro inepto concepta erant legi primùm; tum è constituta vera apud Comicum lectione expositiunculam vocis barbaræ, ξένως εἰρημένης à Poëta Latinô, addi; quod ego nunc faciam. *Momar Sicule* convitium est arguentis stoliditatem & inficetias alterius. Μῶμαρ & μῦμαρ Siculorum lingua *stultum bardum blennumq;* significat. Quare cùm voce in auribus Romanorum peregrina uteretur Poëta, necessariò adpositéque omninò adjecit, cujus ista linguæ esset propria, idemq; planè est ac si dixisset: *Quid ais, more Græce, μωρὲ?* vel, *Quid ais, pazzo o matto Italiano?* His enim vocabulis Itali hodiéque *fatuum, delirum* notant. À nomine μῦμαρ verbum inter Græca recensetur μυμαρίζειν, quod est, *inepta loqui, ridicule gesticulari.* Cum Siculi Græcorum maximè Dorum & Æolum fuerint coloni: hi autem unà cum reliquis Spartiatis τῷ ρ tàm in mediis quàm extremis syllabis plurimùm & solentes uterentur, uti constat tam è *Strabon.* l. 8. quam è glossarum antiquarum libris, ubi Spartiatarum & cognatorum vocabula pleraq; in ρ desinentia inveniuntur (dixère enim παλαίωρ per παλαιός, i.e. stultus; qua ratione etiam *Harpocration* ἀρχαίως in *Demosth. Philipp.* explicat per ἁπλῶς, πὶρ pro πῦς, νέκυρ pro νέκυς: μαχάταρ pro μαχητής: καλλίαρ pro καλλίας: ἐξερέταρ pro ἐξαιρέτης δαδῶχωρ pro δαδοῦχος: ἀμπιστίτηρ pro ἀπιστίτης: ἄχυρ pro ἄχυρον, & similia) adparet vocula μῶμαρ è Siceliotarum dialecto reliquam esse & corruptam à Doribus è Græcô μῶμος. Id verò tot verbis docere me opus non fuisset, si vel Aristophanis γλώσσας Λακωνικάς, vel Philetæ Ἄτακτα, in quibus ut ex Athen. l. 11, 14. & 15. didici, diversarum dialectorum ipsiusq; adeò Siculorum vocabula οὐ στοιχάδην, non juxtà literarum ordinem more aliorum lexicorum, ἀλλὰ συλλήβδην sed inordinatè & fortuitò congesta fuerat interpretatus, haberemus. Et hæc inscriptionis Ἀτάκτων & Ἀπίκτων γλωσσῶν ratio, hoc argumentum operis est; quæ quia videre

dere non potuit interpres Athenæi doctissimus *Dalechampius*, ratus esse nomen dramatis, quod Philetam Coum poëtam & Criticum fuisse è *Strab. l. 14.* nosset, puerili errore τὸ Φιλήτας ἐν Ἀτάκτοις, reddidit l. 11. f. 467. *Philetas in Atactis*, in not. marg. *petulantibus, lascivis, flagitiosis, inordinatis*: & l. 14. f. 646. *in dissolutis*: quem tamen correxit ipse cum l. 14. f. 678. vertit *in vocabulis sparsim & nullo ordine collectis*. Argumentum autem, de quo dixi, id fuisse, colligo inde quod quicquid ex istis allegat *Athenæus* omne sit de vocabulis, & quidem è variarum gentium idiomatibus; nam & Cyrenæorum & Lesbiorum, & Bœotorum, & Megarensium & Æolum & Syracusiorum voculas producit. Probat verò clarissimè ῥῆσις *Stratonis in Phœnicide* ap. Athen. l. 9. In ea cum coqvum introduxisset, qui omnia aliis quàm is à quo conductus fuerat, iisq; ignotis nominibus adpellaret, & juxtà Homeri monitum se id facere diceret, fingit dominum de eo conquerentem, quòd verbis quæ nemo anteà audivisset, ad quæ intelligenda in manus sumendi & consulendi sibi essent *libri Phileta*, σκοπεῖν ἕκαστα τὶ δύναται τῶν ῥημάτων, uteretur: quod è libro alio nullo quam Lexico expectari poterat. Versibus fuisse scriptas illas *Phileta* glossas, quod vult *Casaub. anim. ad l. d. Athen. c. 7.* οὐδὲ Ἑρμῆ λέγοντι crediderο: certè ex Athenæanis id minimè comparet.

Obsillas, marsus: Glossæ. J. Geb. l. d. *amicam quendam suum enucleasse, Obsitus, mersus, non inepte*, ait. At de amico pia affectione fallitur: Veram lectionem & de qua nemo, scio, ambiget, dabo: *Psyllus*, M. Psyllorum Africanæ gentis corporibus ingenitum fuisse scribunt virus exitiale serpentibus, ut cujus odore eos sopirent: idem naturale fuisse Marsis Italicæ nationi à Circes filio ortæ: Vide *Plin. l. 7. c. 2. l. 8. c. 2. & 3.* & *Gell. l. 16. c. 11.* Hinc parabolanos & circulatores qui capturam serpentum, horum innoxiam tractationem & scientiam πάντα ἰὸν παντὸς ἑρπετοῦ ἐκ τῶν δηγμάτων ἐκμυζᾶν, *venenum cujusq; serpentis* è demorsis *exugendi* profiterentur, nisi *audacia solum fuit, usu ipso confirmata*, adpellarunt nomine Marsorum, *Gal. l. 11. de simpl. med. facult.* & Psyllorum.; *Celsus* l. 5. c. 27: talesque adhibuit Cleopatræ, si qua eam ab aspidibus enectam ratione in vitam revocare posset D. Augustus; *Dio l. 51.* *Custodem dominumq; viperarum* vocat Martial l. 1. Ep. 42. qui glossario veteri à *B. Vulcanio* edito col. 24. lin. 7. ὀφιογενὴς, *arto*, & col. 562. lin. 50. ὀφια-

Θεοδιώκτης, *marsio.* Latinarum vocum glossographi *nullam apud veteres novosque ac probatos autores mentionem se reperire* queritur *Vulcanius*; faximus igitur ne queratur ultrà. Jul. Firm. Mat. l. 8. Mathes. c. 17: *Marsi erunt, vel qui venenis ex herbarum pigmentis confectis salutaria soleant hominibus remedia comparare.* Aldhelm. l. de laud. virgin. *Et Marsum, qui virulentas natrices ad sacræ virginis læsionem incantationum carminibus irritabat. Marsæ voces*, & *Marsa nenia* apud *Horat.* pro incantationibus magicis: talibus enim torpidos innocuosque reddere serpentes ii putabantur. Servum imperialem, qui viperarum venatui deditus erat, ictero laborantem curavit *Galenus l. 5. de locis aff.* ut domitores serpentium seu cicuratores jam-olim fuisse scias, & quidem inter ministeria domus Augustæ,

> *Vipero generi & graviter spirantibus hydris*
> *spargere qui somnos cantuque manuque solebant,*
> *mulcebantque iras & morsus arte levabant.*

Erant etiam qui phalangia seu araneas conquisitas, præcipuè si quæ prodigiosæ magnitudinis & figuræ insolentioris essent, ita ostentabant in pharmacopoliis, ut est apud *Aristot. 9. hist. anim. c. 63. & 8. c. 8.* quod hodieque theriacarii faciunt.

Prandeum, genus Zonarum: Glossæ. *Rutg. l. 4. Var. c. 13.* ita exhibuit, dubitanter τὸ *Zonarum* exponens *obsoniorum. Gebh. l. d. Prandium, genus cænarum.* Neuter rem videtur tetigisse: cogitet quisque. Cum glossarium istud è variarum linguarum vocabulis sit coagmentum, Germanicæ à quàmplurima contineat, suspicor τὸ *Prandium* in *Pandeum* vel *Pandum*, quo nostrates vinculum seu fasciam, appellant, Band / mutari oportere. Consentit huic emendationi interpretatio, *genus Zonarum.* Bandis enim non aliter quàm Zonis seu baltheis illa substringimus & fluxas vestes cohibemus. *Brandeum rubrum* pro linteo quo cadaver involutum lego *in vita* Remigii ap. Hincmarum. Qui ad *bandum*, i. e. fasciam seu Zonam referre nolit, comminiscatur aliud melius.

Patago, genus mortui, Glossæ. *Rutgersio l. d.* placet; *Petigo genus morbi.* Mihi: *Patagus, genus morbi.* Habetur n. hoc αὐτοῖς ῥήμασιν apud *Paulum* Festi epitomatorem: qui quis cujatisve fuerit nondum adeò liquet De Diacono Patriarchii Aquileiensis agnominatô, *propter scientiam literarum à Carolo Magno Imp. adscito*, non levis est suspicio, quòd in hoc ge-

nere literaturæ ſuo ævo maxime is excelluerit, & Iſidorum perinde ut hic Lexicographos anteriores exſcribere fuerit ſolitus: teſtatur etiam Epiſtola ad Carolum Regem, cujus ſeries omnis πῖνον hujus Pauli, monachi tandem Caſinenſis, redolet: Eam editioni ſuæ præfixit *Anton. Auguſtinus* De *Barthio* verò mirari ſubit tàm obliviosum fuiſſe, ut quæ è *Paulo* de voce Obeſus allegat *Cruqvius enarr. ad Epodôn Horat. carm. 12.* ea ipſum ſcholiaſten Horatii veterem ſanè è Paulo citare ſcripſerit, *l. 2. Adv. c. 5.* Quia n. commentator *Cruquii* Horatianus è Porphyrionis & Helenii Acronis ad Horatium notis concinnatus eſt. Eos verò juxtà cum vetuſtiſſimis Grammaticis cenſeri, & ſeculo Conſtantinianeo non inferiores vixiſſe certò tenemus: fuerit hac ratione *Paulus Feſti* multis ſæculis quàm ritè putatur, antiquior, id quod omnium inconſideratiſſimè dicitur; fuit enim eo ævo, quo diximus. Quod verò *morbi genus Patagus*, è medico meritò quæras: Nos ἀπὸ τοῦ πατάσσειν à percutiendo, & proſternendo ita dictum, cum apoplexi omnium optimè convenire remur, quæ repentinum tanquam è lethali percuſſu homini caſum facit; eòque collimat Germanicum noſtras der Schlag; & barbaries ſemi Latinorum qui *Ictuatum* adpellant, *Paulus in Ep. ad Deſiderium Papam*, quæ eſt 72. inter Francicas à *M. Frehero* editas, quem *Hippocrates* βλητὸν h. e. interprete *Heſychio*, ἀπόπληκτον, à morbi καταβαλικωτάτω ceu fulmine tactum, pulſatum attonitum & proſtratum. ὁμόψηφον de etymô & ſignificato habemus *Ill. Scaligerum adpend.* Conjectaneor. ad Varr. l. 8. de L. L. Sed quod ibidem *πάταγον eſſe morbum peſtilentem, quo correpti qui moriuntur nullum indicium morbi relinqvunt aliud quàm nævulos in parte corporis* tradit, id verò non capimus, & aliud agenti excidiſſe putamus. Inſinuat aliquid de petechiis, quæ ſunt maculæ inſtar lenticularum, febrium peſtilentium & malignarum comites indicesque: ſed has cum πελιδνώμασι ſeu livoribus in ſideratis vel patago nemo confundet niſi ἀνιατρολόγητος. Autoritas, uti *res ſecundæ, mire* eſt *vitiis obtentui*; Ea etſi *Scaligeri* apud quosvis literatos ſumma ſit ſuo meritiſſimo; facere tamen non potuit, ut huic ejus contradictioni & turbationi in re non intellectâ aliquid excuſatiunculæ præſtrueremus.

Sabarium, atrium templi: Gloſſæ. Et mox: *Saſarium* a. t. Papiæ magiſtro: *Sapharium. Cl.* Barthius l. 55. c. 9. *unde hoc ſit non comminiſci ſe* ait. In promtu eſſet corrigere, *Sacrarium, adytum templi*: ſed vetare videtur τὸ

ſ &c

& ph in eadem voce alibi glossarum repertâ. Cum Glossæ ejusmodi innus sint variarum linguarum, ipsi etiam claustrales magistri harum abri eo ingenio, ut in sacris videri velint quàm versatissimi & nihil ferè quod in sacris scriptoribus ad hoc genus pertinere videbatur prætereant, putarim *Sabarium* pro templi parte ab Ebræo צבא *saba*, quod est *convenire religionis gratia*, teste *Wasero l. 1. de ant. mens. Ebr. c. 1* à quo Chaldaicum צבר *tsabar*, i. e. *congregare* & ציבור *tsebur*, i. e. *congregatio, cœtus Ecclesiasticus, Synagoga*, deduxisse & Latinâ formatione vestitum in censum vocum sacro-Latinarum retulisse infelices eruditionis extraneæ affectatores monachos. Hæc in *Sabario* glossologorum tentabam aliquando; sed φερνίδες δευτέραι me docuêre, *Sabarium* esse id quod Græci recentiores Ζαβαρεῖον adpellarunt, ἀπὸ τῶν Ζαβῶν, à *Zabis*, i.e. loricis. Nam Ζάβα, τὸ λωρίκιον, *Suid.* Hinc *sabarium*, propriè armamentarium; Ζάβαι γὰρ ὅπλα πολεμικά; translatè quævis cista seu armarium, in quo vestes, libri, & alia talia reponuntur. In VitisPatrum *à Rosweido* editis *Zaberna* est. Legendum igitur in Isidoro: *Sabarium, armarium templi*: h. e. repositorium librorum & vestium sacrarum conditorium; Tale Hierosolymis pro ἱερῆ ἐσθῆτι erat in turri Antonia, parte templi Septentrionali, *Jos. 20. antiq. c. 1.* eique è XV. templi præfectis is cui vestium sacerdotalium custodia commissa, *CL. Empereur ad Cod. Middoth. c. 1. s. 4.* erat præfectus.

De *Scopelo* & *Scapolo* Glossarum verè divinat CL. *Barthius* l. d. legendo, *Scapulum*. In ejus interpretatione, quod significet *fustem longum* h. e. palangam seu perticam, è qua alius brevior torosiorque fustis dependet, frumentis excutiendis, glossas illustrare possim, exemplo è *Chron. Constantinop. apud Meurs. Gloss. Græco-b.* p. 636. isto: Φέρουσα ἐπὶ τῶν ὤμων σκαπτέλιον καὶ πτύον ἐν τῇ χειρί: flagellum, notione Germanica, in humeris & vannus in manibus habitus triturantium. Qui *Scapulare* cum *Meursio* velit exponere, laxè nimis & ambiguè loquetur.

CAP. IX.

De Philone Alexandrino doctorum judicia. Is in elegante vocula* Δημοκόπος *restitutus: composita cum vocabulo* κόπος *multa, & eorum significationes traditæ; nonnullorum contrà Lexicos.

xicos. Quæsitum de nominibus qvinq; Alexandrinæ urbis regionum; nec repertum. Adpellationes literarum alphabeti hominibus impositæ, quibus, & qua de causa alius alpha, alius beta, alius gamma, alius delta, alius zeta, theta, lambda nominatus.

APud *Philonem* Judæum ἑλληνιστὴν Alexandrinæ διατριβῆς, cujus κατὰ τὴν ῥητορείαν ῥώμην καὶ κάλλος τῶν λόγων admirari satis nequeo, stupefactus judicio Senatus Romani hominum gravissimorum, quo libros ejus τῆς ἐν βιβλιοθήκαις ἀναθέσεως θαυμασθείσας καταξιωθῆναι contigit, ut est apud *Euseb. l. 2. hist. Eccl* voculam non proletariæ elegantiæ corrupêre nobis erudituli, pestes librorum & secretioris literaturæ omnis. Ea est *Flacco* ψεγομένῳ *Oper. ab Hæsch. ed. p. 749.* Δημοκόπος, pro qua mangones illi Δημοσκόπος suppofuêre: significat ea hominem de gratia plebis laborantem valdè & per quævis studia captatorem auræ popularis. Δημοκοπεῖν est popularem favorem quibusvis modis licitis illicitis ambire, exambire, unicè laborare ut plebem tibi demerearis; Lexici perperàm exponunt, *populum exhaurire.* Similia huic sunt minusque obvia, ejusdem autem elegantiæ ἐκδημοκοπεῖν, quod est, laborare in peregrinationes, peregrinandi desiderio & studio maximè teneri: *Budæo*, populum sibi servire compellere, malè: Φαντασιοκοπεῖσθαι, imaginationibus indulgere iisque seipsum inaniter vexare; Φαντασιοκοπῶν, Φαντασιοκόπος pro morosus, quo utitur *autor Panareti c. 4. v 33.* Μὴ ἴσθι ὡς λέων ἐν τῇ οἰκίᾳ σου καὶ Φαντασιοκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου; *ne sis in domo tua leoni similis & vexans morositate tuos famulos;* malim, de *domesticis varia mira & falsa, è* diffidentia, *ne imagineris* & inde iniquè eos tractes, quod σκολιοὶ δεσπόται *D. Petro Ep. c. 2 v. 31.* solent. Δοξοκοπῶν, laborans de fama & laude: Πραξικοπεῖν astutè & subtiliter aliquid moliri; Πραξικοπεῖν τὴν πόλιν apud *Polybium* est ad defectionem sollicitare, ad suas partes subtili tractatione pertrahere, διὰ πράξεως ἑλεῖν. Χρεοκοπεῖν est ἐλλεῖψαι, solvendo non esse: Συμβολοκοπεῖν quo utuntur οἱ ὁ *Deuter. 21. 20.* frequentare comessationes: ἐλπιδοκοπεῖσθαι est frustrari spe sibi facta, vana spe seipsum lactare: quorum pleraque aptius à κόπος, i. e. conatus, labor, quàm ἀπὸ τοῦ κόπτειν, ut visum Grammaticis, deducas. Emendationis autem datæ fundus ipse *Philo* est; sed eo loco integer à graphiis correctorum, ib. p. 762. De iisdem enim Præsidis Ægypti offficia-

cialibus agens, Isidorum ex his quendam adpellat *ἄνθρωπον ὀχλικὸν, δημοκόπον, ταράττειν καὶ συγχέειν τὰ πράγματα μεμελετηκότα*, *τὰ πρωτεῖα* in sodalitiis quæ per civitatem frequentia sunt, adpellanturq; *σύνοδοι* & *κλῖναι*, *φέροντα*: Is igitur plebem variis studiis sibi conciliaverat, indeque ἐπιθελίζεται Δημοκόπος.

Idem *Philo in Flaccum* describens plebis Alexandrinæ, imperante Cajo & præside Augustali Flacco, connivente, petulantiam contumelias & sævitiam in Judæos, quibus non tantum domos diripuerant sed & proseuchas clauserant, vel minimùm statuas in iis, rem Judæis abominabilem, reposuerant, Πέντε, inquid, *μοῖραι τῆς πόλεως* (Alexandriæ) *εἰσὶν ἐπώνυμοι τῶν πρώτων στοιχείων τῆς ἐγγραμμάτου φωνῆς. Τούτων δύο Ἰουδαϊκαὶ λέγονται, διὰ τὸ πλείστους Ἰουδαίους ἐν ταύταις κατοικεῖν. Οἰκοῦσι δὲ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις οὐκ ὀλίγοι σποράδες.* Et paulò pòst: *ἐκ τεττάρων γραμμάτων ἐξώκισαν τοὺς Ἰουδαίους καὶ συνήλασαν εἰς ἑνὸς μοῖραν βραχυτάτην.* Interpres: *Quinq; sunt urbis regiones denominatæ a prioribus literis; harum duæ dicuntur Judaicæ, quod in his plurimi Judæi habitent, quamvis & in aliis non pauci sparsim habeant domicilia.* Et mox: *E quatuor literis expulsos Judæos contruserunt in unius partem angustissimam.* Hæc ille descripsit, nec invenimus qui vel traderet similiter vel qui novisset. Demonstrandum tamen fuit à tàm gravi autore dictum, si cujusquam cura efficacior esset ad inquirendum nostra. Audio primores literas *ἐγγραμμάτου φωνῆς* nomina dedisse, fortè ex instituto civium Alexandrinorum, regionibus urbis; sed cum ignorem quænam ea sit, rem totam me nescire fateri cogor. Autor obscuriusculus est; intèrpres verò mancus; à neutro igitur quidquam in dubio adjuvamur: An *ἐγγράμματος φωνὴ* est nomen seu adpellatio ipsius urbis exscripta literis ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ? Ita una urbis regio Ἄλφα, altera Λάμβδα, tertia Ἐ ψιλόν, quarta Ξι, quinta Ἄλφα δεύτερον, fortasse nuncupata fuerit? an juxtà seriem literarum Alphabeti adpellationes regionibus urbis fuêre impositæ, quod Interpreti visum verosimile? Quicquid sit de re obscura, idem spectasse denominationibus istis ab elementis alphabeti Alexandrinos, certum est, quod in hominibus inde cognominandis licet ob causas diversas alii *Alpha penulatorum Martialis* adpellat eum qui inter penulatos primus vel honoratior, vel conspicuus magis esset: Βῆτα nominatus est Eratosthenes, διὰ τὸ δευτερεύειν

ρεύειν παντὶ εἴδει παιδείας τοῖς ἄκροις ἐγγίζων, quòd summis proximus in omni scientiæ genere primas teneret, Hesych. Γαμμα Pythagoras, teste Democede, & Orpyllis scortum Cyzicenum. Δελτα Antenor Cretensium historiæ scriptor, quod bonus esset & civitatis amans: τοὺς γὰρ Κρῆτας τὸ ἀγαθὸν δέλτον καλεῖν φασίν, Ptol. Hephæstio l. 5. εἰς πολυμαθίαν καινῆς ἱστορ. E ψιλὸν Apollonius Astronomia clarus, à figura literæ, quæ circumagitur cum Luna, in quam ille multum studii contulerat: Ζῆτα Satyrus, Aristarchi familiaris, διὰ τὸ ζητητικὸν αὐτοῦ: Θῆτα ab hero Æsopus, quia θὴς, i. e. mercenarius servus δουλικὸς καὶ πολύτροπος: θήτιον, servulus: θεῖναι, i. e. τὸ δρᾶν, χερσὶν ἐργάζεσθαι καὶ ποιεῖν: Hellad. in Chrestom. ap. Phot. C. 279. Λάβδα Amphionis conjunx. Cypseli regis Corinthiorum mater, quòd altero pede breviore scil. claudicaret; Unde colligere licet figuram literæ lambda non fuisse ἰσοσκελῆ, ut pingitur hodiè Λ, sed ἑτεροσκελῆ & quidem talem apud Græcos ʎ, quam Thusci sic ⅄ invertêre.

CAP. X.

Plutarchi Chæronensis Symposiaca insigni loco emaculata & explicata. Menonia ab autore Menone dicta, sententiæ veterum medicorum collectæ in unum volumen. Disquisitum de morbo ab antiquis Medicis pro epaticô habito, quo qui laborabant, mures domesticos venarentur, fortè in cibum; adpetentiæ vitiosæ speciem esse & ad Picam dictum adfectum ventriculi referri debere potiùs quàm ad delirium: Utriusq; morbi miræ historiæ. Xylandri versio repudiata: data melior Ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ στόμα, *à caudâ ad os referri dicitur, quod cum sit ultimum fit conversione primum.* στόμα, *os pro initio rei:* οὐρὰ *cauda pro extremo, ut & apud Ebræos Zanab.*

NOn leviter sim accusandus, si *Plutarchum Chæronensem*, scriptorem disertissimum, cujus summa in animis eruditorum jam dudum veneratio extitit, & quem laudare satis ob summam in philosophia, philologia & historice peritiam, si vel maximè annitare, nequeas, aut non attingam, aut susceptum perfunctoriè transmittam. De ejus *Symposiacôn libris*, doctis mehercle & reconditæ bonitatis, jam olim monuêre viri magni & questi sunt, tantillam segetem magnam mendorum messem dare; adeò in iis librariorum

Digitized by Google

ariorum quà depravando, quà trajiciendo, quà truncando audacia assata est. In eorum 8. Qv. 9. curiosè contentèque disputatur inter convivas, an novi, præter quos veteres agnovissent medici, morbi generentur, contrà, qui olim maximè fuerint vulgares & notissimi, aboleri potuerint: & cum Diogeniani cujusdam negativa confutanda esset, post θέσιν caussarum, à quib. ἀσυνήθη νοσήματα produci possent, nim. emperiem corporum identidem aliam atq; aliam, ciborum, opsoniorum, potuum mutationes, totiusq; adeò diætæ etiam balneorũ rationem inversam, exempla talium adfectionum, quæ cum notæ essent antiquis interciderint, proponuntur à Plutarcho. Ex iis, quod mirum maximè videtur, πάθους historiam placet seligere, ut macula insidens elegantissimum locum destringi possit. Καὶ μὴν ἔν γε τοῖς Μελωνείοις σημεῖον ἡπατικοῦ πάθους ἀναγέγραπται, inquit, τὸ τοὺς κατοικιδίους μῦς ἐπιμελῶς παραφυλάττειν καὶ διώκειν. ὃ νῦν οὐδαμοῦ γινόμενον ὁρᾶται. Interpres: *Et in Meloniis scriptum est, morbi jecinoris hoc esse indicium, quòd eo laborans mures domesticos accuratè observet & consectetur. Id verò nunc fieri nusquam videmus.* Insolens morbi genus & vel signo sui murium capturâ memorabile, nemini medicorum historicorumve, quod sciam, dictum præterea, ut de Meloniis, si in illius notitiam me deducere vellent, cogitarem contentiùs fecit. Sed laborem frustrà insumtum! Nusquam, excussis tot bibliothecis, veteribus Philosophorum, medicorum, historicorum, rhetorum & quicquid fuit ἐνδόξων, ἐπισήμων, δοκιμωτάτων, ἐλλογίμων indicibus pellectis, & repetita memoriâ omni, *Melonia*, vel qui autor horum *Melon*, extare mihi voluêrunt. In sinu igitur mussans infelicitatem meam & deplorans ita destitui notitia jucundissimæ antiquitatis deposui locum; meditationem autem non abstinui à rei miræ narratione propterea, cum scirem *laborem improbũ omnia vincere,* & rem impenetrabilem visam & insuperabilem tentando alacriter pertinaciterque insistendo adsequi tandem sperarem; idque faventibus Musis, non Hercule Somniali illo δαίμονι ὀνειροπομπῷ, mihi, puto, contigit. Quoad Μελώνεια. postquam me satis delusissent & naso, quod dicitur, ductitassent librarii nequam, sensi, quod erat, fraudem, & expuncto, quod ii scripserunt, substituendum esse Μενώνεια. Ea ab autore *Menone* ita dicebantur. Is Aristotelis discipulus veterum medicorum, quotquot suo ævo reperire poterat, placita uno volumine collecta ediderat;

rat; idque vulgariter Aristoteli tribuebatur, etsi reverà Menonis ejus esset; autor mihi *Galenus comm. 1. ad l. Hipp. de nat. hum. t. 2.* Ea Menonia adhuc extitisse tum cum scriberet *Galenus* inde adparet, quod ibidem, *si quis veterum medicorum sententias cognoscere cupiat,* πάρεστι, inquit, τὰς τῆς ἰατρικῆς συναγωγῆς ἀναγνῶναι βίβλους, ἐπιγεγραμμένας μὲν Ἀριστοτέλει, ὁμολογουμένας δ' ὑπὸ Μένωνος γεγράφθαι. Διὸ καὶ Μενώνεια προσαγορεύουσιν ἔνιοι ταυτὶ τὰ βιβλία. Numerum librorum scimus è Laertio, qui inter scripta Aristotelis συναγωγῆς α β γ nominat quos non alios esse quàm hos τῆς Μένωνος ἰατρικῆς συναγωγῆς Laertiumque etiam è communi de ἀναφορᾷ horum εἰς Ἀριστοτέλη sententia loqui, & eo loco mancum è Galeno suppleri debere unà operà adsero. De adfectu verò quo qui laborabant mures observare ac persequi solerent, ipsos autores primos ac αὐτόπτας apud Menonem audire sanè volupe esset; sed cum hujus sylloge, avmarium veterum sententiarum, præterquam quòd à nemine præterea antiquorum citatam legimus, perierit, conjecturis saltem nostris aliquem locum dari postulamus in re impeditissima. Depravatæ imaginationis & ratiocinationis, deliriorum, insaniæ & amentiæ infinitas esse pro varietate causarum & modo corruptelæ species & observationibus aliorum addidicimus & experti sumus ipsi: Legat qui volet *Aetium tetr. 4. s. 2. c. 9.* Patrum memoria in Silesia contigit puellam ex haustu sanguinis felini contra epilepsiam impostoris cujusdam persuasione propinati, in delirium incidere, quo ex intervallo correpta ea felem saltu, voce, gestu imitabatur mures in silentio venans dum accessio remitteret; morbi historiam *Mart. Weinrich l. de monstris c. 15.* & ex eo αἰδεσιμωτάτη κεφαλὴ *CL. Sennertus,* εἰς μύρμοι, descripsit. Nos in opido Gera è familia Rabnaltorum juvenem vidimus, qui quod καταδεδεμένος & philtro in furorem adactus esset hyemes intensissimas nudus tolerabat, & quicquid cujuscunque generis crudorum, carnium, piscium, obsoniorum obferretur; quin & cum extrà paroxysmum cavea emissus liberè oberraret proposita vili mercedula, ranas ac bufones exhibitos avidè devorabat sine noxa ulla, nisi quod esset καχέκτης, totô habitu luridus, aspectu torvo, voce horrendâ, Megæræ cuidam Empusæve quàm homini similior. Lupina caninaque insania correptos lupinis caninisque adfectibus esse, ὑλακτεῖν καὶ σπαράττειν, & per omnia imitari lupos canesq;

Aetius

Aetius l. 4. c. 11. & hujus exſcriptor *Paulus de Æginâ l. 3 c. 16.* annotavit. Tale quid *μυοτηρητὰς*, de quibus noſter, paſſos fuiſſe & abſurda actione felium propria imaginationem & ratiocinationem læſam prodidiſſe, videri alicui poſſet: Verùm cum hepatis adfecti ſignum eſſe eam adfectionem tradiderint priſci, adpetentia vitioſa, quam *κίτ]αν*, *picam* adpellamus hodieque, potius laboraſſe & in cibum ſibi mures legiſſe rem hominibus aliis guſtu & ventriculo ſanis abominabilem, dixero. Etſi enim orificium ventriculi ſedem, humores autem *ἀῤῥήτῳ*, occulto & peculiari modo corruptos tunicis hujus impactos cauſas iſtius eſſe recepta & clara ſententia ſit; ſepar tamen non eſſe extrà culpam in ejuſmodi, quod ſcil. humores corruptela imbuat & ad ventriculum transmittat, æquè manifeſtum eſt: idque ſpectaſſe iſtos, cum epati adſcriberent morbum adparet. Eſt alioqui mira ejus morbi indoles & ea, quæ adpetunt laborantes, varia planè, peregrina, & plerunque pravarum qualitatum. Puellam quæ lacertos in cibum venabatur, *Marc. Don. l. 4. hiſt. med. mir. c 1.* aliam quæ araneas, *Cæl. Rhod. ant. lect. l. 14. c 11:* aliam quæ capillos ſuos, *J. Camerarius*: aliam quæ indiſcretè lapillos, calcem, cretam, lanam, goſſypium *Am. Luſit. Cent. 3. Cur. 86.* & nos aliam è familia Nobilium à K. quę arenam ſcriptoriam in magna quantitate, ſumma interim cum voluptate devorabat vidimus & curavimus. Infirma autem collectio eſt, qua *Plutarchus* defendendæ, *generari novos, intercidere olim notos morbos*, theſi ſubinfert; *quia ſuo tempore mures ab ſepatico morbo laborantibus captari non contingat, morbum etiam ipſum ultrà non eſſe ſed intercidiſſe.* Sufficit enim ſi ſeculo etiam Plutarchi obſervarunt medici *τὰς κιτ]ῶντας* res abſurdas & à natura alienas adpetere, etiamſi ex his neminem viderint *μυοτηρητὴν*: neque enim objectum ſpeciem morbi ſeu vitioſæ adpetentiæ mutaverit.

Noſter in paulò poſt ſequentibus probaturus quod dixerat, ordinem ciborum immutatum ab uſitato veteribus corpora quoque variè alteraſſe, novorumque morborum cauſam inde pendere, *αἱ γὰρ καλούμεναι ψυχραὶ τράπεζαι πρότερον*, inquit, *ὀστρέων, ἐχίνων, ὠμῶν λαχάνων, ὥσπερ ἔλεγεν ὁ Πλάτων, ἀπ' οὐρᾶς ὅτι σῶμα μεταχθεῖσαι τὴν πρώτην ἀντὶ τῆς ἐσχάτης τάξιν ἔχουσι.* Optimè: *Nam frigidæ præterito tempore adpellatæ menſæ oſtreorum, echinorum, crudorumq; olerum à cauda, ut ait Plato, ad os tranſlatæ primum pro ultimo locum, ordinem, ſortiuntur.* Interpres

unica distinctione disturbata, qua vox πρόπεργν non ad καλȣμέναι refertur, quod tamen fieri oportet, sed ad sequentia, sua nobis somnia, quibus etiam acutissimum L. *Ramirez* seduxit ut locum hunc Plutarchi æquè non intelligeret, narrat, cum vertit; *Quas enim vocant frigidas mensas, antè ostrea crudam lactucam ut concoctu facilem exhibebant, nunc à Platone à cauda ad caput traductæ prima pro ultimis apponunt.* Oedipo quidem ad hæc opus est; *plutarchus* verò εἶπε λευκότατα. Laudat Platonē proverbii, ἀπ᾽ ȣ̉ρᾶς ἐπὶ ςόμα, autorem, quo is rei alicujus præposterum & quod ultimum erat inverso ordine primum factum significavit: quod nec Interpres, nec quod miror mage, *H. Junius* percepit. Hic enim cent. 7. adaq. 91. *Plutarcho* autori, resectis quæ de Platone erant & videbantur depravata, πρόπεργν ο. ε. ω. λ. ω. ε. ὁ Πλάτων, verbis, id adscribit. Ἀπ᾽ ȣ̉ρᾶς ἐπὶ ςόμα μετάγεσθαι est *à calce, cauda, extremo, ad caput, initium, os transferri*: quæ rei ἄναπαλιν κάπαντα, susque deque, si ita loqui licet, conversio est. Στόμα pro capite, in quo est, aliquando sumitur synechdochicè: metaphoricè pro primo seu primùm obvio in re quavis, initio, aditu, ostio; LXX. Jos. 10. 17. ςόμα τȣ̃ σπηλαίȣ, os speluncæ. Οὐρὰ, cauda; tropicè ultimum rei cujusque significat. Οὐρὰ & ȣ̉ραγία extremum agmen, ut ςόμα τῆς παρατάξεως, acies & frons instructi exercitus. Videri possunt Latini ab Ebræis loquendi hoc genus mutuati: nam hi τὸ פֶּ *pe* vel *phe*, i. e. *os*, pro primo & supremo, זָנָב *zanab* i. e. cauda, pro extremo & imo usurpant. Sic Deut. 20, 44. & in adagio seu apophthegmate, quod ad Matthiam Harasi f. referunt: *Esto potius* זָנָב לְאֲרָיוֹת zanab learajoth, *cauda leonum quàm caput vulpium*, i. e. eligito vel postremus esse inter præstantes honoratos & bonos viros potius, quàm primus inter viles, infames, malos hominari. In nostro igitur cum agit de mensis seu cœnis ςόμα principium, ȣ̉ρὰ clausulam denotat, & proverbium Platoni usurpatum aptissimè adducitur; sed eum non omnes cepêre.

CAP. XI.

In Adriano Imp. judicii sinisteritas: de Antimacho Poëta antiquo, & ejus scriptis Thebaide Cyclica, & Lyde. Lydorum mos nomina auro consonantia imponere suis. Chrysanthinus agon Sardibus

Digitized by Google

dibus sive à Chrysanthio cive Sardiano nobili, sive honori ejus à Sardianis celebrari institutus: de ejus initiis Pancirolus falsus. Photius notabili sphalmate purgatus. Βιόγραφοι veteres. Praxidamantia Aristoxeni Musici, quid: Harpocration illustratus.

ADrianus Imp. oratione & versu promtissimus, & in omnibus artib. peritissimus, professores earum semper ut doctior risit, contemsit, obtrivit; hinc ea confidentia literarum & judicii singularitate, ut Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, & Homero Antimachum Colophonium poëtam præferret, fore existimans ut, siquidem mortales eum qui haberet triginta legiones doctiorem omnibus crederent, illius carmina tandem aboleantur, & hic solus sit in precio, quia ita placuisset Imperatori. Modestiùs paulò Plato, qui eundem ob artem poëticam admirabatur & colebat, *Plut. in Lysan. & Proclus 1. in Timæum Plat.* illi verò præponere non audebat. Is Antimachus tanto literatori Imperatori adeò probatus ut principi Poëtarum non æquipararetur sed præstare putaretur, non indignus est cura aliqua nostra; facit enim & is partem aliquam Antiquitatis. Præter Θηβαΐδα κυκλικὴν, cujus argumentum & rationem omnem *ab Ill. Scaligero not. ad Catullum* petas licet, *Athenæo* l. 11. *Tzeza ad Lycophron. Alexandram & schol. Aristoph.* laudatam, etiam Λυδὴν γυναῖ, ut apud *Suidã* edidêre; ut *Mauss. not. ad Harpocr.* p. 132. conjectat Λ. γυναῖκαν scripserat. De ea Lyde Antimachi, quam in epitomen redegisse Agatharchidem Cnidium adnotavit *Photius Cod. 213.* quæsitum memini ab eruditis; sed irriti hactenus abiêre. Nos nunc docemus, Elegiam fuisse, quam super defuncta conjuge quæ ortu Lyda, nomine Chryseis, παραμύθιον τῆς λύπης ἐποίησε, *e Plut. consol. ad Apollon.* pluribus enarrans τὰς ἡρωϊκὰς συμφορὰς. Nomen istius *Hermesianax*, civis Antimachi *l. 3. elegiarum* prodidit unà cum patria:

> Λυδῆς δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος ἐκ μὲν ἔρωτος
> πληγεὶς Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ.

Ad Lydorum historiam pertinet, quod observavimus, eos maximè adfectasse famam opulentiæ, à Cræso inde, fertilitatemque suæ regionis adsiduè jactasse; & propterea suis nomina, quæ tale quid insinuarent, solentes imposuisse. Hinc ista Antimachi

 Chry-

Chryſeis inter muliebria nomina: hinc Pactolo aliud nomen *Chryſorrhoas*, fluvius interluens opidum Lydiæ Maſtavra, teſte *Stephano*; & hoc fortè eſt quod *Cauſinus* in Vaura reformavit, de quo ſ. c. 1: hinc *Chryſopole* herba, qua aurum probabant Lydi: hinc *Chryſanthius* nomen virile Sardianis familiare, quo adpellatus fuit is qui autor *certaminis Chryſanthiani* (cujus meminère DD. Severus & Antoninus l. 14. D. *de annuis legatis*; Inſcriptio Romana Græca apud *Grut.* p. 304. ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ ΕΝ ΣΑΡΔΕΣΙΝ nominat: aliud ex Aſia advectum ſaxum inter marmora Arundelliana, de quodam C. Ant. Septimio Publio citharœdô, ΝΙΚΗΣΑΣ ΑΘΗΝΑΣ ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ, ΣΑΡΔΕΙΣ ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΟΝ habet.) & alter Juliano Imp. *συγχρόνος* philoſophus in magna apud cives ſuos exiſtimatione & divinus habitus, ut ſcribit *Eunapius*. In hujus honorem inſtituiſſe Sardianos agonem Chryſanthianum, ſingulis quadrienniis celebrandum arbitratur *Gv. Pancirolus l. 2. theſ. var. lect. c. 83.* ſed immane quantū *μεγαχρονίζει*. Cum enim M. Aurelius Aſclepiades pancratiaſtes, de quo eſt Inſcr. Romana, ſe viciſſe ΟΛΥΜΠΙΑ ΤΑ ΕΝ ΠΕΙΣΗ СΜ. ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ h. e. *Olympia in Piſâ 240 Olympiade* viciſſe glorietur, adparet eum Commodo imperante, minimùm annis 160. ante Juliani *συγχρονιστῶν* vixiſſe; & optimè convenit ſeculo Imperatoris, qui ipſe gladiator erat & *primus ſecutorum*, quod ſtatuæ ſuæ inſcribi juſſerat Commodus, luctator tàm inſignis. Quomodo etiam de Chryſanthinis DD. Severus & Antoninus reſcribere potuerint, ſi Juliano imperante primùm cepêre, ut viſum *Pancirolo*? Sed hac de re copioſiùs in loco, cum Inſcript. à capite ad calcem examinando percurremus: nunc Photius nos vocat. Cum de epitome Lydes Antimachi, Agatharchide autore, dixiſſet, addit ab eodem eſſe *ἄλλην ἐπιτομὴν τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων ἀνέμων*: Interpres A. Schottus: *aliud breviarium eorum quæ de collectione mirabilium ventorum ſcripta extarent.* De ventorum natura & cauſis Phyſici egerunt: de eventis ventorum tractarent hiſtorici: *mirabiles autem venti*, qui, quales, quot, & cujus ea doctrina diſciplinæ pars ſit interpretis fuit, ſaltem nota marginali, exponere. Sed fruſtrà hodièque expectabimus hic Eliam, quod *mirabiles eos ventos* non Photius, multò minus Agatharchides autor antiquior ipſe, ſed deſcriptores mali *χθὲς καὶ πρώην* immiſerint. Nos *ἀνέμων* in Photio fuiſſe

fuisse quovis pignore certabimus: & interpretamur igitur, Agatharchidem *epitomen fecisse eorum qui de collectione virorum admirabilium*, illustrium, præstantium *scripsissent*. h. e. Βιογράφους, qui vitas hominum celebrium collectas publicassent, contraxisse. Fuere quibusvis seculis qui hanc historiæ partem illustrandam deligerent; commemorabo solùm vetustiores. Clearchi Solensis libros περὶ βίων laudat Athenæus: Hermippum Smyrnæum ἐν τοῖς βίοις *Laert. Thalete*: Satyrum. *passim*: Amphicratem ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, *Aristippo*: Antigonum Carystium, passim: Artemona Magnetem de claris mulieribus *Sopater 2. Eclog.* Charonta Carthaginensem de illustribus viris libris quatuor, & de fœminis totidem *Suidas*. Ejusdem census fuère Praxidamantia Aristoxeni quæ citat *Harpocration in* Μουσαῖος. Cum enim Praxidamas Pythagoræ sectator fuerit; Pythagoræ autem & Pythagoreorum egregiorum Archytæ, Telesti, Xenophili Chalcidensis vitas descripserit Aristoxenus, *vir omnium literarum diligentissimus Gell. l. 4. c. 11.* ut cui visi notique fuerint, teste *Laertio*, plerique, quin & de Praxidamante horum συμφοιτητῇ aliquid commentatus sit nemo dubitet. *Praxidamantia* igitur *Aristoxeni* interpretor historiam vitæ rerumque Praxidamantis, particulam magni operis *de vitis clarorum virorum*, quam is Heracliden Ponticum γνώριμον suum, cujus libros περὶ βίων, περὶ πυθαγορείων & alia historica allegat *Laertius*, æmulatus tradiderat. Hinc & Harpocrationi lumen & Bibliothecis Græcis aliqua accessio; neque enim vidimus dum quæ *Praxidamantiorum Aristoxeni* ἁπαξαπλῶς meminissent.

CAP. XII.

Digressio de vetustis Hippocratis commentatoribus: Ii defensi aliqua contra censuras Galeni: hujus ingenium & mores notati: commendata in eo polymathia, & Critices partes omnes in Hippocrate eum exercuisse ostensum. Equus fictilis interpretum Hippocratis fictitius & à corrupta lectione; in furnum figulinum reformatus ex ἵππου facto ἰπνοῦ, quo ipso lux Hippocrati. Figulorum corporati Athenis: fictilia Attica in precio barbaris. Johan. Bernh. Bertramo elogium & supremum officium.

DUm

DUm Hippocratem Foësianum liberalitati CL. B. BERTRAMI, JC. cui propter summum ergà literas amorem & merita de his splendidissima æternùm benè sit,& propter eximiam planèque singularem in omni earum genere præstantiam laus & deveneratio, debitum avidè pervolito, multa quæ non intelligam, multò plura quæ pravè, si interpretum oculis utar, & quæ quisque eorum ex ingeniô commentatus fuit, ne dicam commentus, securè amplectar, se mihi obferunt. Quanquam verò nonnulla ex isto genere ad artem medicam non adeò pertinere, sed ad πολυμαθημοσύνην, amplissimum Philologiæ studium, & à medico fortassis impunè nesciri non diffitear; nefas tamen duxerim talia, quod pars sint scriptorum Hippocratis, ejus *qui nobis* judicio Galeni 3. de cris. c.11. *omnium fuit dux atq; autor bonarum disciplinarum*, cum inutilibus & cura aliqua indignis minutiis apinisque censere ac habere fastidiosè: quod facere tamen *Galenum*, hoc ipso sibi dissimilimum, comm. 2. ad l. 1. Epid. t. 83. comm. 1. t. 4 & 5. ad 3. Epid. & comm. 2. ad 3. Epid. extremo, *admiror & idem indignor*. Ita sanè, cum omnem rationem meam,& quicquid ἀγχινοίας possideo, in partes advocavi, statuo: Vel sola divini Hippocratis autoritas, si vel maximè antiquitati nihil dare velimus, facere debebat, ut qui nominis ejus studiosi sumus, apices ejus monumentorum omnes sollicitè excuteremus, eum nihil temerè tradidisse persuasi,& inde in obscuris illustrandis, in luxatis à tot seculis restituendis, in emendandis corruptis, in rudibus expoliendis, in exponendis dubiis, in fugitivis & neglectis autori suo reddendis, nulli labori & studio parceremus. Certè nomina, patriasque ægrotorum, vitæ genera, ætatem,& loca in quib. decubuêre adscribere supersedisset in libris Epidemiorum, nisi ad morborum occasiones & caussas exactius cognoscendas, ad dijudicanda ea quæ obvenêre ægrotis, totiusq; adeò morbi historiam plenè percipiendam facere posse putasset. Etsi igitur interpretes, qui talium commemorationem ad artem aliquid facere docebant, quibus & ipse adsentior, in paucis ægris eorum vim exposuerint, prætericrint autem in permultis, quod ipsis à *Gal. comm. 1. ad 3. Ep. t. 4* objicitur; non tamen inde conficitur, istos sibi hoc ipso contradicere, & indigna *Galeno* collectio est, *oportuisse ubiq;, aut nusquam talia exponi*. Explicarunt enim quisque eas particulas, quæ ad institutum

tum suum & historiam morbi illustrandam profuturæ videbantur; ubi tale quid non adparebat, enarrare omiserunt, interim Hippocratem ea non temerè proposuisse certi, & tradituri plura, si adplicare & veras cujusque rationes, soli Hipp. fortè cognitas, reddere potuissent: Ibant, quò poterant. Quæ ergò socordia est, quæ malitia, si quæ in talibus (vocet sanè pro Dictatura sua *Galenus* ll. dd. περιεργίας, λήρους, φλυαρίαν, 2. ad 3. Ep. t. 4. ἀδολεσχίαν, & σοφιστικὴν παρασκευὴν ad 6. Epid. comm. 2. t. 35.) corrupta esse animadvertis & emendata legere posse speras, ea negligere & ignorantiam tuam aliorumq;, qua carere tamen possitis, lubentes scientesq; fovere. Medicus περιοδεύων, & ὁ περὶ τὰς κλίνας, non necessariò sciat ejusmodi; at interpres tamen Hippocratis & in doctorũ λέσχαις futurus congerro non sine pudore nesciet. *Utilia sunt talia, si præparant animum, non detinent, si rudimenta sunt nostra, non opera,* si condimenta, non cibus familiaris, *si istis non inhæremus & occupamur, sed ad ulteriora instruimur.* Ipse verò Galenus quomodo inconstantiæ non accusabitur, qui quod in aliis adeò culpavit, in eo deprehenditur versari ipse? Notas illiteratas literasque singularias cuiq; duodecim *l. 3. Epid.* ægrotorum historiæ adscriptas adpellat ἄχρηστον πρὸς τὸ καλῶς ἰᾶσθαι πρᾶγμα: noverat etiam Heraclidæ testimonio eas ab Hippocrate non esse, sed à Mnemone quodam Sidite adjectas, qua de re è Zevxide, Zenone, Apollonio empeirico & alio Bibla dicto, qui de notis istis scripserant, fusè agit t. 5. comm. 2. ad 3. Epid. & amicorum tamen, quod ait, hortatu earum significationes multa cum contentione & adparatu tradidit: quod non licebat ei, qui se ἀεὶ πρὸς τὸ χρήσιμον ἀγαγεῖν τὰς ἐξηγήσεις gloriaretur, notarum v. istarum interpretationes περιττὰς εἶναι καὶ μηδὲν ὀνῆναι τοὺς ἀναγνωσομένους εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα vociferaretur. Adparet igitur Galenum magis studio insectandi interpretes, quos sibi libidine quadam & ingenii morbo proposuerat sugillandos, quàm rei sedulò excutiendæ, eò descendisse. Fuit enim, judiciô τοῦ πάνυ *Scaligeri* Ex. 194. f. 4. *avidissimus carpendi longè se meliorem,* & adsiduus criminator, quà jure quà injuria, omnium tum temporis, qui essent alicujus nominis, medicorum, præsumens

αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,

& inde de suis studiis, actionibus, successibus, honoribus. maximis minimis λαπιστὴς & jactator ad ravim usque & putidior; qua intemperie

perie tamen non ipse solus, sed tota Græcorum natio laboravit Quàm maximè autem intolerabile est, quod Grammaticas textuum Hippocratis enarrationes, circà voces ἀκριβολογήματα & lectionum variarum constitutiones in Hipp. interpretibus tantopere exagitat, qui sibi à Grammatices studio tàm temperare non potuit, ut *Commentariorum de vocabulis Atticis maximè libros 48.* περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, Platonis exemplo, *unum, &* περὶ ἰατρικῶν ὀνομάτων aliquot, (*primum & quintum* laudat ipse *comm. ad l. Hipp. de nat. hum.*) quorum titulos hodiè non sine invidiâ legimus, conscripserit, & quo nemo feliciùs copiosiùsque ab omni antiquitate Philologiæ studium illustravit, omnesque Critici partes dexteriùs executus est. Non tantùm enim obscurè ab Hippocr. dicta explicare, ἐφάψασθαι idq; necessariò τῆς γραμματικῆς ἀδολεσχίας, ἐνίοτε καὶ αὐτῆς εἰς τὰ τοιαῦτα χρησίμης γινομένης *t. 29. comm. 1. ad 6. Epid.* de vocum significationibus κατὰ τὴν Γραμματικῶν διάταξιν agere, locis infinitis, censere de libris ejus, & germanos a suppositiis secernere; sed & emendare indignis modis ab interpretibus incuriosis & recognitoribus Dioscoride, Artemidoro Capitone, nonnullibi à librariis malè doctis depravatum, variantes in eo lectiones producere & vetustiorem plerunque retinere ac stabilire *Galenum*, nemo nisi planè in ejus scriptis hospes ignorat. Sufficit in hanc rem *comm. ad 2. & 6. Epid. ad ll. de Hipp. & Platon. decretis: ad l. de nat. hum.* Imò ea ipsa facultate judicatrice permisit sibi ipsum Hippocratem arguere nonnunquam, & notare vitiosè dicta: loca indicavit *Valeriola 2. Enarrat. medic. l. 5.* Quare iniquitatem ejus, quâ τοὺς μὴ δυναμένους κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐξηγεῖσθαι καλῶς ἐπὶ τὰς τοιαύτας ἐκτρέπεσθαι περιεργίας, *illos, qui ea quæ artis medicæ sunt*, in Hippocratis libris *probè enarrare nequeunt, ad tales argutias deflectere*, scribit ad 1. Epid. comm. 2. t. 83. & morositatem hominis, qua de particulâ τόπου τινός δηλωτικῆ obscura usurpatâ ab *Hipp. 6. Epid. s. 2. t. 29.* ἐᾶν ζητεῖν τοῖς τὰ μὲν ἰατρικὰ παρατρέχουσιν, ὡς γραμματικοῖς ἢ μᾶλλον ἢ ὡς ἰατροῖς ἐξηγεῖσθαι προαιρουμένοις, *jubet inquirere illos, qui medicinalia prætereuntes malint ut Grammatici quàm ut medici interpretari Hippocratem*, nihil adeò moremur, putemusque dixisse ista εἰς μοχθηροὺς ἐξηγητάς, qui circà ejusmodi de industria argutantes & consenescentes velut ad Sirenum scopulos majora ac utiliora non attingerent. Istis ἀκανθολόγοις hic non paramus defensionem, nec eorum

frigi-

Digitized by Google

frigidum jejunumque docendi genus & nimiam in supervacuis curiositatem excusamus: hoc solùm seculo occinimus, vel si licet cum pipulo, nihil Antiquitatis etiamsi laceræ, mutilæ, & monstrosæ, incuriosè negligenterque habendum esse, quod fœdo sterquilinio nonnunquam preciosum unionem exisse compertum sit. Multò verò minus insuper habenda, quæ in divini Hippocratis monumentis hinc inde latent, fortè eruenda nunquam, nonnulla etiam post tot curas doctorum incorrecta, à seculis benè multis corrupta, & specie tamen sanorum verorumque lectores ludificata. Ecquis enim sive interpretum Hippocratis medicorum, quorum hæc cura erat propria, sive Criticorum, quibus liberrimo cursu omnes disciplinas transire datum est & qui id hactenus fecêre *καιρίῳ ποδὶ*, de istis 4. Epid. t. 20. ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἵππου κατὰ πεσὼν, ἐκαύθη ἔσω, quæ Foësius reddidit, *Qui ex fictili equo decidit, intus ustus est*, vel tantillum fuit suspicatus, esse malè sana? *Sic legunt ferè omnia exemplaria, præter unum mscr. Regium*, inquiunt, *quod habet κεραμείου*. Malè cauti ἀπαξάπαντες, & inde falsi! Legatos ad Persarum regem, qui adpositos sibi, cum in comitatu ejus essent, in cœnam ὅλους ἐκ κριβάνου βοῦς jactarent apud *Aristophanem Acharn.* falsè excepit Dicæopolis & inanes cum mendaciô glorias adpellat: καὶ τίς εἶδε πώποτε, inquiens, βοῦς κριβανίτας τῶν ἀλαζονευμάτων! Poteram & ipse quærere ex istis qui ex equo fictili decidisse τὸν δεῖνα crediderunt hactenus, *ecquis verò vestrum*, ô mei, *equum è figulina talem vidit?* Ergône inter figulorum Atheniensium opera erant etiam equi tantæ magnitudinis, ut si qui sessor decideret, chirurgo haberet opus, fracta scil. costa, vel concusso cerebro, vel luxato femore? quantæ autem, quæso, fornaces, in quibus isti solidi coquerentur? Nugæ! Non igitur laborandum mihi est in sententia stulta detegenda; quam quisque, puto, ex edita lectione nasci nunc animadvertit. Τὰ ἐσχάτως ἠλίθια καταφρονεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἐλέγχεσθαι προσήκει. *Hipp. l. 1. de artic. t. 9.* & ἐλέγχειν σπουδῇ τὰ μὴ σπουδῆς ἄξια, τῶν ἀτόπων ἐστί, *1. comm ad 3. Epid.* Qui de *Ceramico Athenis*, cujus historiam qui volent petant à *J. Meursio lib. propr. & de pop. Att.* hîc somniarunt, docere debebant, ecquem Athenienses illic equum cui à locô nomen, sive aluerint sive instar ornamēti urbis, uti civitates Saxonicæ colossos Rolandinos, habuerint. Superest igitur à librariis esse, qui non quod in libris inve-

nerunt sed quod intellexere scripserunt τὸ ἵππου; aliud autem scripsisse Hippocratem sc. ἰπνοῦ vel ἵπνου: & tam absurdam igitur ridiculamque sententiam Hippocrati adfinxit, peperit autem tot hominibus doctissimis una literula, scelus descriptorum, π pro ν posita; quod nos primos indicare., & corrigere, nemo bonorum sanorumque invidebit. Erit igitur ex emẽdatione nostra nunc, quod fuit olim, apud *Hippocratem*: Ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἵπνου κατάπεσών: *Qui de furno figuli cecidit.* ἰπνὸς autem seu ἰπνὸς est ὃ ἡμεῖς καμινίον καλοῦμεν. *schol. Aristoph. ad Pacem: Diosc.* κεραμικὴ κάμινος: Erotiano φοῦρνος. inter artificũ corpora Athenis maximè præstitisse figulorum qui è creta dolia, ollas, amphoras, tegulas lateres, patinas, hydrias, calices potorios, & vasa alia formarent, inde constat quod Attica κεραμείων ἀγγείων ὕλη à barbaris etiam dissitissimis maximè expeteretur; ideoq; Phœnices κέραμον Ἀττικὸν ἐχοῦν (τὰ πλάσματά ἐστιν ὤνια ἐν τοῖς Χουσὶ τῇ ἑορτῇ, quæ plurima Choib. festo Atheniensium vendebantur.) Æthiopibus adportare mercimonii gratia consuevisse *Scylax in periplo* tradidit: quæ quod de camino figulinô conjecimus bellè comprobant. Τηρησείδιον hoc nostrum cum *Joh. Bernh. Bertramo* adolescentulo examussim doctissimo, longè præstantissimarum minarum & verè τοῦ τῶν Πατρὸς παιδίῳ, nostro dum viveret φιλταλίῳ communicaveramus; Is verò amore elegantium literarum & Φιλαληθείᾳ in publicum Patrum Academicorum & studiosæ juventutis consessum JENÆ id producere non erubuit, & cum propositis tum Quæstionibus Philologicis aliis contrà secus sentientes masculè, cum applausu totius concionis, tutatus est. Sapiebat ὑπὲρ τὸν ἀλικίας ἐοικότα χρόνον & *mente canuerat*, judicio in puerilibus annis virili, linguis promtus, à disciplinis omnibus instructus, à quo uno præstantissima quorumvis seculorum ingenia provocari & in quo præcoces *Grotios, Heinsios, Meursios reproduci* dixisses Sed is fuit! Nos memoriæ cultissimi Adolescentis daturi pro copia, & dolorem super discessu ejus præmaturo nostrum egesturi ἐπὶ κήδεσι aliquando diximus, quæ hic legere non tædebit:

Esses quis quantusq; olim, BERTRAME, *futurus*
vel non - vulgaris mors *tua quem doceat.*
Nil vulgare TIBI: *sapis omnia summa; locari*
summates inter promeriture viros.

Sed

Sed ni vis, dolor ô, major fecisset! ab hac sunt
justa TUI justam Funeris ante diem.

ΦΟΙΒΟΣ, PUBES.

Vidimus in Puero Naturæ dona superbæ,
& gravidam autumni *pubere vere* manum.
Qui nondum puber, sed Musis præsidet ipsis,
annon hic verè PHOEBUS habendus erat?
At nunc occasô mussant lugubria MUSÆ,
& tristis veris gaudia fœdat hyems.
Perpetuæ posthac hyemes tenebræque perennes,
& similis nunquam gratia veris erit.

& ex intervallo, cum desiderio suavissimi symphilologetæ tantùm non contabesceremus;

Quæ longo vitæ quivis desideret ævo
contigerant puero singula, JANE, Tibi,
atq; quater vixdum-pleno efficis omnia lustro,
quæ juvenis, *quæ* vir, *quæ poterat q;* senex.
Injustas igitur jacimus de morte querelas.
Non puerum, emeritum Mors tulit æqua senem.

CAP. XIII.

De Æthici Cosmographia censura CL. BarthI singularis & omnium accuratissima. Vibius Sequester glossemate purgatus. Crines, crunes fluminum pro fontibus, ostiis: è Græco κρουνὸς, κρήνη. Semi-Latini scriptores genera & declinationes mutare solent in vocabulis Græcis: Autor historiæ miscellæ correctus: placoma, quid: Serenus Sammonicus explicatus: Choler fecère è τοῦ χολέρα, ster & stera e τοῦ ὑστέρα. Dissensum à Maussacô.

COmpendiosam orbis descriptionem duplicem, quam *Æthico* autori hactenus tribuerunt, vulgo conceptum fœtum videri & parentem non unum agnoscere, prodit ipsum opusculi verè hybridæ schema. CL. *Barthius l. 45. Advers. c. 13* post tot eruditorum comitia & sententias dictas, constituit tandem, primo

 publi-

quomodo cum voce Pan coaluerit. Ζῶπα, supa, vestis prolixior, Germanica notione schauba vel schuba. Bonfinius & Turocius rerum Hungaric. scriptores explicati de Tavernicis aulæ regiæ. Berna Boëmis idem quod steura. Tavernici, Camerarii. Decretum R. Stephani de Udvornicis explicatum: Ii sunt aulici ministeriales: Turocius correctus. Zonaras de Nemitzis expeditus: error in hisce H. Wolfii & M. Freberi: multò alii à Nemetibus. Cluverius notatus in etymo vocis Bohem. Niemez-Slavi frequentes Constantinopoli & alibi Græciæ. Germanorum nomen ignotum Græculis ante annos sexcentos; noti tamen ii sub Nemitzorum.

EA harum literarum vastitas est, & amplitudo tanta Philologiæ, ut linguarum (hanc enim partem solùm delibabo nunc) tam desitarum, quàm hodieque usitatarum omnium, etiam barbararum cognitio quædam requiratur in eo, qui autorum omne genus percurrere, obscura in iisdem explicare, & solidam scientiam inde comparare sibi voluerit. Idque maximè usu venit in Historicis proximorum seculorum, in quibus hærebunt turpiterve labentur, qui gentis, cujus res sive Græcè sive Latinè descriptas legunt, linguam planè ignorant, etsi Græcæ Latinæque scientissimi. De hominibus cætera doctissimis Italis Gallisque probare possem in rebus Germanorum ob unicam linguæ ignorantiam pudendo modo erravisse, si id nunc agerem; sed vineta nostra cædenda sunt. Slavicam, seu Slavonicam linguam, gentis Sarmaticæ Vinedorum, quæ in Germania transmisso Vistula & Danubio è Scythia in Illyrico Dalmatiaque latè habitavit olim hodieque plures ejus provincias insidet, malo more ceu rusticám impexam sordidamque & indignam homine liberali δοκησίσοφοι & polituli nonnulli derident; contrà pro Jovis cerebro habent si quid transalpinum Italicum Gallicumq; inter æquales tinnire nôrint; Is neglectus quantum inscitiæ & tenebrarum in rebus vicini & Aquilas easdem nobiscum venerantis populi Germanis objiciat, sero nimis & cum deplorare solùm possunt sentiunt. Imperator *multarum linguarum & literarum peritißimus* CAROLUS IV. Electorum filios hæredes & successores in Latina, Italica, Slavonica, quæ & Liburnica, *Phil. Bergom. Chron. ad a. 1362.* linguis instrui, *quod in iis plus ardua ipsius Imperii negotia*

Digitized by Google

gotia ventilentur, lege Curiata in Comitiis Metensibus an. 1356. jussit: Quò graviùs delinquere deprehenduntur è vulgo eruditorũ Germani, qui utilem sibi futuram imò necessariam maximè & qua gentes in Europâ & Asia quàmplurimæ utuntur hodieque, linguam despiciunt. Est sanè etiam in eâ, etsi populari, non vulgaris eruditio; Id verô nunc ostendemus.

J. Meursius, quo Græcantiorem, ut Apulejanô hôc utar, non vidimus, Græciæ vindicandæ in Belgiô natus, *Gloß. Græco-b.* p. 224. *Ζουπάνον, Suppanum*, quem Serviorum magistratum esse è *Wilh. Tyrio l. 20. de bello sacro* c. 4. constet, exponit *præfectum vestiarii principis*: quòd Ζȣ̃πα apud Achmetem in Onirocrit. c. 228. sit vestimenti genus, quod reliquis superinjiciebatur, velut penula aut chlamys: Servii autem usurpent vocem pro quavis veste. Hunc de Ζοῦπα sequitur *J. Lud. la Cerda Adversar. sacr.* c. 121 n. 51. *Suppanos* autem interpretatur, *qui supa induebantur, q. d. chlamydatos*. Nolo jocari in rem maximè ridiculam, à vestis genere, quo uteretur, magistratum aliquem vocari, & Servios, Slavorum genus, à vestis nomine Germanico suis principibus mutuari adpellationem; In juventutem enim, cujus bono hæc scribimus, ista vertunt, quæ falsa sic imbibit videntibus & seriò plorantibus nobis. Suppani, *Ζόυπανοι* idiomate Slavonum Pany/Panowe/ à Bohemis, Polonis, Croatis & Slavorum prosapiæ reliquis adpellantur Proceres, Barones, Domini, quorum in istis terris tanta autoritas est, ut quin potestatem vitæ & necis in servilem turbam impunè exerceant parùm admodum absit; adeò duriter eosdem habent; inde vulgari contumelia subditos suos cujusvis ordinis Klapy / Klapowe / q. d. Sclavos, Schiavi, Σκλάβους, mancipia, & cum summè indignantur, Klapowsky Dusy / *serviles animas* agnominant. *Godfr. monachus S. Pantal. apud Colon. annalibus ed. à Frehero t. 1. scriptor. rer. Germ. sub annô. 1212. Imperator Regnum Boëmiæ abjudicatum Odoacro regi per sententiam Principum filio ejus præsentibus Supanis & pluribus nobilib. terræ cum sex vexillis adsignat. Chron. Australe ibid. sub ao. 1285. Zabisch quidam Supanus Boëmiæ solenniter celebravit nuptias cum Cunegunde relicta Domini Ottocari*: & sub ao. 1290: *Zabisius Supanus quidam nobilis & potens Boëmus. Wilh. Tyrius l. 20. c. 4. de Serviis: Magistratus habent, quos Suppanos vocant & Domino Imperatori aliquando serviunt.* Ἀρχιζουπάνον apud eosdem

G Servios

Chryseis inter muliebria nomina: hinc Pactolo aliud nomen *Chrysorrhoas*, fluvius interluens opidum Lydiæ Mastaura, teste *Stephano*; & hoc fortè est quod *Caussinus* in Vaura reformavit, de quo s. c. 1: hinc *Chrysopole* herba, qua aurum probabant Lydi: hinc *Chrysanthius* nomen virile Sardianis familiare, quo adpellatus fuit is qui autor *certaminis Chrysanthiani* (cujus meminère DD. Severus & Antoninus l. 14. D. *de annuis legatis*; Inscriptio Romana Græca apud *Grut.* p. 304. ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ ΕΝ ΣΑΡΔΕΣΙΝ nominat: aliud ex Asia advectum saxum inter marmora Arundelliana, de quodam C. Ant. Septimio Publio citharœdô, ΝΙΚΗΣΑΣ ΑΘΗΝΑΣ ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ, ΣΑΡΔΕΙΣ ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΟΝ habet.) & alter Juliano Imp. σύγχρονος philosophus in magna apud cives suos existimatione & divinus habitus, ut scribit *Eunapius*. In hujus honorem instituisse Sardianos agonem Chrysanthianum, singulis quadrienniis celebrandum arbitratur *Gv. Pancirolus l. 2. thes. var. lect. c. 83.* sed immane quantū μεγαχρονίζει. Cum enim M. Aurelius Asclepiades pancratiastes, de quo est Inscr. Romana, se vicisse ΟΛΥΜΠΙΑ ΤΑ ΕΝ ΠΕΙΣΗ ΣΜ. ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ h. e. *Olympia in Pisâ 240 Olympiade* vicisse glorietur, adparet eum Commodo imperante, minimùm annis 160. ante Juliani ἐνθρονισμὸν vixisse; & optimè convenit seculo Imperatoris, qui ipse gladiator erat & *primus secutorum*, quod statuæ suæ inscribi jusserat Commodus, luctator tàm insignis. Quomodo etiam de Chrysanthinis DD. Severus & Antoninus rescribere potuerint, si Juliano imperante primùm cepêre, ut visum *Pancirolo*? Sed hac de re copiosiùs in loco, cum Inscript. à capite ad calcem examinando percurremus: nunc Photius nos vocat. Cum de epitome Lydes Antimachi, Agatharchide autore, dixisset, addit ab eodem esse ἄλλην ἐπιτομὴν τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων ἀνέμων: Interpres A. Schottus: *aliud breviarium eorum quæ de collectione mirabilium ventorum scripta extarent.* De ventorum natura & caussis Physici egerunt: de eventis ventorum tractarent historici: *mirabiles autem venti*, qui, quales, quot, & cujus ea doctrina disciplinæ pars sit interpretis fuit, saltem nota marginali, exponere. Sed frustrà hodièque expectabimus hic Eliam, quod *mirabiles eos ventos* non Photius, multò minus Agatharchides autor antiquior ipse, sed descriptores mali χθὲς καὶ πρώην immiserint. Nos ἀνέμων in Photio fuisse

fuisse quovis pignore certabimus: & interpretamur igitur, Agatharchidem *epitomen fecisse eorum qui de collectione virorum admirabilium*, illustrium, præstantium *scripsissent*. h. e. Βιογράφους, qui vitas hominum celebrium collectas publicassent, contraxisse. Fuere quibusvis seculis qui hanc historiæ partem illustrandam deligerent; commemorabo solùm vetustiores. Clearchi Solensis libros περὶ βίων laudat Athenæus: Hermippum Smyrnæum ἐν τοῖς βίοις *Laert. Thalete*: Satyrum. *passim*: Amphicratem ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, *Aristippo*: Antigonum Carystium, passim: Artemona Magnetem de claris mulieribus *Sopater 2. Eclog.* Charonta Carthaginensem de illustribus viris libris quatuor, & de fœminis totidem *Suidas*. Ejusdem census fuere Praxidamantia Aristoxeni quæ citat *Harpocration in* Μουσαῖος. Cum enim Praxidamas Pythagoræ sectator fuerit; Pythagoræ autem & Pythagoreorum egregiorum Archytæ, Telesti, Xenophili Chalcidensis vitas descripserit Aristoxenus, *vir omnium literarum diligentissimus Gell. l.4.c.11.* ut cui visi notique fuerint teste *Laertio*, plerique, quin & de Praxidamante horum συμφοιτητῇ aliquid commentatus sit nemo dubitet. *Praxidamantia* igitur *Aristoxeni* interpretor historiam vitæ rerumque Praxidamantis, particulam magni operis *de vitis clarorum virorum*, quam is Heracliden Ponticum γνώριμον suum, cujus libros περὶ βίων, περὶ πυθαγορείων & alia historica allegat *Laertius*, æmulatus tradiderat. Hinc & Harpocrationi lumen & Bibliothecis Græcis aliqua accessio; neque enim vidimus dum qui *Praxidamantiorum Aristoxeni* ἁπαξαπλῶς meminissent.

CAP. XII.

Digressio de vetustis Hippocratis commentatoribus: Iis defensa aliqua contra censuras Galeni: hujus ingenium & mores notati: commendata in eo polymathia, & Critices partes omnes in Hippocrate eum exercuisse ostensum. Equus fictilis interpretum Hippocratis fictitius & à corrupta lectione; in furnum figulinum reformatus ex ἵππου facto ἰπνοῦ, quo ipso lux Hippocrati. Figulorum corporati Athenis: fictilia Attica in pretio barbaris. Johan. Bernh. Bertramo elogium & supremum officium.

DUm

DUm Hippocratem Foësianum liberalitati CL. B. BERTRAMI, JC. cui propter summum ergà literas amorem & merita de his splendidissima æternùm benè sit, & propter eximiam planèque singularem in omni earum genere præstantiam laus & deveneratio, debitum avidè pervolito, multa quæ non intelligam, multò plura quæ pravè, si interpretum oculis utar, & quæ quisque eorum ex ingeniô commentatus fuit, ne dicam commentus, securè amplectar, se mihi offerunt. Quanquam verò nonnulla ex isto genere ad artem medicam non adeò pertinere, sed ad πολυμαθημοσύνην, amplissimum Philologiæ studium, & à medico fortassis impunè nesciri non diffitear; nefas tamen duxerim talia, quod pars sint scriptorum Hippocratis, ejus *qui nobis* judicio Galeni 3. de cris. c.11. *omnium fuit dux atq; autor bonarum disciplinarum*, cum inutilibus & cura aliqua indignis minutiis apinisque censere ac habere fastidiosè: quod facere tamen *Galenum*, hoc ipso sibi dissimilimum, comm. 2. ad l. 1. Epid. t. 83. comm. 1. t. 4 & 5. ad 3. Epid. & comm. 2. ad 3. Epid. extremo, *admiror & idem indignor*. Ita sanè, cum omnem rationem meam, & quicquid ἀγχινοίας possideo, in partes advocavi, statuo: Vel sola divini Hippocratis autoritas, si vel maximè antiquitati nihil dare velimus, facere debebat, ut qui nominis ejus studiosi sumus, apices ejus monumentorum omnes sollicitè excuteremus, cum nihil temerè tradidisse persuasi, & inde in obscuris illustrandis, in luxatis à tot seculis restituendis, in emendandis corruptis, in rudibus expoliendis, in exponendis dubiis, in fugitivis & neglectis autori suo reddendis, nulli labori & studio parceremus. Certè nomina, patriasque ægrotorum, vitæ genera, ætatem, & loca in quib. decubuêre adscribere supersedisset in libris Epidemiorum, nisi ad morborum occasiones & caussas exactius cognoscendas, ad dijudicanda ea quæ obvenêre ægrotis, totiusq; adeò morbi historiam plenè percipiendam facere posse putasset. Etsi igitur interpretes, qui talium commemorationem ad artem aliquid facere docebant, quibus & ipse adsentior, in paucis ægris eorum vim exposuerint, præterierint autem in permultis, quod ipsis à *Gal. comm. 1. ad 3. Ep. t. 4* objicitur; non tamen inde conficitur, istos sibi hoc ipso contradicere, & indigna *Galeno* collectio est, *oportuisse ubiq;, aut nusquam talia exponi*. Explicarunt enim quisque eas particulas, quæ ad institutum

Digitized by Google

tum suum & historiam morbi illustrandam profuturæ videbantur; ubi tale quid non adparebat, enarrare omiserunt, interim Hippocratem ea non temerè proposuisse certi, & tradituri plura, si adplicare & veras cujusque rationes, soli Hipp. fortè cognitas, reddere potuissent: Ibant, quò poterant. Quæ ergò socordia est, quæ malitia, si quæ in talibus (vocet sanè pro Dictatura sua *Galenus* ll. dd. περιεργίας, λήρους, φλυαρίαν, 2. ad 3. Ep. t. 4. ἀδολεσχίαν, & σοφιστικὴν παρασκευὴν ad 6. Epid. comm. 2. t. 35.) corrupta esse animadvertis & emendata legere posse speras, ea negligere & ignorantiam tuam aliorumq;, qua carere tamen possitis, lubentes scientesq; fovere. Medicus περιοδεύων, & ὁ περὶ τὰς κλίνας, non necessariò sciat ejusmodi; at interpres tamen Hippocratis & in doctorũ λέσχαις futurus congerro non sine pudore nesciet. *Utilia sunt talia, si præparant animum, non detinent, si rudimenta sunt nostra, non opera*, si condimenta, non cibus familiaris, *si istis non inhæremus & occupamur, sed ad ulteriora instruimur.* Ipse verò Galenus quomodo inconstantiæ non accusabitur, qui quod in aliis adeò culpavit, in eo deprehenditur versari ipse? Notas illiteratas literasque singularias cuiq; duodecim *l. 3. Epid.* ægrotorum historiæ adscriptas adpellat ἄχρηστον πρὸς τὸ καλῶς ἰᾶσθαι πρᾶγμα: noverat etiam Heraclidæ testimonio eas ab Hippocrate non esse, sed à Mnemone quodam Sidite adjectas, qua de re è Zevxide, Zenone, Apollonio empeirico & alio Bibla dicto, qui de notis istis scripserant, fusè agit t. 5. comm. 2. ad 3. Epid. & amicorum tamen, quod ait, hortatu earum significationes multa cum contentione & adparatu tradidit: quod non licebat ei, qui se ἀεὶ πρὸς τὸ χρήσιμον ἀγαγεῖν τὰς ἐξηγήσεις gloriaretur, notarum v. istarum interpretationes περιττὰς εἶναι καὶ μηδὲν ὀνῆναι τοὺς ἀναγνωσομένους εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα vociferaretur. Adparet igitur Galenum magis studio insectandi interpretes, quos sibi libidine quadam & ingenii morbo proposuerat sugillandos, quàm rei sedulò excutiendæ, eò descendisse. Fuit enim, judiciô τοῦ πάνυ *Scaligeri* Ex. 194. s. 4. *avidissimus carpendi longè se meliorem*, & adsiduus criminator, quà jure quà injuria, omnium tum temporis, qui essent alicujus nominis, medicorum, præsumens

αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,

& inde de suis studiis, actionibus, successibus, honoribus. maximis minimis λαπιστὴς & jactator ad ravim usque & putidior; qua intemperie

F perie

peric tamen non ipſe ſolus, ſed tota Græcorum natio laboravit Quàm maximè autem intolerabile eſt, quod Grammaticas textuum Hippocratis enarrationes, circà voces ἀκριβολογήματα & lectionum variarum conſtitutiones in Hipp. interpretibus tantopere exagitat, qui ſibi à Grammatices ſtudio tàm temperare non potuit, ut *Commentariorum de vocabulis Atticis maximè libros 48.* περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, Platonis exemplo, *unum, &* περὶ ἰατρικῶν ὀνομάτων aliquot, (*primum & quintum* laudat ipſe *comm. ad l. Hipp. de nat. hum.*) quorum titulos hodiè non ſine invidiâ legimus, conſcripſerit, & quo nemo feliciùs copioſiùsque ab omni antiquitate Philologiæ ſtudium illuſtravit, omnesque Critici partes dexteriùs executus eſt. Non tantùm enim obſcurè ab Hippocr. dicta explicare, ἐφάψασθαι idq; neceſſariò τῆς γραμματικῆς ἀδολεσχίας, ἐνίοτε καὶ αὐτῆς εἰς τὰ τοιαῦτα χρησίμης γινομένης *t. 29. comm. 1. ad 6. Epid.* de vocum ſignificationibus κατὰ τὴν Γραμματικῶν διάταξιν agere, locis infinitis, cenſere de libris ejus, & germanos a ſuppoſititiis ſecernere; ſed & emendare indignis modis ab interpretibus incurioſis & recognitoribus Dioſcoride, Artemidoro Capitone, nonnullibi à librariis malè doctis depravatum, variantes in eo lectiones producere & vetuſtiorem plerunque retinere ac ſtabilire *Galenum*, nemo niſi planè in ejus ſcriptis hoſpes ignorat. Sufficit in hanc rem *comm. ad 2. & 6. Epid. ad ll. de Hipp. & Platon. decretis: ad l. de nat. hum.* Imò ea ipſa facultate judicatrice permiſit ſibi ipſum Hippocratem arguere nonnunquam, & notare vitioſè dicta: loca indicavit *Valeriola 2. Enarrat. medic. l. 5.* Quare iniquitatem ejus, quâ τοὺς μὴ δυναμένους κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐξηγεῖσθαι καλῶς ἐπὶ τὰς τοιαύτας ἐκτρέπεσθαι περιεργίας, *illos, qui ea quæ artis medicæ ſunt,* in Hippocratis libris *probe enarrare nequeunt, ad tales argutias deflectere,* ſcribit ad 1. Epid. comm. 2. t. 83. & moroſitatem hominis, qua de particulâ τέπου λιπός δηλωτικῇ obſcura uſurpatâ ab *Hipp. 6. Epid ſ 2. t. 29* ἐᾶ ζηλεῖν τοῖς τὰ μὲν ἰατρικὰ παρατρέχουσιν, ὡς γραμματικοῖς δὲ μᾶλλον ἢ ὡς ἰατροῖς ἐξηγεῖσθαι προαιρουμένοις, *jubet inquirere illos, qui medicinalia prætereuntes malint ut Grammatici quàm ut medici interpretari Hippocratem,* nihil adeò moremur, putemusque dixiſſe iſta εἰς μοχθηροὺς ἐξηγητάς, qui circà ejusmodi de induſtria argutantes & conſeneſcentes velut ad Sirenum ſcopulos majora ac utiliora non attingerent. Iſtis ἀκανθολόγοις hîc non paramus defenſionem, nec eorum frigi-

frigidum jejunumque docendi genus & nimiam in supervacuis curiositatem excusamus: hoc solùm seculo occinimus, vel si licet cum pipulo, nihil Antiquitatis etiamsi laceræ, mutilæ, & monstrosæ, incuriosè negligenterque habendum esse, quod fœdo sterquilinio nonnunquam preciosum unionem exisse compertum sit. Multò verò minus insuper habenda, quæ in divini Hippocratis monumentis hinc inde latent, fortè eruenda nunquam, nonnulla etiam post tot curas doctorum incorrecta, à seculis benè multis corrupta, & specie tamen sanorum verorumque lectores ludificata. Ecquis enim sive interpretum Hippocratis medicorum, quorum hæc cura erat propria, sive Criticorum, quibus liberrimo cursu omnes disciplinas transire datum est & qui id hactenus fecêre καιρίῳ ποδὶ, de istis 4. Epid. t. 20. Ὁ ἀπὸ τῦ κεραμέϰ ἵππου κτ' πεσὼν, ἐκαύθη ἔσω, quæ Foësius reddidit, *Qui ex fictili equo decidit, intus ustus est*, vel tantillum fuit suspicatus, esse malè sana? *Sic legunt ferè omnia exemplaria, præter unum mscr. Regium*, inquiunt, *quod habet κεραμείου*. Malè cauti ἀπαξάπαντες, & inde falsi! Legatos ad Persarum regem, qui adpositos sibi, cum in comitatu ejus essent, in cœnam ὅλους ἐκ κριβάνου βῦς jactarent apud *Aristophanem Acharn.* falsè excepit Dicæopolis & inanes cum mendaciô glorias adpellat: καὶ τίς εἶδε πώποτε, inquiens, βῦς κριβανίτας τῶν ἀλαζονευμάτων! Poteram & ipse quærere ex istis qui ex equo fictili decidisse τὸν δεῖνα crediderunt hactenus, *ecquis verò vestrum*, ô mei, *equum è figulina talem vidit?* Ergòne inter figulorum Atheniensium opera erant etiam equi tantæ magnitudinis, ut si qui sessor decideret, chirurgo haberet opus, fracta scil. costa, vel concusso cerebro, vel luxato femore? quantæ autem, quæso, tornaces, in quibus isti solidi coquerentur? Nugæ! Non igitur laborandum mihi est in sententiâ stulta detegenda; quam quisque, puto, ex edita lectione nasci nunc animadvertit. Τὰ ἐσχάτως ἠλίθια καταφρονεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἐλέγχεσθαι προσήκει. *Hipp. l. 1. de artic. t. 9.* & ἐλέγχειν σπουδῇ τὰ μὴ σπουδῆς ἄξια, τῶν ἀτόπων ἐστὶ, *1. comm ad 3. Epid.* Qui de *Ceramico Athenis*, cujus histôriam qui volent petant à *J. Meursio lib. propr. & de pop. Att.* hîc somniarunt, docere debebant, ecquem Athenienses illic equum cui à locô nomen, sive aluerint sive instar ornamẽti urbis, uti civitates Saxonicæ colossos Rolandinos, habuerint. Superest igitur à librariis esse, qui non quod in libris inve-

nerunt ſed quod intellexere ſcripſerunt *τὸ ἵπου*; aliud autem ſcripſiſſe Hippocratem ſc. *ἰπνοῦ* vel *ἴπνου*: & tam abſurdam igitur ridiculamque ſententiam Hippocrati adfinxit, peperit autem tot hominibus doctiſſimis una literula, ſcelus deſcriptorum, *π* pro *ν* poſita; quod nos primos indicare., & corrigere, nemo bonorum ſanorumque invidebit. Erit igitur ex emẽdatione noſtra nunc, quod fuit olim, apud *Hippocratem*: Ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἴπνου κατάπεσων: *Qui de furno figuli cecidit.* ἴπνος autem ſeu ἰπνὸς eſt ὃ ἡμεῖς καμίνιον καλοῦμεν. *ſchol. Ariſtoph. ad Pacem: Dioſc.* κεραμικὴ κάμινος: Erotiano φοῦρνος. inter artificũ corpora Athenis maximè præſtitiſſe figulorum qui è creta dolia, ollas, amphoras, tegulas, lateres, patinas, hydrias, calices potorios, & vaſa alia formarent, inde conſtat quod Attica κεραμείων ἀγγείων ὕλη à barbaris etiam diſſitiſſimis maximè expeteretur;. ὃq; Phœnices κέραμον Ἀττικὸν ἐκ χοῶν (τὰ πλάσματά ἐστιν ὤνια ἐν τοῖς Χουσὶ τῇ ἑορτῇ, quæ plurima Choib. feſto Athenienſium vendebantur.) Æthiopibus adportare mercimonii gratià conſueviſſe *Scylax in periplo* tradidit: quæ quod de camino figulinô conjecimus bellè comprobant. Τηγησείδιον hoc noſtrum cum *Joh. Bernh. Bertramo* adoleſcentulo examuſſim doctiſſimo, longè præſtantiſſimarum minarum & verè τῶν τοῦ Πατρὸς παιδίων, noſtro dum viveret Φιλταλίῳ communicaveramus; Is verò amore elegantium literarum & Φιλαληθεία in publicum Patrum Academicorum & ſtudioſæ juventutis conſeſſum JENÆ id producere non erubuit, & cum propoſitis tum Quæſtionibus Philologicis aliis contrà ſecus ſentientes maſculè, cum applauſu totius concionis, tutatus eſt. Sapiebat παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον & *mente canuerat*, judicio in puerilibus annis virili, linguis promtus, à diſciplinis omnibus inſtructus, à quo uno præſtantiſſima quorumvis ſeculorum ingenia provocari & in quo præcoces *Grotios, Heinſios, Meurſios reproduci* dixiſſes Sed is fuit! Nos memoriæ cultiſſimi Adoleſcentis daturi pro copia, & dolorem ſuper diſceſſu ejus præmaturo noſtrum egeſturi ἐπὶ κήδους aliquando diximus, quæ hic legere non tædebit:

Eſſes quis quantusq́; olim, BERTRAME, *futurus*
vel non - vulgaris mors *tua quem doceat.*
Nil vulgare TIBI. *ſapis omnia ſumma; locari*
ſummates inter promeriture viros.

Sed

Digitized by Google

Sed ni vis, dolor ô, major fecisset! ab hac sunt
justa TUI *justam Funeris ante diem.*

ΦΟΙΒΟΣ, PUBES.

Vidimus in Puero Naturæ dona superbæ,
& gravidam autumni *pubere vere* manum.
Qui nondum puber, sed Musis præsidet ipsis,
annon hic verè PHOEBUS habendus erat?
At nunc occasô mussant lugubria MUSÆ,
& tristis veris gaudia fœdat hyems.
Perpetuæ posthac hyemes tenebræque perennes,
& similis nunquam gratia veris erit.

& ex intervallo, cum desiderio suavissimi symphilologetæ tantùm non contabesceremus;

Quæ longo vitæ quivis desideret ævo
contigerant puero singula, JANE, *Tibi,*
atq; quater vixdum-pleno efficis omnia lustro,
quæ juvenis, *quæ* vir, *quæ poterasq;* senex.
Injustas igitur jacimus de morte querelas.
Non puerum, emeritum Mors tulit æqua senem.

CAP. XIII.

De Æthici Cosmographia censura CL. *BarthI singularis & omnium accuratissima. Vibius Sequester glossemate purgatus. Crines, crunes fluminum pro fontibus, ostiis: è Græco* κρουνός, κρήνη. *Semi-Latini scriptores genera & declinationes mutare solent in vocabulis Græcis: Autor historiæ miscellæ correctus: placoma, quid: Serenus Samonicus explicatus: Choler fecêre è* τῷ χολέρα, *ster & stera è* τῷ ὑστέρα. *Dissensum à Maussacô.*

COmpendiosam orbis descriptionem duplicem, quam *Æthico* autori hactenus tribuerunt, vulgo conceptum fœtum videri & parentem non unum agnoscere, prodit ipsum opusculi verè hybridæ schema. CL. *Barthius l. 45. Advers. c. 13* post tot eruditorum comitia & sententias dictas, constituit tandem, primo publi-

publicatori fuisse nomen Æthico qui seculo Theodosiano vixerit, sed à Christiano quopiam collapso imperio Occidentali infarcta esse multa, iisdemque diversis seculis libellum exscribentes superaddidisse, quæ suorum essent temporum, alia alios. Interpolationibus multos scriptores cætero quin doctos utilesque adeò deformarunt id hominum semiliteratorum, audacium tamen plus satis, genus, ut ipsos scriptores præ mangonio & fucis hodiè vix agnoscas. In *Vibii Sequestri* libello seu indiculo fluminum, fontium, lacuum, nemorum, montiumque, quem ad Poëtarum intellectum filio Virgiliano direxit, ista, *Euphrates Mesopotamiæ, in Paradyso oriens*, nemò tam fuerit stupidus, qui sacri ejusmodi hominis glossema esse non sentiat: & fuerat editorum *Simleri & Maussaci* de eo monere lectores. De Æthico facilè probaturi sumus: ne mediæ quidem Latinitatis sed ultimæ, imò devirginatæ propemodum in eo haberi plurima, iisque seculum & autores, viros certè non pereruditos, prodi. Scribit Æthicus personatus, *fluvium Hydaspen nasci in campis Indorum tribus crinibus*; & de Danubio, *ex ejus circulo fluminali septem crines fluminum procedere infundentes se in Pontum.* Quid velit, satis apertum est, sc. Hydaspen trib9 fontib. exire in camp. Ind. & Danubium septem ostiis in Pontum evolui; hoc enim è *Plinio l.4.c.12.* haurire potuit; In verbis autem subtilitas & inepti hominis febriculosa eruditio latet. Neminem tam simplicem esse existimo, qui *Crines* Latinâ significatione hîc capi debere contenderit, quemcunque tandem tropum admittamus. Græcanicam literaturam hîc adfectasse ostendam. In hac κρουνὸς scatebra est ubi fons rivusvé exilit, caput & origo fluvii. Hinc κρουνίζειν apud Athen. l. 11. dicuntur vasa potoria, quæ in salientis modum defundunt contentum liquorem, quod facere videas, quæ naso longiore & angustiore sunt. Dixêre etiam κρούνωμα, κρήνη & deminutiva forma κρηνίδα, fonticulum. Latina-verò-barbari in Græcis vocabulis, uti genera ita terminationes mutare solebant, ut quod primæ vel secundæ flexionis typo efferendum erat in tertiam traduceretur. Hoc solenni eorum fiebant, quos Græci Διακόνους, Latini *Diaconos* dicebant, *Diacones*, flexione tertia; ita *Gregor Ep.* *82. Isid l. de viris ill. c. 13. Schema, Dogma, Glaucoma, Diadema, Placoma* & similia cætera verbalia neutra, quæ Latini secundum tertiam declinationem proferunt, mutato genere in fœmininum, juxtà antiquissimorum

morum consuetudinem, sub primam referre talium est. *Autor hist. miscellæ*, ubi de Constantino Imp. quod Byzantium amplificaverit, maximo circumdederit muro, diversis ornatam fabricis æquam imperiali Romæ constituerit, & denominatam Constantinopolin adpellari secundam Romam lege firmaverit, *sicut lex ipsa in marmorea placoma* (Ita lego pro eo quod editum est, *platoma*: Est enim à Græcô πλάξ, πλακός, i. e. tabula, & quicquid aliquo modo latum est.) *noscitur esse conscripta, & juxtà equestrem statuam ejus in strategio est constituta*, inquit. Χολέρα, *Cholera*, apud Græcos Latinosque medicos stomachi & intestinorum morbus, huic generi est *choler* & genere & declinatione immutatis; hinc istud in Q. Ser. Sammonici præceptis de medicina capitis 17. *Tussi & choleribus medendis* lemma, quod non ab autore ipso, qui purus & benè Latini seculi sed à sequioris aliquo literatore sesquibarbaro est, in versiculo Sereni

Noxia si penitus cholerum sævire venena perspicies,

vocem *cholerûm* secundo casu contractè pro *cholerarum*, vel Græca flexione cholerôn poni non intelligente; eodemq; typo formarunt *stera*, & *ster* ex eô, quod Græcis ὑστέρα est. *Crines* igitur sive *crunes fluminum* esse κρουνούς, & quomodo ex his emerserint idiotismo seculorum infimæ Latinitatis illi, videant nunc vel prorsus gramiosi. *Maussacus*, cum *not. ad Plut. de flum.* p. 210. istam Æthici ῥῆσιν laudasset, addit, *modus loquendi non vulgaris per transennam notandus*. Notandus Juventuti, ut devitet ceu noxiam in pratis sinceræ Latinitatis herbam; est enim è medio semi-Latinorum vulgo petitus, indignus qui vel per transennam inspiciatur, nisi cognitionis gratiâ & à curioso eruditionis seculorum incultiorum.

CAP. XIV.

Linguæ Slavonicæ commendatio: Ejus usus præterquam in Imperii negotiis, in vita communi, & ad historicos Slavicarum gentium Latinos Græcosve intelligendos. I. Meursi laus; itemq; error ejus & Joh. Lud. la Cerda quidam castigatus. Ζουπάνοι, *Supani, Bani adpellantur à Slavicæ gentis hominibus magnates. Hesychius explicatus de* Βάννας *contra Meursium. Syllaba* ΖΒ, *su*

quomodo

quomodo cum voce Pan coaluerit. Ζῶπα, ſupa. veſtis prolixior, Germanica notione ſchauba vel ſchuba. Bonfinius & Turocius rerum Hungaric. ſcriptores explicati de Tavernicis aulæ regiæ. Berna Boëmis idem quod ſteura. Tavernici, Camerarii. Decretum R. Stephani de Udvornicis explicatum: Ii ſunt aulici miniſteriales: Turocius correctus. Zonaras de Nemitzis expeditus: error in hiſce H. Wolfii & M. Freheri: multò alii à Nemetibus. Cluverius notatus in etymo vocis Bohem. Niemez-Slavi frequentes Conſtantinopoli & alibi Græciæ. Germanorum nomen ignotum Græculis ante annos ſexcentos; noti tamen ii ſub Nemitzorum.

EA harum literarum vaſtitas eſt, & amplitudo tanta Philologiæ, ut linguarum (hanc enim partem ſolùm delibabo nunc) tam deſitarum, quàm hodieque uſitatarum omnium, etiam barbararum cognitio quædam requiratur in eo, qui autorum omne genus percurrere, obſcura in iiſdem explicare, & ſolidam ſcientiam inde comparare ſibi voluerit. Idque maximè uſu venit in Hiſtoricis proximorum ſeculorum, in quibus hærebunt turpiterve labentur, qui gentis, cujus res ſive Græcè ſive Latinè deſcriptas legunt, linguam planè ignorant, etſi Græcæ Latinæque ſcientiſſimi. De hominibus cætera doctiſſimis Italis Galliſque probare poſſem in rebus Germanorum ob unicam linguæ ignorantiam pudendo modo erraviſſe, ſi id nunc agerem; ſed vineta noſtra cædenda ſunt. Slavicam, ſeu Slavonicam linguam, gentis Sarmaticæ Vinedorum, quæ in Germania transmiſſo Viſtula & Danubio è Scythia in Illyrico Dalmatiaque latè habitavit olim hodieque plures ejus provincias inſidet, malo more ceu ruſticàm impexam ſordidamque & indignam homine liberali *δοκησίσοφοι* & polituli nonnulli derident; contrà pro Jovis cerebro habent ſi quid transalpinum Italicum Gallicumq; inter æquales tinnire nôrint; Is neglectus quantum inſcitiæ & tenebrarum in rebus vicini & Aquilas eaſdem nobiſcum venerantis populi Germanis objiciat, ſero nimis & cum deplorare ſolùm poſſunt ſentiunt. Imperator *multarum linguarum & literarum peritiſſimus* CAROLUS IV. Electorum filios hæredes & ſucceſſores in Latina, Italica, Slavonica, quæ & Liburnica, *Phil. Bergom. Chron. ad a. 1362.* linguis inſtrui, *quod in iis plus ardua ipſius Imperii negotia*

gotia ventilentur, lege Curiata in Comitiis Metensibus an. 1356. jussit: Quò graviùs delinquere deprehenduntur è vulgo eruditorū Germani, qui utilem sibi futuram imò necessariam maximè & qua gentes in Europà & Asia quàmplurimæ utuntur hodieque, linguam despiciunt. Est sanè etiam in ea, etsi populari, non vulgaris eruditio; Id verô nunc ostendemus.

J. Meursius, quo Græcantiorem, ut Apulejanô hôc utar, non vidimus, Græciæ vindicandæ in Belgiô natus, *Gloß. Græco-b.* p. 224. *Ζουπάνον, Suppanum*, quem Serviorum magistratum esse è *Wilh. Tyrio l. 20. de bello sacro* c. 4. constet, exponit *præfectum vestiarii principis*: quòd Ζȣ̃πα apud Achmetem in Onirocrit. c. 228. sit vestimenti genus, quod reliquis superinjiciebatur, velut penula aut chlamys: Servii autem usurpent vocem pro quavis veste. Hunc de Ζοῦπα sequitur *J. Lud. la Cerda Adversar. sacr.* c. 121 n. 51. *Suppanos* autem interpretatur, *qui supa induebantur, q. d. chlamydatos*. Nolo jocari in rem maximè ridiculam, à vestis genere, quo uteretur, magistratum aliquem vocari, & Servios, Slavorum genus, à vestis nomine Germanico suis principibus mutuari adpellationem; In juventutem enim, cujus bono hæc scribimus, ista vertunt, quæ falsa sic imbibit videntibus & seriò plorantibus nobis. Suppani, *Ζόυπανοι* idiomate Slavonum Pany/Panowe/ à Bohemis, Polonis, Croatis & Slavorum prosapiæ reliquis adpellantur Proceres, Barones, Domini, quorum in istis terris tanta autoritas est, ut quin potestatem vitæ & necis in servilem turbam impunè exerceant parùm admodum absit; adeò duriter eosdem habent; inde vulgari contumelia subditos suos cujusvis ordinis Klapy / Klapowe/ q. d. Sclavos, Schiavi, Σχλάβους, mancipia, & cum summè indignantur, Klapowsky Dusy / *serviles animas* agnominant. *Godfr. monachus S. Pantal. apud Colon. annalibus ed. à Frehero t. 1. scriptor. rer. Germ. sub annô. 1212. Imperator Regnum Boëmiæ abjudicatum Odoacro regi per sententiam Principum filio ejus præsentibus Supanis & pluribus nobilib. terræ cum sex vexillis adsignat. Chron. Australe ibid. sub ao. 1285. Zabisch quidam Supanus Boëmiæ solenniter celebravit nuptias cum Cunegunde relicta Domini Ottocari*: & sub ao. 1290: *Zabisius Supanus quidam nobilis & potens Boëmus. Wilh. Tyrius l. 20. c. 4 de Serviis: Magistratus habent, quos Suppanos vocant & Domino Imperatori aliquando serviunt.* Ἀρχιζȣπάνον apud eosdem

Servios quendam *Nicetas in Manuele Comneno l. 2:* & Τὸν τῶν Σεβαῶν Ζϐπάνον *in Isacio Angelo l.3.* commemorat: & *Bancabanus*, al. *Bankbanus*, Italis *Bancapa*, nobili apud Ungaros genere, quem Andreas rex dictus Hierosolymitanus vulgò bello sacro imperator delectus a. 1212. in Syriam cum exercitu abiens suum in Ungariæ regno vicarium constituit, quo de *Bonfin. dec. 2. l. 7. Thvvrocz Chron. Ung. P. 2. c. 7. Ritius l. 2. de reg. Ung.* sive prima sive ultimis syllabis ejusmodi Pana/Banum seu Optimatem nobis insinuat; itemq́, ista vulgi nostratis, etsi παρέλκουσα alterutro, locutio, grosse Banerherren. Hinc *Hesychium* exponere posse videor in hisce: Βάννας, βασιλεὺς παρὰ Ἰταλιώταις. οἱ δὲ μέγιστος ἄρχων. Vox *Bannas* rectè pro Latina non agnoscitur à *Meursio* l.d. p.86. At neque hoc voluit *Hesychius*; per Italiotas enim vicinos Italis Illyricos, Slavones, Croatas, quorum idiomatis ea vox est, intelligit: alterumq; interpretamentum cum nostrate vulgari prorsus idem est. Ἀ Ζϐπάνοις est Ζϐπανία apud *Constant. Porphyrog de admin. Imp.* Dominatus, Potentatus, Præfectura, territorium ejusmodi magnatis jurisdictioni subjectū. De syllaba *Zou, Su*, quæ non est in Slavonico Pan/ habendum, à Græculis & Semi-Latinis esse adsutam voculæ barbaræ, & horum imperitiâ coaluisse pronomen Czo; *quid* cum ipsô nomine. Cum enim audirent isti Slavos vocantibus dominis, quibus ad nutum quemvis adesse, quovis blandimento linguæ adulari & ἡδυλογεῖν oporteret, respondere Czo Pane/ *quid Domine*, quod æquivalet τῷ Czo chzesz Pane/ *quid vis Domine mi?* non intelligentes vim pronominis interrogativi, id cum nomine vero coire fecerunt; quod & nobis cum linguarum exoticarum lexes repræsentamus & nostro idiomate efferimus frequenter accidit. Belgarum idiotismus iste quidam est præpositiones cum articulis nominibus copulare; hinc ipsorum *Vander Mylis.* Ζοῦπα verò apud Græcos recentiores, & *supa* vestis est, quam *schaubam* adpellamus; hominem totum ambiisse & involvisse, ac fuisse pro corporis modô longam, similemque istis pallis, quas vel dormitum ituri superinjicimus, vel contrà frigus gestamus, vel cum languemus, aliàs dictis *tabardis: Joh. de Leidis Chron. Holl. l. 33. c. 11. Ostendit eis nanta tres bonos foderatos tabbardos ex Æneæ Silvii hist. Boem. c. 70.* narratione de infirmitate R. Ladislai colligitur; *Sederat*, inquit, *Rex in judicio, neq; de suo more indutus prodierat, linea tantùm indumenta susceperat, & desuper Persicum habitum, quem vocant schubam.* Anton.

Anton. Bonfinius Asculo in Apuliâ oriundus jussu Matthiæ Corvini R. Hungariæ res gentis à primordiis ejus in Europa stilo prosecut9 est, & CL. V. Johan. Sambuci vigiliis in publicū exiit. In ejus historiæ Dec. 2, l. 9. refert, quod post mortem Andreæ III. Regis Veneti dicti procerū nonnulli à Pontif. Rom. inducti Carolum, Caroli Martelli regis Siciliæ & Neapoleôs filium, in regem elegerint, alii refragantes, & ex his Dominic9 *magister Tavernicorum* quondam Regis Andreæ, quem *Turocius Chron. p. 2. c. 84. Thavarnicorum m.* vocat, Venceslaū regē Boëmiæ. Cum magistrū audit lector de officio domus regiæ sive Palatino statim percipit, non item de *Tavernicis*, etsi Latinæ linguæ juxtà cum Varrone Læliove doctissimus. Subsidium igitur unicum in lingua gentis. *Bernam* adpellant Bohemi tàm canonem arcæ regiæ de quibuscunque rebus debitum, quàm locum excipiendis & discutiendis rationibus, pecuniæque publicæ è vestigalibus & quibusque tributis destinatum. Autor *Chron. Aulæ regiæ*, ejus monasterii ad ripam Multavæ monachus, cap. 27: *Intereà verò Rex* (Johannes) *exercitum congregat, & ad bella, si necesse fuerit, se coaptat, generalem steuram, quæ* Berna *dicitur, ab omnibus recipit; & super hoc exactiones claustralibus & civitatibus imponit gravissimas.* Huic certi rationales, arcarii, procuratores, tabularii & numerarii deputati sunt, qui istas pecunias tractant, adpellati *Bernici*, & his præfecti unus alterque ex optimatibus ceu magistri. Instar horum in imp. Rom. olim Quæstores fuêre, iique urbani & provinciales, qui redituum populi Rom. acceptarum & expensarum publicarum curam habuêre: in Orient. Comites sacrarum largitionum, cum summarum rationalibus, exceptoribus, Epistolaribus, & reliquo officio suo. Ad istos *Bernicos* si *Thavernicos Turocii* & Bonfinii referre liceret, non esset ut de hisce ultrà quæreremus; sed rem dubiam paulò reddit alius rerum Hungar. scriptor, seculi ab hoc quarti, *M. Rogerius*, qui *in enarrat. destructionis Hung. per Tartaros factæ c. 10.* Thavernicum, eundem & Camerarium dici tradit. Unde de officii Palatini genere certi sumus, de etymo non ampliùs laboraturi: eritque, hoc stante, *domus tavernicalis*, quam *Turocius Chron. R. Sigism. c. 67.* nominat, ipsum cubiculum Regis, in quo res ejus privatæ & patrimonium; *magister* verò *Tavernicorum*, Comes rerum privatarum, seu ærarii privati, quod & fiscus, inter illustres dignitates ferè primâ, ut adparet è decreto Regis Matthiæ,

an. 1486. cui post Palatinum Hungariæ, & Judicem Curiæ inter officiales aulæ regiæ primus subscripsit *Tavernicorum regiorum magister*.

In Decretô R. Hungariæ Stephani cap. 55. est *de furtô Uduornicorum: Si quis illorum, qui vulgò Udvvornyck vocantur, furtum commiserit lege liberorum dijudicetur. Udvvornicos* interpretor Palatinos, curiales, basilicos, & asseclas aulæ, omnesque illos qui quovis modo ad aulam, villam, comitatum & familiam Principis pertinent. Dwour enim aulam, villam, significat Slavicis populis: Inde typo Slavonicæ linguæ Dwournick / curialis, ministerialis Palatinus, aulicus. W & w vel we præpositionum vim habent; illa quidem *apud*, hæc *in loco* significans; unde uttamvis substantivo Dwour præfixam esse velis, emergit data interpretatio. Vocabulum hoc ob peregrinitatem corrupêre sive editores sive typographi Germani, apud *Turocium* P. 3. c. 50. ubi sic legimus: *Hujus* (Ludov. R.) *tempore multi ex Oduranitis & aliis conditionariis curiæ ad diversas servitutes adstricti sunt exempti & in cœtum regni nobilium aggregati*: metathesi τοῦ o & ejectione *a* exeunt, *Duornici* quorum conditio quæ fuerit vel ex hoc loco evadit liquidissimum.

Zonaras t. 3. annal. f. 233. ubi agit de irruptione Comnenorum in Urbem, qua factum est ut Nicephorus Botoniates abjectis Imperialibus insignibus in monasterium rasa comâ & habitu monastico assumto secesserit, scribit fuisse παρά τινα πύργον πρὸς τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, ἣ Χαρσίου καλεῖται, φυλάσσοντας Νεμέτζους: ἔθνος δ᾽ οἱ Νέμετζοι Κελτικόν. & in rebus Romani Diogenis Imp. f. 229. τισὶ τῶν Νεμίτζων severius ob facinora multatis, totam legionem defecturam fuisse scribit. Interpres *H. Wolffius* Nemezos gentem Gallicam hîc adpellat, & Nemetes fortè significari opinatur: Malè utrumque. Neque enim τὸ Κελτικὸν *Zonaræ* solos Gallos, neque Νέμετζοι solos Nemetes, unius Spirensis pagi habitatorem populum designant. Multò pejus ex hoc locô *M. Freherus* colligit, Nemetum nomen à Polonis & Bohemis, quibus Niemechi sint Teutones, omnibus in universum Germaniæ populis impositum fuisse, P. 2. *Origin. Palat. c. 15.* Neque enim levis allusio τῶν *Nemetzi* & *Nemetes* fecerit ut utrique diversissimi haberi debeant pro iisdem; multò minus vocabula distinctarum maximè linguarum sub unam referenda, nec speciali appellatione genus includendum: quæ simul hîc peccavit omnia *Freherus*. Nemo de istô creperô ritè constituet,

stituet, nisi è linguâ Slavonum: Hi Germanos adpellant Niemzy: Germanus his est Niemetz: Ungaris Nemet: eaque nomina in Græciam ipsi Slavi vicini attulêrunt. Rationem adpellationis, quam viri docti reddunt, Germanos ideò Niemzy à Slavis adpellatos, quod linguam Slavicam non intelligerent, & loqui nescirent; Niemy enim significare mutum; *Cluv. l. 2. Germ. ant.* c. 12. falsam esse vel inde elucet, quod hoc ipso vocabulo etiam Italos, Hispanos, aliosque populos omnes, qui non essent è Slavicô genere, ignaros linguæ, nominassent; quod tamen secus est. Italos enim Wlasy vocant: Italum singulariter, Wlacha: Wlach, casu primô efferunt; diversis etiam reliquos adpellant nominibus. Deinde cum vox Niemetz in lingua Slavorum primitiva sit, nonnè qui ea priorem, è qua formata sit quærit, diligenter nugari conspicitur? Patienter igitur ignoremus, quod non nisi è linguæ intimis antiquitatibus, sed quæ nullæ ad nos pervenerunt incuriâ & ἀμυσία majorum, sciri posset, ratio nim. primitivi. Zonaram autem ex idiotismo Slavonico planè percipimus nunc; hoc saltem verè scriptum nollemus, Nemetzos, majores nostros, desertores Imperatoris, cui militabant, fidem violasse & Comnenis hostibus urbem prodidisse. Non immeritò paulò curiosior quis quærat, quî factum ut *Zonaras* adpellatione Slavonica nominarit Germanos, cum hoc eorum nomen, quo apud alias gentes omnes vocarentur, non esset ignotum Græcis: an è Slavorum, qui Germanis id facinus imputabant, relatione ἱστορεῖ & σκλαβινιστὶ nominat, quos poterat Græcè genuinô Γερμανὺς? Patet hinc Slavicarum nationum homines Constantinopoli fuisse tum, ante annos sexcentos, frequentissimos & multò Germanis plures non tantùm quia viciniores, sed quod idiomatis eorum nomina Græcis tàm fuerint præ Germanorum dialectô familiaria: censiti etiam fuêre hi cum illis pœnè iidem, quia cum militatum in Romaniam venirent, mixti & unà cum Slavis Germanicarum provinciarum homines sub Ducibus Slavis & Germanis adducebantur, maximè regibus Ungariæ Austriam cum annexis feudatariam tenentibus: & quia pòst adquisita Imperio Austria unum superiorem Imperatorem Occidentis seu Latinum, uti Græculi indigitabant, agnoscebant utrique. An quos Slavi Νεμέτζους adpellabant, Germanicam nationem esse nescivit Græculus? Hoc autem valdè verosimile est: Nam nec nomen

Germani, cum patriam indicat, intellexit. Cum enim ob duorum miniſtrorum ſeu Ducum potius, quorum conſiliis plurimùm utebatur & quibus maximè fidebat, hominum peregrinorum, *βαρβαριζόντων τὴν φωνὴν, μηδ᾽ ὀρθορρημονούντων καὶ σκυθογλώσσους λαλιὰς δυσφράστως λαλαγούντων*, uti *Conſt. Manaſſes* agens de re eadem linguam Germanicam criminatur, audaciam & arrogantiam Imperatorem invisum ſuis eſſe factum ſcripſiſſet, eorum alterum *Βορίλαν*, alterum *Γερμανὸν* nomine fuiſſe addit, habens communi popularium tum ſuorum errore pro nomine hominis proprio, quod erat gentis in iſtô viro. Fuit enim Armo ſive Arimo quidam ex Alemannia vir nobilis & Imperatori ob experientiam in arte bellica carus, cui etiam propterea defenſionem portarum & mœniorum urbis commendarat: teſte *Naucl. gener. 37.* ſed eum Alexii *aureæ haſtæ* expugnaverunt.

Seradium arx eſt Turcarum lingua, inquit *J. Roſinus adpend. Chr. Turc. ſub an. 1574.* Cave credas homini ſumma temeritate in literis, qui quæ minimùm intelligit docere alios præſumit. Hrad/Grad/Grod/ eadē vocula Slavica eſt, Bohemis, Polonis, Ungaris, Vandalis, caſtrum, arcem, fortalitium, burgum ſignificans. Inde Bilyhrad q.d. Album-caſtrum, opidum nobiliſſimum ad Savi & Danubii confluentes, caput Raſciæ ſeu Serviæ, vulgò Alba Græca; *παραλλανίζοντες* ſcriptores noſtri *Belgradum* efferunt. Wiſſyhrad/ i.e. caſtrum excelſum, burgus altus, arx novæ Pragæ ruinis ſuis etiamnum imminens & vaſta mole è ſcopulo præterlabentem Wltavvam deſpectans. In ſimplice metatheſin commisêre ſive ipſi Vandali, ſive Germani Gard efferentes; Inde Stary-gard/ Stargardia, h. e. antiqua urbs; Nowy-gard/ Novogardia, novum oppidum, Pomeraniæ attributa. Deminutivæ formæ eſt Hradecz/ Hradecium, Gradecium, & exciſa litera Græcium, Grätz/ noſtratibus, & Italorum Gradiſca; q. d. minus caſtrum, caſtellum, oppidulum. Hinc nomen familiæ per Carniolam quondam nobili Dominorum à Biligratz, h. e. à caſtello albo denominatorum, quos *Lazius comm. Reip. Rom. l. 12. ſ. 5. c. 2.* à neſcio quibus bilbilis, quam iis locis, itinere Aquileja Siſciam comminiſcitur, ruinis deducit.

Nicephorus Gregoras l. 9. ἱστορ. Ρωμ. aliquoties nominat *τὸν τῆς Σερβίας κράλην*: ſic & *Georg. Logotheta in Chron Conſtantinop.* Interpres hujus *Theod. Donſa*, itemque illius *anonymus*, nomen proprium eſſe exiſtimavit.

mavit. Est autem revera Slavonicum Kral/ quod *regem* significat: & æquipollet adpellationi Bani vel Suppani, regulorum seu axiomaticorum per provincias Slavicarum gentium nomini.

Ista quæ in hoc caput constipavimus frustrà tentaverint linguarum capitalium, quæ putantur vulgò, quantumvis doctissimi, explicare; honos autem suus esto linguæ, quæ ad ea ne nesciremus adminiculo nobis fuit. Eadem enim voluptate perfundunt animos harum literarum orgiis initiatorum ista Slavonica, etsi gentis semibarbaræ & ignobilis scilicet nobis, fortissimæ interim & virtutibus aliis maximis quarumvis illustrium æmulæ, dum bonos autores interpretantur & ad eruditionem comparandam aliquod momentum adferunt, quâ vel exquisitissimæ è quibusvis Latinè Græcéve scriptorum monumentis acceptæ subtilitates.

CAP. XV.

Mendæ in Clementis Alexand. Stromatum versione Latina, autoris Gent. Herveti, purgatiuncula. Casauboni & Meursi sententiæ in explicando Athenæo circa κυνοφόντιν ἑορτὴν partim adjutæ, partim confutatæ, & ostensæ ejus origines. Ἑορτὴ κυνοφόντις descriptio festi apud Argivos, cujus verum nomen Ἀρνὶς; erat sacrum Lino, qui inter agnos educatus. Rhea, Diana, Hecate, Lucina θεαὶ κυνοσφαγεῖς: Gv. Canteri alucinatio in vertendo Lycophrone. Canes adhibiti in lustrationes. J. Rosini ineptiæ in antiq Rom. digerendis & notandis. Scaligeri dormitatio circà περισκυλακισμὸν, qui cum canariô sacrificiô non debuit confundi: Ejus ritus: differentia à κυνοθυσίᾳ: itemque hujus à κυνοφονίᾳ, quæ Argivorum solorum propria, fortè etiam semel tantùm facta, *certò memorato die festo.*

Ἄλλοι κάμον, ἄλλοι δ' ὤναντο: ab ultima antiquitate proverbium est. *Diocletianus*, cum Aurelianus, cum Tacitus, cum Probus, cum Carus imperium accepisset, Druidis dicto, eum Imperatorem fore cum aprum occiderit, diffidens & querulus; *Ego*, ajebat, *semper apros occido, sed alter semper vescitur pulpamento*: Id verò ferè nullibi frequentiùs, quàm in literis evenit, ut quæ alius labo-

laborum & industriæ monumenta statuisset ac in oculis hominum, ignavus quispiam, impudens interim, arrogans & famæ inhians larus subducta in se transferret & obscuraret autorem: Plagiorum nec modus nec finis fuit. Græcorum *εὐεπίφοροι εἰς κλοπὴν κατὰ τοὺς λόγους τε καὶ τὰ δόγματα & in orationibus & in dogmatibus*, ita interpres vetus *Gent. Hervetus*: ὁ θαυμάσιος *Heinsius* emendare neglexit, relicturus scil. nobis ut faceremus, *tam in verbis quàm in rebus*, ὁ στρωματεὺς *Clemens l. 6.* διέλεγξε καὶ καταφώρους ἐποίησε toti orbi. Nostrates scriptores musteos de eodem convincere nullius esset negotii, quàm sedulò arent alienis vitulis, ducantque interdum benè longos exscriptionum sulcos, tantùm ut suas compleant paginas & immanes Commentariorum struices adornent. Ei verò culpæ me non esse obnoxium, ubique horum librorum, & hîc ubi magnorum virorum, & per quos profecisse agnosco lubens, *Casauboni* & *J. Meursi* sententias de ἑορτῇ Κυνοφόντιδι apud Argivos solenni propono, elucebit. Istis nimirum suus inter doctas commentationes locus erit, & suorum autorum manebunt; sed cum partim imperfectæ, partim etiam falsæ sint, illis quidem addere nostra non intempestivum, has verò confutare etiam necessarium est. Purpuram istam clavus qui à nobis intexetur novus illustriorem reddet; spongia quam adpendemus inducet falsa. Totum hujus capitis drama in *Athenæo* est; adponam igitur integram ex ejus l. 3. Ulpiani ad Cynulcum, quos colloquentes inducit, φησίν· μὴ βαΰζε, ὦ ἑταῖρε, μηδὲ ἀγρίαινε, τὴν κυνικὴν προβαλλόμενος λύσσαν, τῶν ὑπὸ κύνα οὐσῶν ἡμερῶν δέον αἰκάλλειν μᾶλλον καὶ προσσαίνειν τοῖς συνδείπνοις, μὴ καὶ ἵνα Κυνοφόντιν ἑορτὴν ποιησώμεθα, ἀντὶ τῆς παρ' Ἀργείοις ἐπιτελουμένης: Id est, verbis nostris, *Ne latrato, amice, neq; efferator caninam præ te ferens rabiem, canicularibus his diebus adblandiri magis convivis oportet, ne & nos canicidum quoddam festum agamus,* si à verbis ad verbera veniamus, *pro eo quod apud Argivos celebratum fuit.* Ludit Ulpianus in Cynulci Cynici professione, qui fervore disputationis inductus excanduerat, nomen & sectam, monetque non dandas esse convivis turbas latratu seu rixa, quòd iis canicularium tempore magis adblandiri, ut canibus solemus cum ad nos vocamus, & adulari, ut canes gannitu & caudæ motitatione consuevêre, conveniat &c. Omnia à canibus petita & dicta de canibus salsam mordacemq; in Cynicum orationem faciunt jucundiorem &

Digitized by Google

rem & lepidam magis. *Interpres Dalechamp.* & *Meursius* de festis Græciæ p. 183. nomen festi apud Argivos solennis hinc eruêre; Κυνοφόντιν vocant: *Casaub. anim. c. 20.* Κυνοφόντια. Hîc nobis qui hactenus cum viris sensimus in alia omnia abeundum est; Veritas enim sic jubet. Ulpianus Athenæanus à rixis abstinere vult Cynulcum, ne & inter ipsos κυνοφόντις ἑορτὴ, *festum canicidum*, tandem agatur, uti apud *Argivos*: ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, quod sermoni suo aptari posse videbatur, festum Argivorum circumscribit, omisso ejus quod ad rem non facere putaret nomine. Expungenda igitur est albo festorum Græciæ Κυνοφόντις, quo nomine nullum apud Græcos fuit; fuit κυνοφόντις ἑορτὴ festum quo canes occiderant Argivi, sed non hoc nomine: verum dabimus in loco. Canicularibus celebrari consuevisse κυνοφόντιν è sermone Ulpiani, qui canicularibus ista loqui fingitur ab Athenæo, pravè acceptum est: Dianæ placandæ institutum fuisse, quod *Casaubonus* præterea ἱστορεῖ, valdè id quidem videtur probabile; Rheæ enim & Hecatæ, quæ cum Diana τριχρώμῳ, triformi, trivida eadem, canes immolabant, teste *Sophrone in mimis* & *Lycophr. in Alex.* qui κυνοσφαγῆ Θεὰν adpellat, i. e. Deam cui canes mactarentur: *Gv. Canterus* interpretatur *canivoram* voce ἀπὸ τοῦ φάγειν perperàm derivata, quæ formata ἀπὸ τοῦ σφάττεσθαι; etiam Argivi Lucinæ; at hoc sacrificium de κυνοφόντου eorum ἑορτῇ intelligi, eòque trahi non debere indubitanter liquidò demonstrabimus. Argivi enim immissam ab irato Apolline, ob cædem Psamathes & Linum suum è Psamathe filium à canibus gregis laniatum, pestem averti posse, si cæsos placarent, oraculo moniti, non solùm fæminas & virgines ad Linum deplorandum miserunt, sed & sacrificium eidem & festum diem Αρνίδα dictum, mensem etiã Ἀρνεῖον, quod inter agnos educatus esset Linus, vocantes, instituêre mactaruntq; eo die quotquot uspiam reperire poterant canes: Ita *Conon narr. hist. 19 apud Phot. C. 186.* quæ alibi non reperias vera τῆς κυνοφόντιος ἑορτῆς ἱστορεύματα. More aliorum Græcorum fecêre Argivi quod scelus expiaturi lustrandæ urbi canes adhibebant; καὶ γὰρ Ἕλληνες ἔν τε τοῖς καθαρσίοις σκύλακας ἐκφέρουσι, *Plut. in Rom. & Problem. Rom. 68* τῷ δὲ κυνὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες ἐχρῶντο σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμοὺς. Simulacrũ ejus est in Lupercalibus Romanorum, mense Februario, & in Robigalibus sacrificio canum rutilarum ad caniculæ sidus placandum

H pro-

pro frugibus actis mense Aprili; *Rosinus* enim, qui l. 4. *antiq. Rom. c. 10.* refert in Julium, rusticorum nostratium calendaria inspexit solum, quibus eo mense canicula exoritur; an dememinerat quod c. 7. è *Plin. l. 18. c. 29.* scripserat? Iste homo in quodvis opus condemnandus potius fuit, quam ad Romanas antiquitates digerendas admittendus: adeò nihil sani ubique ferè docet, nisi cum autores integros describit & nihil de suo inculcat: quamprimùm autem vel tantùm excerpta dat vel è suo penu aliquid, nugas blatit & meras imperitias. Id canarium sacrificium Græcè dici περισκυλακισμὸν, quod ait *Scal. conject. ad Varr. p. 118.* inter δικαίως ἀπεψηφισμένα habeatur. Περισκυλακισμὸς enim genus lustrationis magicæ est, Græcis sic dictum & usitatum, quò qui uterentur eos, qui lustrandi purgandive essent, catulis circumtingebant, circum adplicabant catulos vel circum lustrandos cursitando gestabant; Ita enim *Plut.* l. d. de Græcis: Καὶ τῇ Ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐκφέρουσι, καὶ περιμάττουσι σκυλακίοις τοὺς ἁγνισμοῦ δεομένους. Περισκυλακισμὸν τὸ τοιοῦτον γένος τοῦ καθαρμοῦ καλοῦντες: quod an Romani καθαρταὶ καὶ ἀπομαγματωνίδερες consueverint similiter, in aperto non est: apertissimum autem diversum quid esse à κυνοκτασία religionis ergò peracta solennibus feriis communi scito institutis. *Eruditi cum errant errant errores eruditos*: *Plutarchus* fugitivis oculis & à majoribus intento inspectus, quòd de Lupercalibus agens, in quibus sacrificarentur canes, mentionem simul, sed παρενθέτως, ob materiæ adfinitatem, faceret καθαρμοῦ τῶν ἁγνισμοῦ δεομένων, *lustrationis eorum qui expiatione indigerent*, quæ fiebat τῷ σκυλακίοισ περιμάττειν αὐτοὺς, non mactatione canū, Ill. Scaligerū induxit, ut diversa haberet pro eodem, codē nomine περισκυλακισμοῦ *circumcatulationis* utrumq; circumscribens. Quod verò Eilethyiæ seu Lucinæ Argis cane sacrificarunt ob partus facilitatem suis uxoribus obtinendā, quod tradit *Socrates* ἱστορικὸς περιήγησιν Ἀργους γεγραφὼς *Laertio* laudatus, & refertur à *Plut.* 52. *Qu. Rom.* est ἀπροσδιόνυσον & Casauboni ἀπεριβλεψίαν non excusat. Hęc enim religio cujusq; pro uxore gravida mariti & privata ideò erat, sine festivis per urbem ritibus & uno singulari cane fiebat; κυνοφόντισ autem ἑορτὴ, quam Ulpianus indicat & suo instituto adplicat publicè indicta fuit, & sacrificium tale, quo canes in urbe ἀπαξάπαντας εἰς ἱλασμὸν jugulabant, non Dianæ, sed Psamathæ amatæ Apollinis & Lino

filio;

filio; Et cum sacrificium canarium etiam aliis præter Argivos populis, Lacedæmoniis, Sabæis, Caribus, ne dicam de Romanis, familiare fuerit; Ulpianus autem τῆς παρ' Ἀργείων ἐπιτελουμένης ἑορτῆς κυνοφόντιδος meminerit tantùm, adparet, aliquid quod in ista peculiare erat spectasse, nimirum κυνοφονίαν festivam & generalitate notabilem, non Lucinæ colendæ κυνοθυσίαν. Quin & narratio *Cononis*, quæ est, ne sic quidem, postquam canicidio ceu ἱερῷ λωφηίῳ, *sacro pacali*, perlitassent Argivi, remisisse luem, sed tum demum cum rex Crotopus autor cædis Psamathes urbem κατὰ χρησμὸν reliquisset & aliam in Megaride conditam habitaret ipse, hoc innuere videtur, semel tantùm universalem κυνοφονίαν Argis contigisse, & in anniversarium Argivorum sacrum non abiisse: quod ipsum, ut adeò rara, imò nulla præter hanc unicam mentio ejus sit apud scriptores, fecisse videri poterat. Hæc si cui videantur scrupulosiora, is cogitet, veritatem non in superficie rebus inhærere, sed latere ἐν βυθῷ non nisi contentione & protelô exantlandam; discatque simul, nihil æquè imponere mortalium animis quàm *similitudinem* in rebus, & *respectum* in nobis *ad pauca*, ut Philosophus docuerat; id quod summorum virorum, quos laudavi, exemplis abundè claret.

CAP. XVI.

De canibus singularia. In Homerô reprehensa. Argus & Capparus canum nomina. Scaliger Pater & I. Lipsius Φιλόκυνες. De rabie canum seu λύττῃ tractatum: refertur ad cynanchen, ab aliis inter deliria. Plinius emendatus Glossarium Isid. purgatum & expositum de caniculario; in ejus etymo error Matth. Martini. Canicularium dictum est medium æstatis vel hyemis à catulitionibus, quæ iis anni partibus frequentes. Coitus cervorum: Φωλεῖαι ursorum: scarabæorum species μηλολόνθη. Laus Bernh. Bertrami JC. Ejus de caniculario sententia. Plinius Valerianus Medicus illustratus; quid aratrafrangis ostensum CL. Barthio, qui ignorare fatebatur: est canicularia, h. e. κρότων, ricinus, musca canina: Pandectis M. Silvatici brevitate obscuris explicatiuncula.

ITa doctæ Ulpiani facetiæ à canibus petitæ nos, qui naturali affectione Φιλόκυνες sumus, delectaverunt, ut à canibus individuis hominum comitibus, adparitoribus, defensoribus nondum abire possimus Sedulò militant concupiscentiis nostris, eòque diligi merentur tàm Corsi illi feroces & robusti quos ad taurorum, ursorum, aprorum, venationes alunt & Britanni Dogæ, quàm villatici janitores, familiares illi anteambulones, cubicularii, calathinæ Melitææ, deliciæ heroinarum. Docti sanæque eruditionis viri multa in Homero notavêrunt opidò quàm inepta, puerilia, futilia circà res & numeros; ut *Xanthi aquas uri igne: Jovem fulgurare ubi ningit; socios Ulyssis interficere boves Solis & devorare; at id hunc, ὅς πάνθ' ἐφορᾷ, non resciscere nisi per nuncium: Martem gemere atq; adeò vociferari: Achillem flere non sine causa maxima, quod muscæ lingant vulnera Patrocli;* hoc verò incivile prorsus & ignavum cumulum culparum censoria miltô dignarum auxisset si canis Ulyssis, qui per viginti annos heri adsecla fuerat, hoc enim ætatis anno mortuum esse scripsit ex eo *Arist. 6. hist. anim. 20.* nomen, quod *Argo* ipsi fuit, *Sext. Empeir l. 1. Pyrrh. hypotyp. c. 10:* omisisset commemorare; Tàm enim dignus est hic mausoleo cum elogio, quàm ille Athenis fani Æsculapii φρουρὸς κύων Capparus, qui similiter non obiit ἀνώνυμος, *plut. l. de animal. comparat.* De Platone verò quid sentiemus, qui hujus bestiæ simillimos esse cupit suæ REIP. conservatores, sumto à barbaris in Æthiopia Ptoœambaris, qui ipsum canem regis vice sibi dominari voluere, motu ejus imperia & quæ sint placita augurantes, *plin. l. 6. c. 30.* documento; cum fidem in ejus adsiduitate, constantiam in pervicacia, vigilantiam in custodia, fortitudinem in propugnatione & præliis pro dominis sciret repræsentari? Duos summos exacto nuper seculo viros *Jul. Cæs Scaligerum*, quo nemo hominum hujus animalis amantior, & *J. Lipsium*, qui mirificè in hoc genus adfectus fuit, non puduit dilectos canes suos immortalibus scriptis, quæ totus orbis meritò admiratur, sapientior evolvit & frequentat, nominare, & raram doctrinam suam etiam isthac parte prodere: Nos aliô genere adfectum nostrum testabimur non canes ita, sed bonas de canibus literas & harum cupidam Juventutem demerituri. Mite Φιλοδέσποτον & socium hominis animal canem in rabiem agi ob humorum in ipso corruptionem, quà veneni naturam induc-

induerint, ejusque tantam vim esse, ut quicquid rabidus admorserit, imò quicquid saliva quæ ipsi tum copiosa adeò est ut largè ore profluat limosum virus, conspurcaverit, in eandem adfectionem incidat ex *Aristotele & Galenô* constituêrunt Medicorum filii: *Fracast. l. 2. de morb. contag. c. 10. P. Salius l. de affect. partic. c. 19. I. B. Codronch. l. de hydrophobia.* Is morbus canum adpellatur Λύττα; & qui eo tentantur Λυττῶντες, Attica dialecto; aliàs λυσσῶντες, unde λύσσα: & κυνόλυσσοι, quibus similis adfectio cum longè gravissimo symptomate, pavore aquæ, qui tantus est ut ægri cum siti intensissima non solùm omnia liquida abhorreant, sed & ad conspectum ejus, ad sonitum decurrentis animo valdè turbentur & exacerbentur, & inde denominari morbum ὑδροφοβίαν contigerit, à cane communicata est: & ἄλυσσον, *Gal. 2. de antid. c. 11. Diosc. l. 3. c. 105.* alyssum *Plin. 24. c. 11.* herba substantiæ totius proprietate rabientibus proficua: κυνὸς λύσσα, adfectus ipse in homine, à *Diosc.* l. d. adpellatur, quem de aliorum animalium luporum, felium, vulpium rabie dubitasse, vel ignorasse eam prærterquam canibus etiam aliis accidere, cum tamen de lupis è *Theocrito* nosse potuerit, hinc colligitur: de suibus, bobus, camelis, equis, è veterinariæ & geoponicôn scriptoribus idem constat. Ad symptomata sensuum internorum & ex his Imaginatricis & Ratiocinatricis læsiones, quas communi nomine Deliria vocamus, retulêre hunc morbum præceptores nostri, viri quibus omnia debere fatemur præstantissimi; sed cum experientia hominum æquè gravissimorum, à rabido cane morsos mente ὑγιαίνοντας καὶ μόνον περὶ τὰ λοίσθια ὄντας constitisse, in medio sit, *V. Salius l. de aff. partic. c. 19.* cui & nostram addere possumus, J. ab E. in L. ita adfectum sine ulla ferè alia, quàm de catarrhis fauces sensu coarctationis molestantibus & impedientibus deglutitionem liquidarum etiam sorbitionum & metu strangulationis subitaneæ, querela animo ad extremum usque halitum sanum obambulasse, ad anginam, ejusque speciem κυνάγχην dictam, sed quæ ab occulta & venenatâ qualitate oriatur, simulque propterea contagiosa sit, pertinere dicemus. Ex hisce scripturam vitiosam apud *Plinium*, quæ in antiquissimis codicibus peccata fuisse videtur, servata per multa secula, & in editos propagata, corrigere est; cum enim adfectus canum λύττα sit, etiam vermiculo, quem linguis eorum innatum rabiem causari docent, hoc nomen *lytta*

esse oportet. sed quod depravatum *in lytra.* Ita enim edidêre l. 29. c. 5: *Est vermiculus in lingua canum qui vocatur à Græcis lytra: quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt.* Ex iisdem *Isidorum glossario* emendare & explicare tentabimus: *Callicularium medium æstatis vel hyemis.* Frustra est, qui τὸ C. vocem esse Aramææ originis arbitratur & deducit à *chalek* quod est pars & ager ab agro divisus *Matth. Martin. in Lex. Philol.* Quid enim hæc ad Isidori interpretationem de æstate vel hyeme? Seponimus igitur. *Gebh. l. 2. Crep. c. 12.* rectè emendat, *Canicularium*; deficit autem in expositione, quam scil. dare, cur C. medium æstatis vel hyemis sit, non erat adeò facile. Nobis *canicularium* dici videtur *medium æstatis* vel ob caniculæ seu Procyonis exortum, quem 14. Julii veteres circumscripsêre, *Aet. tetr. 1. s. 3. c. 164.* vel quod summa æstate per squalores canes in rabiem agi compertum sit, traditaque ejus rei ratio ab *Alex. Aphrodis. in problem. Canicularium* etiam erit *medium hyemis* vel quod Februario mense Lupercalia agitarentur, quibus cane fiebat sacrũ, vel quòd intensissimis frigorib. quæ media plerumq; hyeme contingunt, furere canes observaverint: eodemque tempore lupina caninaque insania corripi solere homines *Aet. tetr. 2. s. 2. c. 11. è Marcello, & Ægin. l. 3. c. 16.* tradidêre. Huic conjecturæ nostræ si cui non arridet, aliam succenturiare possumus non inferiorem probabilitate, *canicularium* adpellari *medium æstatis & hyemis*, quod utroque isto anni tempore σκυζώσεις seu catulitiones sint, quàm aliis anni partibus, frequentiores, & pæne nullo præterquam dato utroq; tempore contingant. A tali verò συμβεβηκότι ἢ συγκυρήματι stato ac perpetuo anni partes communi consensu populorum denominari compertissimum est ac verissimum: Scimus Germani nos partem anni ab ὀχείᾳ seu coitu cervorum ὅταν ὀργῶσι, quem ex *Aristot. 6. hist. anim. c. 29.* βοηδρομιῶνι incipere, desinere μαιμακτηριῶνι & durare igitur per totum Pyanepsionem, qui medius inter hos mensis est, colligimus, quæ tempora Augusti fini, Septembri toti, & initio Octobris respondeant, adpellationem accepisse, die Hirschbrunst: aliam à φωλείᾳ ursorum, quando latent ii, quæ in maribus diebus quadraginta, in fæminis octoginta, postquam scil. pepererint & fætus cavo suo educere possint, circumscribitur: aliam ab hirundinũ & ciconiarum circà æquinoctia reditu abituq;: aliis iisque brevioribus ab alaudæ, philomelæ, cuculi, cantu nomi-

nomina in linguis popularibus imposita fuisse: & contrà ab anni temporibus multa tàm inanimatorum quàm animatorum habere indigitamenta sua: hinc illam cantharorũ seu scarabæorũ speciem μηλολόνθην Græcis q. d. maliperdam, a tempore quo adparere, & magno cum murmure in aëre circumstrepere præsertim crepusculo solet, scil. festo inventionis S. Crucis Domini, Creutzkäfer/& aliam minorem crusta lanuginosa pallidiore à sacro D. Johanni die ob eandem causam, Johanskäfer majores nostri vocaverunt. Hæc opinionem nostram canicularium a catulitionibus ita dici mirificè adjuvant & illustrant: sanè alterutrum ex illis, quæ proposuimus, respexêre, qui ista anni tempora canicularii adpellatione definivêrunt: ὡς ἐμοίγε δοκεῖ. Qui ingenio paratior aliud adpositum magis excogitaverit, is χρυσοῦς φασὶν ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι. Pronunciavimus τὴν ἀρέσκουσαν, quæ vel ideò quia ἀκαλλώπιστος & simplicior, veritati proximior esse judicabitur: Ingeniosiorẽ erudiendo lectori dabim9, sed alius autoris. Is est *CL. B. Bertramus*, præterquam Juris etiam penitarũ literarum consultus; habet autem persuasum, nihil in *Isidori* edita lectione mutandum esse, & explicat *callicularium, medium æstatis vel hyemis* dici ideò, quòd his maximè temporibus milites, rustici, viatores ob terræ τραχύτητα καὶ σκληρότητα galliculis vel, ut nonnullibi effertur, calliculis uterentur; ne scilicet offenderent, vel *in algore & ardore*, ut est apud Tert. l. de pall. *rigerent nudipedes*. Sed cum isto calceorum genere quavis anni tempestate, non æstate solùm vel hyeme fuerint induti milites, unde & insigne eorum & nota distinctiva fuit esse caligatos, non potuisse certas solùm anni partes, æstatis vel hyemis medium, inde denominationem accipere, videtur; & cum doceri non possit à vestis aliqua specie anni partibus imponi nomina consuevisse, sed contrà potius sit factum, laudamus viri in his literis non nisi paucissimis comparandi sagacitatem, adsensum tantisper cohibemus: sumus enim φιλαπορητικοί.

CL. Barthius l. 36. c. 22. *Plin. Valeriani medici l. 1. medic. parabilis, c. 22.* ubi de oculorum morbis enarrans & emendans, *Vermiculus*, inquit, *quem aratrafrangis adpellat, nobis ignorabilis est.* Nos ne ultrò talis sit è *Matth. Silvatici Pandectis* docere posse videmur. Is *cap. 54. Aratrifagi,*

fagi, id est, canicularia. Satis quidē obscurè ista, & breviter nimis: at non emanebimus tamen. Interpretamur enim *κρότωνα*, ricinum, muscam caninā: Itali cæcam, zeccam, q. d. cicam à *κίκι* arbore, cujus grana refert figura, adpellant: *Aristot. 5. hist. anim. c. 26.* κυνοῤῥαίστην, cuti canum innascens & pertinacissimè adhærens insectum: *ῥαίουσι γὰρ τοὺς κύνας πίνοντες τὸ αἷμα αὐτῶν, schol. Hom. ad Odyss. 17.* Arabes alcorat, *Avic. l. 3. fen 3. tr. 3. c. 34.* formata è Græco *κόρις*, i.e. *cimex* voce; eique propterea *l. 2. can. tr. 2. c. 277.* cimicem similem esse scribit. Ejus insecti sanguine loca ciliorum, è quibus pili inversi, versus oculum reversantes, *Val. de Taranta Philon. l. 2. c. 45.* inutiles oculumque pungentes avulsi inungere jubent *Gal. 4. de comp. med. s. l. c. 8. n. 10. Ægineta l. 3. c. 22. Avic. l. d.* spondentque non repullulaturos. *Galenus l. d.* crotona à cane fæmina seligit in hunc usum; *Aetius tetr. 3. s. 3. c. 67. Nonus l. de part. morb. curat. c. 56.* cimicum sanguinem: *Valescus l. d.* ranæ, vel pediculi, vel vespertilionis sanguine locum linit. De isto ciliorum affectu & quomodo pili evulsi renasci prohibeantur cum eo ipso capite, quo verniculi nominati meminit, agat *Plinius*, idipsum insectum, quod *Galenus Ægin. & Avic.* nominarunt, intelligere clarissimum est. Non autem præstare ausim, veram eam adpellationem esse, quam in corruptissimis *Silvatici* discrepantem paulùm à prostantibus apud *Barthium* Plinianis legimus; sufficit quid uterque voce barbara indicare voluerit, percepisse aliquà. Non desinam tamen, cum in ipsum *Plinium*, quô hactenus ægerrimè careo, incidero aliquando, ut cujusque curiositati satisfaciam, allaborare impigerrimè.

CAP. XVII.

Imp. Taciti de scriptore cognomine cura. J. Lipsi notæ in Tacitum quatuor locis examinatæ. Aulus prænomen in Cæcinis. Horatius explicatus. Saxum Gabinum & lapis Sabinus diversa. Sestertius locus extrà urbem sontibus puniendis: unde sic dictus. Isidorus Plinii exscriptor: contrà Lipsi correcturam vulgata in eo lectio adseritur. Pontius Diaconus B. Cypriani, hujus vitam & passionem descripsit: videtur ignoratus Lipsio: majori quàm Actorum B. Cypriani autores anonymi fide.

Libros

Digitized by Google

Libros *Corn. Taciti* ſcriptoris elegantis ac diſerti, & quo ad civilem prudentiam comparandam nemo alius majus momentum, ſi benè penitus pellegantur ii, & convertantur in ſuccum ſanguinemque, adferat, Imperatoris M. Claudi Taciti judicio & providentiæ debemus, ut poſt annos quindecies centenos, quibus tot cara ſcriptorum nomina interierunt, premunturq; & prementur æternùm infelici oblivionis & ignobilitatis nocte, non ſuperſint tantùm ſed & in æſtimio ſint omnium bibliothecarum forulos inſidere. Optimè igitur ſtudiis ſuis conſuluerint, ſi quos Imperator per annos ſingulos decies deſcribi inque archivis & bibliothecis poni, ne lectorum incuria deperirent, juſſit, *Vop. in Cl. Tac. nocturna verſentq; manu verſentq; diurna*, ſive Remp. aliquando tractaturi, ſive nomen aliquod in literis merituri omnes. Precium autori præterea concilient tot nobiliſſimorum virorum ad eum *Commentarii*, *Diſſertationes*, *Digreſsiones*, *Notæ*, & alliciant Juventutem clariſſimæ iſtæ in conſpicua Pharo, quæ errabundam dirigant & in rem deducant ipſam, faces. Non commemorabo nunc, qui præcepta inde collegêre & conſtituêre ordinandarum Rerump. ac belli pacisque artium domi forisque exercendarum, & ad vitam civilem inſtructiones, *ἀνήριθμοι ὡς μύρμηκες*; in *J. Lipſio* qui eam partem non attigit valdè ab aliis nim. occupatam, & ſcriptoris dictionem quam ubique gravem, nervoſam, floridam, terſam, uberem agnoſcimus explanare, ut Juventus, quidnam in Tacito legeret, intelligere poſſet, ſolùm inſtituit, conſiſtam. In hujus ad ejus Taciti hiſtoriarum & annales libros notis obſervaſſe videor paucula, quæ ad libellam rationis exacta diligentiùs alii incurioſo potiùs quàm *Lipſio ἀγχινοεστάτῳ* excidiſſe putabuntur: ea cum *ῥώπῳ* & vili *χύτῃ* cenſeant ſeveriores *καὶ ὁ Ἱπποκλείδης οὐ φροντιεῖ*.

Ad l. 1. hiſt. p. 15. edit. Raphel. prænomen A. (*Auli*) in Cecina, quod habent vulgati libri, immeritò rejecit & ſubſtituit *τὸ Alieni*. Eſſe enim illud in Cecinis patet vel è *Svetoni Julio c. 100.* ubi Aulum Cecinam *ὁλογραμμάτως* expreſſum legimus. Accedit teſtimoniũ lapidis Vicentini apud *G Marzarim l. 2 hiſt. Vicent p 120* in quo *A. Cecinna feliciſsimus exercitus Vitelliani Imperator* adpellatur: Ibi A. literam ſingularem de gente exponere non patitur conſuetudo ſcripturæ veterum. Poterat autem nemine contradicente nomen gentis *Alienus* addere; ſed propterea

prænomen *Aulus* expungere, multò verò minùs negare non debuit *Lipsius*.

Quòd Horatii l. 4. Carm. Odas 1. & 2. ad Fabium & Julum cum Coss. essent (fuere autem an. U. 744.) scriptas esse & per eam occasionem conjunctim editas existimat, *ad l. 1. annal. p. 11.* valdè fallitur. In ode enim 1. ista quibus P. Fabium describit verba, *centum puer artium*, quomodo de Consule intelligi possunt; itemque quod laudat uti formosum, & quod Cupidinem ad ipsum remittit, quasi ejus militiæ aptior, in jocos, vernilitates, & amores promtior solutiorque sit futurus, quomodo in virum matura & Consulari ætate competent? Tempus autē, quo ad Fabium ista scripsit Horatius inde commodùm colligi posse videmur, quòd v. 6. circà decimū lustrū ætate se consistere ait. Cum enim natus sit a. U. 688. Cotta & Torquato Coss. quinquagesimus ejus annus coincidet cum anno U. 736. Eò verò anno quo consul erat Fabius M. scil. Urbis 744. Horatius fuerit annorum 57. cui ista locutio, *circà decem lustra*, non convenit. Probabilius igitur est ad istius vel alterius cujusdam Fabii filium scriptam esse, quàm ad Fabium, qui post septem annos Consul, ipsum. Oden alteram eo tempore scriptam esse cum Augustalia, feriæ & ludi de reditu Augusti è Græcia Romam, SCto primùm agerentur, palàm est è verbis istis:

Concines lætosq; dies & urbis
publicum ludum super impetrato
fortis Augusti reditū. Id SCtum factum, actique ludi Augustales Fabio Max. & Tuberone Coss. an. U. 743. uno antequam Julus Antonius cum Fabio consulatum iniret. De tempore notato consentit, quod Sicambrorum ceu paulò post subigendorum meminit: in hos autem eo ipso anno profectus est Drusus; *Dio l. 54.* & magnam agrorum partem vastavit. Verosimiliter de ista Ode dici poterat, ad Julum Cos. designatum in annum proximum ab *Horatio*, ut Poëtæ occasiones prensandi adulandique ferè captant, datam esse. Fuisse autem in eodem errore cum *Lipsio* Grammaticos vetustissimos qui Horatiana in ordinem quo hodiè sunt digesserunt, patet inde, quod Odas ad Julum & Fabium connexuêrunt, quasi ad collegas in consulatu & eodem tempore scriptas; quod tamen secus est, ut ostendimus.

Ad

Ad l. 15. annal. p. 230. cum saxo è tacualli Gabinis ad structuras & solidationes ædificiorum, post incendium sub Nerone cæpta restaurari urbe, experito, quod igni impervium esset, confundit lapidem Sabinum, & hinc apud *Isidorum l. XV. Orig.* ubi habet, *Sabinus lapis fuscus addito oleo etiam lucere fertur*, perperàm hunc in illud commutat. Fuisse autem diversa natalibus & naturis certum adeò est. Lapis Sabinus è silicum genere fuit, & propterea non sic aptus ædificiis. Clarè *Plin l. 36. c. 18.* è quo transcripsit *Isidorus*: Varro tradit *Sabinum* silicem *fuscum addito oleo etiam lucere*. Altera verborum *Isidori* pars de lapide viridi itidem è *Plinio* est l. d. c. 22. Sed nec ille lapis ad rem, de qua *Tacitus* ibi, quidquam pertinet. Est enim perinde ut Sabinus ad opera ædificiorum ineptus, vel certè non eô modô, quo saxum Gabinum, utilis.

Sextertius, Σεστέρτιον, loci nomen est, extrà urbem Romam, per portam Exquilinam exeuntibus, ubi de nocentib. suppliciũ sumi solebat, viliumque & sceleratorum cadavera comburi vel projici. Interpreti Latino vitæ Galbæ Plut. autore *Sextritium*. Eum *Lipsius* l. d. sic dictum putat, quia semitertio ab urbe milliario: quod an recipi debeat dubitamus. Est enim contrà testimonium *autoris vitæ B. Cypriani*, quod firmandæ opinioni suæ adducit ipse his verbis: *Ad eum locum qui dicitur Sextertius* (ita legunt pro eo quod editum, Sexti) *quarto ad Urbe milliari*. Hîc, si è *Lipsio* decernamus, quomodo sestertius dici poterat, qui quarto ab urbe milliari aberat? Sextô ab urbe lapide abfuisse referunt in Beati Cypriani rebus scriptores alii, & fuisse Carthagini: de Romano igitur agens *Lipsius* testimonium quod de Africanæ urbis locô esset non debuit advocare. Debebat autem autorem vitæ B. Cypriani nominare; Est enim non obscurus *Pontius Diaconus* & comes ejus in exilio; de quo vitam & passionem majoris sui descripsisse *D. Hieronymo* indicio scimus, nec meminimus à quoquam dubitatum. *Acta Beati Cypriani*, quæ duplicis generis operibus ejus præfixit *I. Pamelius* ἀδέσποτα sunt & fabulosis narrationibus corrupta, ut seponi mereantur præ isto Pontii, quamvis nimii & tumidioris virtutum humilitate & simplicitate tantùm insignis viri ebuccinatoris, volumine.

CAP. XVIII.

In colligendis connectendisq; veterum scriptorum fragmentis Judium hominum doctorum: Idem Pauli Merulæ in annalibus

EnnI: ejus laus. Scaliger carpit in elefanto ungulas ab Ennio ipsi tributas: monetur male fecisse. Rostrum, rictus, ῥύγχος in hominibus pro facie, ore: Lucilius epigrammatarius explicatus: & quis fuerit definitum. Τρισπιθήκινον pro enormiter deformi: Brodæus & Obsopæus notantur; Τρὶς in compositione auget significationem. Cerva cum cornibus; ἡ ἔλαφος ἀχαιίνη, cervus anniculus à cornibus lanuginosis sic dictus. Poëtæ plerumque opinionem vulgi sequuntur, raro è verô loquuntur: ex iis de temporibus nihil certi desumi potest. Scripturæ etiam sacræ loquuntur ex opinione, & secundum conceptum nostrum.

FRagmenta veterum, quorum integra opera interciderunt, industria maximè Grammaticorum reliqua facta, colligere, digerere, connectere, non inutile studium est. Solatur enim, si maximè non delectat, ut *fragmento Enniano*, quod nonnulli sine ratione è *Ciceronis Arateis* esse putant, hîc utar, *navibus amissis fluitantia quærere aplustra.* Confert etiam ista judicio facta compaginatio ad intellectum & sensum nonnunquam exhibet commodum, qui τῶν ἀναρτήτων nullus planè erat. Hic Aristarchi & Zenodoti Criticorum labor fuit, (*Cicero 3. de Oratore* Pisistrato primo tribuit, *Ælian. l. 8* Hipparcho Pisistrati F.) ut *sacri lacerum corpus Homeri* colligerent, & partes poëmatis, quas rhapsodi confusas circumferebant, in certos libros digererent, eosque literis, ut nunc habemus distinguerent; *Eusthat. in Il. α.* qua cura integrum & connexum habemus, qui membratim discerptus & malè cohærens in manibus nostris futurus erat. Occupati in conquisitione & connexione talium hoc seculo fuêre viri docti certatim: *H. Stephanus* in Poëtis Græcis Latinisque, Comicis, Tragicis, Lyricis: in historicis Latinis *F. Ursinus, Antonius Augustinus, & Ausonius Popma*: in Varrone *Ill. Scaliger.* alter scil. ipse: in Aristotelis πολιτειῶν 158. aureis libris *If. Casaubonus*: in Lucilio *Fr. Dousa*; in D. Augusti Imp. scriptis & Nigidii Figuli, unius contrà Varronem judicio totius Antiquitatis nominati, *I. Rutgersius*: quorum plerorumque nihil præter concisa segmenta, micas magnorum operum beneficio istorum heroum hodiè habemus; nonnullorum saltem integris fruimur. Inter omnes, quos laudavimus, necessarios perditis ejusmodi rebus & literis ho-

ris homines maximè *Paulus Merula* eminet, cujus in Ennî annalibus perpetuâ fragmentorum commiſſione reſarciendis & ad ſuas hiſtorias divinando revocandis ea induſtria fuit, ut omnem aliam, quanta tandem ab homine proficiſci poſſit, ſupergrediatur. Tragædiæ, Comœdiæ, & quæ alia pepigit Ennius expectant ſimiliter *νέον Ἡρακλέα*, qui fractas tabulas a naufragio colligat, & in iis inſtar integrorum ſanorumque Ennianorum operum nobis repreſentet. Ex ejuſdem ſexto annali in *Gloſſario mſcro. quod à Guilh. Fornerio JC. Aurelianenſi* habuit *Merula*, tale legitur:

Apta, dato ſigno, loca torritu elefantu

explorant Numidæ: quod *Macrob. l. 6. Ennium* autorem citans ita:

explorant Numidæ, totum quatit ungula terram.

Licet igitur hinc verſum imperfectum ſupplere, & commoda erit iſtorum duorum connexio. Hanc improbat *Scaliger* ideò, *quòd portentum ſit ungulam tribui elefanto.* Pace viri dixero, *ἀπερισκέπτως* id feciſſe. Cogitare debuit, Poetæ membrum quod in animalibus quadrupedibus pleriſque eſſe noverat, etiam uni ſpeciei, etſi verè non ineſſet, analogicè tamen in eo eſſe concipere, & medio tropo illi tribuere optimè licuiſſe. Iniquè enim carpetur Poëta, qui *aprum horrentem pilorum ſilva* dixerit, ceu qui debuiſſet *ſetis*, quia ſetæ porcis ſunt quod pili aliis animalibus. Et an ignorare potuit adeò diligens Athenæi lector *Archippum Amphitrnone ſecundo*, & *Ararotem Adonide* apud eum l. 3. *ῥύγχος* *roſtrum* adpellare faciem hominis, cum id propriè communiterque ſuibus tribuatur? In Lucilii quodam epigrammate, quod eſt Ἀνθολογ. l. 2. t. 13. *εἰς δυσειδεῖς*, Βιτὼ anus deformis depingitur *ῥύγχος τριπίθηκινον ἔχουσα*: *Brod. & Obſop.* interpretantur, *habens rictum ut tres ſimul ſimiæ.* Ridiculus verò ejuſmodi rictus & quem nemo fortaſſe concipere queat! Simia *μίμημα* & ſimulacrum hominis eſt, imò quoad faciei corporaturam *φορὰν* & membrorum motiones homo; unde forma turpiore & *ἀφυσικῇ* hominem *pithecium* & *ſpinturnicium* q. d. *σφιγγίον*, feram portentoſam, moſtellum quod hominem mentiretur, deformitate interim eſſet ridiculum, adpellat *Plautus.* Particula *τρὶς* in compoſitione, ut & altera *βου*, ſignificationem intendit; ita *τρίδουλος*, planè ſervum, genitura & conditione; *τρίπορνος*, inſignem ſcortatorem;

 τρισάθλιος,

τρισάθλιος, τρισάποτμος termiserabilem *Catullo* & infelicissimum significat: τριπιθήκινον ῥυγχος igitur est πρόσωπον seu facies simiæ planè simillima & cum extrema deformitate maximè ridicula. Illum Lucilium eundem esse cum L. Tarrhæo, a patria urbe Cretæ ita dicto, cui scholia in Apoll. Argon. tribuuntur, & cujus πρῶτον περὶ παροιμιῶν citat *Apostolius* Λούκιον vocans, nihil adeò vetat credere. Græcos & hic imitati sunt Latinorum doctissimi *Lucilius* & *Varro*: illius hoc fragmentum laudat *Festus*:

Varronum ac rupicum squarrosa, incondita rostra;

hujus è l. 2. περίπλου Φιλοσοφίας tale: *Itaq; videas barbato rostro illum commentari & unumquodq; verbum aureâ statera ponderare.* **Rictus** pro ore apud Cicer. *4. in Verrem*: rictus in loquendo apud *Plin. l. 7. c. 12.* Cervam cornibus carere lippis & tonsoribus notissimum est; *& Callimachus tamen qui aurea eadem dicit in cerva, ei tribuit; pari licentia fœminæ cervæ in Francia cornua etiam nunc spectantur*, *Scal. ad l. 2. hist an. f. 18.* quanquam de mare fortasse exponi possit *Callimachus*, quòd Græci Dorum idiotismô eum quoque τὴν ἔλαφον adpellent; unde *Anacreontis* κερόεσσα ἔλαφος & *Apollonii l. 4. Argonaut.* ἡ ἀχαιίνέη ἔλαφος, quo marem cervum anniculum significat; ἀχαιοὶ enim sive ἀχαιά, ἔρια μαλακά. lanæ molles vel lanugo, quæ tenera cornua investit. Ad eundem modum ungulam elefanto adtribuit Poeta rectè, quod digitorum pedum in eô idem sit usus, qui ungularum in equo vel bove; imò *Plin. l. 11. c. 45.* ritè expensus Ennium defenderit; tribuit enim *elefanto digitos quinq; ungulis haud unguibus similes*; quæ verba viris doctissimis, qui de fido fragmenti è Macrobio connexu dubitarunt, ut mutent sententiam persuadere possint. Eò tandem res redit, à Poëtis opinionum vera frustrà requiri, ob figuratum & improprium loquendi genus, & quod pleraque è fama, quæ plura è falso trahit, referant, veritate rei seposita opinionem vulgarem, à qua dissidere multò periculosissimũ est iis qui à populo legi probariq; unicè optarent, secuti: Plura in hanc rem apud Alciat. 1. Parerg. c. 6; Freherum 2. c. 27. *Taubm. ad Plauti Mercat. a. 1. sc. 2. è Mercuriali: Alber. Gentilem disp. ad 1. Maccab. c. 2.* qui etiam de scripturis sacris probat, eas ex opinione secundum sensuum adparentiam & vulgi captũ loqui: quod Ebræorum magistri generali regula, *Legem loqui secundum linguam filiorum hominum*, tradidêre, *R. Mos.*

Majem.

Majem. Moreh nevochim P.1.c. 26,33,47. & *Aretius Felinus*, qui Mart. Bucerus est, *explan Psal.148, v.4.* Et hoc σοφὸν illud φάρμακον est ac ἐπιχειρία ἀπὸ μηχανῆς qua agitatam olim & nuper inter doctos diversarum nationum μετ̓ πολλῆς φαντασίας καὶ θορύβου reciprocatam rixam de terræ motu annuo circa Solem consistentem in centro mundi, & diurno circà suum axem ab occasu in ortum, non contradicere sacram scripturam, motum Soli terræ quietem tribuendo, opinioni suæ affirmantes decidunt. Maximè in ordine rerum & temporibus definiendis si quis Poëtarum testimoniis stare voluerit, immane quantum falletur: sunt enim his metachronismi familiares: *Cant. not. ad Lycoph. p. 38.* Ad hunc lapidem etiam maximè cauti impingunt, estque exemplorum adfatim; sed quæ nunc recensere operæ precium non esse existimamus.

CAP. XIX.

Casp. Hofmanni Medici Profess. Norici laus. Ostensus in Galenò versus, de quo tàm anxiè laboratum, & qui toties sine autore citatus, Empedoclis esse. Vetustissimi quique versibus scripsère. Empedoclis poëseôs philosophicæ æstimium. Scaliger de re poet. à typographicis mendis quæ sententiam nimiopere turbarent purgatus. Baculi rhapsodorum alii rubri, alii cærulei coloris. Locus Aristotelis de numero costarum & septicostibus Lygniis ventilatus. Liber de locis in homine non esse ab Hippocrate vel ei suppare aliquo, sed post Aristotelem scriptus probatur: Liber de natura ossium, inter Hippocraticos, Polybi autoris esse.

CASP. HOFMANNUM κοινοπολίτην meum, Profess. Medicum in Academia Norica & Antecessorem, hominem doctissimum diligentissimumque, & quo Galeni omnisque adeò philosophiæ & medicinæ veterum fidelior commodiorque interpres & curiosior ἐξεταστής nondum quisquam fuit,

HOFMANNUM quò vel mea GOTHA superbiat uno,
si desint alii,

à teneris unguiculis & cum primis in me ergà literas igniculis æstimare & diligere cœpi; post cum vertentibus annis & fatis ferentibus coràm virum experirer, etiam amare & admirari coactus sum. Toties verò & in sinu deploro me, quod sive pudore inutili

sive

ſive *ἀδιαφορίᾳ* factum eſt, ſive quod ſuſpicionibus & calumniis, quæ *ἰδιογνώμονα, δύσκολον, φορτικόν τινα καὶ ὀξέα διαμυκτηρίσαι* traducerent, quorum vitiorum omnium puriſſimum eſſe & comperi pòſt & verè teſtari poſſum, crediſiſſem, arctiùs non innotuiſſe, & juveniles minas oſtendiſſe propiùs ei qui optimè de ingeniis cenſere noſſet, emendatiſſimi ipſe ingenii ac judicii. Nunc igitur quia ſic evenit, ut erepti nobis vitam à viginti annis nec viſi nec ſalutati mutuùm, disjuncti etiam tantô locorũ intervallo, extrema per omnia duxerimus, taxo ut oblivionem converſationis & doctarum de his literis fabularum nondũ obrepſiſſe mihi ab illo tempore quo primùm pedem Noriberga extuli, reſciſcat. Novum hoc ſubtemen eſto ſtamini benè inveterato & exinde amicitiæ jucundæ *συμφιλολογήσεως* & curarum participii telam longiorem texere utrique noſtrûm fata indulgeant. Ut autem ſenſum quo ergà ipſum & nomen ejus honoratiſſimum cariſſimumq; adficior, exponam penitus, ſi voluntati ejus & deſiderio morem geſſero, abundè & ad gratiam rdpræſtitiſſe mihi videbor; prælertim dum commodis publicis etiam hac via conſulere poſſim; neq; expectabit, puto, amoris mei aliud magis luculentum ſpecimen.

Verſus quem *Galenus 3. de uſu part. c. 3. Scalig. in 5. Manilii, & Cirin Virg.* itemque *Camer. Etymol. dec. 4. probl. 6.* citant, hujus

ἀνταυγέω τὸν Ὄλυμπον ἀταρβήτοισι προσώποις,

autorem multa opera multaque diligentia apud amicos diu inquiſiviſſe, ſed fruſtrà, queritur; *comm. ad d. l. Gal.* ſolidumque apud ſe beneficium collocaturum eſſe ſcribit *Var. l. 1. c. 20.* eum, qui indicaverit. Nondum mihi hanc gloriam quenquam hominum elegantiorum præripuiſſe arbitror, ut ſuccurrere triario deficienti veles & quod tàm diu, tàm diligenter, tàm anxiè quæſitum non invenerat, viro magno oſtendere poſſim, *puer in collo gigantis.* Faciam id ſummo digito, Empedoclis nimirum eſſe, vetuſtiſſimi philoſophorum Pythagoræ diſcipuli. Inter ejus de natura *δόξας* fuit etiam hæc, *ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν ἥλιον, Solem eſſe reſplendeſcentiam ignis qui eſt circà terram, Plut. l. 2. de plac. Philoſ. c. 20.* eumque propterea *πυρὸς ἄθροισμα μέγα, congeriem ignis ſeu cumulum magnum* adpellavit. *Laert.* teſte. Verſibus autem doctrinas ſuas, quod & Xenophanem Parmenidem, alioſq; feciſſe tralatitium eſt, *ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγῃ, παρὰ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸν*

ὄγκον

ὄγκον & τὸ μέτρον mutuatus à Poëtice grandiloquentiam & mensuram ceu vehiculum, tradidit. De natura, de Diis, de pietate, de rerum originibus, & omnem adeò historiam sive fabularem sive veram tractarunt ligatâ oratione scriptores antiquissimi *Orpheus Thrax*, *Musæus hujus discipulus*, *Pisinus Lindius*, *Cleophylus Samius*, *Panyasis Halicarnasseus*, *Eugamon Cyrenæus*; eos longo ordine secuti Philosophi imitati sunt, & pertinent horum ἔπη ad poëmatis exegetici speciem Didascalicen, de qua *Diom. l. 3.* Privatim autem de Empedoclis poësi philosophica meminêre *Plut. l. adv. Coloten; l. de facie in orbe Lunæ; l. de vitando ære al. l. de gerendâ REIP. præc. ll. de plac. philosoph. & Amatorio; Laertius Parmenide: Gell. l. 4. c. 11. Aristoteles* etiam *4. meteor. c. 4. & problem. 22. f. 21.* ex ejus Φυσικοῖς produxit hemistichium hoc: ἁλμυρὸν ὕδαλι κολλήσας; fuereque ea dignitate & æstimio ejus versus ut cum Homeri ac Hesiodi carminibus compararentur & inter hæc à rhapsodis recitari mererentur; *Scal. 1. de re Poët. c. 41.* Hinc etiam evenit, ut versus illi magis quàm autores eorum tunc noti essent; & propterea nec de eô tàm sollicitus fuit *Galenus* ut autorem adponeret. Ex his adparet sententiam ex Empedocléa philosophia desumtam esse; dubitationem autem præterea omnem, etiam ipsa verba ῥήσεως ipsissimi Empedoclis esse, tollet idem *Plutarchus*, qui *l. de Pythiæ orac.* αὐτὰς λέξεις enarrat: ὑμεῖς δὲ, inquit, τοῦ μὲν Ἐμπεδοκλέους καταγελᾶτε, φάσκοντος τὸν ἥλιον περὶ γῆν ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον, αὖθις

ἀνταυγεῖν τὸν Ὄλυμπον ἀταρβήτοισι προσώποις.

Ita enim disponi debet in *Plutarcho* textus, ut versus adpareat evidentiùs; idque neglexerunt editores; quibus propterea adscribendū est, quod docti hunc versum in familiari scriptore obvium & satis conspicuum, videre tamen & sollicitè quæsitum reperire non potuerint. Habet alioqui hoc peculiare Plutarchi lectio, ut licet autorum, quos legit quàmplurimos, nomina non adducat, tamen diligentiùs singula perpendenti facile sit agnoscere limbos clavosque aliunde prætextos, vel adsutos. Ejus rei specimina sunt apud *Canteros l. 1. Var. lect. c. 16; 2. c. 22. Novar. l. 4. c. 7.* Versum autem nostrum *Galenus* suo de figura erecta hominis, quam ideò datam putabant nonnulli ut ad cœlum promtè suspicere posset, proposito eleganter adcommodat, sensu primario *Empedoclis*, qui de Solis natura pronunciaverat, seposito. Et nunc ergò

μήνυτρον expecto à viro clarissimo; hoc autem in manu ipsius est. & mihi, si contulerit, ἰσόχρυσον vere, ἀντιφίλησις: de amore enim meo fidem ipsi jam feci hac contestatione publica; neque istius quicquam in æternum nutabit mutabitque. Et quoniam in eruditissimas utilissimasque ejus *in ll. Galeni de usu partium* Commentationes sermone provecti sic sumus, significo, etsi fortasse levius, quàm ut admoneatur, videri possit, quod ad l. 17. c. 1. n. 1132. *è Scaligero l. 1. Poet. c. 41.* repetit, *de corona querna Poetis heroicis donari solita. Eos baculos fuisse è lauro;* & se id non concoquere scribit, properantia lectionis & inadvertentia delusum fecisse. Egerat in paulò antecedentibus de scipionibus rhapsodorum, quos carmina in conventibus recitaturi gestarent, *Scaliger; Eos baculos*, interjectis nominibus nobilium rhapsodorũ, & quod non tantum Homeri & Hesiodi heroica sed & Simonidæ & Archilochi canere solerent, itemque è Martiali, Heroicos poëtas Romæ quernà coronà donari solitos; addit, *fuisse è lauro factos memoriæ prodidere:* quæ ῥῆσις quò pertineat consideranti negotium omne est manifestissimum; quanquam à typographô trajectam esse opinari liceat: cum superioribus enim meliùs connectetur. De colore virgarum istarum apud *Scaligerum lego, cum rubris produisse qui Iliadem canerent. signum enim illud cædium & cruoris; croceis usos qui Ulyssem profiterentur, quod ejusmodi colore exules designarentur;* in quorum ultimis exscriptorum potiùs quàm autoris peccatum est. *Suidas* enim & *Eusthatius princ. Il.* cæruleum tribuunt, præsertim mari errantibus, exulibus qui præter cœli & ponti cærula nihil vident; unde & thalassinus adpellatur Neptuni proprius, & cymatilis ab undis. De septicostibus Liguribus *ad l. 7. c. ult. n. 503.* non citare debebat *Pollucem* sed *Cœlium Rhodiginum.* Hic enim in *2. Antiq.* ita correxit *Aristot. 1. hist. anim. c. 12.* Vulgarunt autem sic: περὶ γὰρ Λυγνίων τῶν καλουμένων ἑπταπλεύρων οὐθενὸς πω ἀξιοπίστου ἀκηκόαμεν: *Nam quod ajunt quosdam septenis esse costis, qui Lygnii adpellantur, nullius exploratæ fidei autor est.* Apud *Pollucem* eadem lectio, quæ in nostrô codice Aristotelico, inquit *Scaliger.* Lygnii qui fuerint tàm ignotum est, quàm quomodo Ligures septenis costis, quod *Cœlio Rh.* visum. Neque enim Ligures soli ἑπταπλευροι, sed omnes quarumvis nationũ homines; *Gaza* de Turdulis gente Hispanica interpretatus est, quòd *Stephanus* Λίγυας prope occidentalem Hispaniam non procul Tartesso collo-

collocasset. Omnia dubiosa & incerta, tàm edita & emendata lectiô, quàm interpretatio. Vulgatam apud *Arist.* & *Pollucem* nullô idoneô autore roborare possumus, quod nemo Geographorum qui hodiè extant Lygniorum meminerit: emendatam à Gaza & Cœlio similiter: unde nec illius interpretatio de gente Hispanica securè arripi poterit. *Plinius*, qui *Aristotelem* in aliis ferè omnibus, etiam de octonis costis eum sequitur, l. 11. c. 37. omittit autem narrationem *ἀκέφαλον περὶ Λυγνίων*: idque suspicionem, vel dudum corruptum fuisse eo loco *Aristotelem* & de emendatione non convenisse autoribus, vel ipsum *Plinium* de fide narrationis, quod sine autore esset, dubitasse auxerit. Ad veræ lectionis autem constitutionem nulla pænè via est; conjecturis enim indulgere, ubi de facto quæstio est, non licet, quod rem magis magisq; implicent, quam extricatam vellemus. Colligas autem ex *Aristotele*, doctrinam de septem costis, quæ *Galeni* & omnium præterea medicorum hodiè est, nondum receptam fuisse, eòque librum *περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, de locis in homine*, ubi septem costæ constituuntur, antè Aristotelem natum non fuisse scriptum & proinde nec Hippocratis, quod tamen communiter receptum est, & è *Cælio Aurel.* probari posse videtur *Foësio*, nec Polybi, nec alterius Hippocrati supparis medici genuinum. Nemo enim facilè dixerit, Aristotelem natum medico, familia Asclepiadarum & Hippocratis gentilem ac discipulum, *φιλοπονώτατον καὶ ἐυφελικώτατον*, medicinæ Hippocraticæ fuisse ignarum adeò ut quod ea de costis adstruxisset, id è nullô fide dignô autore se percepisse scriberet. Libri verò *περὶ ὀστέων φύσιος, de natura ossium* uti cum Hippocraticis hactenus editus est, prior pars paucarum linearum, quæ cum iis quæ initio *Mochlici*, usque ad curationem nasi fracti, leguntur cohæret iisque copulari debebat, Hippocrati rectè fortassis tribuitur: & inde eum in secandis corporibus humanis exercitatum fuisse probat *Mars. Cagnatus l. 4. Var. Observ. 10:* at posterioris, quæ *de venis* agit, & *περὶ φλεβῶν* inscribenda est, autorem esse Polybum Hippocratis discipulum ex ipso *Aristotele* constat, qui *l. 3. hist. an c. 3.* Polybi de venarum generibus & distributionibus in corpore sententiam *αὐτολεξεὶ* in dicto libello extantem totidem verbis prolixè conceptam recitat, ut de eo non ambigendum sit ultrà, multò minus certandum. Quod enim *Galenus in glossis Hipp.* voce *παρασιίτας* è τοῦ *περὶ φλεβῶν* ἐπιτρέχεται τοῦ

ται τῷ μοχλικῷ, & voce κοτυλίδα pauca quædam citat, quæ in isto *de venis* opusculo hodiè leguntur, de communi sententiâ, Hippocrati id adscribentium, fecisse putandus est; fierique omninò non potuit quin quæ γλῶσσαι & peculiaria vocabula Hippocratis, eadem etiam discipulorum ejus & proximorum successorum in schola Coa, Thessali, Polybi, Cratevæ, qui præceptori penitus ὁμόδοξοι καὶ σύμφωνοι, essent, & ejus nomine censerentur à Galeno, prælertim non separatis iis quæ Polybus scripserat ab Hippocraticis: id quod hodieq; ob dictam modò caussam in editionibus Operum Hipp. obtinet. Hoc saltem è *Galeni* d.l. adparet, ea aliter tum fuisse ordinata & digesta quàm habemus modò: quia Μοχλικὸς nostras longo intervallo librũ *de venis*, ut adpellant, sequatur, quem ipse immediatè ante Μοχλικὸν constitisse innuit. Quod verò de duodecim costis *Hippocrates*, de octonis utrinque *Aristoteles* docuit, ἐναντιοφανὲς solùm est, & ille omnes, etiam νόθας seu mendosas, quas tamen ἑνικῶς denominare & efferre solet νόθην πλευρὴν l. περὶ ἀνατομῆς, uti contrà μήτρας, ὑστέρας, πύλας, πληθυντικῶς, cum de una matrice, utero, porta sermo; hic tantùm majores seu legitimas, quas posteriores septem esse decreverunt, una pauciores, enumerare intelligendus.

CAP. XX.

Testimonia incompetentia & allegationes impertinentes veritatem non adjuvant, sed reddunt suspectam. Petechiæ non notæ Hippocrati, qui malè de his citatur. Troja ter capta: à quibus: quando; è mente Græculorum: doctorum de ea re tricosæ quæstiones solutæ. Lycophron contrà Tzezem; Horatius contrà Comm. veterem explicatus. Dosiadas quis & quando fuisse videatur. An à Dosiada significatæ tres Ἰλιοπέρσεις *duæ ab Hercule, una à Charidemo Orita confectæ? Vocem* τρίποθον *videri non de numero* ἁλώσεων, *sed de magnitudine cladis capiendam, & superlativum exprimere potiùs dicendam: Viri magni autem malè acceperant priore significatione. Varro contrà communem omnium doctorum sententiam expositus. Præficæ & neniæ vox non tantùm in re funebri. Nenia quævis cantilena in laudem alicujus. Cicero à Tur-*

nebi

nebi corruptela vindicatus. Νήνιτον, i.e. ultimum. Tibiæ funebres, νηνιδόνες. Dalechampius notatus de officio præficarum & tibicinum in funeribus confuso: Neniam canendi mortuis mos à Phrygibus & Caribus: Καρῖναι, quæ neniam canerent ad tibias Græcis dictæ non Phrygibus & Caribus, ut vult Scaliger: Is de μέλει Καρικῷ, quasi in funeribus voce humana caneretur, lapsus. Dalechampius iterum tactus de Hipponacte corrupto, ubi ritus Atheniensium circa pharmacos urbe exigendos innuebatur: Scillæ vires & usus contra veneficia, quæ Plinius mala medicamenta vocat.

IN latissimo, quantus est, disciplinarum omnium complexû obtinuit, ut non tantum veritas præceptorum cujusque doceretur & instillaretur initiandis; sed & quibus probationum instrumentis id fieri conveniret, & quibus exemplis curiosè adtenderetur à doctoribus. Ferè enim fit, ut siquis quovis modo ineptum testem adhibeat, causa non mala incipiat periclitari, & cui vel ἀμαρτυρήτῳ credidissent, eum testimonii, quod negotio suo advocat, incompetentia suspectum reddat, nonnunquam etiam omninò excludi ac rejici; pullulatque tum litium seges ex eo, quod liti uni suffocandæ excogitatum fuerat. Omittam dicere, quàm hoc expertæ sint Ecclesiæ orthodoxæ, cum capitibus fidei contra ἑτεροδόξους adserendis scripturæ testimonia, de quibus adhuc controverteretur, quæ ad rem non facerent principaliter, non concluderent firmiter, & alioqui obscuritate laborarent, incogitanter, & non secundum scientiam zelo producta sunt: Ipsa veritas doctrinæ calumniam subiit frequentissimè, non quòd hoc profiteretur, sed quòd hoc modo id, quod ea profitebatur, traderent & his argumentis confirmarent, quæ aliena & inutilia haberentur. E JURIS scientia ad causarum justitias demonstrandas & evincendas Leges acervatim advocari, quæ, si pensiculatiùs examinentur, rem ne tangant quidem, interdum etiam, quam firmare putantur, solidùm evertant, virorum gravium publicam querelam & justam indignationem esse novimus. Idem in Medicorum scholis peccatur solenniter & testimonia ab Hippocrate & vetustissimô quovis petuntur vel de morbis, qui planè novi, veteribus incogniti & indicti, vel ex iis, quibus ad quæstionem minimè loquuntur, libris. Characterem febrium

febrium pestilentium esse scimus maculas pulicares seu peticulas, & vulgo experimur: inepti autem qui ex *Hippocr. Epidemi*. Euphranoris filio febricitanti ἐξανθήματα οἷα τὰ τῶν κωνώπων δήγματα, purpuræ culicum morsibus non absimiles, l. 5. t. 92: & furioso phrenitico, τὸ χρῶμα εἶχεν ὑπὸ κωνώπων ἐγκαταδαμασθὲν l. 7. t. 87. ex *Aretæi tetr.* 2. f. 1. c. 129 qui docet in febrientibus ἐξανθήματα περὶ ὅλον τὸ σῶμα γίγνεσθαι μυελώπας ἐμφερέας τοῖς ἀπὸ κωνώπων δήγμασι de illis verunt commentari. Hoc enim non est κατὰ τὴν τοῦ συγγραφέως γνώμην, *secundum autoris mentem*. Sed sinamus Medicos: In Philologis minime omnium ferendum est hoc ἀδιαφορίας & supinitatis genus. Ilium ter captam esse è *Dosiadâ*, Simmiæ Rhodii populari, qui Τευκρίδα adpellat τρίπορθον condiderit: e *Tzetze ad Lycophronē*, à quibus: πρώτη ὑπὸ Ἡρακλέους, inquit, διὰ τοὺς ἵππους ἐπορθήθη τοῦ Λαομέδοντος καὶ τὴν Ἡσιόνην: *Apollod.l.3.bibl.* δεύτερον δὲ κατέδραμον ταύτην αἱ Ἀμαζόνες: *Justin.l.2.Oros.l.1.c.15 sub rege Priamo, Hom.Il.γ.* Τρίτον δὲ διὰ τὴν πολυθρύλλητον Ἑλένην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων πορθηθεῖσα καὶ καυθεῖσα, πόλεως ἠφανίσθη: *Camer.in arithmol.Eth.* Herculi, Amazonibus & Agamemnoni adsignat. Miror igitur, qui in re, quamvis fabulosa, clarâ adeò cæcutiant, & de tertia Ilii ἁλώσει, quæ illa & quando facta, toties quærant qui tempora emendarunt & bonos de temporibus scriptores, viri perspicacissimi. Ex *autore Ætnæ* & *Jos. Iscano* belli Troj. descriptore facundissimo & in altissimâ barbarie alieno tempore satis comtæ Latinitatis, l.1.v.2. sciunt de *bis capta*: è sermone Numani apud *Virg.9.Æn. bis captos Phrygas*: & è *Prop.l.3.El.1. bis captā numine Oltai Dei Trojam*. id si de Hercule intelligant, qui primùm ipse, *Euseb.chron.can.n.768*. deinde per sagittas suas, postquam eæ secundum oraculum à Philoctete è Lemnô in castra Græcorum allatæ essent, Trojam expugnavit; tertiam ἅλωσιν non ignorare poterunt ultrà vel inviti inscientesque. *Lycophronem* autem & *Horatium* huc trahere mera imperitia est. Apud illum Cassandra patriam ita alloquitur:

Στένω στένω σε δισσὰ καὶ τριπλᾶ:

Desleo desleo te bis terq;: quibus verbis suum super excidio urbis dolorem luctumque exaggerat: fit enim sedulò & seriò quod δὶς καὶ τρὶς fieri audimus. *Tzetzes* nugator qui ad ea verba de terno excidio urbis commentatus est οὐδὲν πρὸς ἔπος, omnes incautos seduxit.

Digitized by Google

seduxit. *Horat. Carm. O. 3. l. 3.* quem itidē de trina Ἰλιοπέρσει ipso invitissimo Grammatici insulsi explicarūt, inducit Junonē Romanos dehortari *ne tecta velint reparare Trojæ:* se enim *ter si resurgat murus aheneus auctore Phœbo,* facturam tamen ut ter à Græcis destruatur: ubi τὸ *ter* synecdochen habet finiti pro infinito: i. e. *toties, quoties.* Commentator autem vetus vetustatis non admodum peritus hic deprehenditur, dum tertium Trojæ excidium Fl. Fimbriæ adscribit, qui legatus Cinnæ temporibus Marianis circa annum U 663. fine Olymp. 173. teste *Appiano in Mithrid. Strabone l. 13. & August. 3. de civ. Dei c. 7.* id patraverat, Dosiadâ quē Ptolemeorū ævo cum Poëtis τῆς Πλειάδος vixisse verosimile & tria Trojæ excidia jam tū novisse è superiorib. certū est, sesquiseculo junior. Non erraverit, meo judicio, si quis, ut sententias diversas adeò 9ciliet, pro ignobiliore & ad mythica tempora pertinente habuerit eam quam ab Amazonibus factam scripsêre, (fuit enim expeditio solùm contrà Troada, non secuta πόρθησις;) & tertiam à Dosiada significatam dixerit istam, quam Charidemus Orita Eubœensis, Cotyis regis Thraciæ gener, quæ adeò notabilis ut & *Demosth. contrà Aristocr. Polyænus extrem. l. 3. strateg. & Plut. in Sertorio* meminerint, verè confecit. Fortassis totum hoc quod de tribus Ilii excidiis adeò exercuit & intricavit doctos, ex ambiguo loquendi genere, quo Poëtæ eam τρίπορθον adpellarunt, natum est. Vocarunt illi τρίπορθον Ilium, non indicaturi numerum expugnationum, sed τὸ ἀπαντελὲς πόρθημον urbis, cladis magnitudinem & extremam desolationem καὶ πόλιν ἀπὸ βάθρων ἀνατετραμμένην καὶ τελέως ἠφανισμένην ὑφ᾽ Ἑλλήνων significaturi; qua ratione τριπόθητον pro ποθητοτάτῳ desideratissimo, τρισεύμοιρον, pro εὐμοιροτάτῳ, felicissimo, τρισκακοδαίμονα pro κακοδαιμονεστάτῳ, infortunatissimo, τρισάωρον pro ἀωροτάτῳ, maximè deformi & planè intempestivo dicere solent; & hac observatione, cui nihil adeò refragatur, admissâ hic tricarū & quæstionum finis erit. Luculenter eam confirmat, quòd Herculis prior illa vel ob equos, quos Laomedon promiserat, vel ob mercedem Hesiones à ceto liberatæ in Trojanos expeditio χείρωσις solùm fuisset vel χηρεία & λειπανδρία, qua χήρωσεν ἀγυιὰς, *viduavit civibus urbem*, ut ex *Hom. Il. I.* loquitur *Strabo l. 13.* non τέλειος ἀφανισμός: quo factum est, ut eam inter Ἰλιοπέρσιας seriò non computarent ipsi, qui essent circa fabulas parciores, Græci. Latini, qui *bis captam* adpellant, de numero

ἁλώσεων

ἁλώσεων clarè loquuntur, & illas ab Hercule factas apud Græcos indubitatas insinuant. Inde verò, quod *ter captam* non vocant, colligitur non accepisse Græcum epitheton eô sensû, quo viri magni, quibus hinc tantæ turbæ & cinnus opinionum, sed hoc, quem modò exposuimus.

Varronis è l.3. de vita pop.Rom. apud *Nonium Marc. in Nenia* locum, quem mutilum *Tiraq. comm. ad ll. dierum genial. Al.ab Al. l.3. c.7.* emendatum & conglutinatum ab *Ill.Scal. conj.in Varr. p. 142. Chr. Colerus ib.* producit & *Kirchm. l.2. de funer. Rom.c.6.* ita: *Ibi à muliere quæ optima voce esset Pergama laudari: deinde neniam cantari solitam ad tibias & fides eorum qui ludis Troicis cursitassent. Hæc mulier olim vocitata fuit* Præfica, *usq; ad secundum bellum Pœnicum*: Omnes docti indoctique pariter ἀπὸ μιᾶς de præfica funerali, ita præeunte Nonio Grammatico, acceperunt; at contra *Varronem*, cujus verba planè simplicissima, quia de re incomperta, nemo eorum percipere voluit. Offendêre ipsos voces *Præfica*, & *nenia*: quasi præficæ non fuissent, nisi inter funerum ritus ac ministeria; & neniæ non essent, nisi mortuis accini consveta carmina. Neutra debuit: *Præfica* enim dicta est mulier, ait *Varro*, quæ Pergama laudaret & caneret ad tibias & fides laudes eorum, qui Trojæ ludum (nostratium *Torniamenta.*) scitè lusissent decurrissentve; Isti hoc nomen fuit usq; ad bellum Punicum secundum. Præficas in funebribus pompis etiam post ista tempora usque ad REIP. inclinantis perdurasse & hoc nomine fuisse nemo nescit: neque de his igitur locutus est *Varro*. Præfica autem dicta hæc est eâdem, quâ præfica funeralis ratione, scil. quòd choro, comitatui & *συνῳδοῖς* suis ad hoc esset præfecta, ut & inciperet cantionem & moderaretur & fortè etiam componeret, ut magistri præsulesque inter Salios. Quid igitur tantopere sudavit *J. Gutherius*, cum illud *ad fides* funeri non convenire solus ex omnibus videret, de re tamen funebri *Varronem* non intellectum debere intelligi, l.1. *de jure manium* c.23? Hoc erat *ἀσύγκλωστα συγκλώθειν*, vanus & infinitus tamen labor. *Nenia* verò quamvis cantilenam significat, per translationem à specie factam ad genus, præsertim quæ laudes contineret, etiam vivi: notavit *Acron ad Horat. l.1. Ep.1.* ubi *puerorum nenia* Poëtæ est vel quam pueri familiariter nossent canerentq;, quale quid in Græcorum festis quibusdam modò à pueris virginibusque, modò à tribus

pro

pro ratione ætatis choris ut apud Spartanos, *Plut. Lacon. instit.* factitatum: vel quam nutrices ad cunas infantum ad somnos inducendos delallarent; κτ' βαυκαλήσεις vocavere & νυννία à sono; & hæc est iste Hesychii νηνίατος, παιδαριώδης νόμ☉. Generale significatum est in isto *l.3.Od.28. Dicetur merita nox quoq; nenia*; alibi speciale pro incantatorum carmine, *Marsa* nenia, ejusdem *Horati.* Commodus in hanc rem etiam *Cicer.l.2.de legibus* locus est, quem *Turnebi* curiositas, an ignorantia dicam, tamen nobis corruperat. Ita verè Orator: *Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easq; etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen neniæ, quo vocabulo etiam Græcis cantus lugubres vocantur.* Is, quem dixi, cum *nenia* vocem Græcam esse nesciret, haberetque pro purè Latina, *Græcis*, quos *Cicero* nominat, substituit *Graccho.* Insignis audacia, cum ubi id scripserit Gracchus & quis ille docere nequeat & ægrisomnio suo adsentiri ceu certæ emendationi nos velit! Nenia autem merè Græcum est à Phrygibus petitū, uti & res ipsa, scil. ὁ νηνίας vel per adpositionem νηνίας νόμ☉, ut νόμ☉ κραδίης ad quem pharmaci urbe exigebantur: ἀπὸ τῦ νήνιτον h.e. *ultimum, supremum, extremum.* Unde νήνιτον μέλ☉ suprema cantio, & νηνιδῶν, q. νήνιτον ἄδων αὐλός, tibia funebris, qua modularentur supremam. Suprema ea præficarum in exequiis ministerium tàm in comitatu quàm ad rogum & tumulum assa voce peragebatur, incedebantque propterea cum tibicinibus propter lectum mortui & vocem ad tibias, νηνιδόνας *Pratinæ* dictas, conferebant; notandusque propterea ob incommodam locutionem (rem enim vir optimus & diligentissimus non potuit non intellexisse) *Dalechampius*, quod *notis ad Plin. l.7. c.56.* tibias funebres adpellat, quibus lessi à præficis canerentur: neque enim, uti diximus, Romanorum præficæ tractabant tibias, sed tibiarum modulis intercinebant, & officium funebre cum suo ILICET finiebant. Τυφλώττει τὸ φιλῦν περὶ τὸ φιλέμθυον, *cæcutiunt in amatis amantes*, inquit *Galen. 4. ad 6. Epid. t.10.* & Τὸ ἐς τὺς πολλὺς ἐπιχωρῶν ἀκρατῶς εἶχε, *quod vulgariter receptum est pervicaciter defenditur, Pausan. Atticis*: De *Varronis* loco etiam post illatam isti clarissimam faculam idem fore auguramur; Meminimus autem nos istis non scribere; *Sordescant* igitur, *qui volunt sordere*; Dei id proverbium est.

Nenia Phrygum inventum est; harmoniam Phrygum propterea Græci luctibus adhibebant, perinde ac Lydiam: Lydorum enim ac Phrygum ὁμόφυλον ex historia notum. Ab his accepere Cares αὐλὸν θρηνητικὸν, tibiarum lugubrium usum, & morem iis & ad eas canendi: hinc scientes modorum talium & cantionum è Caria in hoc ministerium expetebantur à Græcis mulieres, Καρῖναι his dictæ. Non igitur concoquo ista de hac re *Scal. coni. ad Varr.* p. 143: *Itaq; quæ apud eam gentem* (præcesserat de Phrygibus & Caribus.) *μέλος Καρικὸν canebant mulieres, vocabantur Καρῖναι, à natione.* Phrygas & Caras sic adpellasse, dici nequit. Græci autem qui rem ab utrisque fuerant mutuati, ita vocabant, uti & Romani Cariones, servos è Caria emtos: παρέλαμβάνοντο ἀπὸ Καρίας tàm hi quàm illæ. Itaque verba, *apud eam gentem* expungenda sunt, quòd ea vel ineptus quispiam infarserit, vel oculis in *Scaligero* cum ista scriberet gramia objecta fuerit, qua factū ut de Græcis antè meminisse putaret. Mallemus homini extraordinario dum commentatur utrobiq; adclamare nos posse, εὖγε ὦ ἄνερ, εὖ σφόδρα ὑπέρευ γε! sed cum non ubique εὐημερεῖν fecit humanitas, hoc est, labendi facilitas & necessitas errandi, Ait l. d. *μέλος Καρικὸν fuisse, quod ad tibiam canerent Cares.* Malè: erat enim id ipsa ἄυλησις seu harmonia quæ tibiarum inflatû edebatur, non humanæ vocis sono; Ita enim *Plato Comicus* ἐν Λάκωσι apud *Athen.* l. 15:

Αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη
Καρικὸν μέλος μελίζεται

τοῖς συμπόταισι: i. e. *tibias habens puella quædam Caricos ludit modos convivis:* & hilaritati conviviorum adhibebatur igitur, non luctui solùm, quod visum viro maximo. Nenia ᾠδὴ erat & cantio θρηνώδης τις: μέλος Καρικὸν verò ἄυλημα non tantùm θρηνῶδες, sed quivis tibiis sive Caricis sive à Caribus editus modus ac ludus.

Ritûs Atheniensium circa lustrationem Urbis, quæ quotannis die sexta & septima m. Θαργηλιῶνος fiebat, pars erat Φαρμακοὺς seu καθάρματα virum & fœminam, qui pro expiatione urbis immolandi erant, & vivicomburio adficiendi, colaphis cædere, ramis ficulneis verberare, & scillis impetere. Ea de re loquuntur versus *Hipponactis* isti:

Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες
κράδησι καὶ σκίλλῃσιν ὥσπερ φαρμακούς. *Dalechampius*

verò

verò *not. ad Plin l.20.c.9.* quòd ex hisce probare voluit solitos veteres fuisse scilla arcere veneficia & expiare noxios falsus est & deceptus depravata vel à seipso conficta lectione, ὥστε Φαρμάκοις. Non negamus scillæ vires in veneficiis expertos fuisse veteres; *Pythagoras Empedocli* ἀνὴρ περιώδια εἰδὼς librum singularem περὶ σκίλλης scripsit, eamque in januæ limine suspendere jussit, ad malorum medicamentorum (ita *Plinius* reddidit, quod in Græco erat ἐστιν ἀλεξιφάρμακον, *Diosc. l. 2. c. 202.*) introitum pellendum: sed hoc non erat *Hipponactis* verbis inferendum, cùm κράδαι seu ramorum ficulneorum cacumina nullibi adhibita ἀποτροπαίων loco; multò minus κράδαι & σκίλλαι in eum finem projectæ fuisse legantur: sed verus sensus est è ritu, quo in pharmacos ad ignem extrà urbem deducendos cum νόμῳ κραδίῃ, peculiari cum cantione, scillarum bulbos vel contemtus & ludibrii gratia, vel quod eas καθαρμοῖς solerent usurpare, conjiciebant desumendus. Falsum igitur testimonium rei per se certæ adhibuit, is, quem dixi & antiquitatis Atticæ particulam nobis intervertit, dum pro Φαρμακοῖς Φάρμακα supposuit: hæc scil. medico notiora erant quàm illi execrabilia nomina & victimæ odii publici nebulones Φαρμακοί.

CAP. XXI.

Suetonius & Plautus expositi contrà J. Gutherium JC. Ludis funeribus præter præficas adhibiti: ex iis unus personam defuncti referens. Lectio vulgata in Plauto adserta contrà eundem. Svetonius defensus contra eundem, qui fidem ejus numo impertinente in dubium vocavit. Juliæ inter Augustas plures. Lipsius de numo vetere falsus: itemq; Gutherius varie. Casauboni sententia de Oratione M. Antonii funebri in Cæsarem apud Dionem examinata: hic de figmento excusatus. Livii incogitanter factum in oratione tributa L. Valerio trib. pl. in Catonem, super contentione de L. Oppia. CL. Vossii ἁμάρτημα *quoddam* μνημονικόν. *Livius suppletus. Scurræ in funeribus: Casaub. & Kirchmannus Svetonium Tiberio perperàm de tali interpretantur. Gutheri error de imaginibus in funere non indictivo: & alter de carminibus epitaphiis ad portas adfigi consvetis. Cicero explicatus: statua Marsyæ Romæ cui usui: Monu-*

 menta

menta extrà portam Capenam hominum singularium multa: Lapis apud Seldenum de æde Tempestatibus dicata illustratus: Gv. Canteri de inscriptione sepulcrali pro carmine accepta dormitatio.

FRequentius, quàm quis putet, in omnibus scientiis errati genus illud est, quod proximè tetigimus. & quò frequentius, eò perniciosius. Nam præterquam quod absurdæ & falsæ opiniones, veritatis infelicia μιμήματα & νοθεύματα, in disciplinas ἀύλαις ἁμάξαις sic invehuntur, veritate interim longùm valere & flere jussâ, etiam scriptoribus, unde lux seculo & mentium humanarum caligini medela, perversæ interpretationes inferuntur; quæ duo magna mala si invalescant, quorsùm res literarum evasura tandem sit, in promptu est sine ullis ambagibus edisserere. Quocircà laudabile planè est & devergit in commoda publica, si tale quid alicubi animadvertatur, id ingenuè monere. Nam & sententiæ intolerabiles abeuntesque à vero hac ratione evelluntur & eliminantur castris literariis, & autoribus suus nitor, qui à pravis interpretibus ipsis perierat, redit postliminiò. Nos σὺν Θεῷ πυλάμα simul præstabim9 hoc quidem in *Svetonio* quà poterimus explicando & *Plauto*; illud in *Jac. Gutherio* JC. & *Is. Casaubono* justè fortassis redarguendis. Ille in Julio c. 84. quo funeris ejus pompam describit, ita: *Inter ludos cantata sunt quædam ad miserationem & invidiam cædis ejus adcommodata ex Pacuvii Armorum judicio:*

Men' me servasse ut essent qui me perderent!

& ex Electra Attii alia ad similem sententiam. Gutherius libro de jure manium laudato c.23. nenias ludorum nomine comprehendi probaturus eo testimonio utitur. At licet præficarum tibicinumque in funeribus operam ludos fuisse si cum reliquo adparatû comparentur non diffiteamur; de ludis etiam funerum, qui propriè ita dicerentur & munera, *Svetonius* non possit exponi; hi enim justis solutis & sepulto cadavere dabantur; tamen ad solas nenias restringere verba autoris non licet. Cum enim mortualium, præficarum cantilenæ, argumentum fuerit, planct9, & laudatio defuncti, quæ defuncti nomē passim & μονοτόνως cum proximioribus ejus vocaret, nulloque artificio adeò constiterit, unde & *ineptum ac inconditum carmen* adpellat *Nonius* neniam, censebatur-

baturque ea planè inter nugas, merx garrularum vocaliumque plerunque probrosarum anuum; quod è Poëta vetere & quantivis precii apud Romanos repetitum inter ludos cantabatur non haberi pro nenia muliebri posse indubium est. Putamus autem per ludos significari h.l. omnem scenicorum artificum operam & mimorum ludiorumque qui funeribus intererant actionem & gesticulationem, quæ ad scurrilitatem ac obscænitatem usque procedebat; inprimis verò ejus qui *archimimus* dicebatur *Svetonius Vesp. c.19.* qui personam defuncti ferre & omnia ejus dicta facta imitari, omnia minima maxima ad ejus ingenium fingere, ridiculeque maximè etiam seria ostendere & joculari licentia virtutes vitiaque perstringere, quod à scurris in ClaudI funere adhibitis factitatum, solebat; & cui propterea cum præficarum nugis nihil erat commune: hi verè ludi erant, & ad hanc προσωποποίησιν respexisse *Svetonium*, acroama è *Pacuvio* accersitum & Julio quasi is de se id proloqueretur adplicatum fidem facit. Ordinem totius pompæ funebris, è quo res planè percipi possit ad sententiam nostram processisse, narrat *Appianus ἐμφυλ. l.2.* hunc: *Ut verò Cos. (AntonI) orationem lugubre carmen excepit more patrio choris concinentibus laudata ejus facinora, & memoratis, quos post simultatem in gratiam receptos, beneficiis insuper ornaverat, quasi per admirationem ad conjuratos sermone verso auditum est illud:* Men' servasse, ut essent qui me perderent. In *Plauti* verò *Pseudolo* verbis, quæ similiter in hanc rem adhibet *Gutherius*, planissimè paria facit, cum illis explanatoribus, quos *οὐ ταῖς γραφαῖς τὰς ἐξηγήσεις, ἀλλὰ ταῖς ἐπινοηθείσαις ἐξηγήσεσι προσυναπλάττειν τὰς γραφὰς, non lectionibus constitutis explicationes, sed à se excogitatis explicationibus lectiones consentientes adfingere Galenus comm. ad 6. Epid. 5. t. 9.* observavit. Tam enim dubia est emendatio quam Plauto infert, quàm res in quam Plauti ῥῆσιν adfert. **Nenia idem quod ludus. quia in Plauto, quem Pseudolo a. 5. sc. 1: ita corrigo, nenia pro ludô legitur.** Nihil agis, nisi rectam & necessariam esse emendationem tuam probaveris; nos non esse docebimus. Servus Plautinus cum herili filio apud lenonem strenuè pergræcatus ebriusque enumerat in scena quantum perceperit in lustro voluptatū, & quod non minore, quàm herus suus honore fuerit, quàmque ipsis, hero cum scortis accubanti delicias fecerit; qui propterea abeuntem toties revocaverint, ægrè scil. cariturі tàm lepido capite, & ut coram

 ipsis

ipsis pallio indutus, in quo servi non conspiciebantur aliàs sed in curtâ tunicâ, sive saltaret sive alios gesticulando ludos ederet, rogaverint. Rediturus igitur, inquit, & pariturus vocantibus,

Ubi circumvortor, cado: id fuit nempe ludo:

Hoc, ait, demùm risui fuit & voluptati, de hoc demùm ipsis summoperè placui, quæ ipsius Comici expositio est; addit enim servus;

- - - - - nimiæ tum

voluptati ædepol fui ob casum. In hisce uti edita sunt nihil obscuritatis amplius est, adeoque correctioni τοῦ *nempe* in *nenia* nullus locus. Si verò maximè retineamus *Gutheri* lectionem, quam & aliis placere video; non exibit tamen id, *neniam* pro *ludo* posuisse Comicum. Exponendum enim tùm esset, quod casus servi ultimum in illo ludo quem dabat compotantibus fuerit, eumque ita ut nenia officium funebre finiverit, es were das Ende am Liedeiam Spiele gewesen. Reclamat tamen & huic interpretationi quod addit, *itaq;*

dum enitor, pax! jam penè inquinavi pallium:

non erat ergò quod cecidisset ultimum, ὕστατον seu nenia istius ludi. Et vulgata igitur apud *Plautum* lectio consistit, & labitur *Gutherius* neniam pro ludo accipi oportere in *Svetonio & Plauto* laborans.

Idem Svet. de Claud. c. 11. *Aviæ Liviæ divinos honores, & circensi pompa currum elephantorum Augustéo similem decernendum curavit.* Prohibuerat Tiberius Imp. matris suæ Liviæ ἀπαθανατισμὸν seu consecrationem, *Dio l.58: Svet.Tib.c.51: Gutherius* l.2.c.6. & 35 ista Svetonii suspecta habet eò, quod *numus extet de consecratione Juliæ seu Liviæ Augusti, in quo carpentum à bigis cervarum tractum expressum.* Iniquè factum, rem à scriptore cujus fides nemini sublesta visa narratam & quæ ipsa satis sit probabilis, nemine contradicente, vocari in dubium medio instrumento quod ineptum ad rem, quia ambiguum. Hoc enim *Gutherio* de numo probandum erat, ad primæ omnium Juliæ Augusti conjugis res & consecrationem pertinere. Fuêre autem hoc nomine non tantùm inter Augustas plures, Julia Augusti conjunx, quæ & Livia Drusilla Tiberi è T. Cl Nerone mater; è familia Juliadarum Julia Augusti è Scribonia Libonis F. nupta primùm Marcello Octavio, tum M. Vipsanio Agrippæ; tandem Tiberio Imperatori: Julia, neptis D. Augusti è Julia & M. Agrippa L. Æmilii Pauli conjunx: Julia Druso, Tiberi

Imp.

Digitized by Google

Imp. è Vipsania F. & Livilla Drusi Germanici F. nata, nupta Rubellio Plauto & Neroni; Julia Germanici Cæsaris & Agrippinæ F. nupta M. Vinicio: Julia Agrippina hujus soror, Cn. Domitio Ahenobarbo, è quo Neronem pòst Imp. suscepit, & Claudio Imp. nupta: sed & quædam Julia Titi Imp. filia, Domitiani conjunx sive pallaca: eodemque nomine Imppp. Severi alia, alia Elagabali, alia Alexandri: quæ συγχυσία nominis in fœminis pari dignitate diversis unius variè viros maximos delusit; quod ostendemus aliquando in examine Inscript. veteris Albæ Juliæ repertæ, quam *Scal. ad Euseb. f. 112.* se propterea non intelligere fatetur; Si nos hoc præstiterimus, ut omnes eam intelligant, nemo circà eam ampliùs hæsitet, ecquod precium erit industriæ? Manum igitur & hìc intra tunicam continere debuit *Gutherius*, & quòd è *Svetonio* de Liviæ consecratione sciret, factam esse curru elefantorum decreto, ad aliam potiùs reliquarum numum suum referre. Etiam Cajus Imp. Drusillæ sororis ἀθανατισθείσης effigiem thensæ impositam ab elefantis in circum trahi ejus natalitiis instituit, *Dio l. 59.* In numo D. Marinianæ Augustæ, Valeriani Sen. Imp. conjugis consecrationem indicante pavonem sculptum exhibet *I. Sambucus*; *Ad. Occo* aquilam, qui animam Imperatricis in cœlum ferret. Augustæ quæ in Junonem seu Dianam h.e. habitu & nomine Junonis seu Dianæ consecrata fuerat, optimè convenirent cervæ. Quid *J. Lipsio* in mentem venerit, ut numum in quo DIVUS AUGUSTUS PATER caput radiatum, ara ante pedes: parte aversa, S.P.Q.R. DIVÆ JULIÆ AUG. FIL. carpentum cui subjuncti duo muli, prolatum ad *5. annal. Tac.* de consecratione Liviæ à Claudio factâ interpretaretur, nondum adsequi potuimus. Certè elefanti non ita commodùm in mulos abeunt; & Julia in numo est Augusti filia, Tiberio Imp. post Agrippam nupta: de Livia autem, quæ & Julia Augusta, Drusi Livii Claudiani filia, interpretatio; quæ propterea est ἀσύστατος, quia contrà scripturam in numo excogitata. Quid autem? Videmur hîc utrumque tenere falsi. *Gutherium* cum *Lipsio*. Idem numus est quem uterque laudant; sed inscriptio à *Lipsio* plenior, ad Juliam Augusti filiam eum refert διαῤῥήδην. Hujus Juliæ ἀποθέωσιν seu consecrationem aliquam à S.P.Q.R. unquam factam, sive patre Augusto vivo sive defuncto, nuspiam legimus: In alterius igitur cujuscunq; rei memoriam cusus fuerit iste numus, & ad *Svetonium*, ubi de con-

de consecratione Liviæ, nihil faciet, sive confirmandum sive confutandum quidquam. De cervabus & mulis litigent ipsi, qui horum animalium staticula seu icunculas permutavêre in numo. *Lipsius* de mulis non est incredilis, quòd animalia instrata exhibeat numus; id quod de cervabus non compertum est. Etiam leones sine stratis conspiciuntur ad thensam Faustinæ juncti. *Gutherius* igitur plura peccaverit in uno isthoc numo; quoad Liviam; quoad consecrationem, quoad cervas; & quod maximum denique, quod eo adeò dubio *Svetoni* certam narrationem evertere fuerit ausus.

Ex eo quod *Sveton. Julio c. 84.* scribit Antonium Cos. cum in rostris expositū esset cadaver Julii, sicut erat à cæde sanguinolentum *laudationis loco pronunciasse per præconē SCtum, quo omnia ei divina simul atq; humana decreverat*, colligit *Casaubonus* orationem illam Antoni gravē & numerosam quam *Dio* l. 44. consignavit, esse ab hoc confictam. Judicium Casauboni meritò in talibus magnifacimus; sed hæc, ut videtur, ἀκυρολογία est. Testis nobis *Cicero*, qui rei tum gestæ interfuit: Ejus verò hæc 2. *Philipp.* in Antoniū verba: *Tu funeri tyranni illius sceleratissimi præfuisti: tua illa pulcra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio*: Quæ si ad Orationē Antonianā apud *Dionē* expendas, dicas argumentū ejus esse. Ista enim tria à *Cicerone* nominata *laudatio, miseratio, cohortatio*, præcipua ejus capita sunt. Imò *Svetonius* ipse quod præter SCtum recitatum, *perpauca à se addidisse Antonium* scribit, de oratione quadam ejus non obscurè loquitur. Id quidem facilè dederimus, *Dionem* in illa oratione sibi quid indulsisse & pro ingenio adfectuque in Remp. expressisse ῥῆσιν Antoni, quod & de aliis ejusmodi apud historicos reliquis sentiendum est; quos sermones hominum narrare, quemadmodum habiti fuêre, non necesse est, & plurimùm fieri nequit; sufficit referre eo modo quo loqui debuêre, quoque eos locutos esse verosimile est: videbaturque ideò & nobis, cum primùm apud *Zonaram* eam legeremus, Græculum illum potiùs vanum ventosumque quàm Antonium Quiritem sapere; sed propterea tamen omnia confinxisse, non habuisse Antoniani sermonis quidquam pro exemplo, statuere οὐ θέμις, vetantque præter *Svetonium*, uti diximus, *Plutarchus in Bruto* Antonium ἔπαινον Καίσαρος ὥσπερ ἔθος ἦν, διεξελθεῖν referens & *Appianus* qui non tantùm multa Antoniani sermonis αὐτοῖς ῥήμασιν recitat, quæ

cum

cum Dionianis eadē ſunt, ſed & *laudaſſe Cæſarem ut aliquem cælitum, & quo inter divos relatum eſſe fidem faceret, manus ad cœlum protendiſſe, ſimulq́ magna linguæ volubilitate recenſuiſſe ejus bella, prælia, victorias, manubias, additas imperio provincias, extuliſſe ſingula usq́ ad miraculum; item multa ut de viro divino locutum vocem ad lugubrem modum flexiſſe, multa de indigna amici morte queſtum cum fletu fuiſſe*, tradit de Antonio: quæ juſtæ orationis materiam Dioni rhetoricaturo ſuppeditare potuiſſe, ut fingere tantillum non eſſet opus, nemo negaverit. Id verò maximè orationem eam verè ab Antonio ſic habitam confirmat, quod nihil in ea reperire ſit, quod eam ſuſpectam meritò reddere valeat, nihil quod perſonis, rebus, temporibus non conveniat, cum in re quam quis alteri adfingit facilis ſit lapſus etiam ad minima quæque cauto, & frequenter excidat aliquod impertinens, quod fucum poſteà detegit. Sic *Livium* deprehendimus oratione tributa L. Valerio trib. pl. in Catonem Cos. a. U. 559. in cauſſa Legis Oppiæ de ſtringendis matronarum cultibus *l. 4. de bello Maced. & Aſ.* Quod enim Catoni Originum libros obiicit L. Valerius, *Tuas adverſum Te Origines revolvam*, inquiens; id ejus perſonæ minimè competit, quia ut teſtatur *Corn. Nepos l. 2. de vitis excell. Impp.* Cato eos jam ſenex ſcripſit demùm, obiitque ut eſt apud *Paterc. l. 1.* a. U. 605. Cenſorino & Manilio Coſs. & propterea non potuit L. Valerius annis ante obitum Catonis 46. earum meminiſſe. Sermo igitur iſte *Livium* potius quàm L. Valerium (*CL. Voſſius* memoria lapſus C. Oppium qui ſcil. primus eam legem rogarat a. U. 541. nominat, cum hæc contentio de iſta abroganda annis novendecim pòſt acciderit, *l. 1. de hiſt. Lat. c. 5.*) qui ſic locutus de re, quæ tum nondum erat, ab illo inconſideratè fingitur, autorem habere cernitur. De tempore Legis Oppiæ obſcurus eſt & mutilus *Livius, dum epit. l. 34.* eam *bello Punico C. Oppium trib. pl. tuliſſe* ſcribit. Supplemus nos, nota numeri quæ exciderat interjecta; *bello Punico* II. In ſummô enim ejus fervore a. U. 541. latam eſſe novimus.

Scurras & mimos, chorosq́; Satyricos exequiis, maximè divitū, adhibitos fuiſſe è *Dion. Hal. l. 7. & Svet. Veſp. c. 19.* ſatis conteſtati ſunt docti. *Caſaub. ad d. l. Svet. & Kirchm. l. d. c. 7.* etiam iſta *Svetonii Tiber. c. 57.* verba eò trahūt: *Scurram, qui prætereunte funere elato mortuo mandarat ut nunciaret Auguſto nondū reddi legata, quæ plebi reliquiſſet, duci ad ſupplicium imperavit.*

M Leve

Leve est, quod hîcondituri fumus; sed quia periculum est nisi quid in testimonii productione vani sit docuerimus, ne error hîc latiùs dimanet, monebimus tamen; narrationem esse rei ad quam adhibetur dissimilimam. Scurra enim hic non fuit è numero conductorum pro funere, de quibus agebatur, sed alius quidam è vulgò, qui cum funus præteriret efferentibus inopinatò obvius factus mortuum inclamavit, quid Augusto nunciari velit: ut est id hominum genus in quascunque occasiones lingua nequam promtum, & vel sine duce factiosum.

Cum Crassus & Brutus in forô aliquando contenderent, fortè dum ea causa ageretur anus Junia funere elata est. Tum, *Brute*, inquit Crassus, *quid illam anum patri nunciare vis tuo? quid illis omnibus quorum imagines duci vides? Cic.l.2.de Orat.* Inde concludit *Gutherius* l.1.c.20. anum istam funere indictivo non fuisse elatam, quod gentilis Brutus non sequebatur; & hinc, in funeribus non indictivis etiam imagines fuisse prælatas. Infirma verò collectio; *Gentilis Brutus funus non sequebatur: Igitur non fuit indictivum.* Non aderat enim pompæ, quia eum actus causæ tum in foro excusaret. Emanere autem licuisse oblato impedimento, vel alia de causa sontica formula indictionis, *Exequias eras quibus commodum est ire*, docuerit. Et fallit igitur observatio *Gutheri*, etiam non indictivis funeribus imagines fuisse antelatas. Cum enim, uti plebeiis interdum, sic nobilioribus semper indictiva funera essent; & hi verò soli imaginibus & stemmate longo gloriari possent, non item humiles personæ & homines novi, consequens est, in indictivis utrique sexui familiarum imagines ostentatas ductasque fuisse.

Poëtas carmina epitaphia & lessus super virorum illustrium morte scriptos portæ (fortè qua efferendi ii erant) interdum præfixisse, non contentos sola ad populum in circulis recitatione, securè nimis adseritidem *Guth.l.d.c.19.* De Marsyæ statua in regione octava Urbis notū est è Juliæ Augusti F. rebus ad eam, uti proximis temporibus ad Pasquilli statuam, proponi suspendique consuevisse, quæ in ora hominum ac ad publicam notitiam venire voluerunt: inde filiæ suæ adulteria rescivisse D. Augustum est apud *Sen.l.6.de benef.c.32.& Plin.l.21.c.3.* De portis urbis credemus *Gutherio* si aliunde probaverit. Locus enim *Cicer.l.2. de finibus*, quo nititur, non hoc insinuat, sed vix porta Capena egressis, ad portam consistentibus adhuc, elogia virorū præclarorum ibi si-

ibi sitorum in monumentis se offerre. Ita enim *Cicero 1. Tuscul. Ego quidem cum vetere poëta malim unum Catonem, quàm trecentos Socratas. Ecquis egressus porta Capena, cum Calatini, Scipionum, Serviliorum sepulcra videt illos beatos non putaret?* verba autem *Cicer. l. 2. de fin.* ista sunt; *non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam*

Uno ore cui plurimæ consentiunt
gentes fuisse virum populi primarium.

Sepulcrum A. Attilii Calatini cum hac inscriptione haut procul aberat Capena porta, via Appia, quæ inde per Terracinam, Fundos, Suessam, Capuam, Neapolin, Brundusium ferebat: Extrà eandem etiam monumenta Scipionum, Cethegorum, Metellorum, Serviliorum, Memmii: hod. S. Sebastiani est, *Boiss. topogr. II. Romæ.* Ejusdem elogii priora verba in lapide ante portam Capenam paucis ab hinc annis effosso, in quo de Lucio Scipione Cos. Cens. Ædili Tempestatibus, quòd Corsici maris rabiem, contrà Sardos, Corsos & Pœnos feliciter pugnans, *Liv. epit. l. 17.* evasisset, ædem dedicante, *ap. Seld. prol. synt. de Dis Syris c. 3.* leguntur; unde quia de eô etiam dicuntur, colligi posset, formulam fuisse populariter usitatam civem bonũ & utilem REIP. laudaturis: Sed vèrius est mutilum esse lapidem & præcedentia quę nomen Atilii Calatini habebant periisse. Videtur autem fastorum Romanorum fragmentum esse, quo gesta annis U. 494 495. 496 fuerant consignata: cujus generis fragmẽta marmorea magistratuum Romanorũ Romæ ao. 1546. effossa ad forum & ad Capitolium transportata extant inter Inscript. *à Grutero* f. 289. & sequentibus aliquot. Id verò non intellexisse adparet virum longè eruditiss. *Gu. Canterum*, qui carmen hoc esse tradere Oratorem & inde duos versus posse effici, putat *l. 6. Novar. c. 10.* Est enim inscriptio monumenti, ut expressè *Cicero* in lapide. Eam verò è Poëta accepisse eos, qui curarent sepulcrum cum hoc titulo Calatino, nescimus; intereà dum aliquis demonstret, quod certò scimus, id secuturi.

CAP. XXII.

Dan. Heinsii laus & opera in Clem. Alexandrino. J. Meursii error de Alexandro cui Clem. στρωματέας inscripserit: Joh. Damascenus emaculatus. Clem. ad Diogenem L. collatus, ex eo expli-

catus & interpres emendatus. Jovis Comici τριαγμοὶ. Clem. contra Sylburgi censuram de duplici agricultura adjectus & expositus; item de testimoniis è ll. apocryphis; iis usi D. Paulus, Judas, Evangelistæ; autor Ep. ad Ebræos: Isid. Pelusiotæ expositio reprobata. Interpres Clem. correctus ὄρυγμα locus ubi de fontibus sumebatur supplicium: Sylburgi sententia de lege Scantinia in Clem. rejecta. Trajectio in Clem. Pædagogo ostensa. Iterum notata Herveti versio. Locus obscurus in Strom. de columna Acicari ex conjectura explicatus: Diog. Laert. illustratus: Acicarus est Acencheres: Babylon Ægypti opidum.

SI à DAN. HEINSIO viro planè incomparabili, & adjuvandas literas solertia incredibili & ingenio admirabili iterata editio *Clementis Alexandrini*, scriptoris suo seculo omnium doctissimi, (penu enim eruditionis & scientiarum adpellant οἱ μεμυημένοι) quam recepit & cujus desiderio hactenus intabuimus, extaret, nihil his nostris opus fuisset; ex illa enim meliora & certiora peti potuissent, opus ἀνέλιξευτον tot mendis non esset etiamnum contaminatum & interpretis Latini G. *Herveti* versione haberemus perspicuam magis, eruditiorem & sinceriorem. Nunc cum is eam nondum dederit, & scriptori tamen optimo melius esse conveniat, ἄλλην δρῦν βαλανίζωμεν, & spicilegium, quod reliquisse profitetur, exequamur; non desituri interim flagellare in eo τοῦ ἀπεξημερεῖν & immemori morosoque reliquatori vel φθεγκοπικὸν facere: ἔξεχε, ὦ φίλε ἥλιε.

Variæ literaturæ & verè sui nominis libros στρωματέων à Clemente nuncupatos esse cuidam Alexandro, in *Johanne Damasceno* reperisse putat J. *Meursius not. ad Lausiaca Palladii p. 202.* Verba *Damasceni l. 3 de ador. imagin.* ista sunt: τοῦ ἀρχαιοτάτου Κλήμεντος πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τῶν Στρωματέων. Puerile omninò est in verbis adeò paucis constructionis rationem nescivisse; exsculpere verò quod in iis non erat etiam temerarium. Verba πρὸς Ἀλέξ. sententiam clauderent, non interjecta essent nomini autoris & præpositioni ἐκ cum suis, si id quod *Meursio* visum, indicare deberent. Agnoscimus autem à descriptore primùm peccatum hîc esse; cujus σφάλμα quia non correxit *Meursius*, in gravius incurrit. Compendium scripturæ πρεσβ. Ἀλεξανδρ. quod erat in autographo *Damasceni* quodque de Clemente nostro

nostro communiter prædicatur, non intellectum peperit τῷ περὶ Ἀλέξανδρον librario & *Meursio* futilem observatiunculam. *Photius* certè notat in codice antiquo vidisse ejus Operis inscriptionem talem: ΤΙΤΟΥ ΦΛΑΒΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων στρωματέων α.β.γ.δ.ε.ς.ζ. καὶ η. Eam in animo habuisse *Damascenum* & priorem Photio legisse indubium est. *Hieron. in catal. script. Eccl.* Clementem ad Alexandrum Hierosolym. episcopum, qui circà a 210. collega Narcisso, eam Ecclesiam rexisse traditur, librum *de canonibus Ecclesiasticis* dedisse memorat; sed de Stromatis loquitur *Damascenus*, ejusque ῥῆσις Alexandrum neutiquam admittit.

In *Clementis* nostri lectione multis argumentis didicimus, eum *Diogenis Laertii* φιλόσοφον ἱστορίαν diligenter evolvisse, vel iisdem quibus iste autoribus usum fuisse, ut erat secularis literaturæ helluo, & inter sophistatum paganorum nobilissimos ob summam in profanis literis doctrinam nominandus. Horum quæ extant *l.1. Strom f.244. edit Heins Lugd.* Τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον χρησμοὺς Ὀνομακρίτου λέγουσιν. Τὸν Κρατῆρα δὲ τὸν Ὀρφέως, (legendum est Κρατῆρα: hoc enim nomine poëma Orphei citat *Suidas*) Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου. Τὴν δὲ εἰς ᾅδου κατάβασιν Προδίκου τοῦ Σαμίου. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριγράμμοις καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν ἵνα ἱστορεῖ: periodus ultima totidem verbis legitur in *Diogenis Pythagora*; sed unde eluceat, quàm interpres *Clementem* hic non intellexerit. Pythagoras composuerat nonnulla; ea verò in autorem Orpheum retulerat, ut antiquitatem mentiretur: πόθεν γὰρ πῶς ἀρχαῖος λέγεσθαι *Thessalus in* πρεσβευτ. interpres verò *hæc Crateta & Descensum ad inferos*, quorum autores jam nominati fuerant. *Pythagoram Orpheo tribuere* reddidit, vocem ἵνα relativam, pro qua *Diogenes* ἔνια, demonstrativa exprimens. *Jonis*, cujus fabula in Φρουροῖς *Athen. l.3: Phœnicem* aut Cæneum ab Ὀμφάλην. l.6. μέγα δρᾶμα. *Pollux* l. 10. c. 45. citat τριγράμμους *Harpocratio* è *Demetrio Scepsio* & *Apollonide Nicaensi* τριαγμοὺς adpellat: & quantum è laciniis adparet fuêre de numero ternario, ejusque mysteriis secundum Pythagoréos quos περὶ τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς γραμμὰς ἐσπουδακέναι è *Porphyr. l.2.* ἀποχῆς, & ἀριθμοὺς καὶ σχήματα τῶν θεῶν προσαγορεῦσαι κοσμῆσαι è *Plut. l.de Iside & Osir.* notum est.

 Accu-

Accuſant *Clementem* nonnulli, quod traditionibus, quas vocant in re Theologica, plus juſto inhæreat, easque frequentius inculcet. Probando crimini *Fr. Sylburgius*, cujus induſtriam in edendo hoc ſcriptore grati deprædicamus, & res ipſa notationum ejus doctarum facit fidem, producit locum de duplici agricultura. Eum inveni l. 1. *Strom.* f.199: ἡ γεωργία ἡ διττή. Ἡ μὲν γὰρ ἄγραφος, ἡ δὲ ἔγγραφος. Ὁποτέρως δ' ἂν ὁ τοῦ κυρίου ἐργάτης σπείρῃ τοὺς εὐγενεῖς πυροὺς, καὶ τοὺς στάχυς αὐξήσῃ τε καὶ θερίσῃ, θεῖος ὄντως ἀναφήσεται γεωργός: *Est autem duplex agricultura; una quidem quæ non fit ſcriptis, altera, quæ fit ſcriptis. Utrovis autem modo Domini operarius generoſum triticum ſeminaverit, & ſpicas cumulaverit, & meſſuerit, vere divinus adparebit agricola.* Ita vertit *Hervetus*: qui non omiſſurus fuiſſet, τὸ ἔγγραφον *ſcripturas ſacras* reddere, eisque opponere *traditiones* τὸ ἄγραφον, ſi doctrinæ de humanis traditionibus favere iſta Clementina exiſtimaſſet. Ἔγγραφος γεωργία autem eorum eſt, qui ſcriptis Eccleſiam colligunt & docent; ἄγραφος alterorum erit, qui voce vel etiam exemplo ſolùm σεμνότητι καὶ σκληραγωγίᾳ Chriſtiana, quam *libris Pædagogi*, quibus ἤθη πράξεις καὶ πάθη catechumenorum format, profeſſus eſt, homines ad pietatem inſtituunt & domino lucrantur. Et fortaſſe plures primis Eccleſiæ temporibus ἀγράφῳ iſta γεωργίᾳ & exemplis piorum, quàm doctrina ſcriptô à viris doctis comprehenſa in horreum Domini collecti fuêre. Minimùm etiam offendimur eô, quod ex Evangelio ſecundum Ægyptios & ex altero ſecundum Ebræos, damnatis ſcripturis, nonnulla produxit, uti quidem ajunt: Neque enim propterea tota adprobaſſe dicendus eſt; & licuit ſemper ex apocryphis verũ citare; quod D. Paulum, Judam, ipſos Evangeliſtas feciſſe docet *Origen. prol. in Cant. Cantic.* & in iſto genere *nulla* quidem *canonica autoritas, aliqua tamen invenitur veritas*, ut loquitur D. Auguſt. l.18. de Civ. Dei c. 38. De *autore Epiſt. ad Ebr.* idem ſuſpicari poſſemus: Is cum Eſavum exemplum πόρνου καὶ βεβήλου cap.12 v.16. ſtatuat, juxtà *Iſid. Peluſ. l.1. Ep.320.* (quanquam disjunctiva ἢ quæ in noſtris codicibus hodiè regnat aliud ſvadeat, ſcil. poſterioris ſaltem exemplum poni Eſavum;) prius verò illud de eo dici nuſquam ſacrarum ſcripturarum legamus, ex autore ſacrô aliô, apocryphô, aut per traditionem accepiſſe videbitur. *Iſidori* enim expoſitio, ſcripturam, quæ γαστριμαργίας ingluviem & voracitatem Eſavo impingit ob vendita primogenituræ

turæ jura, eo ipso etiam fuiſſe eum fornicatorem & profanum oſtendere, à nemine recipietur, quòd quæ ſpecie differunt ea ſe mutuò nec ponant nec tollant, & ſpecies una non includat alteram, niſi laxis & cauponicis loquendi modis, ut adpellat *Scaliger*, omnia miſcere voluerimus.

Lib. 3. Pædagogi c. 3. Πᾶσα ἤδη πεπλήρωται γῆ καὶ πορνείας καὶ ἀνομίας. Ἄγαμαι τοὺς παλαιοὺς Ῥωμαίων νομοθέτας. Ἀνδρόγυνον ἐμίσησαν ἐπιτήδευσιν οὗτοι, καὶ τοῦ σώματος τὴν πρὸς τὸ θῆλυ κοινωνίαν παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον ὀρύγματος κατηξίωσαν κατὰ τὴν τῆς δικαιοσύνης νόμον: Interpres ſic; *Omnis jam terra & fornicatione & iniquitate plena eſt. Suſpicio autem & admiror veteres Rom. legulatores: ii muliebre & effæminatum vitæ ſtudium odio habuerunt, & corporis cum fæmina conſuetudinem præter naturæ legem, terræ infodi ex lege juſtitiæ æquum exiſtimarunt.* Parum ſani in his eſſe & Clementem obſcurare, non interpretari, docebimus. Capite iſto, quod eſt πρὸς τοὺς καλλωπιζομένους τῶν ἀνδρῶν, viros ſeorſim inſtruit, & horum circà cultum corporis περιττὸν taxat; iſtis verò verbis ſpurcitiem horum, qua vel mulieres ſtuderent adeò referre, vel muliebria paterentur, vel in mares præpoſterè ferrentur, defricat. Vocat enim γύννιδας & θηλυδρίας, quòd cum mulieres ſimularent, non eſſent tamen, uti nec viri, quia eſſe reſpuerent, abnegare naturam ſic edocti. Non igitur de conſuetudine viri cum fœmina hoc loco quidquã cogitemus: notat infandum id, quod indicavi. Ita autem tota ῥῆσις vertenda eſt: *Laudo veteres Romanorum legulatores; hi effæminatum & molle vitæ inſtitutum* ſeu profeſſionem *oderunt, & corporis ad muliebria communicationem*, commodationem, oblationem, *præter naturæ legem, ultimo ſupplicio dignam eſſe è lege juſtitiæ cenſuêrunt.* Ὄρυγμα apud Athenienſes, è quorum conſuetudine *Clemens*, qui Athenis & natus & eruditus eſſet, loquitur, erat locus in quo de damnatis ultimum ſupplicium ſumebatur, ἐφ' οὗ οἱ κακοῦργοι ἐκολάζοντο, idem cum eo quem βάραθρον adpellabant. Inde carnifex, ὁ δήμιος, dicebatur ὁ ἐπὶ τοῦ ὀρύγματι. In terram verò defoſſio, de qua hic *Hervetus* ſomniavit, pœna erat tantùm Virginum Veſtalium ſtuprum paſſarum. *plut. Numâ*, de quib9 hic Clementi ſermo non eſt. Et cum à Romanis in impuros ejuſmodi gladiò animadverſum fuiſſe conſtet hoc teſtimonio, quod legem Juliam & autorem ejus D. Auguſtum reſpicit, lex Scantinia, quæ mulctam pecuniariam τοῖς

παιδο-

παιδοφθόρεις irrogabat, huc trahenda non fuit, ut fecit ad h. l. Sylburgius

Illa quæ ῥητῶς huic subnectuntur de pilorum evulsione, qua οἱ ψιλωθέντες lævorem procurabant, huc non pertinent; & trajectione turpissima in hunc locum migraverunt. Egerat de isto ἐγκλήματι in antecedentibus, *Barbam, viri signum, esse & quidem antiquius, & melioris naturæ symbolum; hoc verò violare, impium. Lævorem in viro, muliebre esse; in fœmina, adulteram significare; utrumq; autem à rep. longissime relegari, nihil esse vellendum præter Dei institutum, qui & barbæ pilos numeraverit: & si agnovissemus, Jesum inhabitare nobis,* οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἂν αὐτὸν λωβᾶσθαι τετολμήκειμεν, *nescio quomodo ipsum probro afficere ausi fuissemus.* οὐ γὰρ θέμις (nec enim locus est iis quæ intra capitis alieno leguntur. ἐκτίλλαι ποτὲ τὸ γένειον τὸ κάλλος τὸ σύμφυτον τὸ γενναῖον κάλλος. Πρῶτον ὑπήνη την, ἆσος χαριέστατη ἤδη Πρεσβυτέρων δὲ ἤδη ἐπαλείφεσθαι γανούμενος πώγωνι, ἐφ᾽ ὃν κατέβαινε τὸ μύρον τὸ προφητικὸν Ἀαρὼν τιμώμενον. Χρὴ δὲ (hæc conclusio est totius de cultu barbæ sermonis. τὸν ὀρθῶς παιδαγωγούμενον, ἐφ᾽ ὃν ἡ εἰρήνη κατεσκήνωσεν, καὶ πρὸς τὰς ἑαυτοῦ τρίχας εἰρήνην ἄγειν. id est: *Nefas enim est barbam evellere congenitam pulcritudinem, generosum decus.* Primò barbatum; namque hæc gratissima pubes. *Post etiam inungitur delectatus barba, in quam ungventum propheticum descendit, Aarone honoratò. Oportet autem qui rectè instituitur, super quē pax habitavit, etiam cum pilis suis pacem habere.* Istam trajectionem, quam indicavimus, antiquissimā esse oportet, quòd ad omnes codices manaverit; qua admissa, optimè cohærebunt omnia, ut patebit hæc nostra cum editis conferenti.

Ibidem de vulgari parentum cum prostibulis συνέδῳ ἢ συνανακλίσει est: παισὶ πορνεύσαντι καὶ μαχλώσαις θυγατράσιν ἀγνοήσαντες πολλάκις μίγνυνται πατέρες. οὐ μεμνημένοι τῶν ἐκτεθέντων παιδίων καὶ ἄνδρας δείκνυσι τοὺς γεγεννηκότας ἀκρασίας ἐξουσία. *Inter viros fieri eos qui genuerunt efficit nimia libidinis licentia:* quod ipsum ænigma Sphingis est. Alludit *Clemens* adagio noto. ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι, *magistratus virum*, qualis sit, quid valeat, *ostendit*, & quòd potentia seu strenuitas in exercenda libidine liberis prodat patres suos esse viros. significat, h. e. liberi, filii filiæque quibus sic abutuntur πρὸς τὰ ἀνόητα καὶ ἄῤῥητα patres, eo ipso cognoscunt quàm viri sint οἱ γεγεννηκότες, patres sui.

L. 1. Strom.

Digitized by Google

L. 1. Strom. f. 222. Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς πεποίηται. Λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι. Hic dignus vindice nodus; sed in quem nemo doctorum hactenus incidit, qui solveret. Democritum, quem vel κατ' ἐξοχὴν, vel ut ab æquivocis, inter quos alius historicus, alius Poëta, alius rhetor, eum discernerent, *Physicum* adpellarunt, ut est apud *Varron. l. 1. de re r. c. 1* & Plin. l. 28. scripsisse περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων è *Diog. L.* scimus; Ea cum *moralibus Babylonicis & expositione columnæ Acicari* de quibus *Clem.* eadem fuisse verosimile est; sed de isto Acicaro ejusque columna

rationes jacent; judicium silet: quid agam nescio;

adeò si quis me interroget nihil ferè respondere possum. Est enim inter ἅπαξ ἀναγινωσκόμενα in antiquitate, quantum ejus mihi cognitum est, universa. Experiar tamen; Acoris quidam, qui & Acencheres inter Ægypti reges fuit; Ægyptiis & Æthiopibus solenne doctrinas suas sacras & sapientiam arcanam de naturalibus & civilibus symbolis quibusdam, figuris animalium aliarumque rerum sublunarium cælatis ceu literis mysticis in pyramidibus & obeliscis proponere; partem etiam in templorum adytis conservarunt soli ejus custodes & doctores Ἀμμουνέες seu sacerdotes, quorum in Solonis, Pythagoræ, Democriti, Platonis vita multa mentio; istæ hinc ἀπόκρυφα Ἀμμουνέων γράμματα à *Philone Byblio* apud Euseb. l. 10. πρόπαρ. Ev. c. 4. adpellantur; præterea Democritum præterquam Chaldæam, Indiam, & Persidem etiam Ægyptum perlustrasse, conversatum aliquandiu cum sacerdotibus, & cognitione scientiarum omnium divitem ab iis in Græciam rediisse constat. Ex his non absurdè videtur colligi posse, quæ illa *Acicari columna*. Acicarus *Clem.* non est alius quàm Acencheres. Babylon de qua apud *Diogen.* opidum Ægypti est, memoratum *Straboni* l. 17. qui Φρούριον ἐρυμνὸν adpellat; olim sita super Nilum; nunc cum Cairô uno muro inclusa hoc nomine; *Jac. de Vitr. l. 3. hist. Hierosol.* à *Bellonio* paulò suprà Cairum ponitur. De ea verò *Diogenem* & *Clem.* intelligi debere probat, quod sequitur apud eum, Democritum scripsisse περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων. Ἱερὰ γράμματα in solis Ægyptiorum rebus nominantur. Dixi quod verosimile de argumento obscuro; κρεῖσσον δ' ὀλίγον σφάλλεσθαι ἢ παντελῶς σκολιάζεσθαι. *In rebus obscuris ut errare necesse*

N *est, ita*

est, ita non errare fortuitum. Quin sicubi erraverim, me lubente eripiat mihi hunc errorem & è narthecio omnigenæ eruditionis exactius excoctiusque aliquid proferat is, in cujus amplissimo nomine incepi. HEINSIUS.

CAP. XXIII.

Versio Latina in Clemente emendata duobus locis: Ipse mendâ purgatus in nomine Jophontis: iterùm aliter versus contrà Hervetum. CL. Heinsi in eo conjectura seposita. Sicinni qui. Sicinnistæ: Sicinnium. Vocula Sicinnissat restituta Isidori glossario: hujus emendatio in Saracenissat CL. Barthio remissa: item ejusdem in Encænissat sua Joh. Ludovico de la Cerda. Clemens emendatus & versiones examinatæ. Cur rami ficulni in Eleusiniorum cistis: è Clemente σφάλμα conjecturâ remotum: Is explicatus: Meursius notatus. Clemens iterum emaculatus: Sarmanes: Brachmanes: Hylobii, philosophi Indorum. Λόγος τοῦ Θεοῦ & ὁ Θεῖος λόγος *distincta sunt.*

TA Φρέατα φασὶν ἀντλούμενα βελτίω γίνεσθαι: αἱ τῶν πηγῶν σπέρμαγες ἀπαντλούμεναι δαψιλέστερον βρύουσιν ὑπὲρ τὸ πρότερον μέτρον ἀναπηδῶσαι: *fontium gurgites cum hauriuntur uberiùs scaturiunt, altiusq; quàm priùs exiliunt:* Idem in *Clemente* recensendo nobis accidit, ut quò magis eum purgamus, eò plura quæ purgari desiderant emergant & infelix lolium vel sub falce succrescat. Non est hujus operæ versionis infidelis, infelicis, quæ senem desultorem blennæ ac pituitæ obnoxium eòque plurima necessariò prætervidentem sapit, nævos omnes detergere; faciliùs nova exiret; eos tamen, qui obferuntur cum autorem in manus sumsimus, prætervehi non oportere autumamus.

Fatalem esse interpreti Clementis *Herveto* obscuritatem indicio CL. *Heinsi* scimus; & quis intelliget ex ejus Latinis hisce; *Nunquid autem decachordum Psalterium Verbum JESUM significat, qui manifestatur elemento decadis,* ista l. 2. Pæd. c. 4. f. 122. Græca? καὶ μὴν τὸ δεκάχορδον ψαλτήριον τὸν λόγον τὸν Ἰησοῦν μηνύει, τῷ στοιχείῳ τῆς δεκάδος φανερούμενον; quorum sensus est, nomen JESU esse decachordum Psalterium illud,

illud, de quo David Psal. 32. quòd ejus nominis initialis litera I numeri denarii nota sit. Similiter l. 6. Strom de Decalogo argutatur: *Καὶ ὅλως*, inquiens. *ἡ δεκάλογος διὰ τοῦ ἰῶτα στοιχείου τὸ ὄνομα τὸ μακάριον δηλοῖ, λόγον ὄντα τὸν Ιησοῦν παριστῶσα.*

L. 6. Strom. cum dixisset Empedoclem quod ventum Agrigentinis molestũ inferẽdo morbos & sterilitatẽ sopiisset adpellatũ fuisse *κωλυσανέμαν*, adfert ex ejus carminib. hos, qui & apud *Laert.* leguntur, versus:

Παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι θνητοῖσι κατὰ φθινύθουσιν ἀρούρας
καὶ πάλιν ὅταν τ' ἐθέλησθα παλίντιτα πνεύματα θήσεις.

Interpres tertium versum ita vertit, quasi cum duobus antecedentibus non connexus, sed *τὸ καὶ πάλιν* nota sit alterius alicujus testimonii ex Empedocle accersiti; *Et rursum:*

cumque voles eadem tu rursum flamina pones: quod falsum est; ipsum enim versum immediatè antecedentibus cohærentem constituit; nam sic apud *Diogenem*,

καὶ πάλιν, ἢν κ' ἐθέλησθα, παλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις
θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα, E quibus adparet simul

Clementi familiare esse, in testimoniis ultimas immutare.

In istis *l. 1. Strom.* f. 205: Ιοφῶν δὲ ὁμοίως ὁ κωμικὸς ἐν Αὐλῳδοῖς σατύροις, nomen poëtæ quod insolentius erat corruptum est; id mutandum in Νικοφῶν. Hunc enim *Athen.* l. 3, 6. & 9. laudat ἐν Σειρῆσιν, ἐν Χειρογάστορσι: *Harpocration* & *Pollux* eodem nomine. Ejus Ἀδώνιδα actam Ol. 97. a. 2. *schol. Aristoph. Pluto.* Binomine autem fuit illud Nicophontis drama; unde legendum apud *Clem.* ἐν Αὐλῳδοῖς ἢ Σατύροις. De *Jophonte Cnosio* alia res est: Is enim vatum oracula heroicis versibus exposuit, ut constat è *Paus. Atticis.*

L. 3. Pædag. c. 4. ubi de præposteris fœminarum studiis, *ἀλλ' αἵγε ἀστειότεραι τούτων*, inquit, *ὄρνεις Ἰνδικοὺς καὶ ταώνας Μηδικοὺς ἐκτρέφουσιν καὶ συνανακλινόμεναι τοῖς φοξοῖς παίζουσαι σικίννοις τέρασι γαννύμεναι.* Hervetus: *Quin etiam ex his quæ paulo sunt civiliores aves Indicas pavonesque Medicos nutriunt, & si quod est acuto capite, monstrum veriùs quàm homo, ei accumbunt & cum eo ludunt, lascivis saltationibus & portentis se oblectantes.*

Observamus h. l. duplex *Int.* erratum; quòd *σικίννοις* reddit *saltationibus*, cum tamen saltatio Satyrica *σικιννὶς* diceretur, non *σίκιννος*: & quòd copulativam in ultimo membro præter rationem superaddit. *CL. Heinsius in not.* scribi vult, *σικιννίζουσαι περ. γ.* ut cum Satyris istis & mostellis satyricè & lascivè saliant, quod est *σικιννίζειν*, sicut cum illis ludunt. Inviti discedimus à viro in his literis consummatissimo; aliter enim præclarissimum ejus ingenium merebatur; sed cum *τῷ σικιννίζουσαι* omnes codices reclament, etiam ipsa *ῥῆσις Clementina*, quæ non tam corporeas fœminarum istarum voluptates, quas in saltationibus impudicis sectarentur, quàm animorum ineptiis, quas hic commemorat, gaudentium sinisteritatem perstringit; malumus ab edita lectione ne quidem minimum abire, quod ea sensum commodissimum exhibeat. Interpretamur autem *σικίννους* à *Clemente* adpellari *τέρατα* adpositivè; monstris enim quàm hominibus similiores Satyri; & horum portentosis tàm figuris quàm actionibus se oblectare istas. *Σίκιννοι*, Sicinni h. l. iidem cum Satyris & deformitate obscœnitateque ridiculis *προσώποις* sive pithecis veriùs ac larvis; fuisseque hoc nomine Satyrum quendam è *Luciano περὶ ὀρχήσ.* colligere est. Ait tres esse nobilium saltationum species, cordaca, sicinnin, & emmelian: quas cum *οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ Σάτυροι* invenissent, *ἀπ' αὐτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν*. Fuerit igitur inter primos Satyros etiam Sicinnus, à quo saltationi nomen. Expressè *Athen. l. 1.* *Σίκιννις, ἧς εὑρετὴς Σίκιννός τις βάρβαρος. Οἱ δὲ φασιν ὅτι Κρὴς ἦν ὁ Σίκιννος*; ab hoc post qui deformi specie lascivis motibus risum spectantibus conciunt per metaphoram vel synecdochen speciei dicti *sicinni*. Hos autē Latinæ linguæ inserere nos nemo mirabitur, qui sicinnistas è *L. Accii* poëtæ *pragmaticis* à *Gellio l. 20. c. 2.* nominari, & sicinnium, genus saltationis apud veteres fuisse, quod aliquando saltabundi cantarent isti, pòst & stantes, nôrit. Quin & verbum è Græco *σικιννίζειν*, Latina formatione factum in *Isidori glossario* reperiremus, nisi fecissent mangones. Ab hisce enim est quod hodie ibi legimus, *Sanceni ssat & Sanciviss at, lætatur, triumphat.* Erat antequam impuræ manus ista collutularent, *Sicinnissat, l. t.* Sicinnissare est cum tripudio & cantû vinnuiô lætitiam exercere. Emendationem hanc nostram veriorem esse quàm ut comprobandæ verbum præterea addi oporteat etsi certissimi simus, de ea tamen *CL. Barthium* arbitrari inpri-

inprimis volumus & *Joh. Lud. la Cerda.* Uterque enim in hoc loco sanando operam posuêre, pro virili quisque. Ille de Saracenis in hac voce aliquid latere suspicatus, legit *Saracenissat, l. 55. Adv. c. 9.* ut eâ habitus â Saracenis velit in triumphum ductis lætantis exprimatur. Iste de Encæniis opinatus aliquid *Encænissat* substituit *cap. 141. Adv. sacr. n. 310.* quod dies Encæniorum festi & cum lætitia, omnique adeò lubentia publicè agitentur. Sed, ni fallimur, oleum hîc & operam perdidêre.

In protreptico f. 11. ubi de cista mystica in sacris Eleusiniis solita â mulieribus bajulari scribit conspici repositas in illa *σησαμίδας καὶ πυραμίδας καὶ τολύπας, καὶ πόπανα πολυόμφαλα* &c. additque, *ἔτι δὲ ῥοιαὶ πρὸς τοῖσδε, καὶ καρδίαι, καὶ νάρθηκες καὶ κιττοὶ*; *mala Punica, corda, ferulæ, hederæ*; ita vertit *Hervetus*, retinuit *Meurs. l. de Eleusin. c. 25. & Guth. l. 1. de vet. jure Pontif. Franc. Vigerus* apud *Euseb. l. 3. præp. Evang. c. 2.* ubi locus iste *Clem.* laudatur, reddit *medullas arborum*. Ex istis quæremus rationem cur in cista illa *corda*, vel *medullæ arborum*: quam cum dare nequeant, suspectam meritò habemus & editam lectionem & quæ hac nititur eorum versionem. Nihil comminiscimur sed de sacri ipsius intimô desumimus, quando apud *Clem.* substituimus *κράδαι* & exponimus, *rami ficulni, cacumina ramorum, συκῆς ἀκρεμόνες.* Hos in cista mystica reposuerant in memoriam ejus quod Bacchus ab inferis, quo Semelen matrem reducturus descenderat, rediens, ut pateretur quod Prosumno (Πολύυμνος Tzetzæ est, *Hygino in corona Ariadnæ*, Hypolipnus, aliis Hypolinnius. *Nazianz. στηλ. β.* Polyhypnus.) viæ indici promiserat, qui intereà dum ipse Stygem collustrat obierat, è fico ramum præfectum in figuram penis dolavisset, *Arnob. l. 5. Jul. Firm. l. de err. profan. relig. c. 13*: *ἐφέζεται δὲ τῷ κλάδῳ τὴν ὑπόσχεσιν ἀποτελῶν τῷ νεκρῷ*, inquit *Clem.* l. d. f. 17. In Eleusiniis autem memoria etiam rerum Bacchi, quòd cum Cereris è Jove filius esset, unà cum matre sororem Proserpinam seu Liberam apud Plutonem accensâ face quæsivisset; eoq; sextô Eleusiniorum die Jacchum myrtô coronatum & lampadophorum producebant: V. *Meurs. l. d. c. 27.* Ipsum verò *σύκινον πέος* seu *φαλλὸν* in sacris Liberi ostentabant, *Theodor. l. 7. & 8. θεραπ. ἑλλ. παθ. Apostol. Cent. 20. prov. 12.*

Inter ritus horum Eleusine sacrorum fuit, quod ab hierophanta de certis quibusdam veluti symbolis rogati initiandi responderent in acce-

acceptionibus, uti catechumeni de fidei principiis. Σύνθημα verò erat tale: Ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην: *Cl. l. d. Jejunavi, bibi cyceonem, sumsi ex cista, postquam feci, reposui in calathum, & è calatho rursum in cistam.* Vox ἐργασάμενος quam etiam retinet *Guth. l. 1. de veteri jure Pontif. c. 25.* suspecta est; non enim respondet ei quidquam in sacro illo quod fecissent initiandi; malumus igitur θεασάμενος, *postquam inspexi* sacrum illum ῥωπον & secretam mercem. Cyceonem a. etiam è cista accepisse, ut adnotavit *Meurs. l. d.* nec hujus nec illius conditio tulisset. Eum exemplo Cereris à Bavbone hospitio acceptæ biberunt οἱ μυσταγωγούμενοι.

L. 1. Strom f. 223. cum philosophos diversarum gentium enarrat, nominat etiam Indorum gymnosophistas, & alios sapientes barbaros; esse autem eorum duplex genus; alios enim vocari Σαρμάνας; alios Βραχμάνας: καὶ τῶν Σαρμάνων οἱ Ἀλλόβιοι προσαγορευόμενοι οὔτε πόλεις οἰκοῦσιν οὔτε στέγας ἔχουσιν, inquit. Nomen horum corruptum è *Strab.* de Onesicriti sententia eadem tradente l. 15. restituendum est in Ὑλόβιοι. q. d. Sylvicolas: adpellationis ratio, ζῶνται ἐν ὕλαις ἀπὸ φύλλων καὶ καρπῶν ἀγρίων ἐσθῆτας ἢ φλοιῶν δενδρέων, ἀφροδισίων χωρὶς καὶ οἴνου. *Clem* δένδρων ἢ ἀμφιέννυνται φλοιοῖς, καὶ ἀκρόδρυα σιτοῦνται καὶ ὕδωρ ταῖς χερσὶ πίνουσιν, οὐ γάμον οὐ παιδοποιΐαν ἴσασιν: quæ εὐτέλεια & ἀφέλεια victus de silvarum inhabitatione & inde horum denominatione testatur; quæ ipsa etiam in *Cyrilli l. 4. contrà Julian.* integra extat.

Veteres Theologos distinguere τὸν Θεοῦ λόγον, qui & Θεὸς λόγος, ut apud *Theodor. l 6.* θεραπ. & Θεὸς ὁ λόγος, è Joh. 1. ubi hoc subjecti, illud attributi vicem habet, & τὸν Θεῖον λόγον, qui est ὁ ἔγγραφος, ὁ προφορικὸς, ὁ ἐνδιάθηκος verbum Dei scripto comprehensum docet *Cl. Heinsius not. f. 47.* Sed hoc discrimen non fuisse antequam Paulus Samosatenus cum suis & Ariani turbarent observatum ex ipso *Clemente* ostendero. Ita enim *l. 1. Pædag. c. 9.* de verbo substantiali & imagine Patris, Servatore nostro: ὁ τῆς ἀνθρωπότητος παιδαγωγὸς ὁ θεῖος ἡμῶν λόγος, σώζειν ἐπιβέβληται τοὺς νηπίους; & quæ sequuntur.

CAP. XXIV.

Proverbiorum utilitas & scriptores. De Michaele Apostolio parœmiographo: Is correctus & explicatus: Clypeus Argivus:

Junonia

Digitized by Google

Junonia festum Argis: Saxum Arundelianum illustratum: aliud Romanum emendatum & explicatum. Σεμνύνεσθαι quid. Apostolius duobus locis emendatus; tertio suppletus & explicatus, itemque Aristoteles: Gazæ & Scaligeri versiones castigatæ; Pantinus de Toronæorum tolerantia falsus: Torone: Apostolio σφάλμα ejectum.

NOn minimùm ad variam solidamque eruditionem momenti in parœmiarum cognitione situm & earum tàm ad antiquitatis notitiam, quàm ad mentis morumque formationem insignem usum esse à saniorum maxima parte constitutum est. Sunt enim eæ veteris sapientiæ οἰχομένης περ vestigia & reliquiæ, ortæque cum hominibus natis per quosvis seculorum circumactus traduce populari vagatæ & ad nos conservatæ restant; Neque populus aliquis fuit, cujus lingua ejusmodi sententiæ rem manifestam argutâ obscuritate tegentes, & significantes τὰ νοητὰ διὰ αἰσθητῶν non circumferrentur. Alexandrinorum familiares & singulares *Plutarchus Chæronensis* digesserat. Ipsa Dei sapientia per parabolas ænosque locuta est mortalibus; & proverbiorum in utroque Fœdere, Pandectis Judaicis & cæteris Rabbinorum commentariis tanta copia est, ut ad Græcorũ, qui in hoc genere maximè ambitiosi, luxuriem adsurgere videantur Ebræi. In horum proverbiis eruditam utilemq; operam juventuti navarunt *Fagius, Drusiusque* singularibus libris; in Græcorum Latinorumq; quivis quarumvis ætatum eximii, *Aristoteles, Theophrastus, Plutarchus, Diogenianus, Zenobius, Hesychius, Suidas, Eustathius*, alii; & non pauciores his magno *Des. Erasmo*, tot chiliadum repertori, æquales, supparesque viri ad unum omnes nominatissimi. Non prætereundus nobis erat *Michael Apostolicus Byzantius*, ex illis qui capta a. 1452. Constantinopoli migrata patria Romam invexêre Athenas Græcis, ut tempora ferebant, literatis: cujus manu exaratum codicem *librorum XII.* Ἑλλην. παθ. θεραπευτικῆς *Theodoreti* Bibliotheca Palatina aliquando possedit. Ejus parœmiarum sylloge duarum chiliadum neque brevis, neque diffusa nimis, quod in aliis desideres, sed commoda planè post epitomen ab Hervagiô olim datam, plenior curata nuper à *P. Pantino*; & hujus ἐφέδρῳ *A. Schotto*; ornata atque illustrata à *CL. Heinsio* est. Nos in ea notavimus

vimus nonnulla, quæ Græculi prodant infantiam ignorantiamque: qua ne posteritati aliquà intertrimento sit, providebimus indicando, & quà poterimus persanando.

Proverbium 21. Cent. 21. *Apostolio* tale est: *ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι βούλομαι. Λέγεται ἐπὶ τῶν τοὺς φίλους τοῖς ἑαυτῶν ἔργοις εὐεργετούντων: Tanquam heros in scuto excipere volo; Dicitur de iis qui amicos ex suismet rebus beneficio adficiunt.* Quis intelligat, quomodo in scutô hospites excipiantur: & quis ille heros? Οὐδὲν ὑγιές quomodocunque rem expendamus, & quocunque vertamus. Res est, deceptum esse Apostolium prava lectione adagii quod deductũ ex alterô, de quô pòst, ita fuit concipiendum: *ὥσπερ Ἡραίοις* vel *Ἥρας ἐν ἀσπίδι ξενίσαι βούλομαι* h.e. *velut in Junoniis cum clypeo, vel cum Junonis scuto, adparere volo.* Sciendum est, quòd quidam clypeus apud Argos, quem Evippi regis fuisse ajant, in quodam urbis *δυσπροσόδῳ καὶ χαλεπῷ* loco fuerit tàm validè affixus, ut non nisi difficillimè avelli posset. Itaque certantes, (fiebat hoc in sacris Junonis, *Ἡραίοις*) vires suas experiebantur, tentabantque avellere: avellere autem potuisse gloriosum valdè erat; deducebaturque cum pompa per urbem is qui avulsisset; cujus rei vestigium est in corporis sagittariorum nostratium consuetudine. Ejus certaminis mentio in saxo Arundeliano apud *Seldenum*, de quô f. c. 11. ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ: In alterius Romani apud Grut. f. 314. corruptis his: ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΗΡΑΣΕΜΜΙ: quæ *Lipsius* ut se non intelligere fateretur reddidit sic: *& clypeum attollens* - - - - Nos conjectura ducti, ΑΣΠΙΔΑ ΗΡΑΣ ΕΝ ΑΡΓΕΙ: restituimus. ΗΡΑΣ satis expressum est in lapide: τὸ ΕΜ in ΕΝ nobis abeat, & fortassis nemo repugnat: è syllaba ΜΙ quæ nova in saxô lineam inchoat fecimus ΓΕΙ & primã hujus vocis ΑΡ vel ex antecedentis versus fine, vel ex hujus initio culpa descriptorum excidisse suspicamur: & in marmore Romano alio orbis cum hac inscriptione: ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ ΤΡΙΣ. Iste clypeus dedit occasionem proverbio; *Σεμνύνεται ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελών* i. e. *magnificatur*, extollitur, *ut qui Argis clypeum detraxit*; quanquam τὸ *σεμνύνεται* utpote verbum medium etiam activè exponere liceat, eodem manente sensu, de eo qui gradu magnifico invehitur, procedit an... & exhibet se ob rem strenuè gestam ostentans, venditansque *βαδίζων ἡρεμαίως πλέον τοῦ δέοντος κιγκλίζων*; & hoc sensu æqui-

æquivalebit huic alterum; Βαδίζειν Ηραῖον, *Junonium incedere h. e.* more eorum qui sacra Junonis ferunt, ut loquitur *Horat. l. 1. Sat. 3.* vel qui avulsi clypei gloriâ tumidi illustresq; per urbem deducti μετὰ φαντασίας superbiunt & de facinore se venditant etiam gressu ad gravitatem composito. Hæc φιλοσχολάοις grata fore speramus, quòd Epistolam 212. herois, in quâ multæ moræ & tenebræ lectori, extricent & illustrent. De eo ipsô clypeô, circà quem Argivi in festo Junonis occupabantur, loquitur ille quisquis autor hujus *Apostolio*; hic enim tantùm συλλεκτείας est: quod interpretor; quasi Junoniis in scuto, vel Junoniis scutum gerens, homines in admiratione rapere, novus insolensq; adparere volo. Hoc ille de se poterat dicere, cui inopinatò & quos nemo sperasset honores contigerint, & qui cum honorum insignibus desubitò inter suos insolens & admirandus adpareat. Ξενίζω absolutè & sine casû positum hoc loco est adpareo alius novus insolensque in oculis eorum, quibus optimè notus eram, eosque rei novitate stupefacio. Hic sensus ejus locutionis est, ubi solùm τὸ Ηραίοις vel Ἥρας ἀσπὶς proverbii speciem habet, & quemvis honorem ac gloriam, qua quis præter spem ornatus conspicitur & admirationi est, significat: ut & in isto ἄξιος εἶ τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος, *dignus es Argivô clypeô*, quod *Apost. C. 3. pr. 70.* ἐπὶ τῶν ἐνδόξων καὶ εὐδαιμόνων, *in valdè honoratos & fortunatos* dici scribit.

Cent. 6. prov. 77: Δάκτυλος ἡμέρα. Ἐπὶ τῶν εὐημερούντων. Δάκτυλος γὰρ τις ἐγένετο ἀνὴρ Ἀθήνησι μεγίστων τιμῶν λαχών. *Dactylus dies. De iis qui feliciter degunt. Dactylus enim vir quidam Athenis fuit qui ad maximos honores evectus fuit.* Erasmo *Chil. 2. C. 4. pr. 97.* Δατύλου ἡμέρα, *Datyli dies,* è *Zenobio*. E pravâ lectione non nisi falsa explicatio nasci potuit; & commentitium est, quod narrant de Datylô cive Atheniensi. Emendarunt antè docti Δάκτυλος ἡμέρα, *Digitus dies,* ut vitæ humanæ brevitatem, quam vel digito mensura omnium minima emetiare, significet. Est autem *Alcæi*, pro quô *Barth. l. 54. c. 16. Adv.* τὴν *Sappho* nominavit, apud *Athen.* hoc:

Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἀμέρα.

quod expressit *anthologii* poëta incertus, δάκτυλος ἀώς; & *Seneca, punctum est quod vivimus, & adhuc puncto minus,* alterumque hoc *Apost. C. 17. pr. 52.* Σπιθαμὴ τοῦ βίου, *Spithama vitæ.* Rem & verba è sacris scripto-

ribus accepêre pagani. Nam David Psal, 39, 6: *Palmares* טְפָחוֹת *posuisti dies meos*, inquit. טופח *tophach* palmus, mensura quatuor digitorum, tertia pars זֶרֶת *Zereth*, spithamæ. Παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου, LXX: παλαιστή, palmus: *Symm.* ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου. Digiti quidem ut mensuræ omnium minimæ nulla in sacris mentio est, neque vox quæ τῷ δάκτυλος propriè respondeat; Rabbini tamen, quô eum designarent, adhibuère vocabulũ אצבע *etzbah*, ut adnotavit *Waserus*.

In C. 20. prov. II. Ὑφάντου πταίσαντος ὑπητὴς ἐτύφθη, *textore errante Hypetes vapulavit*, & lectio & versio vitiosa est. Ὑφάντῃ opponitur ἠπητὴς, textori sutor sartorve, qui & ῥάπτης, ἀκέστης. *Erasmus*, qui Ch. 4. C. 3. pr. 63. quid sit *hypetes* nondũ se apud autores reperisse ait, in æternum frustrà laborerit quærendo. Ἠπήσασθαι est ἀκέσασθαι, & dicitur de vestibus, de calceis, de aliis utensilibus, quæ reficiuntur. Ἠπήτρια, ἀκέστρια, sartrix. Æquipollent huic prov. ista: ἂν ὁ μάγειρος ἐξαμαρτάνοι, τύπτεται αὐλητής: τοῦ κυνὸς κακὸν ὗς ἀπώλισεν: *propter folium vapulat caulis*; & Thalmudicum illud à Dinæ raptu *Gen.* 34. ductum, *Sichem duxit & agricola plectitur*.

Cent. 19. loco 41. ista: Τορώνη. Δίδυμός φησιν ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἁρμοζομένων καὶ σεμνοποιούντων ἑαυτοὺς πρὸς τὰ ἐναντία: *Torone. Didymus ait paræmiam dici de iis qui seipsos componunt & pulcrè comparant contrà adversa*. Vocem solitariam Τορώνη non explere sententiam proverbialem, eòque hîc mutilum esse autorem satis claret. Didymus, quem laudat, & è quo rem omnem ἀνεμποδίστως caperemus & disceremus, periit; alius parœmiographorum nemo tradidit: quàm ergò viam investigandæ ei insistemus? Sensus proverbii apertus & elegans in eam nos deduxit. Aristot. l. 5. hist. anim. c. 15. scribit de spongiis, quòd, si se avulsum iri præsenserint, contrahantur, & tum non facilè avelli possint; idque faciunt etiam, addit, ὅταν ᾖ πνεῦμα πολὺ ἢ κλύδων, πρὸς τὸ μὴ ἀποπίπτειν, ὥσπερ οἱ ἐν Τορώνῃ, *vehemente spirante vento & undabundo mari, ne decidant, uti ii qui ad Toronem*, seu, veluti Toronenses. Subjicit *Aristoteles*, εἰσὶ δέ τινες οἳ περὶ τούτου ἀμφισβητοῦσιν, *Sunt autem qui de hac re dubitent*. Ita enim textus iste digerendus est & vel trajectionem hîc commissam esse, vel ista, Εἰσὶ δέ. parenthetôs dici, quòd hyperbata in *Aristotelis* lectione frequenter occurrant, statuendum. Certissimum enim τὸ, οἱ ἐν Τορώνῃ, non posse nisi ad σπόγγους referri & propterea

στιγμὴν

Digitized by Google

στυγμὴν post τὸ ἀποπίπτειν tolli oportere tàm in ῥήσει Aristotelica quàm in *Gazæ* & *Scaligeri* versione. Ad eos autem, *qui de ea re dubitent* referre, & *inter* dubitantes *esse Toronenses*, uti uterq; vertit, neutiquā licet dicere: sed historia est de spongiis Toronensibus, quas vice exempli eadem ratione, qua in sequentibus eas quæ circà Lyciam, in Hellesponto, circà Maleam reperiuntur, producit. Jam igitur ex *Aristotele* supplemus *Apostolium* & decernimus legendum esse, Τορωναῖοι vel Τορώνης σπόγγοι, vel ὥσπερ σπόγγοι οἱ ἐν Τορώνῃ, subintellecto verbo ποιεῖν, vel simili, *velut spongiæ ad Toronē*, quæ se, cum sentiunt accedere aliquem qui velit avellere, & cū vent⁹ spirat vehementiùs & mare fluctuat, ne decidant, contrahunt: exemplū hoc modo eorum, qui se adversus quosvis casus muniunt & ad fortiter sufferendos omni ratione componunt, quæ adagii interpretatio est; vicissim ex *Apostoliô* ordinamus *Aristotelem*, & interpretamur, ab eo spongias ad Toronem àdfectionis seu proprietatis, de quâ ibi, demonstrandæ gratia adduci. Non audiendus igitur *P. Pantinus*, qui proverbium ab insigni Toronæorum in adversis tolerantia manasse scribit; non enim docere poterit, quando & quomodo eam hi exercuerint, ut in proverbium abire propterea debuerint. Toronen *Mela* l. 2. c. 3. & *Ptolemæus* Macedoniæ urbem juxtà quam sinus portusve Toronaicus dictus; alii Epiri; alii Troadis: *Thucyd. l. 4. belli Pelop.* Chalcidis faciunt; *Stephanus* & *Socrates* (hic enim Θρᾳκικῶν libros scripsit, quos laudat *Plut. parall. c 18.* & emendandus igitur *Apost.* qui Ἰσοκράτῃ de Torone citat) Thraciæ adscribunt.

CAP. XXV.

De nominum propriorum in scriptoribus corruptelâ non inutiliter dispicitur. Griphi Virgiliani è proprio Cœli nomine solutio, ab ipso Poëta data. Nomina propria omissa redduntur autoribus, depravata corriguntur, alienis & falsis vera substituuntur: Præstitum hoc in Aristotele de sepulcro regis Argivorum Argi; laseris natales; in Cicerone de Samsicærano: nomen est regis Emesenorum: Scham, Siamæa, Scemi, i.e. Syria. Benjaminis Tudel. itinerarium illustratum & expositum contrà Drus. & S. Petitum. Judæi Schamiin i. e. Syri, non Cœlestes; Irhakiin, i. e. Iracenses

sev Babylonii non Graeci. Hyerak provincia Persidi attributa ad Tigrim, vicina Babyloniae. Judaei Babylonii non legêre Biblia Graecè in synagogis: Judaei Orientales & Occidentales: novella Justiniani 146. illustrata. Σάμψα, i. e. Sol: Emeseni & Edessani cultores Solis: σαμψηραὰ quid: μηλοφόροι apud Persas qui: Josephus explicatus. Nomen proprium Plinio restitutum Apollonides Horapion: Bilbitani, Aquae-Cilini: item Dioscoridae & Oribasio: Plutarchus emendatus de Sosicle Coronensi: Corone: Colonus locus Atticae; iterùm de Charetis patriâ & Philippi Theamgellensis: autor chronici Alex. de templo Oniae Heliopoli: Raderus de vocis τριλίθου interpretatione notatus. Theophilus Antiochenus emaculatus de Chryserote Imp. M. Aur. Veri nomenclatore: de eo falsi Clauserus & Vossius, qui Cratorem vocant. Flori edita lectio prae CL. Salmasii emendatione recepta: Apulo i.e. Apollo: Rex Istrorum Æpulo. Dion de fluvio Erygro: Tzezes de scriptore Bigridio & Symmacho: Agathias & interpretes ejus in Cermasa.1, & Obala emendati. Itinerarium Anton. Imp. dictum correctum: Glaber Rad. de Iporciâ civitate. Caelius Rhodig. de Cirrhippo, Kirchmannus de Posidonio, Maussacus de Taco, Gesn. de Delô falsi.

SArtis tectis scriptorum veterum maximè deputamus hanc operam & emolumenta, quae à tenvitate nostra proficisci poterunt, omnia, ut & suus iis nativus nitor redeat, & constet veritas, quae animorum jucũdissimum pabulum est, & laborum de eruditione meta. Quid enim, si corrupti & conturbati sunt hi fontes sani & sinceri imbibemus qui ex iis haurimus? Notabiles autem valdè corruptelae & plagae istae, quas in nominibus propriis passi sunt; Easque sanari ritè maximè interest historiae omnis; quae si circà personas & loca malè habeat, fabulae proprior est mendacioque, & nulli rei commodè audacterque adhiberi potest. Quin si nominum propriorum, quorum propriè & primariò historia est, ratio nulla habeatur, omne quod in historiis scire possumus πανσπερμίαν Anaxagoricam & tenebrosum ac informe chaos referet, & quicquid ex historiis repetemus, anilib. de Solis pectine Lamiaeque turribus narratiunculis simile erit, & inter ἀκέφαλα μυθάρια, ὧν οὐδεὶς μὲν λόγος. In aenigmate Damoetae Virgiliani Ecl. 3.

Dic qui-

Dic quibus in terris
tres pateat cœli spacium non amplius ulnas defecêre Gramatici omnes, quòd nomen Cœli proprium explicarent per adpellativum. Hinc istæ de orificio putei Syenensis vel vasis olearii, de clypeo Ajacis, de specu Siciliæ, de mundo in Cereris sacro divinationes; quibus & istam de clibano seu furno *Alciati 1. Parerg. c. 8.* accenseamus licet, παράσκοποι & infelices omnes. Ipse verò Poëta teste *Jun. Philarg. & Servio*, rogantibus *Asconio Pædiano & Cornificio* indicavit se Cœlium quendam Mantuanum, qui consumtis opibus & divenditis prædiis solum sepulturæ locum, tres ulnas seu pedes sex latum communiter, excepisset, tetigisse. Monstra, quæ ex Arabicæ linguæ nominibus propriis personarum & locorum peperêrunt Græci & Latini, qua de re querentem legimus *Cl. Schigk. comm. in Tarich regum Persiæ*, studiosè notavimus; Ea in hanc scenam aliquando producemus caussa Medicorum Arabum, quorum nomina popularibus ineptiis apud Latinos prorsus offuscata sunt. Triplici verò ratione de nominibus propriis fucum nobis fieri experimur: vel enim amissa omninò sunt, vel corrupta prostant, vel aliena leguntur in autoribus: illa ex antiquitate suppleri, ista emendari, hæc ejici & vera reponi oportet. Specimen hic ejus rei dabimus in scriptoribus variis, velut per saturam.

Aristot. l. 8. hist. anim. c. 33. in lasere, i. e. inter silphii frutices, anguiculum nasci scribit, ὃ καὶ λέγεται ἄκος εἶναι λίθος τις, ὃν λαμβάνουσιν ἀπὸ τάφου βασιλέως τῶν ἀρχαίων, *adversus quem remediũ fertur lapis quidam acceptus à regis prisci sepulcro*; ita *Scaliger; Gaza: quem ex sepulcro cujusdam regis antiqui accipiunt.* Imperfectam esse tàm *Aristot.* quàm interpretum orationem quisque viderit. Superest enim quærere ex illo, quinam verò isti ἀρχαῖοι? Ex his, quisnam ille rex priscus & quorum? Nos utrique quæstioni satisfactum esse aliquando rebamur, si adpellativum ἀρχαίων reformaremus in proprium Ἀργείων, *Argivorum*, & nomen regis ipsius, quod ob ἐπήχησιν seu allusionem à librario omissum, Ἄργου, insereremus. Argum enim Phoronei successorem, à quô & regio Peloponnesi Argos, & populus ipse Argivi denominationem accepêre, inter reges in politia omnium de Græcorum sententia antiquissima primos fuisse ex *Apollod. bibl. l. 2. Pausan. Corinth.* & *Tatiani* λόγῳ πρὸς Ἕλληνας, qui tamen Ἀργεῖον, Apidis filium, *schol. Pind. ad Od.*

7. Olym. Ἀρχῖνον adpellat, ſcimus. Et ſic igitur in *Ariſtot.* legendum eſſe putabamus: ὃν λαμβ. ἀ [τ]. βασ. τῶν Ἀργείων Ἄργου, *quem accipiunt, à ſepulcro regis Argivorum Argi.* Sed unica hic eaque immanis mora eſt, quòd cum laſer tantùm in agro Cyrenaico olim, Syriaque, Armenia, Perſide & Media provenerit, *Theophr. l.6.hiſt.pl.c.3. Dioſc. l.3.c.94. Plin. l.19.c.3.* remedium contra ſerpentis intra ejus virgulta nati morſum ex Argivorum regione Peloponneſo & Achaja peti videatur ἐκτόπιον. At cum genus aliquod ſilphii, magydaris dictum, tenerius, minùs vehemens, & ſine ſucco, quod nomine σιλφίου etiam adpellare nonnullos ſcribunt *Theophr.* & *Plin.* ll. dd. in Parnaſſo Achajæ monte naſcatur; hæc autem Peloponneſo Argivorum ſedi contribuatur; ſi de hoc, non de exoticis illis, Ariſtotelem loqui exiſtimemus, in eadem regione: ſilphium, inter cujus frutices angviculus, & ſepulcrum regis Argivi, à quo lapis remedium veneno iſtius deſumitur, inveniemus, quod emendatio noſtra requirit. Eam verò doctis non obtrudimus aliter, quàm Auguſtus filios ſuos populo commendans, *ſi merebitur.*

Cicero in Epp. ad Attic. Pompejum M. ne apertè nominaret, quem timebat, de eventu belli & inſtante rerum converſione dubius, variis cognominibus iisque vel ad mores animi, corporis formam, & plurimùm ad geſta ejus ridiculè confictis, vel barbarie deſpicabilibus, adpellavit; modò *MegaBocchum*, cognomento *Magni* illudens, & quod Bocchum regem Mauritaniæ deviciſſet ironicè refricans; modò *Sampſiceramum*. Hoc nomine regulum quarundam partium Syriæ, Laodiceæ & Apameæ, ad Euphratem & Tigrin, vicinarum, interamnicarum fuiſſe è *Strab.* l. 16. qui Σαμψικέραμον & Jamblichum filium ejus Φυλάρχους τῶν Ἐμεσηνῶν ἔθνους nominat, & *Joſepho,* qui *l.18. antiq. c.7.* in genealogia Herodis M. meminit cujusdam Σαμψιγεράμου Emeſenorum regis, cujus filia Jotape nupta fuerit Ariſtobulo, Agrippæ majoris fratri, Ariſtobuli filio, Herodis M. nepoti, notum eſt. Id verò Pompejo impoſuit Cicero ideò, quod is Syriam & Judæam Romanis adquiſiviſſet & redegiſſet in provinciam pop. Rom. ut eſt apud *Plut. Flor. Juſtinum* & ut hominis barbari & obſcuri nomine flagellaret quem oderat. *Manutius* interpretatur, *Syriæ dominum*: Hanc interpretationem meritò amplectimur, quia cum re quam denotare dicitur conſentit; ſed vocem ipſam perperàm utrobique expreſſam refingimus

Digitized by Google

mus ut interpretationi consonet, in *Sjamicœranum, vel Schamicœranum:* cujus compositi prius Ebræum sive Syrum שאם *Scham*, posterius Græcum κοίρανος est. Voce verò hybrida toparcham in Syria denominatum fuisse nemo miretur; Erant enim per omnem Syriam Græcanicæ civitates multæ, & Græcorum lingua ibidem popularis, ut & in Arabia, quam adpellat D. Paulus. *Scham, Scemi, Sceni*, (nisi σφάλμα in hoc commisit *Alpagus interpret. nom. Arabic. juncta Avic. operibus*) & Latinorum typo *Sjamæa*, ab Ebræis Syris & Arabibus adpellatur Syria. Extat apud *Avic. l. 2. Can. tr. 2. c. 277.* & in *Georg. Elmac.* hist. Sarac. l. 1. c. 1. 3. & 4. *Catinus de Scemi* vasis genus, quod è Syria adfertur, ut exponunt Lexici: Venetis *porcellana. Benjam. Tudel. itinerar.* ubi de urbe Mitsraim seu Cairô ad ripas Nili: *Hîc duæ synagogæ Judæorum; una eorum, qui in Israëlitica regione nati sunt*, & dicitur כניסה אל שאמיין Cenesiah el Schamiin, *synagoga Syrorum*; *altera eorum qui Babylonia oriundi*, quæ dicitur כניסה אל עירקיין cenesiah el Irakiim, h. e. *synagoga Iracensium* seu in Iraca, regione Babyloniæ versus Austrum contigua, natorum è Persidis provinciis advenarum. *Drusius l. 4. de trib. sectis Jud. c. 20.* priores illos de Judæis Cœlicolis, quorum Impp. Honorius & Theodosius *l. 12. C. de Jud & Cœlic.* meminerint, explicat, nomen genti à natali solo impositum & proprium in adpellativum mutans; quasi isti ab Ebræa voce שָׁמַיִם quæ *cœlos* significat, *Schamiin* i. e. *Cœlestes* fuerint adpellati, *extr. respons. ad Minerval. Serar I*; Ingeniosissimus *Petitus*, vir non sui nominis, sed verè inter Gallorum literatorum maximos numerandus, etiam rationem denominationis excogitavit; scil. *Cœlestes cognominabantur, quia Biblia in suis Synagogis Hebraicè legebant, ut cœlitus accepta & tradita fuerant à Mose & Prophetis, Var. lect. l. 2. c. 11.* Sed, sit verbo venia! falluntur; Uterque, quòd τὸ *Schamiin* nomen gentile habent pro adpellativô; *Petitus* seorsim, quòd *Irakiim* interpretatur, *Græcienses, qui Græca tantùm Biblia in suis Synagogis legebant:* cujus interpretationis rationem nunquam dare poterit curiosis: nos nostram probabimus luculenter: pòst *Petitum* convincemus. Distinguit *Beniamin* vel potiùs distinctos reperit Judæos in Cairo convenas in duo corpora; unum esse dicit eorum, qui cum in terra Israëlitica seu sancta nati essent, suo tempore, cū ipse peregrinaretur circà a. Chr. 1170. in Ægypto vocarencentur *Schamiin* seu *Syri*: alterum eorum, qui Babylone orti, tum adpellarentur

pellarentur *Irakiin.* h.e.*Iracenses:* Utrique scil. â patria terrâ cognomen sortiti: addit, eos patriis ita differentes, *in sectionibus Legis*, & *lectione ejus, non eundem morem servare. Irak, Hyerak*, infrà Babylonis ruinas, ipsamque Bagdadum, eòq; Babyloniæ, à qua Eôô Tigris litore secernitur, proxima versus Meridiem regio est, hodiéque *Arac.* Urbes in ea præcipuæ memorantur, *Basra*, *Bozra*, hod. *Balsara*, ripam Tigris Orientalem insidens, *Rauwolf. Itin.* P. 2.c.8. & *Cusa* cum arce imperiali, *Elmac. l. 1.c.5: l. 2. c. 3 : P. Teixera* eam regionem Persiæ accenset, ejusque metropolin constituit *Hisphaon*, quæ & *Ispahan*, *Izfahan*, *Spaam*, olim *Aspa.* Cum igitur de situ Iracæ certi sicsimus, non mirabimur, Judæos Babylone ortos & advenas in Ægypto tempore Benjaminis Iracenses fuisse adpellatos; scil. fama Babylonis ferè omni absorptâ in hujus possessionem regio Persidi attributa Iraca publico consensu venit, adeò ut, quod olim Babylonium, tum Iracense vocaretur à provinciæ, penes quam tum omne in circumjacentes imperiũ & axioma, nobilitate. Quod autē CL. *Petitus* Judæos Babylonios Biblia Græca in Synagogis suis legisse contendit, id ne quidem de veteribus illis sub æchmalotarcharum dominatu Babylone degentibus, multò minus de hisce *Benjamini Tudelensi* συγχρόνοις recentioribus persuadere nobis poterit. Ab eo tempore, quo Adrianus Imp. toties rebelles & in diversis Imperii Rom. provinciis (de Ægypto, Cypro, Cyrene est apud *Dionem extr. Trajani; de* Syria, *in Adr.*) furiosissimè omnia turbantes, per præsidem Judææ Turannium, al. Titinnium Ruffum & ducem Julium Severum strage omnium maxima quingentorum octoginta millium, exceptis qui fame, morbis, igni interierant, adfecerat, iisque penitus attritis vectigal prætereà, ut liceret Libros Mosis & Prophetarum Sabbathis in Synagogis Ebraicè legere imperârat, tantô adversus Romanos odio exarsêre superstites, ut decernerent, maledictum esse qui filium suum in Græcorum linguâ religione & disciplinis erudiverit; instituerentque jejunium quotannis die VIII. mensis Thebeth, qui nostri Decembris parti respondet, in memoriam rei omnium tristissimæ gravissimæque Israëlinim. versæ tempore Ptolomæi in Græcam linguam Legis, solenniter celebrandum: Scal. 7. de em. temp. f. 610. Desiêre igitur tum Judæi Ἑλληνισταὶ, & solùm textu Ebraicô Bibliorum in Synagogis, ubicunque terrarum morarentur, usi sunt universi; contrà qui de Judæis Christiani

Christiani fierent, Græcarum versionum lectioni adsuevêre, vel hoc ipso à Judæis se dissidere indicantes. Quia verò Sapientes & Rectores scholarum in Babylonia cum magistris in terra Palæstina super Bibliorum locis plurimis disceptarent, & hi diverso ab illis modo legerent scriberentque, distinctio Judæorum in מַדְנְחָאֵי *madenchai*, Orientales & מַעַרְבָאֵי *maarbai*, Occidentales exorta est, & istâ adpellatione Babylonii, quorum caput erat Ben Naphtali dictus, R. Moses filius David, è tribu Naphtali, hac Palæstinæi, quorum Academiæ princeps Ben Ascher vocatus R. Aharon, filius R. Mosis è tribu Ascher, significati sunt; *Drus. l. de recta lect. linguæ S. c. 30: Buxt. clavis Masoræ c. 3.* eademque ratione quoq; Thalmud aliud Hierosolymitanum pro Judæis in terra Israël viventibus; aliud Babylonicum diffusius pro illis qui in Babylonia & alibi terrarum exulant scriptum. Odium quidē illud in versiones Bibliorum Græcas nonnullos è Judæis privatos aliquà posuisse è Constitutione Imp. Justiniani, quæ inter *Novellas* est 146. colligitur; fuisse nim. tum qui cum Ebraicè Biblia legerent in Synagogis, etiam Græcam versionem adsumendam esse contenderent; his contradixisse alios, eosque potiores, archipereeitas, majores aut magistros, solum Ebraicum textum tenendum esse, jubentes; Imperator etiam secundum illos pronunciavit, & siquidem velint, ut Græcâ τῶν ἑβδομήκοντα, vel quæ diceretur Aquilæ (fuêre a. omnes septem, teste *Drus. Ep. ad Thom. Carturigtum.*) uterētur, proposita gravi pœna, si qui eos prohibere tentaverint, edixit; sed rem à mille annis execrabilem habitam Judæos Babylone ortu, domo Ægyptios, ante hos quingentos annos cōsensu & ritu publico adprobasse & usurpasse in suis sacris Græcos Bibliorum codices, minimum habet verosimilitudinis; sentiendum potius est, illam circa linguam & codices suos pertinaciam Judæorum, qua fiebat ut nulla quantumvis severissima lex eos abolere & manibus eorū excutere potuerit, magis magisque invaluisse præsertim autoritate Romanarum Legum tum cum *Benjamin* peregrinaretur in Ægypto, quæ Caliphis Saracenicis parebat, prorsus abrogata, eòque τοὺς *Irbakiin* non esse eos, quos voluit *Petitus*, manifestum est. De Sampsiceramo *Ciceronis* ita tandem constituimus, exploraturi sententias doctiorum; quibus, si rem minùs tetigimus, in eam tamen fortasse præivimus, merebimurque vel de voluntate veniam. Sed quid vetat addere, quod præterea videbatur

batur aliquando? Σάμψα Arabibus Sol est, ex Eb. שֶׁמֶשׁ *schamesch pro qro* & שַׁמְשָׁא *schamscha* efferunt; item χώμη τῆς Ἀραβίας: *Stephano*: Ebr. בֵּית־שֶׁמֶשׁ *Bethschamesh*: apud Emesenos etiam maximè Heliopoli, & Edessanos seu Hierapolitanos numen Solis præcipuè cultum fuit, unde & *Julianus Imp. orat. 4.* Edessam adpellat ἱερὸν ἐξ αἰῶνος Ἡλίου χωρίον: de Emesenis verò Solis cultoribus è rebus Imp. Elagabali, si quis dubitet, docebitur. Insuper Adiabeni, vicini iis, quos modò nominavimus, & fortasse ὁμόφυλοι, σαμψηρὰν vocabant, ut è verbis *Josephi*, quæ recitabimus, colligi posse videtur, sceptrum seu insigne regium, quod in cuspide Solis speciem ex auro vel alia quavis materia effictam, ut spicula certi ordinis militum apud Persas μηλοφόρων ideò dictorum, globos malorum figura, haberet. Verba *Josephi l. 20. ant. c. 2.* cum narrasset Helenam Adiabenorum reginam, imperante Claudio & apud Persas Artabanô, filium Monobazum consensu procerum patri mortuo succedere procurasse, eumque insignivisse diademate, sunt: Δοῦσα αὐτῷ, Monobazo, τὸν σημαντῆρα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ δακτύλιον, τήν τε σαμψηρὰν ὀνομαζομένην παρ' αὐτοῖς, *dato patris annulo signatorio simulq; sampsera, ut ipsi vocant.* An igitur Σαμψιγεράμῳ Emesæ regulo, isto Syriæ Arabiæ & Mesopotamiæ collimitio imperanti inde nomen à suis impositum? sed tum de posteriore vocabuli compositi parte ulteriùs laborandum esset; qua molestia carebunt, si qui, quod suprà dedimus, recipient.

Plin. l. 30. c. 1. ubi de Magices originibus & cultû apud Græcos ex Ægypto reversos: *Democritus Apolloniciem Captidenem & Dardanum è Phœnice illustravit, voluminibus Dardani à sepulcro ejus petitis.* Cod. Chifl. *Apollo bechen coptitem*: edito monstrosiùs. E *Theop. Antioch. l. 2. ad Autol.* verum scriptoris de religione & regibus Ægyptiorum, omniq; eorum vanitate in sectandis disciplinis, extructione pyramidum, & aliis nomen erutum *Plinio* restituimus, *Apollonidem Horapionem*, totidem literis, quot sunt in depravatô. Est quidem in *Theophilo* Ἀπολλωνίδης ὁ καὶ Ὡράπιος ἐπικληθεὶς, sed terminatio nominum in ων familiaris fuit Ægyptiis; ut illa Græcis: unde ab Horo & Api numinibus ipsorum deductum formatumque est Ὡραπίων, *Horapion*.

Idem l. 3. c. 3. ubi de Hispania citeriore, dicta Tarraconensi; eam in septem conventus dividi scribit, Tarraconensem, Carthaginensem, Cæsar-

Digitized by Google

Cæsar-Augustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum; *Cæsar-Augusta*, addit, *regionis Sedetaniæ, populos recipit LII. Ex his civium Romanorum Bellitanos, Belsenses: ex colonia Galagurritanos, qui Nascici cognominantur.* De Celsensibus non est dubium: sic enim *Strabo l. 3.* Ἐπὶ ἢ τῷ Ἴβηρι πόλις ἐστὶ ΚαισαρΑύγουστα καλουμένη, καὶ Κέλσα κατοικία τις ἔχουσα γεφύρης λιθίνης διάβασιν, & Juliam Cellam coloniam medio pænè inter Dertosam & Cæsar-Augustam itinere locant οἱ πινακογράφοι. *Bellitanos* nemo Geographorum vel agnoscit vel hic locat. Putamus igitur legi oportere in *Plinio*, *Bilbilitanos*, vel *Bilbitanos*; Βίλβις enim est *Ptolomæo*: *Anton. itin. aquæ Bilbitanorum*; Hi enim ad fluvium Salonem, qui paucis passuum millibus suprà Cæsar-Aug. in Iberum decurrit, absunt à Cæsar-Aug LXVI. m. passuum; & quòd sub aliorum conventuum populis non nominentur, Cæsar-Augustensibus verò adeò vicini sint, inque Arragonibus hodieque censeantur, eò pertinere intelligendi sunt. Vocantur autem cives Romani eo modo quo *Martialis* adpellat *Augustam Bilbilim.* Falluntur igitur tàm qui Bellitanos Tacubi vicinos ad fluvium Lusitaniæ Mondam, quàm qui eosdem cum Bellis *Appiani* facientes in Murcia ad Sucronem locant. Sunt enim reverà nulli, & cum Bellis, quorum adpellatio similiter è Tobelis, Tobellis, Dobelis, Doveliis, Tubalis Mosaici ἀπογόνοις, Tobolitarum in regione Paropamisadarum colonis, corrupta est, ut *comm. de Deo Endovellico* docuimus. ὡν ἔχουσι.

Ibid. de Lucensi conventu in Hispania citeriore: *Braccarum civitates XXIV. CCLXXV. M. capitum, è quibus præter ipsos Braccaros Vibali, Celerini, Gallæci, Æquesilici, Querquerni citrà fastidium nominentur.* Populi quinto loco nominati verũ vocabulum est *Aquæ-Celini*, quia hi ad Aquas Cilenas siti. Harum *Itin. Anton* meminit itinere Bracarâ Asturicam, & 80. M. P. Luco Augusto distare facit.

Dioscor. l. d. malè *Theophrastum* percepisse & Λιβύην nominasse, quam hic Συρίαν, in propatulo est. De magydari enim, silphii genere exucco & fungoso ita *Theophr.* l. d. Φύεσθαι ἢ περὶ Συρίαν, καὶ οὐκ ἐν Κυρήνῃ: Similiter *Plin. l. d. nascitur circà Syriam, non proveniens in Cyrenaica regione.* Ipse verò; Λέγεσθαι ἢ καὶ ἑτέραν μαγύδαρις γεννωμένην ἐν Λιβύῃ: sic & ejus exscriptor *Oribas. l. 12. collectan.*

plut.2. Sympos. Qu.4. inter convivas suos & congerrones nominat Σωσικλέα τὸν Κορωνῆθεν, *Sosiclea Coronensem.* De Corone Messeniæ, Laconicæ vel Bithyniæ opido hic non licet suspicari per locutionem adverbialem: qua forma in populis seu locis Atticæ significandis utuntur. ὁ Κολωνῆθεν, qui è Coloni populis: Is autem duplex Atticæ, unus intrà, alter extrà urbem; Sosicles igitur hic popularis fuit Sophoclis tragici senioris, qui etiam τῶν δήμων ἦ ἐκ Κολωνοῦ. Ab eodem *in vita Alexandri f.961.* nominantur scriptores rerum Alexandri, qui, Amazonem ad hunc venisse, commentum esse tradant, Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης ὁ Εἰσαγγελεὺς, καὶ Πτολεμαῖος, καὶ Ἀντικλείδης, καὶ Φίλων ὁ Θηβαῖος, καὶ Φίλιππος ὁ Εἰσαγγελεὺς. Charetem Mitylenæum fuisse satis constat; & sic eum vocat ib. f. *966.*: non ergò Εἰσαγγελεὺς. Hanc verò denominationem à patria è linea subsequente, ubi Φίλ. ὁ Εἰσαγγελεὺς memoratur, librariorum incuria hìc irrepsisse suspicamur. Est & macula in cognomine Philippi ejus: non fuit ἰσάγγελος, ut visum *Vossio* l.1. de hist. Gr. c.10. non Isangelus, ut Xylandro: sed Θεαγγελεὺς, Theangellensis, Caricarum rerum scriptor. *Strab. l.14.* Theangela opidum è sex ab Alex. M. Cariæ contributis unum, *plin.*l.5. c.29.

Autor Chronici Alexandrini, quod *Fastorum Siculorum* nomine laudant alii sub a. 4. Olymp. 289. de Imp. Theodosio: ἔτος κατέλυσεν καὶ τὸ ἱερὸν Ἡλιοπόλεως τὸ τοῦ Βαλανίου τὸ μέγα καὶ περιβόητον καὶ τὸ τρίλιθον καὶ ἐποίησεν αὐτὸ ἐκκλησίαν χριστιανῶν. *Interpres Raderus: Templum Heliopolitanum Balanii ingens illud & celebratissimum, triplicique lapide constructum Christianorum usui assignavit.* Nullibi reperies Balanium templi alicujus conditorem; Onias, Oniæ Pont. Max. III. filius, seditione Hierosolymis orta, tempore Antiochi Epiphanis, urbe profugus ad Ptolomæum Ægypti Regem se contulit, & accepto in præfectura Heliopolitana solo, ibi opidum Onion Hierosolymorum æmulum cum templo condidit, ibidemque Pontifex Judæis præfuit, è *Jos. l. 7. ἁλώσ. c. 30: 13. Antiq. c. 6. Sigon. l. 2. de Rep. Jud. c. 7.* Pro Βαλανίου legamus Ὀνίου, & rem rectè tenebimus. In vocula τρίλιθον etiam σφάλμα hæret: *Raderus,* qui vertit *triplici lapide constructum,* videtur legisse τριλίθινον: sed quomodo de templo id dici potuerit simul explicare debuit; non enim capiunt omnes rationem ædificii τριλιθίνου. Nos vocem nihili dispungimus & pro τὸ τρίλιθον reponimus πολυθρύλλητον, & exponimus

nimus illud *Oniæ templum fuisse magnum famosum & omnium sermonibus celebratum.*

Theophilus Antioch. l. 3. ad Autolycum: εἴ τις βούλεται μαθεῖν (nomina & successiones consulum, tribunorum, ædilium, aliorumque magistratuum Romanorum) ἐκ τῶν ἀναγραφῶν εὑρήσει, ὧν ἀνέγραψε Χρύσερως, ὃν ὁ μὲν Κράτωρ ἀπελεύθερος ὀνομάζομενος Μ Αὐρηλίου Οὐήρου. ὃς ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης, μέχρις τελευτῆς τοῦ ἰδίου πάτρωνος αὐτοκράτορος Οὐήρου σαφῶς πάντα ἀνέγραψε καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τοὺς χρόνους: ita habet edit. Tigurina a. 1546. & Paris. a. 1615. Interpr. *Conr. Clauserus*: *Si quis horum nomina scire avet legat Chryserum & Cratorem libertum M. Aurelii Veri. Crator à condita urbe usq; ad obitum patroni sui Veri manifestè & exactè annotavit cum nomina tum tempora.* Prava distinctione, quam interpres invexerat, seductus, & menda, quam librarii non animadversa *CL. Vossius* hinc Cratorem historicum extudit, eumque inter scriptores sub DD. Fratribus enumerat *l. 4. de hist. Græc. c. 17.* Nos sublata menda mentem *Theophili* cuivis fore perspectissimam confidimus. Legimus: Χρύσερως ὀνομενκλάτωρ: Chryseros servi calatoris officio aliquando apud Imp. M. Verum functus. Viri docti monendi sunt ne *Chrysarum* vocent ultrà. Ejus Chryserotis ἀναγραφὴ αὐτοκρατόρων Ῥωμαϊκῶν à Julio Cæsare usque ad mortem M Aurelii Veri, annorum 226. dierum 16. tempus colligentis extat in συναγωγῇ ἱστοριῶν, quam *Eusebio* junxit *Scaliger*.

Florus l. 2. c. 10. ubi de bello Istrico a. U. 576. confecto: *Ipse rex Æpulo equo impositus cum subinde crapula & capitis errore lapsaret, captum sese vix ægrè, postquam experrectus est, didicit.* *CL. Salmasius* rejecta *Lipsi* emendatione: *rex ab epulo equo imp.* & conjectura quondam sua de equo ex Apulia, *non ausim dubitare*, inquit, *quin Apulo sit reguli illius nomen. Apulonis mentio in veteri Inscript.* CAMVRIVS. APVLONI. FECIT. *Apulo igitur nomen proprium viri.* Græcæ gentis regulum ex Apulia eqvum petiisse quo veheretur non est verosimile, cum è vicina Thessalia habere posset, quæ edebat omnium præstantissimos, secundum oraculum, ἵπποι Θεσσαλικαί. Lucilii verò testimonium, quod *CL. Salm.* priori suæ conjecturæ prætenderat, *Apulidæ pedibus stlembi*, vitiosos,

succussatores tetros tardosq; caballos potiùs quàm

quos regem sibi conquirere & alere conveniret generosos, feroces, egregios insinuat, & dejuvat magis conjecturam. Benè a. factum quod

 cam

eam repudiavit ipse: in posteriore non minores moræ sunt. APVLONI in lapide vetere (*4. f. 864. ap. Grut.*) pro APOLONI, i. e. Apollini est. V pro O solenne marmorariis; sic *consubrinus, epistula, sacerdus*; LL. geminatarum altera solet omitti; sic *colega, macelum, supelex*: O in tertia syllaba è declinatione seu casu Græcorum Ἀπόλλωνι reliqua est: hos autem in vocabulis Græcis meritò seqvuntur Latini. Transferendus ergò lapis iste est inter Diis dedicatos in *Corp. Inscr.* & τὸ *Apuloni* ex *Indice nominum prop. vir.* in caput, *de Deorum nominibus.* Neque movebit quenquam vocem APVLONI fuisse postpositam & quidem solitariam, & fortassè ideò non esse DEI nomen; Videbit enim idem planè in marmore 2. f. 37: 4. f. 39: 10. f. 44: 5. f. 51. factum. Cum igitur Deus hìc APVLO sit, non debuit nomen id haberi pro proprio virili, neque rex Istrorum, qui *Æpulo* intereà cum *Livio l. 41. & Floro h. l.* à nobis adpellabitur, nomine ὁλογραμματῳ Numinis vocari.

Dion l. 55. f. 348. vers. Lat. Xylandri: In Germanos expeditionem cum alii tum Tiberius fecit, progressusq; est primò ad Erygrum, deinde ad Albim fluvios. In Græcô Ἔρυγρος fecêre transpositis literis è Οὐισούργις: ad eum enim toties habuêre castra, transivêre etiam cum in populos cis & trans-Albianos tenderent Romani. Erubris, *Auson. Eid. 9. marmore clarus Erubrus*, est fluvius Galliæ Belgicæ, ad vicum sui nominis Rover, in Mosellam præcipitans. Eum ignobilem quippe nominare *Dioni* non fuit in animo.

Tzezes ad Lycoph. Cass. p. 164: Ἀλφειὸς τῆς Ἀρκαδίας ποταμὸς ἰᾶται τοὺς ἀλφοὺς, καὶ κατὰ Βιγείδιον ὁ ποδαγρῶντας ὁ Κύδνος. Legendum, Βιτρούβιον. *Vitruv.* enim *Pollio l. 8. de architect. c. 3.* sic: *Cilicia civitate Tarso flumen est nomine Cydnus, in quo podagrici crura macerantes levantur dolore. Plin. l. 31. c. 2.* ejus rei testem *epistolam Cassii Parmensis ad Antonium* allegat.

Idem ib. p. 142. cum egisset de filiis Antenoris Glauco, & Erymantho ædificantibus in Creta locum ab ipsis Ἀντηνοριδῶν λόφον vocatum è *Lycophrone*, addit Glaucum, Acamanta, Hippolochum Antenoridas inter Cyrenen & mare Antenoridarum collem adpellatum condidisse & inhabitasse; sic a. tradere Σύμμαχον ἐν πρώτῳ τῶν νόστων. Nomen scriptoris capite minutũ est; integrum Λυσίμαχος, cujus περὶ νόστων libri laudantur passim.

Agathias

Digitized by Google

Agathias l. 4. hist. Οὐαραράνης ὁ παῖς (Saporis, regis Persarum) ὃς δὴ καὶ Κερμασαὰ ὠνομάζετο. Τῶν δὲ τοιούτων ἐπικλήσεων ἡ αἰτία ἤδη μοι εἴρηται. Καὶ γὰρ Κέρμα ἔθνους τυχὸν ἢ χώρας ἀπήχεν ἐπωνυμία. Ταύτας δὲ τῷ πατρὶ τοῦ Οὐαραράνου δεδουλωμένης εἰκότως ὁ παῖς τὴν ἐπωνυμίαν ἐκτήσατο, καθάπερ πρότερον καὶ παρὰ Ῥωμαίοις, ὁ μὲν Ἀφρικανὸς, ὁ δὲ Γερμανικὸς, ὁ δὲ ἐξ ἄλλου τοῦ γένους νενικημένου ἐπεκλήθη. Interpres *Bon. Vulcanius: Vararanes Saporis filius, qui & Cermasaa dictus. Cerma autem gentis forsan alicujus aut regionis est nomen, qua à patre Vararane subacta, filius verisimiliter eam est adpellationem consecutus; quemadmodum etiam olim apud Romanos hic quidem Africanus, ille Germanicus, alius ex alia gente devicta est dictus. Christoph. Persona* præfecti Biblioth. Vaticanæ versio, qua carere tamen possumus, adeò inelaborata, obscura, & incommoda est: *Cermasat, à Cerma natione quadam in potestatem redacta.* Neuter interpretum, imò nec autor ipse verum cognomen Vararanis, qui & Bahram, expressit; multò minùs vel gentem, vel regionem, à qua subacta id consecutus esset, quæ esset agnovit. *P. Teixera Lusitanus l. 1. de el descendencia y succeßion de los Reyes de Persia* c. 27 adpellat, Hispanica scribendi consuetudine, *Kirmonxa*, i.e. Carmaniæ regem, quod Arabes efferunt *Kirmanschah. Xa* vel *Schah* Indis, Arabibus, Persis & Turics significat Imperatorem, regem, dominum; qua de re pluribus in *Diatribes de lingua Punica adpend. n. 6.* egimus. *Segan Schah*, cognomen Vararanis tertii pro quo *Agath.* l. d. Σεγὰν Σαὰ, *Pers.* codex, *Segan nesna*, Seganorum seu Segestanorum regem sonat. In *Agathiæ* igitur adpellatione Cermasaa τὸ n inserendum erit. *Vulcani* verò erratum manifestum est, quòd Carmaniã à Vararane patre subactam esse dicit, cum deberet, à *Vararanis patre*, seu Sapore.

Ib. postquam de morte Perozæ seu Phiruz regis Persarum meminisset; Ὁ Βάλας δὲ, inquit, ὁ τούτου ἀδελφὸς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀναβάς. *Vulcan. Obalas autem hujus frater ad regnum evectus*, articulum cum nomine faciens coalescere. *Persona* Valentem nominat, quasi Persis nomen quo regem adpellarent à Romanis fuisset petendum. Rectum est, *Balas*, seu *Belasch*.

Itiner. Anton. Imp. tributum vulgò *edit. Colon. Hier. Suritæ p. 100.* describit iter ab *Asturica per Cantabriam Cæsar-Augustam*, idque transitis Brigecio, Intercatia, Tela, Pintia, Rauda, Clunia, Vxama, Voluce, Numantia,

mantia, Turiassone, Caravi. At Asturica Cæsar-Augustam euntes Cantabriam, nisi errore in septentrionalia deflectere vellent, non attigêre. Nam urbes quinque priores ad fluvium Durium sitæ sunt & Vaccæis accensentur à *Ptolomæo.* Clunia autem ad Durii ripam ulteriorem fuit & Celtiberiæ finis; Uxama Arævacorum fuisse à *Plin.* l. 3. c. 3. traditur. Legamus igitur posthac *per Celtiberiam.* Vaccæi enim Celtiberorum corpus erant, non Cantabrorum. *Ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέντα περίεργον ἡ παροιμία, καὶ γελοῖον ἀποδείκνυσι, Plut περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαιν. ἀνεπιφθ.* Nobis cum in Hispania peregrinantibus vias indicamus & mansiones, ne idem objiciatur, universalitate & communione harum literarum, qua fit, ut nihil quamvis remotissimum à nobis & barbarum, habeamus pro alienô, & omnia omnibus pariter pateant, & curentur, fore speramus.

Kirchmannus l. 2. de funer. Rom. c. 24. ubi de *Sestertio*, citat *Posidonium in vita D. Cypriani*, cum *Pontium Diaconum*, de quo nos s. c. 17. deberet; mallemus typographo hanc corruptelam nominis imputare; sed cum in Indice auctorum eundem *Posidonium* reddat, error est ejus, quem diximus. *Posidii* Afri, Episc. Calamensis quem *Honorius* & *Trithem.* adpellant *Posidonium, scriptorem vitæ D. Augustini & Indiculi librorum ejus*, nomine, & quòd uterque *Pontius* ac *Posidius* idem argumentum, vitam scil. Episcopi Africani, tractasset, fuit deceptus.

Glaber Radulphus prologo l. 4. hist. Franc. ed: à Pithæo, scribit de Cōrado II. seu Salico Imperatore: *Ille ut comperit* (Papienses palatium Regis in sua civitate destruxisse, rebellare etiam cæteros Longobardos seu Marchiones Italię.) *velociter irruit Iporciã civitatẽ primitus capiens, dehinc cæteras cum castris universis.* Leg. *Iporeiam.* In ejusdem civitatis nomine corruptus est *Wippo*, coætaneus huic, quẽ de vita Imp. nominati edidit *J. Pistorius*; *Rex Chuonradus in Ipo regia civitate natalem Domini celebravit.* Leg. *Iporegia.* Ita enim tum adpellabant urbem in Salassorum extremis seu faucibus vallis Salassorum ob interlabentem Duriam majorem celsissimo ponte junctum inter duo altissima juga in edito vertice conditam, *Ciceroni, Paterculo, Plinio, Tacito, Ptolemæo* Eporediam dictam; *Not. Imp. Occid. sub comite Italiæ*, Eporizium; *Aimoino* l. 4. c. 90: *Adhelmo Bened. & Rhegin. ad a. 801.* Eboreja: hod. Juvréa, Juréa, Lemporeggio, Eporeggio. Eporedia capta in plana Italiæ Libiciorum, Levorumque, ipsos

ipsosq; adeò Insubres penetrare ac transitis ad Vercellas Sessithe Novariaque fluminibus ad Ticinenses usque progredi cum exercitû potuit Imperator.

Cæl. Rhodig. l. 24. ant. c. 5. & Alex. ab Al. l. 2. gen. dier. c. 11. inter cognomina, quæ ἐξ ἰδέας, ut loquitur *Plut. in M. Coriol.* à forma & specie corporis imposita, nominat *Physconem* & *Cyrrhippum*. Istud cujusdã è Ptolomæis, Lagi in Ægypto successoribus, erat, *Val. Max. l. 9. c. 1.* quia ventriosus, obesus & mole corporis enormi, quod genus etiam θυλάκους, ἀσκὺς, & Saccos adpellarunt veteres. Hoc *ab equis & cirrho*, κιῤῥῷ, *i. e. colore fulvo, gilvo, ruffo*, manasse *Cælio*, & post hunc *Tiraquello comm. ad Alex. l. d.* placuit. Ii verò non mediocriter sic delirant, audaciæ manifestam inscitiam addentes: Cognomen *Cirrhippus* formam corporis loquitur, & derivant tamen ab equis. Non immorabimur rei absurdæ, quæ tantos tamen viros autores habet: nudam sistimus veritatem cognomenti *Grypus*, Γρυπὸς, quod fuit Antiochi è Syriæ regibus octavi, ob nasum magnum & aduncum seu aquilinum, *Jos. l. 13. c. 21: Justin. l. 39: porphyr. apud Euseb. in Chron.* qui generosi animi, ut alter incurvus seu corvinus, ἐπίγρυπος, ignobilis & impudentis, index esse proditur ab Aristot. in Physiognom.

Invenio Tacum quendam περὶ λίθων, de lapidibus, scripsisse inquit *Maussacus ad l. Plut. de flumin.* Scimus invenisse in *Gesneri bibliotheca*; sed festinato & ob materiæ amplitudinem inelaborato operi non adhibitam fuisse limam, ut securè, quicquid in eo traditur, adhiberi possit, nosse & diffidere oportuit. Est autem iste una syllaba major *Sotacus*, quem in historia gemmarum ac lapidum *Plinius* & *Solinus* multoties laudant: Ille l. 36. c. 16. *de quinq; generibus magnetis*: c. 20. *de quinq; generibus hæmatitarum*: l. 37. c. 9. *de generibus ceravniæ*: c. 2. *de succino in Britannia arboribus quas electridas vocat effluente*: c. 6. *de sardonyche Indica*, & mox *de Arabicæ & Indicæ onychis discrimine*. CL. *Vossius* videtur præsensisse *Taci* nomen vitiatum esse; ideòque συναγωγῇ historicorum Græcorum, qua de omni literatura optimè meruit, non inseruit; *Sotacum* verò *Plinii* prætervidisse, cum *Zenothemin*, *Thrasyllum*, *Heraclitum Sicyonium*, aliosque rei gemmariæ tractatores, à *Plinio* & *Plut.* memoratos enarrare non prçterierit. *Gesnerus* sive *J. Simlerus in epit. biblioth.* scriptorem de lapidibus *Tacum* nominavit, alio loco quasi diversum ab hoc *Sotacum*, quæ summa in-

ma incuria est ex uno duos procudere; idem peccavit in *Bolo* & *Dolo*. E Suida *Bolos*, unum Pythagoricum, alterum Democritéum philosophum, eorumque scripta historica, medica, physica, astronomica: è *Columellá Dolum Mendesium, qui georgica & cepurica scripserit*, produxit. Boli duo fuêre, satis è *Suida* noti: quem verò *Colum. l. 7. c. 5.* Ægyptiæ gentis auctorem memorabilem Dolum Mendesium, de curatione ovium pusulosarum, & l. 11. de de cultu hortorum, herbisque hortensibus testem laudat, à Bolo alterutro non fuit distinguendus, sed litera quarta in secundam reficta, è *Dolo* faciendus in *Columellæ* libris *Bolus*. Hujus commentaria, quæ ὑπομνήματα appellantur, falsò sub Democriti nomine prodi scribit *Columella*: quod *Diogenem Laertium* ignorasse, qui *Democrito* ὑπομνήματα ἢ οἴκους (pertinuêre autem ad οἰκονομικά, quia de agrorum hortorumque culturâ docerent.) sine hæsitatione adscribit, miramur; minimè autem, Democrito tribui, quę Boli Democritéæ philosophiæ sectatoris essent. Eum quoque *Varro* inter alios rei rusticæ scriptores l. 1. c. 1. connumerat; sed librarii syllabam Eu, è proximè antecedentis, qui *Euphorion* est, nomine repetitam adsuerunt & è *Boló* fecêrũt *Eubolum*. Quâ ætate vixerit, facile si *Vossium* sequamur esset definire: scil. quia *Theophrastus 9. hist. plant. c. 18. ejus verba de ovibus Ponticis, quod cum apsinthio vescantur felle careant*, recitat, ut scribit *Voss. l. de hist. Græc. 2. p. 258.* inter Olymp. 180. qua Democritus obiit, & Ol. 114. qua Theophrastus Aristoteli in Peripatô successit, construendus fuerit. Sed calculo cademus: Non enim ista de ovibus Ponticis Theophrastus è Bôlo, sed Bôlus è Theophrasto citavit. *Stephanus* in Ἄψινθος: Ἔστι δὲ καὶ εἶδος φυτοῦ, περὶ οὗ Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος ὅτι Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἐννάτῳ, τὰ πρόβατα τὰ ἐν Πόντῳ τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα, οὐκ ἔχει χολήν. Junior igitur *Theoprastó Bôlus*; & quia à *Varrone* commemorari ostendimus, scimus etiam hominem Ægyptium fuisse ortum Mende, sub Ptolemæis prioribus, æmulis Græcanicæ literaturæ & famæ, quorum seculum ideò feracissimum fuit eruditorum, Augustéo hanc partem non inferius obscuriusque, quòd splendidis conditionib. & stipendiis eos undecunq; instituta, post curam de ordinanda bibliotheca, schola publica & μουσείῳ Alexandriæ, allicerent, vixisse non temerè adfirmare posse videmur.

FINIS LIBRI PRIMI.

THOMÆ

THOMÆ REINESI D.
VARIARUM LECTIONUM
LIBER II.
CAP. I.

Tituli libris suis præscripti à veteribus elegantes admirabilesque & singulari cura exquisiti. Varronis Satyra indigitamentum, Πλὰξ, Tabula, primùm restitutum: Æschyli tragœdiæ, Isostasium: Plutarchus emendatus: Democritei scripti index, περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν explicatus & adsertus contrà Magium. Mureti error de Pythagora autore libri περὶ κήλης, quem cum altero libri περὶ σκίλλης confundit. Laertii edita lectio vindicata. Cæcilii Statii fabula Æschrion, vel Æthon. Terentianus Maurus correctus: Livius Andronicus autor Jônis poëmatis: Lævii fabula Polymeni; Priscianus emaculatus. Plinius declaratus & immani sphalmate liberatus de Orpheo qui Diophios; item de Menandro qui Diochresta scripserit. Harpocration de Diogeniani ἀληθείας δευτέρῳ expensus & deleta in eo macula: CL. Maussaco contradictum: Svidas correctus. Tricipitina Varronis quod, quo argumento scriptum, & hebdomadum ejusdem quot libri ostensum. Ausonius explicatus de Marco Varrone, ab aliis de Margeo scriptore Græco.

Quod etiam adagione celebres αἱ ἐπὶ ταῖς θύραις ὑδρίαι, urcei ad fores, in rebus urbanis veterum, hoc inscriptiones & tituli in horum monumentis, quæ ad posteros dimanare vellent. Quemadmodum autem istas quàm maximè ornatas prostare & aquæ mundæ semper plenas curabant, ut introituros delectarent elegantia & abundantia demererentur: ita de his maximè erant solliciti, ut haberent quiddam ἑλκυστικὸν, & ille se pu-

tabat haberi ingeniosiorem feliciorémq; qui festiviorem & admirabiliorem libro suo excogitasset titulum. In quo genere Græcos variè certasse, & titulos ad sententiam voluminũ exquisitissimos ingentis ad legendum illecebræ indidisse, nõnullos ex iis ambitiosè, aliquos etiã ineptè facetos hanc partem, *ἐμποδὼν ἐστὶ τὸ πρᾶγμα*. Quò verò majorem curam adhibuêre isti ut edolarent tandem inscriptiones quę propter amęnitatem ferre ætatẽ posse existimarentur, eò frequentiùs audaciùsq; in iis peccarunt descriptores & lituris suis prodigiosis stupendaq; *παρεργασίᾳ* curiosis talium crucem fixêre. In fabulis Comicorum, in Varronianis Satyris quotaquæq; est quæ indice suo sit intemerata? Harũ perpetuum solenne est esse titulo duplice Græco Latinoq; unamquamq;, multas prorsus concinnitates redolente; cum utrumque in unum conflavêre, quàm exiêre portentosi, quàm tum molestos ludos dedêrunt librarii inficeti? Ex iis unam fecerat *Varro* cum lemmate, uti suspicamur, arbitrentur autem peritiores, isto: ΠΛΑΞ, TABULA, *περὶ ἐπαρχιῶν*; sed hoc cum viveret etiamnum autor primus *Varro* fortè obtinuit integrum: vix obito surrepsêre per manuum infelicium scelera *Flexibula*, nam sic *Plinius* post centũ ab illius morte annos reperit & securitate veri nominis ad Imp. ipsum Titum protrusit ignarus falsum; mox *Flexabula*; sic enim *Nonius* sex locis nominat; & nostri seculi doctorum conjecturis, *Flextabula, Flaxtabula*; omnia non unius assis. *Plutarchus l. de aud. poët.*, cum ex Homero Jovem æqua bilance instructum esse, quâ fortunas & fata Achillis & Hectoris æqualiter dispensaret dixisset, addit, quòd *Æschylus* hanc ab Homero exceptam fabulam tragœdiæ cuidam suæ, quam *ψυχοστασίαν* ideò inscripserit, aptaverit, *παραστήσας ταῖς πλάστιγξι τοῦ Διὸς ἔνθεν μὲν τὴν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ἠῶ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱέων μαχομένων*, *adsistere fingens Jovis lancibus hinc Thetin inde Auroram, deprecantes pro filiis concertantibus Achille & Memnone.* Quisquis de *ἰσοστάθμῳ* seu æquata libra audit, de falsitate inscriptionis suspicari incipit: quid enim *ψυχῇ* cum bilance? *Alexis* poëta comicus idem argumentum ab *Æschylo* transsumsit & dedit fabulam, quam *Athen.* l. 3. & 4. cui conservatum verum ejus, ut quamplurimorum fugitivorum aliorum, nomen debem9 adpellat *Ἰσοστάσιον*, q. d. *Æquilibre ἰσόρροπον, ἰσοβαρὺ, æqualitas*. Hinc ergò *Plutarcho* maculam eximimus & Æschyléo dramati nomen pristinum vindicam9. *Democritus* Abderites ille, Hippocratis

pocratis nostri familiaris, librum scripserat περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν; quem *Gellius* l. 4. c. 13. laudat: Eô de peste aut morbis pestilentibus, h. e. pesti adfinibus quoad contagium & perniciei quam adferunt mortalibus acumen ac celeritatem adfectionibus, egerat. Inscriptionem inadfectatissimam apertissimamque sollicitasse *H. Magium l. 4. misc. c. 9.* & substituisse περὶ λ. ἢ λογικῶν κακῶν *de pestibus aut rationalium morbis*, valdè displicet. Nec enim quisquã sanus putaverit, *Democritum* tantum artificem, pestem solis hominibus exitialem esse, quod eo libro docuisse *Magius* comminiscitur, ignarumque ejus, quod etiam bruta id genus morbi, θάνατος βοσκημάτων καὶ αἰφνίδιος φθορὰ infestare soleat, fuisse. Pythagoram clarum sapientia primum volumen de herbarum effectu composuisse adnotavit *Plin. l. 25. c. 2. & l. 19. c. 15.* eundem Philosophum *de bulbis & scilla* duum generum, masculo & fœmina, *unum volumen condidisse medicas colligentem vires.* Ejus præterea meminit l. 20. c. 9. Convenit autem de scilla in lustrationibus usitata scribere eum qui lustrationum modos profiteretur. Hinc *Muretus l. 9. Variar. c. 24.* emendare conatus *Laertium*, qui Pythagoram τὰ περὶ κήλης scripsisse refert, supposito τὰ περὶ σκίλλης. Sed nimis manifestum est ipsum qui emendat castigatione indigere. *Laertius* enim in *vita Pythagoræ* loquitur de medico quodam ὁμωνύμῳ quòd περὶ κήλης, *de hernia* scripserit: Philosophi verò scriptorum nullum omninò comemorat. *Cæcilium*, cui de *Volcatii Sedigiti* sententia apud *Gell. l. 15. c. 24.* palma inter comicos dabatur, ob conditionem, quia servus, *Statium* priùs nominatum, pòst cognominatum, fabula *Æthrione P. Festus* ter, in *Numerò*, in *Oræ*, in *Sentinare* allegat. Non diffitemur aliquando placuisse nobis *Æschrione*, levissima mutatione t in sc: neque pœnitet ejus conjecturæ; nihil tamen veremur addere, quòd Achæus Eretriensis tragicus ἐν Αἴθωνι Σατυρικῷ in *Æthone*, quem cum ejusdem Ἡφαίστῳ seu *Vulcano* satyrico eundem esse putamus, laudetur ab *Athen. l. 6. & 10.* etiam hujus eam, ut Menandri quamplurimas, *Clem. Al. l. 6. Strom.* à Cæcilio versam fuisse & *Æthonem*, nominis proprii, non adpellativi, quod *interpreti Athen.* visum qui *fervidum, acrem, ardentem, bellicosum* reddidit, significatione, inscriptam videri. *Terentianus Maurus libro de metris*, quem *D. Augustinus* etiam legisse profitetur *l. de utilit. credendi c. 7.* ubi de carmine miuro,

Livius ille vetus Grajo cognomine, suæ
inserit Inonis versu puto tale docimen: designat autem L. Livium Andronicum primum fabularum Romæ editorem, cujus poema quoddam lascivum fuit *Jô* non *Inô*, ut edidit *Putschius*. Ex hisce *Terentiani* obiter notamus autorem *Jûs* seu *Jônis* non fuisse Lævium, ut pertendit *Scal. l. 2, lect. Auson. c. 27.* nisi & hujus Græcum aliquod cognomen fuisse ostendat. Istum *Lævium* cui *erotopægnia* communiter tribuuntur, aliis *Lælium*, citat *Priscianus l. 6.* in *Polymetris*: Legamus, *Polymenis*, seu *Polumenis*, πωλουμένοις, *Venalibus*, quam & *Cæcilius* Latinè à *Menandro* hac inscriptione acceptam Græcè ediderat, *Gell. l. 11. c. 7.* *Plinius* Indice autorum externorum, è quibus desumserit ea, quæ libro vigesimo octavo persequitur, *Orpheum qui Diophios; Archelaum, qui item scripserit*, laudat. De Poëtis Ὀρφεῦσι, quos plures plerosque theologos & geneagraphos fuisse, & tam originum quàm ætatum incertarum pænè omnes, è *Svidâ* constat, hic non curabimus, neque de Orphicis, quos *Apollod.* l. 3 nominat; quærendus est aliquis hoc nomine scriptor rerum naturalium. *Primus omnium quos memoria novit Orpheus de herbis curiosius aliqua prodidit*, inquit *Plin. l.* 25 c. 2 eumque *Pythagoræ* ac *Democrito*, qui περὶ δυνάμεων, de miris effectis potentiis & usu herbarum tradiderant, & ne vis virgultorum herbarumque lateret ætatem inter experimenta consumserant, jungit. Ὀρφέως Φυσικὸν citat *Svid.* in Τελεσπίαδες è *Phanodemi* Ἀτθίδος l. 6: Ejusdem τὰ λιθικὰ, *de lapidibus & gemmis Tzetzes in Lycoph.* p. 46. Sunt & ea, de quibus *Orphea Plinius* allegat è media vegetabilium inprimis herbarum fruticumque & rerum aliarum naturalium historia petita. L, 20. c. 5. *Staphylino seu pastinaca amatorium inesse* scribere Orpheum; L. 28. c. 4: *sagittas corpore eductas si terram non attigerint, subjectas cubantibus, amatorium esse*, Orpheum & Archelaum tradere; & mox, *Sanguine ipsius hominis è quacunque parte emisso efficacissimè illini anginam* eosdem; *item ora comitiali morbo lapsorum; exurgere enim protinus*. Qui effectus rerum obviarum ac vulgarium rari & singulares, non à manifestis earum qualitatibus, sed totius substantiæ proprietate profecti ipsa scriptorū opera de talibus inprimis agentia, ab iisdem nomen indicemque accepisse produnt. Et cum *Archelaum* τὰ ἰδιοφυῆ ποιήσαντα scripsisse *de rebus singularis naturæ & potestatis*, vel *de singularibus, & miris quorundam naturis & potestatibus*,

Digitized by Google

statibus, sciamus è *Laërtio*, fuisse Ægyptium ex *Antigoni Carystii l. παραδόξων*, Cherronesioten ex *Athen.* l. 9. huic verò *Orpheum*, *qui Diophios* composuerit conjungat ceu ejusdem argumenti scriptorem *Plinius*; certo certius nunc tenemus *Orpheum, qui idiophye*, sive idiophyes, *ἰδιοφυεῖς*, ediderit à *Plinio* allegatum fuisse, & ob demtam capite voculæ unicam literulam jota, tam informe monstrum *Diophios*, quod fortasse nemo hactenus ob summam peregrinitatem tentavit, procusum in codicibus Plinianis omnib. regnasse. Indice l. 21. laudatur quidam *Menander* qui *Diochresta* scripsit. Alium fuisse à poëta magni nominis & Romanis præcipuè culto Comico Atheniensi inde adparet, quod hunc nunquam nominet Plinius nisi adjecto professionis nomine; sic l. 13. c. 2: l. 30. c. 1. iste verò *Biochrestorum*, *Βιοχρήστων*, scriptor in agrorū & hortorum cultura, in medicinis ex herbis & arborib l. 19. 20. 23. 24. 25. & 26. advocatur a *Plinio* & inter autores herbariæ rei & œconomicorum *ἐπιπρέπων, βιωφελέων παρεχόντων καὶ πρὸς τὸ ζῆν χρησιμευόντων*, quod genus ad medicinas accedit quamproximè, censendus erit Prienæus & Heracleotes Menandri *Plinio indice l. XI.* nominati, de apium, bombycum, formicarum, cicadarū, aliorumq; insectorum naturis videntur condidisse, eòq; inter scriptores rei rusticæ celebrantur à *Varrone* l. 1. c. 1: *prienaus* etiam à Colum. l. 1. c. 1. ut unius de septem Biantis illius popularis. De Menandris Ephesio & Pergameno historicis, itemq; de rhetore alibi. *Harpocration Lexico in X. Rhetores*, de eo quod Εὐεστὼ (quam *Democritus* invenerat, *εὐθυμίαν καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει*, ita adpellans, *animi tranquillitatē*,) *ἡ εὐδαιμονία καλεῖται*, ejus lexeos testem producit *Diogenianum ἐν ἀληθείας δευτέρῳ*. Ejus Grammatici, præter *δημωδέων παροιμιῶν κατὰ στοιχεῖον* centurias octo, quas *A. Schottus* publicavit, nihil hodiè habemus. *Suidas*, qui indicem ejus librorum paravit, defecit in enarrādis, sed ita ut plures fuisse colligamus. Inter istos aliquem titulo *Κέρας Ἀμαλθείας* ab homine *πολυμαθεῖ* scriptum imitatione *Democriti*, de quo *Laertius*, & *Phocionis peripatetici*, de quo *Gellius*, fuisse nō est dissimile vero; Neq; disconvenit is titulus volumini librorum quinque, quo *λέξεις παντοδαπὰς* collegisse & exposuisse scribitur, quod fuerat epitome *Λέξεων à Zopyrione & glossarū à Pamphilo Alex. quarū Galenus 6. de simpl. med. fac.* meminit, libris CCCCV. al. XCV. elaboratarum. Ex ejꝰ operis *Ἀμαλθείας δευτέρῳ Harpocrationem* voculā *εὐεστὼ* repetere

repetere verius est quàm ex *ἀληθείας*, quæ inscriptio Ῥημαλικῷ, Lexico, seu vocabulorum promtuario, cujus generis Diogenianéum istud fuit, non potuit imponi, eòque *Harpocratione* ut mendosa exigenda est. Non nescimus *CL. Maussacum* aliter huic loco mederi, scil. Diogenianum testimonium de voce ἐνεςώ ἐν ἀληθείας δευτέρῳ Ἀντιφῶντος, è *secundâ de veritate Oratione Antiphontis*, qui rhetor Athen. & autor *Orationum de veritate* fuerit, producere: & absurdum sensum esse, si truncatum sit nomen autoris, ut excusi habent. Dijudicent autem eruditi, quodnam ex his, vocem integram excidisse, ut *Maussaco* videtur, vel unam syllabam solùm λη pro μαλ irrepsisse, ut nobis, sit probabilius. Deinde sensus integerrimus est, nec deest autoris nomen. *Diogenianum* enim dat ipse *Harpocration*; & rectè excluditur propterea intrusus a *Maussacô* Antiphon. Est etiam plus in Latino, *in secunda oratione de veritate*, quàm in Græcô, ἐν ἀληθείας δευτέρῳ: neque Antiphon orationes suas ἀληθείας inscripsit fortasse, sed περὶ ἀληθείας. Tandem neque *Hesychius*, neque *Svidas*, qui *Harpocrationem* hic exscripsêre, τὸ Ἀντιφῶντος leĝrunt, & tamen de sensu manco ob ejus absentiam nihil vel questi sunt vel subodorati Grammatici in talibus exercitati: ad eos igitur securè concedimus. Obiter postquam *Svidam* perlustrare nos oportuit, manum ei medicam adponemus: turpi enim vitio distinctionis, ubi de *Diogeniano*, laborat, quod non animadvertêre viri docti. Ajunt, hunc libros quinque λέξεων παντοδαπῶν composuisse; ἐπιτομὴ δ' ἐστι τῶν Παμφίλου λέξεων βιβλίων ἐ καὶ πετρακοσίων· καὶ τῶν Ζωπυρίωνος ἐπιγραμμάτων ἀνθολόγιον; *esse autem epitomen vocabulorum e libris Pamphili 405. & Zopyrionis Epigrammatum florilegium*: è quibus doceare *Zopyrionem epigrammata* scripsisse; quod falsum est. *Zopyrion* teste *Svidâ init. Lexici*, λέξεις ποικίλας à litera α usque ad ε digesserat; reliquas κατὰ στοιχεῖον usque ad ω *Pamphilus* adjecit, ut opus istud ἐνενήκοντα πέντε βιβλίων περιοχὴ esset, i. e. nonaginta quinque libros complecteretur: cujus posterioris vocabula cum ἐν ἐπιτομῇ recensuerit *Diogenianus*, etiā prioris istius pauciora, utpote quinque tantùm elementorum, contraxisse, & unô isto volumine simul edidisse intelligitur. στιγμὴ igitur nomini Ζωπυρίωνος adponenda est, & habendum, præter eos qui jam nominati sint, inter *Diogeniani* libros ἐπιγραμμάτων ἀνθολόγιον quoq; referri. Sed ἄλις ὡς δρυός: Inscriptionumquarumcunque, ut hoc quoq; tangamus, quas summa

ſumma cura præmeditati ſunt veteres, quiſque pro ingenii modô, ratio ex ipſis operibus facilè conſpicitur non omninò hebeti; ſi non extent integra, è fragmentis ea utcunque divinari poteſt: ſi talium nihil reſtet, infeliciter res cadit etiam ſat ſagacibus. Nos de Varronianô opere, quod *Tricipitinam* inſcripſit, cujus nihil præterea uſpiam reperitur, diu anquiſivimus, & damus nunc quod indagando cepimus, eo trium ſummorum in Rep. Romana virorum, qui diſſidebant ingeniis, fortunaque & conditione multùm diſſimili erant & conſiliis diſcrepabant, ſyncretiſmum, & initam inter Pompejum, Cæſarem, & Craſſum potentiæ ſocietatem, a. U.C. 694. quæ Remp. tandem, & diverſo quemque tempore, ipſos evertit, eòque ſtilo *Varronis* condi fuit digniſſima, deſcriptam fuiſſe; Eam defectô iſtô legere eſt in *Paterculo l. 2. Livio epit l. 103. Dione l. 37.* Id ſolùm miramur, è Romanis neminem eſſe qui civis ſui ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακωτάτου *Tricipitinam* nominet: hominis Ægyptii lingua Græci *Appiani* curioſitas adeò profuit, ut ipſius l. 2. ἐμφυλ. indicio ſciamus rem quàm malè devoti illorum ſilentio ignoraremus. *Hebdomadum ſeu de Imaginibus libris ejuſdem*, in quibus quosvis ἐν ἀρετῇ πραγματευσάντας, propoſita etiam cujusque imagine, Platonem, Ariſtotelem, Pythagoram, Curium, gentem Fabiam, Catonem, Scipionem, Homerum, apud *Gell.* l. 3. c. 11. & *Symm. Ep. 3. l. 1.* Demetrium, teſte *Nonio* laudaverat, benignior fama fuit, ut non tantùm ſpiſſiùs memorarentur, ſed & quot numero fuerint ab *Auſonio* poëta conſulari adnotatum hodiéque legamus. De iis enim eum capimus, cum *Eidyll. 10. Moſellâ* prædiorum villarumque itinere Gallico, Argentorato Treveros, perluſtratarum elegantiam & magnificentiam, nominatis quibusvis nobilibus architectis, quaſi & hi ibidem artem ſuam fuiſſent experti, depingit ita:

Forſan & inſignes hominumq; operumq; labores
hîc habuit decimo celebrata volumine Marci
Hebdomas: hîc clari viguêre Menecratis artes.

Oſtendant autem nobis viri ſummi, quibus aliter interpretari Poëtam lubet, *Margeum* autorem Græcum *qui decimo libro operis ſui ſeptem mundi miracula celebrârit*, uti reliquos ab *Auſonio* laudatos architectonas claros æquè antiquos, qui indubitati ſunt, καὶ συνευδοκήσομεν.

CAP. II.

Jani Rutgersi laus. Literarum I. X. Θ. cum effigie imberbis adolescentis in gemma expositio verior alterâ F. Ursini. Ιχθυς, sive siglas vocemus sive nomen ἀκρεκολλιον, è carmine Sibyllino acceptum quid significet. Numi, seu medaliæ potiùs, in qua simulacrum unicornis è phiala bibentis, vel cornu in pateram intrudentis cum subscriptione Νικαιεων significatio; ad vulgarem de monocerote & viribus cornu ejus narrationem videri effictam: à J. C. Scaligero manasse: deceptos circà eam Ulyssem Aldrovandum & L. Catelanum, qui ad Alex. M. & Nyssanos Indos referunt. De unicorni narrationes variæ, fabulis proximæ: nihil de eo Aristoteles & alii antiqui: asinus Indicus aliud à monocerote recentiorum animal. Signa in numis veterum varia. De cornu monocerotis viribus & usu discordes sententiæ: quibus regionibus vernacula ista fera: cornua ejus ubi, & quot. Nicææ unum vidit Scaliger in cujus rei memoriam ficta medalia, subscripto nomine Nicaensium. Alia numi, quæ constitutâ lectione epigraphes alia poterit dari, explicatio de Κυκεῶνι: Κυκεὼν quid, qui & κυκητὸν: inde cocetũ, tucetũ, tucca, i. e. jus crassius, ζωμὸς: κυκεὼν etiam quodlibet potabile, liquor tenuis, & ζέμα.

VAldè me delectavit observatione quadã sua eruditâ mehercle & insigniter acuta Belgicæ juventutis quondam invidendum decus *J. Rutgersius*. Inter effigies illustrium quandam è gemma cum his literis T. K. Θ. publicaverat *Fulv. Ursinus* omnis antiquitatis maximè patriæ Romanæ peritissimus, eamque esse T. Quinctii Flaminii, quem Græci ob liberatam patriam in Deorum numerũ retulissent, literas interpretatus Τίτος Κοίντιος Θεὸς, adseruerat. Is, quem laudavi, in eandem cum eodem vultu gemmam casu incidit; sed reperit insculptas, non istas *Fulvii*, sed I. X. Θ. easque exponens Ιησοῦς Χριστὸς Θεὸς, effigiem Salvatoris nostri, pueri adhuc & imberbis gemmæ isti ab antiquario impressam esse catè divinavit. Quisquis anaglyphum istud cœlavit & adjecit literas artifex, è consuetudine primitivæ Ecclesiæ, fecisse videtur; quæ nomine ἀκροστιχίῳ Ιχθυς, sive siglas adpellare lubeat, Ιησοῦ Χριστὸν Θεοῦ Υἱὸν Σωτῆρα, designavit: id verò è Sibyllæ quodam carmine, cujus literæ initiales istas voces constituunt,

ſtituunt, quodq; extat apud *Euſeb. de præp. Evang. Auguſtin. l. 18. de civ. Dei c. 23.* & alios acceperat. Iſta RutgersI de προτομῶν literatâ ſententia & interpretatio præterquam quòd alterâ *Urſini* multò doctior eſt, tantò homini pio accidere debet jucundior, (auſpicem enim ſalutis noſtræ unicum repræſentat & rememorat,) quantò antiquitatis Chriſtianæ particula quæcunque quavis pagana eſt nobilior honoratiorque. Mea quidem, quam nunc producturus ſum, non eâ eruditione eſt, nedum dignitate, ſed tamen, quia geminum germanum eſt, quod in ea cum *Ulyſſe Aldrovando* mihi intercedit, non abſurdè facere videbor, ſi recenſuero. Hic Operis admirabilis de animalibus *parte de quadrupedibus ſolidiped. l. 1. c. 6. p. 192.* numum antiquiſſimum apud *Pyrrhum Ligorium* ducis Ferrariæ antiquarium vidiſſe refert, in quo monoceros exprimitur cornu cantharo Bacchi inſerens, cum inſcriptione ΝΥΣΣΕΩΝ: *quo ſymbolo*, inquit, *ſignificabant Nyſæi*, Indiæ opidi incolæ, *ſe Bacchum colere, gloriariq; tam precioſi rariq; animalis venatione*; fuiſſeque fortaſſis Alexandri M. numum, ab eo in ſignum victoriarum de Indis cuſum, concludit. Similem numum *Laurent. Catelanus pharmacop. Mompel.* inclytæ de legitimo confectionem alchermes dictam parandi modo famæ *tr. de unicorni* Gallicè ſcriptô, verſo Germanicè à D G. *Fabro caſtri Fridberg. medico*, ante hos 12. annos ed. Francofurti exhibet; ſed in eô monoceros è phiala humi ſtante bibens conſpicitur, cum inſcriptione, ΝΥΚΕΩΝ: refertq; rem eòdem quò *Aldrovandus*, nim. ad Alexandri M. de Nyſſæis Indis victoriam. Fidem optimorum virorum in dubium vocare non patitur ingenitus mihi, & quem unum ſine exemplo inter ſeculi hujus fucatas larvas poſſidere me verè gloriari poſſum, candor; ſuſpectam tamen rem reddit diſſonantia inſcriptionis; & videtur, qui de Nyſſa Indiæ nobis perſuadere voluit, perpendiculum ad maceriem exegiſſe, h. e. inſcriptionem ſuæ ſuſpicioni adcomodaſſe; alter autem, etſi ab eo diſſentire, quòd epigraphen numi paulò emendatiorem legeret, potuerit, autoritate tamē viri faſcinatꝰ, eò condeſcendiſſe, quò aurigaretur adfectus, & fortaſſe deſperatio meliꝰ certiuſve de re obſcura excogitandi ac proferendi. Alexander Macedo *cupidine animalium naturas noſcendi inflammatus, eam commentationem Ariſtoteli ſummo in omni doctrina viro delegavit; aliquot hominum millia in Græciæ Aſiaq; to tractu, omnium quos venatus, aucupia, piſcatus alebant, qui vivaria, armenta, alvearia, piſcinas*

Digitized by Google

curabant, ei parere jussa sunt, ut quicquid percontaretur fideliter suggererent; qua illius cura & hujus diligentia, utraq; summa, factum est, ut nihil ab eo ignorari posset, quicquid ab omnibus undique de animalibus sciretur, & ζώων πραγματεία πολυτάλαντος (octingēta enim talenta in eam rem à rege accepisse ferunt) omnibus numeris esset absolutissima. Cum igitur apud *Aristot.* monocerotis, quem nos proprio nomine hodiè adpellamus, nulla prorsus extet mentio (neq; enim nostrum nomine ὄνου Ινδικοῦ μονοκέρωτος & τοῦ Ινδικοῦ καλουμένου ὄνου quem l. 2. h. an. c. 7. & 3. de part. an. c. 2. adpellat, comprehendere potuit, quòd is cum asino nihil habeat commune; caput & crura cervi, pedes elefanti, cauda apri, corpus reliquum equi ajunt; nisi mugitum gravem, quem ei tribuunt, de ruditu asinorum proprio exponas: & quòd *Plinius* Aristotelis plagiarius feram Indicam monocerotē, de qua l. 8. c. 21. ab asino Indico de quo l. 11. c 37. & 46 distinguat: *Scaliger exerc.* 205. se in Aristotelicis comment. quæstionem, an monoceros sit asinus Indicus, explicasse dicit: sed ejus in hisce hodiè nihil comparet.) nemo etiam eorum qui deperditos hodiè ejus de animalibus libros; fuêre enim juxtà *Plin.* l. 8. c. 16. quinquaginta, juxtà *Antigonum Car. l* ἱστορ. παραδ. septuaginta; legere potuêrunt, quidquam de eô tradidisse reperiatur; ejus simulacrum numo cuidam suo, qui perpetuum Indiarum subjugatarum monumentum futurus erat, imprimi fecisse Alexandrum nemo crediderit. Vel enim solum hoc historiam monocerotis si minùs constituisset, auxisset tamen & illustrasset; & ab Aristotele sine crimine indevotionis ergà regem nutricium, non potuisset in opere æternùm victuro præteriri. Signaturas monetarum multò antiquiorum, impendio etiam ignobiliorum ista Alexandréi numi, quin & signa ac symbola privatorum hominum non ignoramus: Ulyssi *delphinum*, Cyro *gallum aureum*, Argivis *lupum*, *murem* vel *rubetam*, Lacedæmoniis *draconem*, Messeniis *vulpem* fuisse; Persas sagittam, Rheginos *leporem*, Chios *sphingem*, vel *Homeri effigiem*, Lesbios *Sapphûs*, Siculos *tricrurium*, Rhodios *rosam* vel *Solem*, Athenienses *noctuam*; & ut vetustissima repetam, è traditione apud Judæos recepta, patriarcham Abrahamū *senis & vetulæ* staticula, Josuam *tauri & monocerotis*, Davidem *peræ & turris*, Mardóchaium sacci & coronæ imaginem numismatis insculpi jussisse; & Alexandri cum unicorni numus tàm diu latere potuerit, ut hoc

hoc demum seculo, cum reliquis ab Alexandrô viginti nemo eum novisset, vel de eo fando inaudiisset, primùm fuerit vulgandus? Id verò, quod cornu pateræ intrudere feram effinxit cœlator, fucum nobis omninò prodit, esse nim. opus recentius, quòd de viribus cornu medicis ne tantillum quidem veteres, sive Græci, sive Latini, sive Arabes, qui tamen Indicas & Æthiopicas animantes antiquis incognitas agnoverunt, & præter stirpes rariores ac fructus, etiam ex iis medicinas in artem invexêrunt quàmplurimas, docuerint. Cornu autem feræ, de qua agitur, in aquas immissum & circumductum eas expiare, ut si quid virulenti insit, id omne protinus exorbeatur; contràq; quævis venena, quæ regiis Abassinorum Gallorumq; mensis adhibitũ, *Lupan. l. 1. de magistrat. Franc.* sudore significet, si epulis ammixta sint, facere, fortasse ex Abassinorum regum historia & peregrinantiũ narratiunculis accepta, tradita tamen per manus quasi & hodiè communis doctrina est; eamq; medalia ista (neq; n. numus est, uti voluêre, qui instituto alicujus magistratus vim & valorem pecuniæ publicæ habuerit) repræsentare ceu hieroglyphico quodam signo voluit, quisquis ejus inventor aut curator. Et quia in Gallia præcipuè istud vulgariter creditum, fortassis etiam ab eo tempore, quô *Clemens* VII. Massiliam profectus tale aliquot cornu argenteæ basi insertum regi *Francisco* testandæ benevolentiæ & muneris ergò miserat, *Jovius l. 18. hist.* in aulæ & diætæ regiæ moribus & legibus fuit, ut eschanconnerii, buticularii ac prægustatores regi bibituro non exhiberent pateram, nisi in eam frustum cornu priùs demersissent, *Paræus. l. de venen. c. ult.* Gallis famam hanc omnem de unicornis viribus rescribemus; monocerotas autem ipsos, quia mera αὐτοξύμβολα sunt quæ de iis narrant qui vidisse jactant *Nicol. à Comitibus Venetus in itiner.* M. Paulus l. 2. c. 43: l. 3. c. 12. 15. 28: *Thevetus*, Barthema, *Ludov. Vartom. de Bononia* Imp. Maximil. I. in Oriente peregrinatus, & quid cujusvis relationi veri falsive insit θεὸς δυνάται διϊςᾶναι. Ἀπίςοις ἢ ἔοικε τὰ τοιαῦτα; ut planè commentitii videri possint, tantis sententiarum divortiis non intromittentes, in medio relinquimus. Sanè in aulis ipsorum regum Franciæ fuêrunt inprimis Medici, qui re exactiùs considerata communi opinioni & consuetudini palàm detraherent, nec cornua ferarum vera esse sed vel elephantum dentes & ossa, vel cetacei generis costas arte mollitas, in striatam formam reductas & politas,

neque peculiares præ cervino aut ebore fossili vires obtinere sentientes: Scilicet ita vita truditur,

> Σοὶ μὲν ταῦτα δουλεία ἐστιν, ἐμοὶ δὲ παίδε;
> καὶ ὃ σὺ θαυμάζεις τοῦθ' ἑτέροισι γέλως, juxtà *Evenum Parium*.

Illud cornu, quod est apud S. Dionysi fanum inter regum Galliæ cimelia exactiùs describit *Card. l. 17. de var. rer.* & *Bellonius*, quàm à quoquam αὐτόπτῃ notari oculis possit, ut propterea non ipsa Gallia, sed hujus *Observ. liber primus* adeundus sit. Veneti feruntur in scaccario delubri D. Marci duo adservare, sesquicubitali longitudine, & in tota Europa reperiri viginti integra, confracta totidem. Maximè ad rem facit, quod *Jul. C. Scaligerum* unum integrum vidisse *Nicea*, quæ prima Provinciam egressis & maritimo itinere in Italiam tendentibus, ripæ Vari fluminis sinistræ insidens in Liguriæ finibus civitas est, hodié *Nizza*, *Exerc. 205.* narrare memini. Hinc origines isti numo, qui Aldrovando simpliciori tàm profundam antiquitatem & in extremis Indis ΝΥΣΣΕΑΣ, *Nyssanos* mentitus fuerat, uni Scaligero, vel qui cum eô ibidem viderat cornu monocerotis alii cuidã, sive Italo, sive Gallo homini talium studioso, felici indagine mea, adtribuendę. Cum enim Niceæ rarũ id & fortasse nunquã aliàs visum vidisset, & conspexisse, contrectasse, curiosè notasse sibi, ut fieri amat, gratularetur, rem ut absentẽ semper intueri liceret, æri incidi & ad vulgarem de monocerote sive sermonem sive fabulam omnia adcommodari fecit, subscripto eorum, apud quos sibi inusitatæ & famosæ rei spectaculum contigisset, fortasse sic jubentium, & ut primos urbis aborigines seu conditores Græcos simul indicaret, Græcô nomine ΝΙΚΑΙΕΩΝ, i. e. *Nicaensium*: quod ipsum à *Catelano* datum epigramma est, si diphthongum ΑΙ ab eo omissam addideris. Consilium *Scaligeri* vel alterius autoris aliud fuisse, nim. ut deluderet curiosos conficta inscriptione, si qui fortè aliquando inciderint, & antiquitatis opinionem conciliaret operi recenti, cavebo dicere; Ipse enim à talibus offuciis longissimè abfuit, solitus severè invehi in eos, quos se puero tale flagitium in fraudem sacrosanctæ Antiquitatis commisisse & toti orbi insigni audacia sua & fraudibus illusisse comperisset. Sed res tamen benè cogitata imperitiâ & simplicitate hominum, qui vel asinum farina conspersum pro molendini domino, nisi prohibeas, agnoscerent, in id recidisse experimento

adeò

Digitized by Google

adeò notabili didicimus. Hanc de medalia cum unicornis εἰκονισμῷ & data epigraphe ſententiam meam veriſſimam eſſe, ſcio certiſſimè; eam qui convellere tentaverit, iſti ego

αὐτίος εἰμι καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, depugnaturus *tanquam Danaûs pro navibus Ajax*. Si quis animi gratia conjecturis ulteriùs indulgere velit & ſuſpicari in arripienda prima litera, quæ plerunque in vetuſtis talibus obliterari ſolet, *Aldrovandum* & *Catelanum* cæcutiiſſe, legiſſeque N pro K cum in numo fuerit expreſſum ΚΥΚΕΩΝ, is commodè interpretabitur, quemvis ſalubrem potum, vel etiam medicatum poculo cui monoceros cornu immergit ſignificari; quòd omnia aquarum vitia & venenatas qualitates eo corrigi multarum nationum conſtante conſensû feratur. Etſi enim κυκεὼν apud veteres, *Homer. Il.* λ. & *Hippocr. l. de int. adfect.* pro miſcella conſiſtentiæ craſſioris, ſorbili tamen, è vino, melle, caſeo, polenta conſtante ſumatur, quæ & κυκητὸν; unde Latini *cocetum*, & mutatione c in t, aliàs uſitatiſſima, *tucetum*, *tucca* è κυκεία, κύκη ἀπὸ τοῦ κυκᾶν, à miſcendo formatũ de jure è variis ſpeciebus, ut ſolet eſſe aſſaturarum, dixêre; quòd tamen pro quolibet ποτῷ ſeu liquore, generali ſignificatu uſurpetur ſciendum eſt; nam & *Hipp. l. 2. de morbis* κυκεῶνα λεπτὸν, τοῦ παχεῖ oppoſitum, vocavit, quem alii Græci ζέμα, uti ζωμὸν παχέα, Latinorum tuccam, ſeu jus craſſius, adpellarunt. Sed ſit hoc quaſi παρεργώνημα; legitimam enim cœnam ſuperiùs adpoſui.

CAP. III.

In Hippocrate aliquammulta animadverſa & correcta, quæ interpretes partim præterierant, partim corruperant. Cornarii & Foëſii pravæ verſiones notatæ. Mos veterum notariorum in ſcribendis nominibus propriis. Acanthus nomen urbis in Macedonia, Caria, Ægypto. Κώφωμα, *ſurditas phrenitidi & febribus continuis malignis ſuperveniens.* Κύφωμα, κύρτωμα, κύφωσις; *ſpinæ diſtortio ea quæ fit in partem poſteriorem;* λόρδωσις, *quæ in anteriorem;* σκολίωσις, *quæ ad latus. Dromus nomen loci Spartæ & Athenis. Palpitatio & tremor qui differant.* Καυσικὸς, *febri ardente laborans:* καυσικὰ *febres ardentes: Hippocrati*

pocrati familiares ellipses. Trajectio à librariis commissa, non ostensa ab interpretibus Hippocratem obscuraverat: ea restituta. Non ῥήγματα in tussiculosis, sed ῥεύματα. Foesi aliquot lapsus. Φαντασία ostentatio, fastus, jactantia. Φαντάζειν, Φαντάζεσθαι, comparere, conspici.

IN explicandis & illustrandis difficilibus locis Hippocraticorum scriptorum sudavêre Medici omnium nobilissimi, eorumque laboribus tantùm ars medica adjuta est, ut si cum anterioribus ab eversa per diversos Barbarorum incubatus Græciæ αὐτονομίᾳ & sapientia omnibus componatur seculum hoc, illis in profunda inscitiarum caligine palpasse titubasseque homines, cum nos in mera luce scientiarum versemur & antiquitatis doctrinas rubigine & sordibus, quas infelicia tempora adfricuerant, purgatas nitentesque pulcerrimis utilissimisque observationibus confirmari & locupletari cognoscamus, dici verè possit. Etsi verò post vigilias tot doctissimorum hominum restent, quæ vel nondum vel non sufficienter vel minùs rectè explanata esse videri possint; *nihil enim ex omni parte perfectum in humanis inventionibus esse posse credo*; non tamen ideò nomina istorum immortalia & venerabilia semper, talia esse desinent, vel quoquo modo obscurabuntur. Hippocratis, illius *qui semper bonorum auctor & princeps, Gal. l. 1. de prænot ad Epig. c. 1.* præceptum hîc auscultemus; Is cum περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης πρὸς ὑγείαν multos se priores scripsisse, ἄλλους δὲ ἄλλο ἐπιτυχεῖν, neminem verò rem universam uti conveniebat tradidisse dixisset, μεμφθῆναι μὲν, addit, οὐδενὶ αὐτῶν ἄξιόν ἐστι, εἰ μὴ ἐδυνήθησαν ἐξευρεῖν: ἐπαινέσαι δὲ μᾶλλον πάντας, ὅτι ἐπεχείρησαν ζητῆσαι, *non reprehendendos, quia omnia invenire nequiverint, sed laudandos potius omnes quòd quædam inquirere fuerint aggressi*. Non autem hîc hærendum strigandum vel planè subsistendum est, si artium incrementa & splendorem promovere velimus; Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρας κίνει, ex oraculo quondam auditum fuit, jussumque ab Apolline Pythiô versû omnium hexametrorum primô, *Plut. de pyth. or.* Συμφέρετε πτερὰ οἰωνοὶ, αὖθητε μέλισσαι. Eòque paratiorem excusationem & veniam mihi fore spero in Hippocrate nonnulla vel per se obscura, vel ab incuriosis interpretib. & longo in opere defessis relicta

licta explicanti, ac restituenti, & monstranti παρερμηνεύματα, quod Oraculo possim videri sic obsecutus. Omnes autem, si qui rem æquâ judicii lance expenderint, intelligent, Hippocratem malè intellectum fuisse ante, & admonitiunculas hasce non esse supervacuas.

Libri 5. Epid. hist. 52. & l. 7. historia 80. est de coco cui è phrenitide in spinâ gibbositas facta est, juxtà *Cornarium*; *cui è phrenitide gibbus in spina exortus est*, juxta *Foesium*; cum quibus fortè omnia monstra faciunt translatores veteres, *Fab. Calvus*, *Cruserius* & reliqui. Miram verò morbi μεταβολὴν, & causarum morbificarum inauditam μετάστασιν: *Phreniticus fit gibbosus & quidem è morbo suo!* Fiet eadem vel simili prodigiosa μεταστάσει etiam herniosus ille, cui pridem dens doluerat. κύφωμα ἐν ἀκάνθῃ, *gibbus in spina*: quasi gibbositas etiam aliarum partium, fortasse femoris vel genu adfectus sit, subjectum nominatim exprimunt, & hoc περισσολόγως: sed nec ἄκανθος spina est; ἀκάνθαν spinam significare pædagogi triviales tirunculis occinunt. Neque curatio, quam ibi legimus οἴνῳ μέλανι, ἄρτοσιτίῃ, τῶν λουτρῶν ἀπέχεσθαι καὶ ἀνατρίβεσθαι θάλπεσθαί τε, *vino nigro, pane in cibum, abstinentia à balneis, levibus frictionibus & fomentis* perfecisse *Hippocratem*, morbo respõdet. Si verò gibbum in coco isto curasset, non fuerat omissurus modũ διαναγκασμοῦ & restitutionis vel διὰ κατασείσιος, vel διὰ ἰπωώσεως, cujus κατασκευὴν fidelissimè docuit *l. de artic.* qui omnia remedia alia præcedere debuit, & quo vel solo, sine auxiliis aliis, luxatum erat reposituru. Declaravi satis absurditatem sententiæ ex edita lectione manantis; superest igitur hujus vitia indicare. Vetus & genuina *Hipp.* scriptura est: Τῷ μαγείρῳ ἐν Ἀκάνθῳ τὸ κώφωμα ἐκ φρενίτιδος ἐγένετο: *Coco in Acãtho è phrenitide surditas obtigit.* Prisca scribendi, præsertim Græca, ratio, inventa à Criticis, tradita librariis fuit, nominibus propriis certa quædam signa, quæ ab adpellativis ea distinguerent, quod nostra consuetudine majusculæ initiis vocum positæ faciunt, superducere; Talia erant — ∸ ∺ ∴ quorum primum nomen proprium viri, fœminæ; alterum, gentis, urbis, aut ab horum nominibus deductum; tertium montis; quartum maris, fluvii, aut fontis significabat. Ea à notariis, ut fit, neglecta, & doctis oscitantibus, in adpellativa transiêre nomina propria; quod & in *Hippocr. h. l.* contigit, ut ex urbe vel Cariæ, vel Macedoniæ, sale, qui inde *Acanthius* apud *Plin. l. 31. c. 7.* memorabili, in isthmô montis Atho, l. 4. c. 10.

coci patria, dorsi humani spinam faceret. *Hippocratis* observationi, *surditatē supervenisse phrenitico*, ratio & experientia nostras adstipulatur. Cum enim excremētitii humores calidi & mordaces, qui meningas cerebri, ipsumq; adeò cerebrum & spiritum ej9 tàm ingenitū quàm ab eo generatum præter naturam adficiendo, calefaciendo, turbando, inquinandove delirium causantur, in nervum auditorium, qui ejus propago est, vel ruunt vel à natura critico motû protrudūtur, læso organo ipsam facultatē lædi necesse est, & in sonis percipiendis frustrari. Phreniticos autem tale quid pati vidisse narrant fide digni plures; ἡμεῖς δ' αὐτόπταις οὔπω ἐντετυχήκαμεν: de febricitantibus continuè & maligne novimus, cum antè τυφώδεις essent & τυφομανεῖς, ἀποκώφους καὶ νωθεὺς, subsurdastros & torpidos factos remittente delirio, ab internis ad externa à cerebri ὄγκῳ seu corpore ad nervorum cum eô continuorum canales salutari translatione contingente: cujus ab Hippocrate observatæ non extat exemplum. Κώφωσιν ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσαν, κακὸν, 33. *Prorrhet.* & 2. *Coac.* 190: ἐν ὀξεῖ πυρετῷ ὦτα κωφὰ, μανικὸν adpellat, *ib.* 196: In duobus febre ardente acutâ laborantibus, in Hermocrate παράκρουσιν, κῶμα, κώφωσιν; in Philista ἀποκαρωθέντα, ἐκμανέντα, κώφωσιν similiter vidisse refert; sed obiisse utrumque *l. 7. Epid. ægr. 2. & 4.* Etsi verò *Hippocrates* vocabulo κώφωμα, pro quo κωφότης & κώφωσις usitata ei sunt, non utatur, non est id tamen à lingua ejus alienum. Quo enim modo è σκολιὸς σκολιόω, σκολίωσις (sic vocant eam spinæ distortionem quæ fit εἰς τὸ πλάγιον, ad latus, obstipitatem; ut repanditatem seu eam quæ fit antrorsum λόρδωσιν; gibberositatem, vel eam quæ fit retrorsum ὀπισθοκύφωσιν & κύφωσιν.) & σκολίωμα: è κυφὸς, κυφὸν, κυφόω, κύφωσις & κύφωμα; ab ὕβος unde Latinum *Tuber* coalito articulo τ in regentem, ὑβόω ὕβωσις & ὕβωμα, quo utroque ceu æquipollente utitur *l. de artic.* à σκιῤῥόω, σκίῤῥησις & σκίῤῥημα; eodem è κωφὸς, κωφόω nomina verbalia κωφότης, κώφωσις & κώφωμα formarunt, ut propterea quin sic emendari debuerit Hippocrates non dubitandum sit.

Eodem l. hist. 38. Ὁ παρὰ τὸν δρόμον οἰκέων τῆς νυκτὸς αἷμα ἤμεσεν. Interpp. *Qui propè curriculum habitabat, ubi noctu sanguinem vomitione refudisset.* Ego, *qui juxtà Dromum h.* Ita enim vocabant campum extrà urbem Spartam, in quô juventus exercebatur, *Pausan. in Lacon. seu l. 3:* in eo

Digitized by Google

in eo Nabis Lacedæmoniorum tyrannus concionem habuit ad convocatos cives, cum Quinctius Flam. Argos expugnasset, & Spartam videretur obsessurus esse, *Liv. l. 34.* Fuit & Δρόμος Athenis ad Lyceum, eidem usui destinatus, *Xenoph.* l. 2. *Ἑλλην. & schol. Aristoph. in Pace.*

Lib. 7. Epidem. hist. 87. de fullone in Syro phreniticô: *μετὰ δὲ καύσιος τρομώδης*: Foës. *Post ustionem cruribus tremulis fuit;* quasi in Græco esset, *μετὰ δὲ καῦσιν*. Ego, *cum calore urente tremebat*. Καῦσις enim hic calor urens, ut in cavso seu febre διακαεῖ, seu ardente. Mox: *ὀφθαλμὸς μέγας, βραχεῖη κίνησις*: *Oculus erat magnus, motus exiguus;* quæ nemo intellexerit. Legendum est, *ὁ παλμὸς μέγας, palpitatio erat magna.* Eam phreniticis & delirantibus familiarem esse historia ægroti 4. l. 3. Epid. probat, cui *παλμοὶ διὰ ὅλου τοῦ σώματος*: & *1. Prorrhet. 30.* cum aliquot præcedentibus de signis phrenitida in ægris minantibus, & de comitantibus eam symptomatibus egisset *Senex*, *οἱ παλμώδεες δι' ὅλου, ἆρά γε ἀφώνως τελευτῶσιν* inquit. Neque ταυτοέπεια est, ut videbatur viro docto, ei quem dixerat *τρομώδεα, tremulum*, tribuere etiam *παλμὸν μέγαν*. Differt enim palpitatio à tremore, quod hic ex dimidia parte voluntarius motus sit; illos enim tremere dicimus, qui cum membrum movere conantur, liberè id & pro usu suo non possunt, nec protensum nec suspensum servare, sed iis membrum à facultate in altum sublatum pondere suo *καταφέρεται*, rursumque à facultate animali erigitur, quæ vicissitudo motus tremor est. Palpitatio autem omninò fit præter naturam, est *κίνησις ἀβούλητός τε καὶ ἀκούσιος*, & homini accidit, etsi membrum nullũ moveat. Deinde tremoris subjectum est cutis, caro cum musculis nervis & ossibus; palpitatio verò carnis solùm cutisq; adfectus est. Tandem in tremore membrum sursum deorsumve, dextrorsum vel sinistrorsum movetur continuè; palpitatione verò in eodem situ manens & immotum nunc distenditur, repletum quasi à corpore extraneo, nunc subsidit; & propterea in palpitatione facultas animalis nullo modo læditur, quia palpitans membrum pro voluntate movere potest æger; tremor verò à facultatis motricis imbecillitate vel ab ea onerata dependet. Phreniticus igitur ille passus est tremorem pedum læsis ab intemperie calida sicca nervis eorumve principio cerebro: palpitatio autem ei supervenit à spiritu flatuoso per musculos, cutem totius corporis, fortè etiam internas cavitates erra-

bundo, quem calor è materia crassa excitaverat; atque ista si circa partes internas animadvertatur, sanguinis profluvium; si per universum corpus, sudoris eruptionem criticam solet portendere: interdum si cum aliis malis signis jungatur, παράκρουσιν; quemadmodum labrorum præsertim inferioris palpitatio vomitum paulò pòst futurum, qui etiam in fullone phrenitico fuisset subsecutus, nisi thapsia per inferiora fuisset purgatus. Multò verò minus id, quod additur ab *Hipp.* βραχείη κίνησις. *motus exiguus*, repugnat emendationi meæ de palpitatione. In hac enim nihil naturale est; & ideò motui debili, cujus tamen principium natura perinde est ac validi, non opponitur; sed utrumq; palpitatio & motus debilis, simul subsistere & de eodem subjecto dici potest. Noster toto corpore vehementer palpitabat, ob causæ, spiritus flatuosi, δραστικωτάτου καὶ ἀθρόου in totô habitû; parùm verò movebatur & invalidè, vel facultate motrice ob vehementiam morbi absumtis spiritibus debilitata vel natura aliò avocata ab oblatis spectris absurdis & inconvenientibus variis (hæc enim causa est, quòd phrenitici futuri cogitabundi sint σιγαλέοι, κόσμιοι καὶ ἥσυχοι præter consuetudinem) quæ spiritum animalem insitum proximum animæ in obeundis actionibus principibus instrumentum præter naturam disponunt.

Ib. hist. 88. de Nicoxeno in Olyntho ægrotante: πρὸς ἑπτακαιδεκαταῖον εἰσῆλθον. καυστικός. ἡ γλῶσσα θερμή. ἔξωθεν δ' οὐ πάνυ ἰσχυρή: Foes. *Ad eum decimo septimo die ingressus sum, lingua ardens; calor forinsecus non admodum vehemens erat.* Hic multæ salebræ & offendicula, alia ab interprete, alia ab editoribus *Hippocratis.* Καυστικὸς est febre ardente, causo, laborans; hoc ad linguam referre non debuit interpres, neque constructio id permittit. Experimur febricitantibus linguas esse aridas, siccas, scabras, quas *Hipp.* ξηρὰς, *1. Epid. agr. 10*: ἐπιξήρους, *agr. 2. & 11*: ὑποξήρους, *7. Epid.* αὔας ἀπὸ ἐκκαύσιος λιγνυώδεος, resiccatas ab ardore fuliginoso, *6. Epid. s. 5. aph. 13.* nominat: *Galenus* exponit ξηρὰς ἱκανῶς ἐκ πυρετοῦ διακαοῦς. Horum epithetorum aliquod è verbis *Hip.* excidisse adparet; & si quid video, voculam αὔα brevissimam trium literarum, à librariis non nimiùm attentis omitti facile fuit; qua inserta salva res est, & ῥῆσις tota sic concipienda & ordinanda: καυστικός. ἡ γλῶσσα αὔα. θέρμη, substantivè, calor ἔξωθεν δ' οὐ πάνυ ἰσχυρή. Non possum,

sum, ea Bibliothecæ meæ tenvitas est, ad libros veteres provocare, quod in similibus faciunt alii, iisque meam emendationem probare; scio autem, quibus veritas cordi est, conjecturæ rationabili & necessariæ correctioni, cui fortasse codices antiquissimi, si extarent, favere deprehenderentur, sine ambagibus adsensuros esse.

Ibid. hist. 71. in editis libris talis est: Τῇ Ἀσπασίου, ὀδόντος δεινὸν ἄλγημα, καὶ γνάθου. καςόρειον καὶ πέπερι διακλυζομένη, καὶ κατέχουσα ἐν τῷ στόματι, αἰῆκε. Hæc repetuntur totidem pæne verbis 5. *Epid. h. 66.* & satis clara sunt. Pergit: καὶ στραγγουρικὸν αὐτῇ αἰῆκε. προσθερμαίνει τὸ ἄλευρον τὸ ξὺν τῷ ῥοδίνῳ. i. e. *ipsiq; stillicidium urinæ remisit. Prodest & calidus farinæ cum rosaceo subactæ fotus*: & adnotat *Cornarium* non legere προσθερμαίνει, quod tamen agnoscant codd. tam mscr. quàm editi omnes; Hunc ergò hic quidem seponimus meritò; *Foesium*, qui perperàm distinxit, similiter. Cum enim remedium, quo odontalgiam sopiverat, collutum castorium & piper, descripserit *Senex*, etiam alterius morbi, stranguriæ, aliquod addidisse censendus est; id verò fuit, fotus hypogastrii cum farina in oleo rosaceo cocta, vel ejus oleo subactæ & calentis adhuc impositio, quæ vi paregorica prodesse potuit. Tollenda igitur στιγμὴ & legendum est ita: καὶ τὸ στ. α. αἰῆκε προσθερμαίνειν τὸ ἄλ. ξ. τ. ῥοδίνῳ; ubi infinitivus verbi προσθ. nominativo nominis inde deducti, προσθέρμανσις, h. e. adplicatio calens, seu fotus adplicatione calente factus, æquipollet.

Sequitur ibid ῥοδίνῳ. Τὰς ἀφ' ὑστερέων κεφαλαλγίας καςόρειον πίνει. Τὰ πλεῖστα τῶν ὑστερικῶν αἱ Φῦσαι σημεῖον, οἱ ἐρευγμοὶ. καὶ οἱ περὶ γαστέρα ψόφοι, καὶ ἐπιέρματα ὀσφύος καὶ περὶ νεφροὺς ἀλγήματα, καὶ ἰσχία, ἢ ἐγκεγλευκισμένος μέλας: *Dolores capitis ex utero sedat castorium. Ut plurimum uteri adfectuũ signa sunt flatus, in abdomine rugitus, eructationes, lumborum ũ tores & dolores renum coxendicumq; & vinum quod deferbuit nigrũ.* Ponit remedium dolorum capitis ex utero; tum uteri adfecti signa: iterùm remedia; Hic ordo non ab Hippocrate sed à librariis est, qui divulsère quæ iste connexuerat: quid enim particulæ καὶ cum signis recensitis? Sic igitur constituenda lectio, ut signa morbi præcedant: ῥοδίνῳ. Τὰ πλεῖστα τῶν ὑστερικῶν &c. ἰσχία: tum sequantur remedia; τὰς ἀφ' ὑ. κ. κ. πίνει καὶ ἐγκεγλ. μέλας, & quæ restant.

Ib. hist. 28. de Antiphanis filii morbô: *hyeme latus dextrum dolebat, tussiebat, febriebat aliquantulum, edebat, deambulabat*, ἐδόκεε ῥηγματώδης εἶναι, *ruptis laborare videbatur*: Foës. Quibus verò *ruptis*, vel quarum partium ruptura laborarit iste frustrà quæsiverimus è *Foësio*, & ipse frustrà fuerit respondere de iisdem nobis: cubant enim in mendô. Rectum est, Ἐδόκεε ῥευματώδης εἶναι, *videbatur catarrhosus esse*, è catarrho ista pati. Tussis, feoris, utraque ὑπόξηρος, ἡ βὴξ πολλή; item βὴξ καταπορής μετὰ πνίγματος πολλοῦ; & ἀπόχρεμψις πολλὴ μετὰ πνιγμώδους βηχός, *exscreatio multa cum tussi suffocante*; συριγμὸς ἐν τῇ φάρυγγι πολλῶν κερχαλέων, *sibilus in faucibus quasi copiosi striduli asperiq;*: ἆσθμα ἀεὶ κατεῖχε καὶ πνεῦμα πυκνότερον, *semper detinebat eum anhelitus difficilis & densior respiratio*: ὀλιγάκις εὔπνοος, *rarò facilè & sine impedimento respirabat*: dolor etiam lateris; de catarrho, à quo dependebant ista omnia, testantur luculentissimè, & propterea iste ῥηγματώδης à *Foësio in Oeconomiam Hippocraticam* introductus supernumerarius quidam est & vacantivus: ὁ ῥηγματίας sanum est & verè Græcum pro eô cui aliquid intus ruptum est. Eadem corrupta voce contaminata est *hist. 89. l. 7.* Epid. ubi fullones fuisse βηχώδεες ἀπὸ ῥηγμάτων, *tussi ex ruptionibus adfecti* leguntur. Ἀπὸ ῥευμάτων, à defluxionibus malè habuêre. Neque enim tussi cum ruptura est, quod rupturæ cum tussi; à qua si sit vehementior & pertinacior, præsertim in pueris & mollibus corporibus, ea oritur aliquando; contrà nunquam.

Initio l. 4. Epid Τὸ χολῶδες τῷ σχοινοπλόκῳ κατακορές; καὶ τὰ καυστικὰ καταφερομένῳ περὶ ἰσημερίην κάτω αἷμα πολὺ διῆλθε. Foës, *Spartario exquisite biliosum decubuit, eiq; caustica admoventi circa æquinoctium sanguis adfatim prodiit*. Ergóne τοῖς καυτηριαζομένοις, qui uruntur, sanguis prodit? Imò sistitur per cauterisationes. Non ergò materiam auxilii indicare voluit *Hipp.* sed morbum; Τὰ καυστικὰ καταφερομένῳ, *in febrem ardentem lapso sanguis adfatim prodiit*; sanguinis dejectio per alvum causone laboranti accidere potuit; generatur enim is, quatenus synocham quæ maximè legitimus causus est, includit à sanguine in venæ cavæ ramis majoribus putrescente. Τὰ καυστικὰ pro febre ardente familiare est Hippocrati; *1. Prorrh. t. 29*: Οἱ τὰ καυστικὰ μεμωρωμένα, κάτοχα: *Qui laborant febre ardente, delirio, stupore gravi*. Καυστικός, causo laborans, *7. Epid. t. 88. 4.* h. l. ὁ παρ' Ἀντιφίλου ῥηγματίας καυστικός, notis

notis compunctus, h. e. servus *apud Antiphilum febre ardente decumbens.* Καίεσθαι, ardere, uri, febre ardente adfligi; *l. 4. aphor. 48: 4. Epid.* h. 20: ἐκαύθη ἔσω, *intus ustus est*: h. 2. στῆθος Ἀριστοδήμου ἐκαύθη, *in pectore, præcordiis, incendium, æstum, percepit Aristodemus*; quibus locis omnibus uti & *in not. ad hist. 38. l. 7.* interpres ustionem cautere seu ferro candente, aliave materia eschatam in cute & carnibus inducente, factam intellexit, quod contra *Senis* mentem fecisse manifestum est.

Ib καυστικῷ, κρίθέντι ἐν ἑβδόμῃ legendum est, pro κριθέντων: & repetendum ex historia restiarii, κάτω αἷμα διῆλθε. Solens omittit *Hipp.* quæ è præcedentibus suppleri possunt studio brevitatis; cujus in *ll. aphorism. Prænot. Prædict. & Epid.* innumera sunt exempla. In istis *l. 7. c. 51*: Ἀνδρέαν περὶ Πληϊάδος φθίνη. πυρετὸς. ἐμετὸς. subintelligi voluit, ἔλαβε, *corripuit*: *l. 3. Ep. ægr. 1.* συνεχέως καῦσος, puta, εἶχε. Ita cum *ægr. 6. l. 3.* adfectum multis descripsisset, subdit ὀξὺ, scil. νόσημα ἐγένετο, *morbus erat acutus*: quales locutiones ellipticæ nisi adtendantur, sæpissimè solœci nota Hippocrati, sed id imprudenter, impingetur.

Libro περὶ εὐσχημοσ. cum medicum urbanum adfabilem facundumque esse & cum plebeiis nisi de necessariis non confabulari debere docuisset, addit: ποιέειν δὲ κάρτα μηδὲν περιέργως αὐτέων, μηδὲ μετὰ φαντασίης: Foës *Horum vero nihil neq; nimis curiosè neq; ex opinione agat.* Cornar. *Horum v. n. facere debet valde curiosè, neq; ex imaginatione.* Uterque adverbium κάρτα significationem vocis περιέργως intendere opinatus est, cum h. l. sit adfirmandi modus absolutè positus & reddendus per τὸ *Sane*: sic οὐ κάρτα *non profectò*. Neque φαντασία h. l. opinio est aut imaginatio, sed ostentatio & pompa: *Sane nihil horum curiosè aut cum ostentatione*, πρὸς τὸ φαντάζειν, *agere* aut præstare *debet*, quod *l. de artic.* πολλὴν ὄψιν παρέχειν, *multum inanis apparatûs, qui oculos solùm fascinet, exhibere*, dixit. Eo sensu Agrippa μετὰ πολλῆς φαντασίας comitatus conjuge Beronice prætorium ingressus esse scribitur à D. *Luca Act. 25. 23.* cum inusitata illa pompa ac fastu omnium oculos in se converteret. *Euripid.* verbo φαντάζεσθαι pro *comparere, conspici, spectandum se præbere*, usus est: *in Phœniss. v. 96*:

> Μήτις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται,
> *nemo civium in via comparet*:

& in Androm. v. 876: Μὴ φαντάζου δόμων πάροιθε τῶνδε, *ne adpareas extra ædes hasce*: (in qui-

(in quibus vertendis *Æmilius Francisci Græci è Creta f. Portus* adeò putidus est, ut referre tædeat:) *Herodotus* etiam l. 7. in sapiente Artabani Hysdaspis f. oratione ad Xerxem dissuasoria belli contrà Græcos: Ὁρᾷς, inquientis, ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ Θεὸς οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι· τὰ δὲ σμικρὰ οὐδὲ μιν κνίζει; *Viden' ut excelsa animalia fulmine percutiat Deus, neq; sinat ultrà adparere*, efferri, ostentare se, quipppe ἀφανισθέντα & in nihilum redacta. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ, κατὰ Πλάτωνα.

CAP. IV.

Vota pro salute Reip. civium, principum à Romanis concipi solita: Dies huic consuetudini certi festi: Græci Βοτὰ adpellarunt. Trullus quid. De Βοτοῖς Theod. Balsamonis error, qui Pani sacrum festum fuisse putat; & Meursi, qui item: & Nicol. Caussini.

ANtiquissimis quarumvis nationū scriptoribus usuvenire expertì sumus, quòd dum res gentiū paulò remotiorum à notitia sua, ad quas non ita crebri commearent, & ignobiliorum describunt, fabulosis narrationibus, errorem publicum facientibus, commentationes suas condiant, pauca admodum è verô, pleraque ex opinione malè-nata referentes. Hinc tot de unis Judæis, de eorum legibus & moribus, futilia mendacia, & convitia publica, de populari lepra ob quam Ægyptô pulsi, de nubium & cœli, de asini cultu ab autoribus præstantissimis adfirmata & apud Romanos credita. De plerisque illustrissimis per hanc Europæ septentrionalis continentem & insulas populis quàm vana apud Latinos leguntur: quàm nihil de istorum originibus, Republica, ritibus, institutis, & moribus, donec innotescerent propiùs, scripsêre certi, ut posteriores comperta veritate priorū narrationes uti confictas & infidas confutare contigerit. Vagatum est hoc ignorantiæ malum per quævis secula, per nationes omnes, ut de Romanorum rebus præsertim urbanis & privatis, nisi Romanus, & de Græcorum, nisi Græcus, securè audiri nemo possit; & qui de Romanis antiquitatibus Græco recentiori paulò, de Græcis Romano scriptori crediderint deceptos se esse tandem rescïscant. De compertissimis in hanc rem exemplis, quæ plurima poteramus, nunc unum solùm producemus; unde Græculorum in alienæ gentis historia &

ria & ritibus fidem dubiam admodum esse, eosque ad testimonium de rebus Romanorum antiquis perferendum, nisi priùs penitissimè excusso sinû, non admitti debere liquebit. Votorum pro æternitate imperii, pro salute civium, pro incolumitate principum, qua publica salus contineri videretur, solennis conceptio & solutio, è ritibus Romanorum, libera etiamnum Rep. & pòst sub Impp. fuit. Cum Pompejus Neapoli à gravi morbo convaluisset, tota Italiâ sacra facta sunt *ὑπὲρ αὐτοῦ σωτηρίας*, *Plut. in Pomp. Dion l. 45.* & publicæ lætitiæ signa utrobique edita. Pro salute populi Kal. Januariis in templo Jovis Opt. Max. soluta sunt: & tum à populo ipso sibi mutuò signatæ preces & missæ strenæ; Pro principis incolumitate tertio Non. Januar. qui inde absolutè *Vota* adpellatus: *Vopisc. in Tacito*; festus etiam sub Christianis Imperatoribus Græcis. Unde in Calendario Constantini M. ad III. Non. Januar. adscriptum legimus: Votorum nuncupatio; & in edito à *Gyraldo t. 2. Op.* ad prid. Non. Votum pro salute principis; *Cajus JC. in l. Calvitur. 233. D. de Verb. signif.* Cum autem ista festivitas, ut fit, in *κωμασίας*, compotationes & obscænitates tempore vergeret, Patres Concilii Constantinop. VI. a. 688. celebrati in Trullo, quem locum sacri Palatii à fastigio rotundi fornicis instar camerato denominatum esse volunt, adpendice, hujusq; Canone 62. prohibuerunt, ne quis Christianorum de cætero *τὰ λεγόμενα* Βοτὰ agitaret, eaque *ἐκ τῆς πιστῶν πολιτείας* omninò tolli constituêrunt. Hæc Vota in imperio sic obtinuerant, à Pompejo inde, per annos 750. ut magistratus quibusvis ad Imp. epistolis & precibus suis communiter subscriberent, quòd vota Ipsi facerent, & fuit res ipsa nemini non notissima. Sed *Theodorus Balsamon* Patriarcha Antiochenus, doctrina pro ævo quo vivebat satis excultus eòque si vel luscus inter Græcos tum cœcos rex, qui canones istius Concilii commentario illustravit, Romanam cosuetudinem ad Græciæ paganismum refert, & *τὰ βοτὰ* è lingua sua exponit *πρόβατα ἢ λοιπὰ ζῶα*; ut Βοτὰ Panis *μηλοφύλακος*, custodis ovium armentorumq; & pastorum Numinis festum fuerit: *ἑορτὴ Ἑλληνικὴ τελουμένη χάριν τοῦ ψευδωνύμου θεοῦ τοῦ Πανὸς τοῦ ἐφορῶντος, ὡς ἐφλυάρουν οἱ Ἕλληνες, τὰ τῶν βοτῶν ἤγουν τῶν προβάτων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων*: quæ pudenda inscitia est. Eam suis autoribus *ἐχθροῤῥωμαίοις* & quos à popularibus suis omnia repetere maluisse videmus relinquere poteramus, &

T indicinæ

indicinæ labore carere, nisi in nostros eam *contagio ad distans* manasse experiremur. Συνυσσει enim Ballsamoni *Meursius gloss. Græco-b. p. 113.* quod magis mirum accidere doctis debet quam *Caussino*, quòd docti τ̀ Βοᾷ reddiderint *Vota*, *observ. ad hierogl. p. 136.* admiratio enim ista neque hunc rem intellexisse ἀυ̃ϐοᾷ. De tempore Synodi in Trullo errat etiam ille l. d. p. 407: Cum enim de festo Majumæ prohibito ab Impp. Arcadio & Honorio per rescriptum, datum Theodoro V. C. Cos. qui fuit a. Chr. 399. ad Aurelianum Pr. Pr. *Codic. Theod. lib. 15. tit. 6.* egisset, addit: *Primitus damnaverat Synodus in Trullò habita sub Constantino;* ubi priorem Impp. dictis Constt. Magnum intelligit, cum tamen Constant. V. Pogonatus dictus eam indixerit. Inquis, Minutum hoc est: At *aquila fortasse non venatur muscas*; nobis verò qui humi repimus decretum est, etiam in minutis persequendis industriam tibi probare.

CAP. V.

Versionum Latinarum vitia ostensa in Plutarcho: strigiles è quá materia olim: in Aristotele: σκέλη καλάμινα, crura arundinea, i. e. gracilia: iterùm in Plutarcho: ἄξιος, honoratus: in Agatharchide Cnidio, Phœnicôn, urbs Ægypti: διαφορᾶς λόγος quid: in Horapolline, καρποδέσμιον, quid: in Athenæó βασὰ τράπεζα, quid iterùm in eo, Γοργὰ ῥήματα, quid: in Dionis fragmento apud Svidam; ὕλαι & ἕλα differunt: in Eusebio. ζῶα καθιερώματα quid: in Ptolem. Hephæstione, χαλαιθαλόειν quid: in Juliano, παντοραίκται quid: in Synesio bis, βέσιον quid: μητρὶς, patria: in Photiò aliquot interpretis lapsus: μονή, monasterium: πρεσβύτερος, senior: πάτρια, consuetudines: apud Theoph. Simocatam Legio quarta Parthica: ποιητής, nova significatione quid; Philæ, insula Ægypti, apud Olympiodorum.

Οἱ ἔμποροι ἐν τρυβλίῳ δεῖγμα περιφέροντες διὰ ὀλίγων πυρῶν τοὺς πολλοὺς πιπράσκουσι: mercatores ostensa in trulla tritici alteriusve mercis proba, granorum paucorum ca, multos ejus medimnos distrahunt; nos hoc capite indicia exhibebimus lectoribus versionum Latinarum è Græcis, quos homines docti dedere, non

re, non adeò probarũ; unde conjecturam facient ejuscemodi μετ' ἀλαβείας δεῖν πιστεύειν, & discent sub omni pænè lapide latere scorpium; omnemque ideò, etiam ἐυ κεῖσθαι δοκέοντα, navè & curiosè movendum esse. Honorem autem & autoritatem suam viris magnis, quorum versiones sub censum examinis nobis venient, semper præfamur.

Plut. institutis Laconum adcenset, quòd στλεγγίσιν οὐ σιδηρέαις ἀλλὰ καλαμίναις ἐχρῶντο; Interpr. *strigilibus non ferreis sed e calamo factis utebantur.* Harum usus erat apud veteres in balneis & cum ab exercitiis redirent, oleo pulveri & sudori deradendo. Ferreas, æneas, eboreas, corneas, argenteas, aureas fuisse; Turcis hodié ligneas esse ferunt; è qua materia istæ Laconum factæ, non licet è versione intelligere. *Calamus* enim Latinorum æquivocum est, & de rebus ad strigiles formandas ineptis ab his æquè dicitur. *Ex arundine*, re belli pacisque experimentis necessaria, atque etiam delitiis grata (nam & sagittæ & hastæ, & tibiæ, fortasse etiam fistulæ ex hac, & graphia, *Diosc. l. 1. c. 115. & Plin. l. 16. c. 36.*) quòd ea speciem ligni quidem habeat, sed obsequens sit quò libeat flecti calefacta, & quòd Laconicam inprimis commemorent scriptores, formatas fuisse magis convenit credere Πῦρ καλάμινον verò apud *Aristot. f 3. prob. 6.* non est ignis is, quẽ arundo excitavit, ut vertit *Gaza* & adprobavit *Victor. l. 33. Var. c. 1.* sed quem stipula: opponit n. Philosophus καλάμινον ignem ξυλίνῳ: stipula autem, καλάμη, cujus ad concipiendum ignem aptitudo satis nota est; magis à ligno distat quàm κάλαμος seu arundo, cujus pleraque genera ob crassitiem usum ligni præbuêre veteribus. Σκέλη καλάμινα, ob quæ *Plato Comicus* apud *Galen. comm. ad aph 44. l. 7.* Cinesiam λεπτότατον καὶ μακρότατον propterea cognominatũ Φιλύρινον, *Athen.* l. 12. aridum, gracilem, longurionem, è pleuritide Φθινώδη ἐκωμώδεσεν ab arundine, quæ in excelsitatem recta, pleraq; flexilis, ideò & fragilis nascitur, ita denominata sunt.

Idem Quæst. Græc. 36. Eléorum mulieres Bacchum sacro carmine invoantes, bis accinere scribit. Ἄξιε Ταῦρε: interpr. *Digne taure.* Taurus cognomen Bacchi est, eoque nomini proprio adfine. *Dignus* verò non implet vim voculæ ἄξιε, quæ hic *honoratum, preciosum, æstimatum magno*, significat.

 Aga-

Agatharch. Cnid. l. 5. de mari rubro c. 44. apud Photium cod. 250. Οἱ τοῦ Φοινικῶνος τὰ μὲν ἄνωθεν ὁρώμενα πέτραις ὕψεσι ποικίλαις κατέχεται. *Int. Rhodomannus: Palmeti illic superiora, quae oculis se offerunt, obtinentur à petris celsitudine variis.* Φοινικὼν locus maritimus ad sinum Arabicum est *Diod. Sic. l. 3. Nonnosus 1. hist. legat. ap. Phot. C. 3.* Ægypto adcenset, & habitari à Saracenis: *Olympiod. ll. histor. apud eundem C. 80.* inter urbes Thebaidis cum Prima, Chiride, Talmi, & Thapi etiam Phœnicôna recenset; & *Procop. l. 5.* περὶ κτισμ. Ιουστιν. eam à Justiniano Romano Imp. adjectam fuisse refert: & *l. 1. Pers.* regiunculam hoc nomine Justiniano Imp. à Saracenorum phylarcho Abocharabo donatam. Sub duce Thebaidos, *alam octavam Palmyrenorum Phœnicône excubare* est in *Notit. Imp. Orient.* Unde adparet nomen sive loci sive opidi proprium retinendum; *phœniconis superiora, quà visui se offert, petris celsitudine variis continentur* seu ambiuntur. Regionem fortasse *Palmetum* adpellare Latinè liceat, quod plurimum ibi palmarum: urbem non nisi impropriè: præstatque ideò nomen Græcum retinere.

Ibid. l. 50: οὐδὲν γὰρ εὐπορώτερον Σαβαίων καὶ Γερραίων εἶναι δοκεῖ γένος, ἐνταμιευομένων πᾶν τὸ πίπτον εἰς διαφορᾶς λόγον ἀπὸ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης: Int. *Nulla enim Sabæis opulentior esse & Gerrhæis hominum natio videtur, qui quicquid sub calculum transportationis cadit ex Asia & Europa dispensant.* Διαφορὰ h. l. est præstantia, elegantia, bonitas: τὸ πίπτον εἰς διαφορᾶς λόγον, quicquid pro præstante, elegante, bono reputatur, quicquid præstantiæ rationem habet & opinionem. Διαφέρειν, *superare, eminere* significat; unde διαφερόντως, *egregiè, excellenter*; nunquam *transportare.* Sensus igitur est: *qui quicquid præstantissimum est in Asia & Europa conferunt*, exhibent, recondunt.

Verba *Philippi interpretis Hor-Apollin. l. 2. hierogl. §. 74.* in quibus tradit, *quòd si quis taurum dextro genu vinxerit, eum juncturam pedis consequi deprehensurus sit*, uti vertit *Mercerus*, Græca sic sonant, καρποδέσμιον παρακολουθοῦντα εὑρήσεις; Ea à *Mercero* non intellecta esse certum est. *Bernardinus Trebatius Vicent.* cujus hierogl. Latinam versionem *Basil.* a. 1515. edidit *Frobenius*, ista omnia omisit, alio procul dubio eôq; pleniore hic usus codice: Sic enim reddidit; *Hominem dubiæ temperantiæ significare volentes taurum pingunt genu dextrum ligatum: sic enim non coit: adsumitur autem taurus semper ad temperantiam significandam, quippe qui post conceptum*

ceptum fœminam non adeat. Nic. *Caußinus Soc. Jesu not. ad h. l.* reprehendit Merceri versionem, quod obscura sit, & exponit καρποδέσμιον è vet. gloss. fasciolam aut funem articularium. Sed præterquam quod Horum malè intellexit, quasi scil. innuat bovem ita religatum suum trahere vinculum nec rectè coërceri; neque sic expressit τὸ καρποδέσμιον, quod aliud non est quàm fascia qua carpus, quà manus brachio articulatur, circumdatur, quæ carpo alligari solet, eumque ambit vel in qua brachium pendulum gestamus. Idem igitur est ac si dixisset *Horus, securum te taurum levißimo etiam vinculo*, tenui funiculo vel filo, *ligatum deprehendes*: quod cum Romæ Clem. VII. sedente Græculus quidam præstitisset, taurum ferocissimum à genu tenui admodum funiculo religatum per urbem deducens, pro mago habitus est: Pier. hierogl. l. 3. c. 5.

Athen. l. 11. è Xenophontis Symposio inducit loquentem ad convivas suos Socratem multa de moderato vini potu, & eleganti similitudine à plantis & pluvia petitâ rem illustrat; sc. majoribus poculis animum & corpus labefieri; minoribus in lusum hilaritatemque blandè invitatos nos sensim delabi, ἵνα, addentem παρενθέτως, κἀγὼ ἐν Γοργείοισιν ῥήμασιν εἴπω; Int. *ut Gorgiæ verbis hoc ego dicam*. Γοργίζα & Γοργίεια vocabantur illæ dicendi figuræ, quæ maximè luminosam redderent orationem; quomodo & *Dion. Halic.* vocat *Epist. ad Pompejum* dictionem Platonis in Dialogis: Ea loquendi ratio figurata tumidaque à Gorgia Leontino rhetore ἀρχαίας Ατθίδος ἀρχηγῷ, ἐκ Φύλου, obsoleti ac vetusti Atticismi autore primo, qui plurimum ποιητικοῖς ὀνόμασιν ἔχρητο διὰ σεμνότητα καὶ παραδοξολογίας, ita denominata est. *Synes. Ep. 82.* in vitiô ponit & ψυχρὸν dicendi genus nominat τὸ Γοργιαῖον. Ita igitur Socrates; *ut verbis, qualibus Gorgias uti solebat, hoc efferam*.

Id. l. 12. ubi ex *Antiphanis Antæo* Academicorum philosophorum delicias describit, βαιὰν τράπεζαν iis tribuit. Interpres vertit, *firmam mensam*. Ego, *brevem, modicam, tenuem* velim: ut significetur εὐτέλεια, μικρολογία, & frugalitas istorum. Ita quos idem βαιὰς κύλικας adpellat, intelligo fuisse breves exiguosque haustulos, *minora pocula*.

Dionem Xiphilinéum Commodô, ubi de Vlpio Marcello, quem hic bello Britannico præfecerat, à vigilantia, fortitudine, magnanimitate & frugalitate commendato, agit, è *Svida* notabili fragmento

 augent

augent & supplent *Sylburg.* & *Leunclajus.* Curabat Ulpius panem Roma inde in hiberna Britannica & castra adportari, ne ejus utpote vetustate indurati paulò plus comedere posset τὰ γὰρ ὖλα αὐτοῦ, inquit *Suidas*, κακῶς ἔχοντα ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς τῶν ἄρτων ξηρότητος ᾑμάσσετο: quæ *Leunclajus* vocula ultima in ἐμάσσετο corrupta vertit: *Nam cicatrices etiã suas nec dum bene curatas, ipsa siccitate panum eorum facilè purgabat.* Intolerabile planè est locum benè sanum emendatione depravari: οὖλα verò & οὐλὰς, διαφόρους λέξεις, *gingivas* & *cicatrices* confundere puerile insuper. Sunt ista Dionéa ἰατρικῶς λεγόμενα; mirum igitur non est, ἀνοργιάστους τινὰ καὶ ἀνιατρολογήτους in iis intelligendis frustrari. Ulpio isti, quòd in Germania interiore & Britannia, locis quibus stomacacce ἐγχώριος & familiaris inde à Drusi temporibus, hæsisset aliquandiu, erant οὖλα κακῶς ἔχοντα, πλαδαρά, οἰδώδη, διαβεβρωμένα, αἱμασσόμενα, καὶ αἱμορραγοῦντα, gingivæ flaccidæ, tumidæ, putrescentes, & lenissimo scalptu attrituve fatiscebant & cruentabantur; maximè verò panis eduri, à coctura longi & præ vetustate crepantis ariditate ac scabritie lædebantur, ac cruentum fundebant ichorem; & sic ne plus justo comederet vel hoc accidente Ulpius monebatur.

Eusebius l. 9. Præp. Eu. c. 27. ex *Artapano l. de Judæis* scribit regem Ægypti ἐπικαταδραμεῖν μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἅμα καὶ τοῖς καθιερωμένοις ζώοις, *ingenti exercitu cum animantibus consecratis persecutum esse fugientes Judæos*, ita vertit *Fr. Vigerus*, διὰ τὸ τὴν ὕπαρξιν τοὺς Ἰουδαίους τῶν Αἰγυπτίων χρησαμένους διακομίζειν. Ζῶα καθιερωμένα videntur esse Dii Ægyptiorum, Apis seu Mnevis bos, & alia animalium quæ inter Deos colerent simulacra accipitris, felis, ibidis, aliorum. Ista numina sua secum eduxerant in expeditionem eam bellicam, religionis ac pietatis ergò, ut Ebræi arcam fœderis: Gallorum reges cappam B. Martini: Mediolanenses vexillum Ambrosii præfecti Liguriæ & Æmiliæ, pòst Episcopi. *Ζῶα θεῖα, divina animalia* adpellarunt equos Imperatorum & in horum usus ali solitos scriptores ii, qui Imperatoribus adulatoriè divinitatem tribuebant.

Synesius encomio calvitii parœmiæ eandem cum philosophia unde manavit, dignitatem & antiquitatẽ esse dicit, ὥστε βόειον ἐπιβλέπειν αὐτῇ. Interpretes qui τὸ βόειον modò per adverbium *superbè*, modò *gravi truciq; aspectu esse*, reddiderunt, nihil ad rem dixisse perspicuè planum est.

βόειον

Βόειον ἐπιβλέπειν nova notione *Synesius* dixit pro acutè, intentis oculis, ἀτενὲς καὶ συντόνως intueri, & benè penitus perlustrare; quod alius καινότητος ὀνομάτων ζηλωτὴς posset non infelicius βουβλέπειν: Βόειος enim συνώνυμον est τῷ μέγας, apud *Plut. Qu. Græc. 36.* quemadmodum poëta βοῶπιν adpellavit τὴν μεγαλόφθαλμον & βουγάϊον τὸν μεγάλαυχον.

Idem Ep. 93: ad Anysium: μέλει μὲν γὰρ μοι, μέλει καὶ Πενταπόλεως. Πῶς γὰρ οὔ; τῆς γε μητρίδος, ὡς ἂν Κρῆτες εἴποιεν. Doctiss. interpres nuperus *Petavius*: *Curam enim, curam, inquam, Pentapolis habeo; qui enim non habeam, quæ mihi, ut Cretes, dixerint, materna civitas extitit?* Synesium Cyrene urbe Pentapolitanæ Libyæ oriundum fuisse certum est: *Ep.* enim 124. seipsum Λίβυν & ep. 4. Κυρήνην suam μητέρα adpellat. Μητρὶς igitur h. l. *patriam* significat; quam vocabuli potestatem inusitatiorem ut excusaret, addidit, se Cretum dialecto ita loqui, quibus scil. μητρὶς, quæ Græcis aliis πατρίς. Eadem dialecto uti aliquando profitetur *Agatharchides l. 1. c. 50.* quamvis sit Ἀττικιστὴς, λέξιν adpellans τὴν τῆς Καμάρας: Camara autem urbs Cretæ: & Κρητικὰς γλώσσας scripsit *Hermonax* quidam, teste Athen. l. 3. Vocabulum μητρὶς maternam civitatem vel patriam significat, ut in isto, Ἴος μητρὶς Ὁμήρου, communi omnibus Græcis loquendi ratione; qua significatione si hic usurpasset *Synesius*, quid opus erat addere de Cretensium idiotismo?

Ptolem. Hephæstion l. 7. καιν. ἱστορ. apud Phot. C. 190. allegat Charinum jamborum poëtam qui ut amore quo Erota Eupatoris pincernam deperibat, liberaretur, de petra Leucade (de hac enim qui desilirent, amore solvi dicebantur.) præcipitaverat, & cum è lapsu crure fracto vi doloris expiraret, ista scripserat:

> Ἔρροις ψεύστρια καὶ κακὴ πέτρη Λευκάς
> Χαρῖνον αἶ αἶ, τὴν ἰαμβικὴν μοῦσαν
> καταιθαλώσας ἐλπίδος κενοῖς μύθοις:

ultima *A. Schottus* vertit, *spei adussisti inanibus fabulis*: sensu planè nullo. Καταιθαλόειν h. l. est in favillas redigere, in fumum, in nihilum. Κενοὶ ἐλπίδος μῦθοι, de vana spe narratiunculæ, spe ipsa vana vaniores & inutiliores. Αἴθαλος, fuligo, favilla: inde αἰθαλοκομπίαι, fumi, imposturæ, verba inania apud *Svidam*, ἀπὸ τοῦ κόμπου, i. e. jactantia & gloriatio, quasi jactatio & promissum magno hiatu tale solùm favilla fit, & in favillas, vel si quid favillis exilius leviusque abeat.

Julianus

Julianus Orat. 6. edit. Paris. f. 369. Diogenis Cynici discipulos adpellat πανδεράκτας. Interpres *Dion. Petavius* reddidit, *in omne facinus projectos.* Vox edita unde derivata esse videri possit non habet in tota Græcia: multò minus interpretamentum convenit. Malim igitur πανδεραίστας vocatos, i.e. omnia vastantes & corrumpentes ἀπὸ τοῦ ῥαίειν. Ab eodem simplice & primitivo sunt γιγαντοραῖσται ἄρδιες apud *Lycophr.* i. e. gigantiperdæ sagittæ: apud Dosiadam Arâ, Ἰλιοραῖσται ἄρδιες, Ilii populatrices sagittæ: πατροραίστης. i. e. πατροκτόνος, parricida: item πολίρραιστος στρατός, urbium devastator exercitus.

Photius Cod. 228. inter Ephræmii Patriarchæ Antiocheni libros meminit cujusdam ejus *Epistolæ ad Callinici* (monasterii nomen hoc est.) *desertores*: In ea inquit, νουθετῶν μὲν τῇ τοῦ θεοῦ τούτους ἑνωθῆναι ἐκκλησίᾳ, καθαρὰν ἀποφαίνων ταύτην πίστεως αἱρετικῆς κηλῖδος, καὶ ὅτι τοὺς παρὰ ταύτην συνακτήρια λῃστῶν ἐστι σπήλαια: *Schottus*: *cupiens verò eos Ecclesiæ DEI conciliare, ab omni eam liberam hæreticâ labe ostendit, & qui ad eam labem conventus fiunt latronum esse speluncam.* Sinistra præpositionis παρὰ interpretatio totam obscurat sententiam: Ego paulò, puto, planius: *Admonet eos ut Ecclesiæ DEI uniantur, ostendens eam omnis hæreticæ labis puram esse, & qui præter eam fiant conventus latronum speluncas esse.*

Id. Cod. 226. de Evlogio Alexandrino Episcopo: οὗτος δ' ὁ ἐν ἁγίοις Εὐλόγιος πρεσβυτέρου βαθμὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ εἶχε πρότερον, καὶ μονῆς ἡγήσατο τῆς παναγίας τῆς θεοτόκου τῆς λεγομένης τῶν Ἰουστινιανοῦ. *Schotto* interprete: *Cæterùm hic Eulogius sacerdotii dignitatem obtinuit Antiochiæ & solius DEIparæ Virginis cultu adductus, quæ Justiniani ædes dicta est.* Μονὴ hic est, non μόνη; i. e. *monasterium, mansio.* Debuit igitur tota ῥῆσις Latina talis esse: *Ceterùm hic Eulogius presbyteri gradû Antiochiæ fuit & monasterio sanctissimæ DEI matris, quod inter Justiniani ædificia erat, præfuit.*

Id. Cod. 229. de eodem B. Ephræmio: παραλίθησι ἐπιστολὰς τοῦ ἐν ἁγίοις Συμεῶνος τοῦ τὴν ἐν τῷ κίονι στάσιν ἀθλήσαντος: *apponit etiam epistolas beati Symeonis, qui in columna stationem exercuit.* Loquitur de Simeone à vitæ & ἀσκήσεως genere dicto *Stelites*: qui pro confirmatione Synodi Chalcedonensis scripsit, major annis centum a. 460: alius ὁμώνυμος sub Justino juniore vixit circa a. 580. Interpres meras nugas nobis loquitur: *Simeonis qui in seditione Cionensi occubuit.*

Ephræm

Ephram l. 3. de sanctis Antiochiæ legibus apud Phot. l. d. ait sanctam Synodum Chalcedonensem præter Patres alios allegare etiam Cyrillum Alexandrinum ἐν τῇ πρὸς τὸν Εὐλόγιον τὸν πρεσβύτερον ἐπιστολῇ. *Schottus* Evlogium *sacerdotem* nominat;ego,*seniorem*,ut a juniore,Episc. Alexandrino.qui sub Imppp. Justino Tiberio & Mauritio fuit centum annis post Cyrillum Alex. distinguatur. Etsi enim Evlogius hic etiam sacerdotii dignitatem Antiochiæ obtinuerit,factum tamen id Justiniano & Justino Impp. neque cum Cyrillo, qui ad a. Chr. 450. non pervenit, vixit.

Id. Cod. 279: ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει τῷ αὐτῷ περιείχετο μέτρῳ (ἰαμβικῷ) καὶ Ἑρμείου Ἑρμοπολίτου πάτρια τε τῆς Ἑρμουπόλεως, καὶ ἕτερα ἄττα. Interpr. *In eodem codice simili carminis genere continebantur patriæ Hermiæ Hermopolitani & alia nonnulla* Πάτρια sunt origines,mores,consuetudines,instituta patria. Ita mox ibidem *Photius*: ἐπὶ δὲ καὶ Ὡραπόλλωνος Γραμματικοῦ περὶ τῶν πατρίων Ἀλεξανδρείας: i. e. *de moribus patriæ Alexandriæ*: & *Cod. 161.* ubi est, *Sopatri librum decimum excerptorum coaluisse*, ἐκ τῶν Θεαγένους Μακεδονικῶν πατρίων, *e Theagenis Macedonicis originibus seu consuetudinibus*. Πάτριαι ἀπαρχαὶ apud *Polyb. ecl. 114. legat.* sunt oblationes consuetæ, a majoribus institutæ.

Idem Cod. 62. in argumento libri 2. histor. Theophyl. Simocatæ: Διαλαμβάνει ὅπως ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατιώτης τὸ σῶμα κατέτρωτο. Ἦν δὲ Κουαρτοπαρθῶν τάξεως οὕτω καλουμένων τῶν ἐν Βερροίᾳ πόλει τῆς Συρίας τὰς διατριβὰς ποιουμένων Interpres: *De Romanis militibus è Quarto Partheorum legione vulneratis. Ita vocant eos, qui Berrhææ urbe Syriæ commorabantur.* Non ostendam curiosiùs turpitudines in versione hac; patebunt plus satis è contraposita mea: *Narrat quomodo Romanus quidam miles, tribunus,vulneratus fuerit*,in prælio contrà Cardariganı Persam. *Erat autē is è quarta legione Parthica dictâ,quæ in Berrhæa urbe Syriæ stativa habebat.* Græculus non intelligens voculam numeralem Latinam *Quarta*,gentis Parthorum quoddam corpus finxit,qui Κουαρτοπαρθοὶ vocarentur: peritiores τετάρτην Παρθικὴν τάξιν adpellarunt. Severus Imp.Parthicas legiones addidit & primùm instituit, teste *Dione* l. 55. Denominarunt ita Romani vel quòd è Parthis lectæ essent, vel quòd Parthorum instar armatæ qua ratione Macedonica phalanx quędam Antiochi Epiphanis, quia essent τὸν Μακεδονικὸν τρόπον ὡπλισμένοι καὶ πεπαιδευμένοι,

&alia Cæsaris è transalpinis, Alauda dicta, disciplina cultuq; Romano instituta & ornata: vel quòd contra Parthos ductæ feliciter dimicassent, & in Parthorum regionibus plurimùm desiderent.

Id. Cod. 63. Procopium l. 1. de bello Pers. agere scribit περὶ Ἰωάννου τοῦ ἐπάρχου τοῦ ἐκ Καππαδόκων, τῆς τε πανουργίας καὶ ἀπληστίας καὶ μέθης καὶ τῆς ἄλλης κακότητος. Schottus: *de Johanne item Cappadocum præfecto prætorio, ejusq; vitiis plurimis.* Erat Johannes iste gente Cappadox, Καππαδόκης; adparetque satis ex adjecta præpositione ἐκ: prætorio Cappadocum præfectum nullum novimus.

Id. Cod. 241. extr. Philostr. de vitâ Apollonii Tyanei; Apollonius Nervam imperio quidem dignum esse judicat & sermone in laudem ejus vergente; ἀγωνιστὴν δὲ φροντίδων οὐ χρηστόν: Schottus: *Bellatorem enim curarum non utilem.* Ἀγωνιστὴς φροντίδων h. l. est, qui curis ac negotiis animum intendere & adhibere valet, eaque optimè exercet & conficit. *Nervam* igitur in negotiis & curis imperii gerendis ac perficiendis non adeò valere significavit *Philostratus*: cætera satis commodum.

Ibidem de Euphrate philosopho ditiorum potentiorumque adsecla: Ἐντετύπωται δὲ ἀεὶ ταῖς τῶν δυνατῶν θύραις καὶ προσέστηκεν αὐταῖς πλέον ἢ οἱ θυρωροί. Interp. *Inscribitur verò semper potentium ædibus, & adsunt plures quàm janitores;* Ἐντυπῶσθαι ταῖς θύραις, est adfigi januis, ut tituli solent & superliminares inscriptiones. Ὁμοτράπεζον igitur & domesticum adsentatorem potentiorum Euphraten philosophum descripturus rectè dixit; *Semper autem adfixus est januis potentiorum & iis propinquior est & adsiduus magis quàm ipsi janitores.*

Idem Cod. 80. Olympiodorus Thebis Ægyptiis natus, historiarum scriptor, ποιητὴς, ὡς αὐτός φησι, τὸ ἐπιτήδευμα, Ἕλλην τὴν θρησκείαν; *professione poeta, ut de se ipse testatur, religione gentium imbutus*, Interpr. Inter Poëtas communiter sic dictos carminum artifices hactenus nemo Olympiodororum censitus fuit; neque doceri potest hunc historicum quidquā versuum condidisse. Ποιητὴς igitur alia significatione, non in vulgus nota ea fuit. Adpellabantur Ποιηταὶ, qui sacram & magnam artem, Χημευτικὴν, & περὶ χρυσοποιΐας profiterentur, φιλόσοφοι καὶ διδάσκαλοι τῆς μεγάλης καὶ ἱερᾶς τέχνης. Eam in Ægypto ab antiquo maximè excultam fuisse discimus ex autore vetere apud *Suidam* in Χημεία, ubi Diocletianus ut Ægyptiis toties rebellandi materiam adimeret, libros

bros quibus artem flatoriam fusoriamque, aurum argentumque è furnis promittentem, descripserant, conquisitos fortasse consilio ματαιοτεχνίας, uti videbatur ignaris, istam penitus abolendi, publicè exussisse scribitur. Fuêre etiam plerique ejus artis professores antiqui Ægyptii omnes, Chimes, quem προφήτην adpellant, primus omnium, Ισις προφῆτις, Zachlas propheta Ægypt. apud *Apul. lib. 2. asini*; Hermes, Ostanes, Petasius, Pebecchius, Dioscorus, Synesius, Stephanus Alexandrinus, Zosimus Panopolites, in cujus libros ad Calliergiam & Theosebiam commentatus est noster hic Olympiodorus. Horum de arte magna scripta ἀνέκδοτα Græca in Bibliothecâ Regis Christianissimi vidit *Cl. Salmasius*, eorumque cupidis elegantiarum in nunquam satis laudatis *Exercitat. Plin. in Solinum* gustum exhibuit; Nobis eorundem ea ipsa opera uno volumine, Illustriss. ac Celsiss. Saxoniæ Ducis, Johan. Wilhelmi, b. m. Princ. & Dom. nostri heu! desideratissimi auspiciis & sumtibus, descripto è codice Augustano, in quo & Λεξικὸν κτ' στοιχεῖον τῆς χρυσοποιΐας, & multorum ἀνεπιγράφων aliorum ποιήσεις, comprehensa legere fatis benè-volentibus etiam contigit; dicemusque de iis in loco fortasse non vulgaria. Coronis isti voluminì talis est, à reliquis quæ præcessêre omnibus separatim exarata: Γίνωσκε, ὦ φίλε, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ποιητῶν: Ἀρχὴ Πλάτων, Ἀριστοτέλης, Ιωάννης ἱερεύς, Δημόκριτος, Ζώσιμος ὁ μέγας, Ὀλυμπιόδωρος, Στέφανος ὁ φιλόσοφος, Σοφὰρ ὁ ἐν Περσίδι, Συνέσιος, Ὀστάνης ἀπ' Αἰγύπτου, &c. Hoc igitur sensu ποιητὴς τὸ ἐπιτήδευμα fuit Olympiodorus, & numerandus est inter illos qui περὶ τῆς χρυσοποιΐας μεγάλα ὑπομνήματα συνεγράψαντο πιστωσάμενοι τῷ μυστηρίῳ τὴν ποίησιν, ut loquuntur isti: apud Romanos verò, quibus ars ipsa Χημεία vel planè ignorabatur vel videbatur impostoria, aurifices isti philosophi peculiare nomen tum non habuêre. Iste *Olympiodorus* cum apud Thebas & Syenen lustrandorum locorum causa versaretur, se ad Blemmyas Barbaros, qui juxta Talmin colunt, pervenisse ibidem scribit, ἔλαβόν με, inquiens, μέχρις αὐτῆς τῆς Τάλμεως ὥστε καὶ ἐκείνους τοὺς χώρους ἱστορῆσαι, διέχοντας ἀπὸ τῶν Φίλων διάστημα ἡμερῶν πέντε μέχρι πόλεως τῆς λεγομένης Πρίμα. Schottus: *Abripuerunt me ut illas quoq; regiones perlustrarem in ipsam usq; Talmin, à meis contribulibus intervallo quinq; dierum distantem, ad urbem quæ dicitur Prima.* Τὸ τῶν Φίλων proprium nomen loci esse ipsa res postulat;

loquitur enim *Olympiod.* de terminis itineris, à quo, ad quem; horumque intervallo: & significat *se ad urbem à Philis quinq; dierum itinere distantem venisse.* *Philæ*, Filæ, Filum, Philaris, insula Ægypti, *ex adverso Syenes 4. m. passuum. Plin. l. 5. c. 9.* circà Nili cataracten ubi ex vago & errante primùm is colligitur, locat *Seneca l. 4. natural.* in Nilo vicinam Elefantinæ urbi *Procop. l. 1. Pers.* supra Syenen 12 m pass *Strabo.* Ejus incolas latrociniis infames fuisse & formidabiles è *Sen. Ep. 51.* his colligo: *Voluptates præcipuè exturba & invisissimas habe, latronum more, quos Philetas* (al Philistas) *Ægyptii vocant; in hoc nos amplectuntur ut strangulent.* Ἀπὸ τοῦ Φιλεῖν, ab osculando sic dictos putavit homo Romanus. quos locus, unde maria terrasque infestarent, *Philæ*, denominaverat; vel de etymô ita ludere voluit, novit enim Philas, ut quòd docere proposuerat Ægyptia appellatione & peregrina eruditione illustraret. *Procopius* l. d. ἀπὸ Φιλίας Filas vocatas fuisse, & ad Diocletianum Imp. rem refert: Hunc nimirum in reperta insula castrum extruxisse, in eo communia Romanis & Barbaris templa arasque erexisse, communes utrisque sacerdotes instituisse, ratum eos sacrorum societate faciliùs coalituros & amicè pacificèque convicturos; ἐν τῷ βεβαίῳ τὴν φιλίαν αὐτοῖς ἔσεσθαι τῷ μετέχειν τῶν ἱερῶν σφίσιν οἰόμενον. Διὸ δὴ καὶ Φίλας ἐπωνόμασε τὸ χωρίον. Est autem, ut docuimus, nomen *Filarum* multò vetustius: Dicemus igitur id tempore obliteratum revocasse Diocletianum & antiqui nominis rationem novam à novo accidente esse.

CAP. VI.

De librô primô naturalis historiæ Plinianæ censura; Index is à Plinio confectus, sed variè interpolatus; emendatur aliquoties: in Stratone autore librorum de Inventis error Cl. Vossi: Dyllus Atheniensis historicus antiquus: & alii nonnulli Plinio peculiares. Aristotelis opus de insulis: Aglaosthenes; Xenophon Lampsacenus. Crates Mallotes, Posidonius, Diodorus Syracusanus, Callicrates, & Calliphanes periegetici: Diophanes Nicæensis, qui & Bithynius: Dion Colophonius: Dino historicus: Chares: Charax: Menæchmodorus, Theoxenias Atheniensis. Petronius & Diodotus. Jollas herbarius: in hoc Cl. Salmasium videri falli, quod eum cum rerum Phœniciarum & Peloponnesi scriptore Claudio Julio confundat. Ephorus scriptor de Inventis, non Euphorus: hic ergo Athenæo & Clem. Al. exturbandus.

C. Plinius

Digitized by Google

C. Plinius Secundus, ut occupationibus Imp. Titi Vespasiani, cui libros naturalis historiæ nuncupabat, parceret, Indicem, qui librum primum conficeret, præscripsit, quid in singulis contineretur libris & è quibus eorum quisque autoribus, Romanis & externis, compilatus esset; idque, si careremus Epistola ejus præfatoria ad Imperatorem è c. 60. l. 7. patet. Ibi enim *se volumine secundo tradidisse* profitetur, *à quo & quando in Græcia inventa horologia*; quam historiam libro secundo c. 76. hodiè legimus. Iste catalogus in plerisque non sapit πίνον Plinianum, neque Criticorum veterum κατόρθωμα est, quòd extremo cujusque libri Indicis res, historias, & observationes in summam contractas adnotarunt, & quod argumento cujusque libri initiale ejus vocabulum subnexum legimus. Hæc enim consuetudo Christianorum fuit seculis barbaris, qui titulos librorũ nominare non contenti erant, sed initia quoque cujusque verbis ipsis repræsentabant; hoc verò κακοζηλία Ebræorum, qui libros Biblicos & Thalmudicos eorumque paraschas ac segmenta minora primis eorum vocibus circumscripsêre. Consentit, quòd Indicum in Codd. manuscriptis, quibus doctissimus *Dalechampius*, & aliis duobus, Thuanæo & Rigaltiano, quibus *Cl. Salmasius* usus fuit, ab edito diversitas sit longè maxima, & quòd in hoc multi, tanquam qui de re in quam allegantur scripsissent, quos tamen nihil composuisse certum est, nominentur. Inprimis verò putidum est & ab homine extremè oscitante, quòd Indice libri septimi inter autores *Mnesigeton & Xenagoras* recensentur, cum hoc solùm dicat *plinius c. 56: Quinqueremem instituit Nesichthon Salaminius: sex ordinum Xenagoras Syracusius: ab eâ ad decemremem Mnesigeton.* Eadem inscitia Indice libri 2. *Eudoxus*, qui navigator erat non philosophus, ut patet è c. 67: l. 35. & 36. *Apelles Thasius, Parrhasius*, l. 36. *Praxiteles*. & fortè alibi alii similes artifices in scriptorum classem relati sunt. Quid quod complures, quorum nomina expressa sunt in ipsa historiæ serie, Indice excisse observamus? quod *Plinio* diligentissimo exactissimoque homini non sine insignita injuria imputabitur? An enim Homerum nominare Indice libri secundi dedignatus fuisset, quem capite sexto *de Sole omnia intuente, omnia etiam vidente*, & capite 47. *de numero, quatuor, ventorum*, addito elogio, *principis literarum*, allegat: an *Hannonem*, classis Punicæ Imperatorem, cujus commentariorum de ambitu

 Afri-

Africæ, quem à Gadibus ad finem Arabiæ circumvectus descripserat, l. 5. c. 1. & l. 6. c. 31. meminit, & ante eum *Mela l. 3. c. 10.* præteriturus erat ibidem, qui c. 67. ejus navigationem scripto proditam testem advocat: an *Callimachum* Indice l. 3. quem cap. 26. de catulis Melitæis; an *Timæum* Indice lib. quarti, quem c. 26. de insulâ Micti, vicinâ Britanniæ citat? an *Sarmenem* Indice l. 34. quem cap. octavo, *primum de equitatu scripsisse* refert? Peccatum hoc esse per singulorum librorum Indices observamus, & propterea eos omnes interpolatos variè à malis insulsorum recognitorum, qui negligenter *Pliniana* relegerant, manibus quod & *Hier. Mercuriali l. 1. gymnast. c. 8.* visum, statuimus. Quod autem in Indicibus nominatim enarrantur autores, quos in serie librorum nusquam allegatos invenimus, hoc ab ipso *Plinio* esse indubitatò credimus: Quis enim alius unde sua desumserit meliùs sciat ipsô? eratque diligentiæ virorum doctorum sententias, doctrinas & historias à *Plinio* datas ad suos autores, quos Indices præferunt, referre. Indice autorum libri secundi nominat *Plinius Cecinam, qui de Hetrusca disciplina scripsit, Tarquitium, qui item, Jul. Aquilam, qui item*: (sic enim legendum esse ex Indice l. 12. 13. 14. & 19. colligo.) in ipsa verò libri serie neminem horum exprimit, sed eos, cum cap. 52. de fulminibus & fulguribus *Thuscorum literas*, cap. 54. *Thuscos*: ca. 83. de ingente terrarum portento, duorum inter se concurrentium montium, *Hetruscæ disciplinæ volumina* citat indicare voluisse intelligendus est. Indice libri XII. plusquam sexaginta autores nominat, plerosque rerum & itinerum Alexandri M. scriptores, nonnullos etiam claros ejus duces & comites laborum ac fortunæ, qui historias peregrinorum simplicium, fruticum, arborum Bactris, in India, in Arabia, Syria, Judæa, Ægyptô, Cypro, in monte Atlante, Africa & Æthiopia visarum adnotaverant; & in textu istius libri vix decem ipsos nominatim adpellatos invenimus. Idem cum iisdem factum in XIII. Utriusque autem libri singularia *Plinium* excerpsisse ex illis hæc ejus verba l. 12. c. 5. produnt: *Nunc eas exponã, quas mirata est Alexandri M. victoria, orbe eo* Indiæ *patefacto*. Eosdem l. 32. c. 6. *Alexandri rerum autores* adpellat, nullius eorum qui fuerant nomine traditô, imò nec in Indice generatim laudatis. Notabile valdè nobis visũ est, rẽq; maximè illustrare, quod nunc adponem9. Indice septimi hunc se comportasse fatetur *ex Ephoro, Epigene, &c. Alexandro polyhistore, Xenophonte*

phonte, Callimacho, Democrito, Duillio, Polyhistore historico, Stratone, qui contrà Ephori theoremata scripsit. Ephorum, Duillium & Stratonem, quorum nomina corrupta esse paulò pòst monstrabimus, nusquam ejus libri nominari à *Plinio* sedula investigatione didicimus: restat igitur, ut de genuina lectione & vero sensu certi simus inquirendum qua de re horum testimoniis fuerit usus, & ad quod caput pertineant. Capite 56. quod de inventoribus rerum est; *in figlinis*, inquit, *orbem* invenit *Anacharsis Scythes, ut alii, Hyperbios Corinthius.* Hic autor sententiæ de Anacharsi Scytha à *Plinio* præteritus est, vel negligentia descriptorum excidit; Is verò fuit, fide Indicis, *Ephorus Cumanus* historicus, Isocratis rhetoris discipulus, quem τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων scripsisse *Strabo l. 13. f. 428. edit. Lugd. Casaub.* & rotæ figulinæ inventionem Anacharsidi tribuisse l. 7. f. 209. tradit. Et quia l. d. *Ephorum* confutat *Strabo*, ostendens τροχὸν κεραμέα Homero multò quàm Anacharsis antiquiori notum fuisse; *Strabonem, qui contrà Ephori heuremata scripsit*, allegatum ibi à Plinio fuisse deprehendimus: de *Stratone* autem, Lampsacenô illô, Peripateticô, cui *Laërtius* εὑρημάτων ἐλέγχους δύω adscribit, hic non est cogitandum, quod hunc contrà *Ephorum* scripsisse non æquè certum sit. *Cl. Vossius l. 1. de hist. Græc. c. 20.* quòd catalogum operum *Stratonis* à *Laertio* scriptum non pellegisset, τὰ περὶ εὑρημάτων Stratoni Peripatetico octavo inter cognomines, quem Alexandriæ vixisse ait *Laertius*, tribuit & *Clementem Alex.* de eo explicat; in quo virum in omniū quidem literarum subtilitate, & in hac utique præter cæteros solertem fugit ratio. *Laertius* enim Stratonem octavum illum, Peripateticum, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βεβιωκότα à Peripateticô Lampsaceno, qui Athenis Aristotelis scholam rexit, autore ἐλέγχων *de inventis*, quem Clemens voluit, (desumsit enim & hoc ut alia multa, V. f. l. 1. c. 22. p. 93. è *D. Laertio* magistro suo) signantissimè distinguit. Caussa verò nulla est, cur quod indice *Laertio* scimus de Stratone nobiliore & seniore, Athenis Peripatetico, id juniori, Alexandriæ professo, de quo neminem testem habemus quòd εὑρήματα scripserit, tribuere velimus.

Duillii præterea nomen pariter corruptum esse in verbis Plinianis nemo dubitet; idque vel reformandum est in *Dylli* Atheniensis, qui historiam ubi *Ephorus* finiverat, usque ad Phil. Maced. obitum contexuit; teste *Diod. Sic. l. 16. & ecl. 5. è l. 21.* quemq; *Athen. l. 4. & 13.* ac

Plut. de

Plut. de glor. Athen. laudavit: ejecta vocula quæ è præcedente lineâ irrepsit, *polyhistore*: vel legendum *Cornelio polyhistore*, è mente scil. ejus qui Indicem hoc loco interpolavit & Cornelium polyhistorem ab Alexandro polyhistore paulò ante adpellato distinctum quendam esse credidit, perinde ut illi qui apud *Plinium* l. 9. c. 35. de unionibus sic edidêre; *Alexander & Polyhistor & Sudines senescere eos tradunt*, ubi prior copulativa abundat, & duo solùm scriptores, non tres, in testimonium vocantur. Jam igitur sic in *Plinio* legamus: *Ephoro, Epigene, Alexandro Cornelio polyhistore, Xenophonte, Callimacho, Democrito, Dyllo* (vel Cornelio polyhistore) *historico, Strabone qui contrà Ephori hevremata scripsit, Heraclide Pontico, Asclepiade qui tragodumena, Philostephano, Hegesia, Ctesia, &c.* Hic enim c. 56. post *Hegesiam* laudatur, & ob consonantiam cum ejus vocabulo à descriptoribus fuit omissus.

Cum igitur evicerimus, Indicem verè *Plinii* opus esse, non intempestivum est eum diligentiùs excutere, & nomina scriptorum, quibus Bibliothecas Græcas Latinasq; tàm philosophicas & historicas quàm medicas augebimus in his libris, quà depravata sunt, emendatiora dare: quæ excidêrũt, redinserere, quà confusa discriminare, quà præter rationem discreta conjungere: ad quam opellam nostram si symbolam contulerint etiam alii (neque enim omnia nos notaturos recipimus) brevi maximè neglectam hactenus, utilissimam eruditis futuram, Pliniani operis particulam, frontemque multò politiorem intuebimur. Faciemus autem percurrendo potiùs, & ἐπιτροχάδην, quàm immorando. Catalogo autorum externorum libri quarti excidêre *Theopompus*, quem procemio l. de monte in Dodone *Tomaro, centum fontibus circà radices*: *Timæus historicus* quem c. 16. *de insula Mieti à Britannia sex dierum navigatione distante*, & c. 13. de *insula antè Scythiam in quam vere electrum ejiciatur*; *Aristoteles* quem c. 12. de *Teno*, quod antè *Hydrussa* dicta fuerit: de *Delo*, quòd sic adpellata, *quoniã repentè adparuerit enata*; & de *Melo*, quam *Zephyriam* nominarit allegat: è quibus circà denominationes insularũ testimoniis colligimus, Aristotelis opus geographicum περὶ νήσων, *de insulis* quoddam etiam fuisse, idq; in desidia rerum omniũ nondum agnitum fuisse arbitramur: addendum verò nunc reliquis ejus quorum titulos post *Laertium* CII. VV. *Vossius l. 4. de hist Græc. c. 9.* & *Meurs. comm. ad hist. comm. Apolloni* consignavêre. *Ædosthenis* nomẽ vitiatum

vitiatum est: & quod c. 12. legitur *Æglosthenes*: restituimus in *Aglaosthenis*, qui de insula Naxo quædam commentatus est: similiter *Menophontis* quod in *Xenophontis* Lampsaceni, quem c. 13. de insula à Scytharum litore tridui navigatione Baltia & Ind. l. 3. ac. 5. producit, reformamus. Hic octavum inter ὁμονύμους cōfecerit in *Laertiô*. Nominatur etiam *Crates Grammaticus*, & ex intervallo *Mallotes*, quasi duo diversi, cum sit unus singularis *Crates Mallotes Gramm.* quem c. 12. de Creta primùm Aeria dicta citat. *Posidonius*, quem Ind. libri quinti periplum aut periegesin scripsisse refert, quemque in Geographicis l. 3. & 5. testem advocat, fuit is, cujus τὰ περὶ Ὠκεανοῦ laudat *Strabo l. 2.* & *Suidas*, qui à patria Olbiopolitam adpellat; quod industria magnorum virorum præteriit. Inter Geographos referamus etiam *Diodorum Syracusanum*, *Callicratem* & *Calliphanem* soli Plinio hîc & lib. 3. Ind. cum Posidonio, Nymphodoro, Metrodoro, Hannone, Isidoro, quos περίπλους scripsisse in confesso est omnes, memoratos. Index scriptorum externorum l. 14. quo vitium, vinorumque historia & vinearum cultura continetur è *Varronis* l. 1. de re r. c. 1. ipsis vocabulis expressus est; Eos ipsos enim eodem ordine hic enumerat omnes, qui in consilium adhibendi sint agriculturæ studiosis, exceptis tribus ultimis, ut data opera *Varronem* transscribere voluisse noster καταφωραθῇ, benignus hoc ipso quòd fateatur per quos à quibus profecerit. Illi ipsi autores etiam indicem libri XV. constituunt, eadem qua apud *Varronem* serie locati, exceptis septem ultimis, quos *Plinius* de suo addidit. Idem libri X. XVII. XVIII. & admixtis decem aliis VIII. quo quadrupedum naturæ describūtur & pecuaria, indice fecit. *Diophanes Nicæensis* quem l. 10. nominat idem est cum illo *Diophane, qui ex Dionysio Uticense, Magonis Pœni de agricultura interprete Græco, epitomen fecit*, de quo ibi sequitur. Indd. verò l. 14. 15. 17. & 18. emendatiores sunt, quia unum solùm *Diophanem* exhibent. *Varro* quidam bis *Diophanem* nominat, sed ex intervallô benè longo; primùm quidem in elencho autorum rei rusticæ nudo; deinde cum *Magonis* omnium præstantissimi de rustica re præceptoris voluminū XXVIII. & Græci interpretis *Cassii Dion. Uticensis* librorum XX. mentio incideret: inde tamen duos Diophanas non licet extundere. Qui enim Nicæensis *Varroni*, idem Bithynius *Columellæ*, Dionysii epitometes. Ejusdem l. 10. indici *Dinon* Clitarchi pater,

quem c. 49. de Sirenibus citat, ab adfini vocabulo *Dionis* abſorptus, reddendus eſt; hic enim Colophonius, *Varroni & Colum.* celebratus, & Indice l. 8: 13. 14: 15: 16: 18: memoratus georgica tradidit; ille hiſtoricus Περσικῆς πραγματείας fuit. Indice l. 12. & 13. *Characem* pro *Charete* nominarunt; hoc verum nomen eſſe ex addita patria Mitylene, quæ Charetem quô de ſ. l. 1. c. ult. tuliſſe à *Plut.* & *Athenæo* fertur, adparet. Charax ἱστοριογράφος recentior eſt, quam ut *Plinio* innotuiſſe potuerit: de eo *Vopius* l. 3. p. 263. conſulendus. Ibidem hiſtoria arborum & fruticum exoticorum ex autoribus præter alios *Menæchmo Dorotheô, Xenia Athenæo* docetur. Menæchmum quendam Sicyonium hiſtoricum fuiſſe ex *Athen.* & *Svida* conſtat, & ſcriptor rerum Al. M. fortaſſe ad argumenta libri duodecimi & XIII. aliquid contulerit; ſed quia manuſcr. *Menæchmodorum* adpellant, meritò *Dorothei* & *Xeniæ* nomina ſuſpecta nobis accidunt. Eo verò conſtituto Pſeudo *Dorotheus*, ſcil. ſi priores ſyllabæ ad præcedentis nomen, poſteriores ad ſequentis transferantur, omninò evaneſcet, eruntque *Menæchmodorus* & *Theo-Xenias Athenienſis* par ſcriptorum, qui fuerant hactenꝰ ternio, *Men. Dor. & Xenias*: è quibus extremus indice l. 13. caſu extruſus reſtituitur à nobis, & cum dimidio ſui qui præcedit *theo* junctus integrum & verum *Theoxeniam* Athenienſem conficit. Gentile enim *Athenienſis* nulli *Dorotheorum*, quos equidem ſcimus, congruit; *Sidonium* unum, alterumque *Aſcalonitam*, neminem præterea, commemorant. Eſt quidem *Xenias* inter nomina Athenis uſitata; eôque fuit archon Olymp. 118. a. 4. *Plut. in Hyper.* ſed non propterea *Theoxenias* non fuerit. Sanè *Theoxenum hiſtoricum*, qui de Anacharſide ſcripſerit, ὅτι ξυνήθη μόνος βαρβάρων, *Lucianus Scythâ* nominat; Eum verò Athenienſem fuiſſe inde patet, quod de re ſolos inter Athenienſes frequentata, initiatione ſacris Eleuſiniis, ceu patrio inſtituto loquitur. Idem ergò erit cum eô quem *Plinio* reddimus fugitivum. Ind. l. 20. & 21. in re herbaria & medicina ex hortenſibus laudat *Petronium Diodotum*; *A Dioſcor. Anazarbe proœm.* ὕλης ἰατρ. inter juniores botanicographos nominantur Νικήρατος καὶ Πετρόνιος, Νιγέρ τε καὶ Διόδοτος, Ἀσκληπιάδαι πάντες. Diſtinctione igitur in *Plinio* adhibita ex uno ſcriptore νόθῳ duo γνήσιοι exibunt, ut indice l. 22. Ejuſdem argumenti de materia medica & viribus herbarum commentatorem *Jollam* l. 20. c. 17. & Ind. l. 12: 21: 23: 24: 25:

24: 25: 26: 28: 34: 35. citat, qui *Dioscorida* l. d. est Ἰόλας ὁ Βιθυνὸς & cum modò nominatis censetur: idemq; est cum isto quem *Stephanus* de colocasia seu faba Ægyptia allegat. *Cl. Salmasio Exerc. Plin. f. 973.* Claudium Julium autorem Φοινικικῶν apud *Stephanum* & *Etymologum* in Γάδειρα, *& de rebus Peloponnesi* apud *schol. Nicandri* cum Jolla confundere placuit; Distinxerim, si meus arbitratus sit, quos ipsa nomina & professiones, alter enim herbarius, alter ἐθνικῶν scriptor, manifestissimè discriminant. Ind. l. 20: 25: 26: 27. *Plistonicum, Medium*, in Plistonicum *medicum*, ex Ind. l. 21. mutamus. Πλειστόνικον ante Herophilum, quem ad initium Cæsarum referunt οἱ χαρίεντες, floruisse *Gal. l. an sanguis in arteriis contin. c. 9.* scripsisse de humoribus, *l. de atrâ bile c. 1; Athen. l. 2.* de paradoxo eo, quòd πεπτικώτερον τοῦ οἴνου τὸ ὕδωρ, memorat. Indices autorum per librum 20. & sequentes sex proximos sanos non esse inde elucet, quod iidem in singulis producuntur autores, nullo addito alio, nullo demto, eodemque ordine, cum tamen argumenta librorum diversi generis sint & ab iisdem scriptoribus peti non potuerint; Unius alteriusve, tertii etiam iidem fortasse fuerint ob materiæ in his adfinitatem; repetere tamen ipsis nominibus singulos otio abutentis hominis fuit & dispendia temporis rei preciosissimæ non curantis. Præterea digestio eorum in Romanos, externos, & Medicos à semidocto literione est, eaque ipsa mediocriter valdè ab isto observata, cum modò in alia classe reposuerit medicos, modò his, qui tales non fuissent, ammiscuerit: *Plinium* autem directiore judicio istos dispositurum fuisse, si id ageret, hominis singulariter curiosi & accurati ingenio adducimur, ut credamus. Procedant reliqua & emendationum & notationũ nostrarum, in quibus ordo servari non potest, ὡς ὗς τῶν Συμβλωαίων χοροὺς & acervatim. *Aristophanes Milesius*, qui Ind. l. 14. & aliquot sequentium laudatur, à *Varrone & Colum.* ll dd. *Malotes* adpellatur: eaque ἐπίκλησις arridet præ istâ. *Mnestheus*, quem Ind. l. 21 & aliquot seqq. *de coronis* citat, *Mnesitheus* Atheniensis medicus est, *vir tum in reliquis omnibus, quæ ad artem spectant, abundè doctus, tum quantum methodo artem medicam exercere oporteat, nulli peritia secundus, teste Gal. 1. θεραπ. ad Glauc.* & ibi *Stephano Athen.* Magnæ existimationis fuisse, & libros ejus περὶ ἐδεσμῶν *Athen.* l. 3. nominatos à Romanis, Græcanicæ eruditioni non ferè semper adplaudentibus, diligenter lectitatos ad-

paret è fragmento de vini tribus generibus, nigro novô, albo vetere, & medio, quod sit prandium caninum, quod è *Varronis* ὑδρεχεύωνι habet & explicat *Gell. l. 13. c. 29.* Ex iis *Galenus l. 2. de alim. facult.* nonnulla excerpsit de facultatibus partium in plantis, & adhibita lima, in unaquaq; sc. plantæ particula peculiarem esse, de quo *Mnesitheus* generaliter nimis pronunciaverat, confutavit. Ejusdem etiam *Pausan. in Atticis*, & ejus epistolæ περὶ κωθωνισμοῦ *Athen. l. 11.* meminit. Indice l. 12. & 13. *Zoilum*, Marsyæ, qui Pella Macedoniæ oriundus fuit, conterraneũ, Macedona adpellat; *Marsya Macedone; Zoilo item:* eò facit & Vitruv. præfat. l. 7: Quomodo igitur Megapoli, quæ Arcadiæ est, natum dicit *Ælianus* l. 11. ποικ. ἱστορ. c. 10? *Svidas* eum *de Amphipoli tres libros edidisse* scribit: Ea verò ad Macedoniam pertinuit: fuerit ergò Macedo Amphipolitanus; & hinc *Ælianus* emendandus. Qui verò hunc etiamnum sequi velit, is cur de Megapoli Arcas cognominatus fuerit Zoilus docere debebit, ut fecêre docti in aliis qui à diversis locis cognomina acceperant. De Amphipoli ejus patria sat testium dedimus. Nomen *Diomedis* quod extat Ind. l. 34. & videtur medici metallicorum scriptoris esse, Ind. li. 33. in *Democriti*, & l. 35. in *Demanis* abiit: revocandum autem. Ind. l. 28. *Apollonius qui Myrsin* prodigiosè corrupto nomine Φαντάζεται. Emendationem adeò expetimus, ut quoquo modo facienda potiùs quàm negligenda esse videatur. Inter Herophiliæ sectæ medicos ætate sua fuisse Heraclidem Erythræum, συσχολαστὴν Ἀπολλωνίου τοῦ Μυὸς, condiscipulum Apolloni Muris dicti, *Strabo* l. 14. adnotavit; eundem *Apollonium qui Mys cognominatus*, celebravit ob doctrinam de facultatibus medicamentorum *Celsus l. 5. c. 1:* etiam *Apollonium Murem Gal. 4. de diff. puls. c. 10.* nominavit. Hic ipse fuit quem *Herophili sectatorem* adpellat, & cujus τὴν τῶν εὐπορίστων φαρμάκων γραφὴν, *volumina medicamentorum facile parabilium* laudat *Galenus ll. de comp. med. κτ. τόπ.* ex iisque integra capita constipat; & quod *Plinius l. d. c. 1. Apollonium scripsisse, vi interempti dente gingivas in dolore scarificari efficacissimũ*, tradidit, ex ea πραγματεία desumtum est. Eidem *Athenæus l. XV.* τὸ περὶ μύρων, opus de suffimentis conspersionibus & inunctionibus odoratis corporum vestium conclavium & lectorum (quales ad cosmeticam medicinam pertinentes libro secundo inscriptorum *de ornatu* ex Heraclidis Tarentini Archigenis & Cleopatræ commentariis *Crito* au-

laæ Im-

Digitized by Google

læ Imperat. paulò ante Galenum medicus collegerat & vulgaverat, teste *Gal.l.1.de comp.med.κ.Ϡ.c.2.n.6.& c.3.n.6.*) *quod Plinius Ind.l.12.& 13. interpretatur, de odoribus*, adscribit. Hinc de *Apollonio qui Myrsin*, in nostro habendum est, esse eum *qui Myrosin*: μυρώσιν, partem sive κοσμητικῆς sive κομμωτικῆς, quæ fucos & pigmenta doceret, scripserit; & cum scriptore ὀσφρήσεων eundem: ad quod conjiciendum adspirare non valuit *Meursius*, qui Plinianum hunc ab isto *Athenæi & Galeni* distinctim recenset, *extr.comm.de Apollonÿs*: tandemque Indice l.12.& 13. *Apollodoro* surrogandum *Apollonium qui de odoribus*. Ind. libri 33.& 34. *Menæchmi de toreutice* scriptum laudatur: Id partem fuisse ejus, quod Menæchmum περὶ τεχνιτῶν inscripsisse refert *Athen.l.2.& 14.* putem: neq; enim τορευταὶ omnem τεχνιτῶν latitudinem exhauriunt, sed hi contrà illos includunt. Fuisse statuarium, & scripsisse de arte sua ait *Plin.* l. 34. c. 8.

Vitruvium Pollionem, qui de architectura scripsit, si stili genus tantùm adtendas & leviter, ævo Augustéo non adcenseas; aliunde verò eô vixisse certissimum est, neque indiget apud faciles demonstrandi contentione. Pertinacibus negare *Plinium* objicimus, qui l. 16. 35.& 36. in quibus de materiebus architecti, easque cædendi temporibus & parandi modis, de pictura & plastice, utilibusque ad has terrarum generibus, de lapidum marmorumque naturis tradidit, *Vitruvio* usum se fuisse fatetur. *Mercurialem* autem qui l. d. corruptoribus id, ut scil. Vitruvium Plinio recentiorem esse persuadeat, tribuit, etiam verosimilitudo hic destituit. Cum enim nullibi eorum librorum Vitruvium, vel ut architectum, vel ut scriptorem de architectura nominaverit *Plinius*, non potuit in ejus nomine Indici adsuendo solers esse sciolorum vanitas ut fuerat Indice libri VII: de quo facinore suprà. Facilius talibus fuit nomina autorum pravè describere, vel omittere, quàm nova addere. Omisêre iidem Indice libri XIX. *Moschionem Græcum*, qui de raphano unum volumen, & *Pythagoram* philosophum, qui unum de scilla, ut est c.5. condidit: Lib. XX. *Theodorum*, in lichenum, ulcerum in capite, epiphorarum & lippitudinis cura ac *Chæream Atheniensem* de medicinis è carduis; qui c. 9. & 23. reperiuntur: L. XXI. *Magonem & Evenora*: quorum iste c. 17. de albuco, pistana, & gladiolo, cypiro d. hic c. 31. de halicacabo soporifero citatur; quanquam istum mentione *Dionysii*, qui Magonem Græcè vertit, indice memorati, comprehendi

dici possit: L. XXII. *Dorotheum carminibus* de chondrille, *Zenonem* de radice sonchi albi, *Agathoclem* de ejus succo, *Cleemporum* medicũ de nigro & albo, ut est c. 22: & hunc ipsum L. XXIV. cui Pythagoræ volumẽ de herbis magicis quosdam tribuisse scribit *Plinius* c. 17: L. XXV. *Evacem regem Arabum*, nisi fallunt codd. editi, quẽ de simplicium effectibus ad Neronem scripsisse ait c. 2: L. XXVIII. è Romanis, *Rabirium*, qui de lacte potô alvum sistente; & *Virgilium*, qui de viru à coitu equi c. 7: externis *Apellem*, qui de scinco contrà sagittarum venena, c. 8: *Osthanem* sive *Ostabanem*, qui de Veneris tædio sanguinis ricini è bove silvestri lumbis illitu conciliato; & ejus stimulo ab hippomane excepto russeo panno & argento incluso, c. 19: Lib. XXIX. *Hippocratem*, qui de cantharidum usu pro hydropicis, c. 4. & c. 6. de felle dorcadis ad claritatem oculorum in argentea pyxide servando: *Musam & Pictonem*, qui blattarum attritu lepras sanatas fuisse retulerint c 6. Lib. XXXI. *Licinium Macrum*, & *Cœlium* qui c. 2. leguntur: Lib. XXXII. *Mutianum*, *Nepotis cujusdam nomenclatorem* (nisi servus fuit iste, non liber lexicus.) *Alexandri rerum autores*, qui c. 6. *Megetem*, *Menandrum*, qui c. 7: *Attalum*, qui c. 8: & *Anaxilaum*, qui c. 10: Lib. XXXIII. *Bruti Epistolas*, quæ c. 3: *Fenestellam*, qui c. 11: Lib. XXXIV. *Annium fæcialem*, qui c. 6: Lib. XXXVI. *Papyrium Fabianum*, qui c. 15: *Catullum*, qui c. 6 & 21: *Lucilium*, qui c. 25: *Pasitelem*, qui c. 5. *Menandrum* & *Metrodorum Scepsium*, qui c. 6: *Xenocratem*, qui c. 26: Lib. ult. *Catullum*, qui c 6. & ut ab ultimis ad prima regrediamur Lib. III. & IV. *Myrsilum*, qui c 7 & 12: Lib. XV. *Theophrastum* de olea, qui c. 1: Lib XVI. *Theopompum* de pice fossili in agro Apolloniatarum, qui c. 12: Lib. XX. *Diodorum in empiricis* de ocymo, qui c. 12. nominatus est, prætererierunt. Tàm fæcunda est una maleficii in Indice editô species: altera cum depravarunt recta parciùs quidem, ut vidimus, commissa est, sed ob monstrosa παραχαράγματα turpior & molestior fuit nobis, qui antiquis & veris lectionibus reducendis, pravis exturbandis ideò desudavimus non tantùm diebus, sed & insomniam his noctibus sustinuimus. Scimus autem non solùm id præstitisse, sed etiam hoc effecisse confidimus, ut superiusculè productis *Strabonis* & *Plinii* de Ephori hevrematibus testimoniis omni exceptione majoribus persuasi viri docti, *Athenæum*, qui l. 4. Εὐφορον ἐν τοῖς Εὑρήμασι laudat de tibiis tragicis, lysiodis, & citharisteriis, itemque *Clementem*, qui *l. 1.*

qui *l. 1. Strom.* Εὔφορον testem citat ejus, *quòd Cadmus Phœnix literas Græcis tradiderit*, emendare non ultrà sint tergiversaturi: Est enim Εὔφορος inter τοὺς καταψευσαμένους, quoad Εὑρήματα; Ἔφορος verò nemini controversus *Casaubonus anim. ad Athen. l. d. c. 25.* nondum se constituisse ait, sitne *Euphorus* iste, qui de inventis priorum scripsit, notus omnibus historicus *Ephorus*, an alius; audacter *Cl. Voß.* L. 3. p. 285. lectionem in *Athenæo* non esse mutandam; & habet igitur *Euphorum de Inventis* alium ab *Ephoro*. Quid in hanc partem constituendum sit, è dictis patet, nimirum mutandam esse lectionem editam in *Athenæô* planissimè, pariterque falsam in *Clemente*, videndumque ne entia præter necessitatem multiplicentur.

Operarum incuria factum est, ut ista summariorum hujus capitis turba ἀπὸ σώματος ἐπὶ ἱερὸν transferretur; sed quam tamen commodius hîc quam alibi spectari putabamus: *Plistonicus medicus: Mnesitheus Atheniensis item: Zoilus Amphipolitanus: Ælianus correctus: Diomedes: Apollonius Mus: de myris seu odoribus, h. e. odoratis suffimentis inspersionibus & inunctionibus scripsit: item de medicamentis facilè parabilibus; de eô indicatum Meursio qui hærebat. Menæchmus de toreutice. Vitruvius Plinio antiquior, contrà Mercurialem. Nomina plurium scriptorum Indici reddita, quæ omissa fuerant, De Ephoro scriptore Inventorum Casaubono satis factum & Cl. Vossio.*

CAP. VII.

***Plinius cursim strictimq́; locis quàmplurimis emendatus & illustratus:** Ejus lapsus in vertendis Græcis: error de coralii baccis, de pediculis & pulicibus pisces dormientes lacessentibus. Umbræ, gens Indiæ. Agrolas restitutus: Saphanus ejectus. Precium coquorum & piscium Romæ. Plinius à censura Salmasii vindicatus. Diodorus medicus. Polea; πώλιον, pulium: in eô dissensum à Salmasio: meconium. Thynni jecur pro psilothro. Battón cælator. Cava in operibus architectorum, quid. Adamas; anachites, anach: nonnullis ἀπὸ τῆς ἀνάγκης.*

A Limine *Plinium* salutavimus; jam eum, ut medici ægrotos suos quibus manus tangunt & vitanda faciendáve præcipiunt, perambulabimus & obibimus quoq;, non visuri eum seu Imperatorem (dilcedebatur enim *Ave* huic dicto) sed ut

amicum

amicum, cui adsidui adhæremus, cujus emolumentis studemus, cujus necessitatibus subvenimus. *Magnus liber* est; *magnumq;* ideò *malum*, tam quia fieri haut aliter potuit, quin in opere prolixo, vario, totam rerum naturam orbemque universum, etiam illum disciplinarum, complexo dormitaret interdum autor & errores sereret, quòd externis scriptoribus, discrepantibus plurimùm à se invicem, uti cogeretur, horumq; narrationes negligentiùs digereret confunderetque; quàm quia malè à prioribus habitus, eòque majus quia descriptores infinitos, alia re nulla quàm inscitia & inadvertentia admirabiles, expertus esse, unde illa ejus codicum & editionum, quanta nullius scriptoris prætereà, diversitas ac multitudo, adparet. Prioris generis, *Plinī* ipsius allucinationum in vertendis Græcis, *Aristotele, Theophrasto*, & *Dioscoride* maximè, quas linguæ ignorantia & mendæ in codicibus veteribus non animadversæ pepererunt, & confusionum in rebus distinctis, sæpè etiam contrariis, indicinæ partes antè occuparunt *P. Victorius, Turnebus, Dalechampius* & novissimè copiosissimèque executus est *Cl. Salmasius*, post quem Solem faculam inferre *Plinio* nemo facilè tentaverit: monuerat de eô etiam *Scaliger Ep. 18. & 19. ad Fr. Vertunianum.* Non præteribimus nos ejus errorem de coralio nondum indicatum; putavit rubescentia grana quæ tornô & lima è fruticis surculis parantur tum poliuntur, baccas hujus esse & παραφυάδας ἴνας instar cornorum sub aquis ramis adnascentes l. 32. c. 2. cum è mari extrahatur muscosum colore viridi & accepta politura demùm rubeat: itemq; alterū de pediculis & culicibus pisces dormientes infestantibus. *Aristot. 4 h. an. c. 10.* ut pisces dormire, impedito eorū sensu, probaret, manu eos facilè capi posse dixerat, nisi φθεῖρες καὶ οἱ λεγόμενοι ψύλλοι magno agmine noctu invecti occupent & lacessant; Hos in profundo maris oriri tanta frequentia, ut escam si diutiùs jaceat absumant; extrahique sæpè conglobatos cum esca à piscatoribus: Lib. 5. c. 19 provenire è limô eos, esse τὰς ὄψεις ὁμοίους τοῖς ὄνοις τοῖς πολύποσιν, πλὴν τὴν οὐρὰν ἔχειν πλατεῖαν, *similes asellis multipedibus nisi quod caudā latam habent. Noster* l. 9. c. 47. inepta verecundia istos piscium vexatores liguritoresque pediculos & pulices circumscribit; hos quidem per *æstiva conoparum animalia pernici molesta saltū*, quæ culices sunt ὀξύστομοι, paludum ac fluminum accolæ ut interpretantur *Scal. not. ad Propert. p. 208. & Rutg. l. 3. Var. ll. c. 9.*

illos

illos per ea *quæ capillus maximè celat*, ἀνδρῶν δαμάτορας δαμάτορας τε τυράννων, Θέμιδος ϑεράποντας, per pilorũ in corporibus silvam discurrentia, è carne sanguinéve animalium nata ζωδάρια, à quibus quantum marini pedunculi differant ex ipsa descriptione apud *Aristotelem* discere poterat: fortasse etiam οἱ λεγόμενοι ψύλλοι nihil cum culicibus pulicibusve è putredine sicca generatis, præterquam nomen, habent commune, & historia utrorumque ideò non debuit confundi. Posterioris generis in *Plinio* post diligentissimorum hominum messem aliqua spica nequam legere etiam nos potuimus; adeò non defuit industriæ & examini locus; Ea verò abscondere religio erat.

L. 6. c. 19. de gentibus Indiæ: *Ultrà* (insulam in Gange Galingam gentem continentem) *siti sunt Modubæ, Molindæ, ubere cum opido ejusdem nominis magnifico.* Voci adjectivæ *ubere* nullus hic locus est, sed abiit in eam adpellatio tertii populi, *Umbræ* vel *Umbritæ*, qui opidum eodem nomine incoluerunt. Eos verò è cap. sequente, quo nominantur, reduximus. Etsi a. ad Indum hi habitent, fuisse tamen intrà Gangem populum cognominem nihil vetat. C. 20: de Taprobanes singularibus: *Hactenus à priscis memorata: nobilis diligentior notitia Claudii principatu contigit, legatis etiam ex India advectis.* Legamus, *Nobis*: de se loquitur *Plinius*, cujus ætate certiora priscorum narrationibus ferebantur, quod & mitterentur à Principibus eò exploratores, quorum relationibus innotescerent incognita (de Nerone est c. 29.) & ab ipsis inde Indis venirent, qui πάτρια Romanis percontantibus edissererent.

L. 7 c. 56. quod breviarium est de inventoribus rerum: *Lateritias* domos constituerunt primi *Euryalus ac Hyperbius fratres Athenis: antè specus erant pro domibus.* Agrolas ac Hyperbius homines Pelasgi, qui sub arce Athenarum habitarunt, muro eam cinxêre *Pausan. Attic.* accepta in extructi ejus mercedẽ regione sub Hymetto, quam colerent *Herod. l. 5.* Hos οἰκοδομητικῆς autores indicare voluit *Plinius*; & mutandum igitur alterutrius nomen. Ib. *Longa nave Jasonem primum navigasse Philostephanus autor est: Egesias Paralum: Ctesias Samyram: Saphanus Semiramin.* De Jasone, Paralo & Semirami, nemo nescit: itemque de Philostephano, Hegesia & Ctesia; at de *Samyrâ* ac *Saphanô* perplexa res est; spopondero etiam fore vanum omnem de inquirendis laborem. Alterum enim *Samyræ* nomen è *Semirmiræ* sive Semiramidis in eodem, alterius

Saphani è *philostephani* in præcedente versiculo exiit transscriptoribus strabis, & eam visus fallaciam, qua ebriis & furiosis res una adparet gemina, patientibus.

L. 9. c. 7. descripturus seculi sui nepotatum, insanaque cœnarum impendia, querelas tunc hominum cum veterum comparans, *coquos*, inquit, *emi singulos pluris quàm equos quiritabant:*

- - - - poterat fortasse minoris

piscator quàm piscis emi: & *Cato*, cariùs emi piscem quàm bovem; *at nunc coci triumphorum preciis parantur, & coquorum pisces*. Paronomasia in *coquorum* & *equorum* vocabulis vulgari verbo veterum olim elegantiam addit: eam igitur retinere etiam suos mens Plini est, sed simul expresso numero, ut cum priores illi singulos coquos pluris emi quàm equos singulos questi fuissent, posteriores quod coqui singuli trium equorum vel trium horum preciis comparentur conqueri soleant, coquos nim. singulos eo precio quo vel tres equi poterant, & in cœnam unam pisces eò quo vel tres coqui, vel novem equi, hoc enim requirit climax proportionis in insanâ auctione rei vilissimæ & servilis capitis, saltem quod gulæ inserviret. Edita lectio acumẽ verbi vulgaris & leporẽ cum *triumphis* suis disperdit nobis.

L. 18. c. 7: *Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandrô autore adparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur.* Nemo doctorum, qui hunc locum sollicitarunt diversimodè, sed διὰ κενῆς omnes, *Lipsio* egit modestiùs: *Mihi*, inquit *1. Saturn. 14. anceps adhuc sententia ejus loci; dicam & lectio*: nec tamen *Plinii verbis quid faciam habeo sine libris*. At hi nihil profuissent; legunt enim constantissimè omnes, quod editum est; & hoc in argumentum trahimus loci benè sani, vanitatemque conjecturarum, quidquam immutandum in verbis esse, quarumvis inde perspicimus. Lectionis igitur certi sumus; laboremus etiam de sententia percipienda. Non arrogo mihi tot præstantissimis perspicacissimisque viris fieri magistrum, & rem extricare valere, unde ii abiissent irriti; sed videor tamen indicare posse, quæ ad antiquitatis intelligentiam & ad expediendas circà eam indignis modis nexas tricas, fortasse viam patefaciant. Potest autem *Plinius* & de re apud Romanos usitata & de quadam apud Græcos sine ulla contradictione exponi. Panis ex hordeo antiquis omnibus pariter fuit usitatus &

Digitized by Google

tus & ante omnem alium; *sed quem vita damnavit & quadrupedum refectibus tradidit*, ut ait *noster b. l.* Gladiatores igitur etiam, bustuarios nim. illos, qui se ad gladium cultrumve locabant, audax crudele & infame genus, eodem fuisse cibatos primùm (ficubus enim siccis, pòst etiam carnibus aluisse tales è *Plin. l. 23. c. 7.* & *Diog. Laert. Pythag.* constat.) consentaneum est & admiratione ulla indignum si propterea cognominati fuerunt *hordearii*. Significat autem hoc cognomentum antiquissimos illos, à victû, puta, familiari, & rudissimos, qui cum hordeo adhuc vescerentur mortales & antequam ad ἀναγκοφαγίαν, peculiaremque victûs rationem, suo vitæ generi competentem, adstringerentur athletæ, fuerint; planè eadem ratione qua βαλανηφάγους *glandivoros* adpellant Arcadas προσελλωαίους & alias primis à condito orbe seculis ante inventum frugum usum gentes cum antiquitatem, simplicitatem & innocentiam earum indicare volunt. Etsi verò ejus cognominis nullum præterea autorem nominare possimus; verum tamen esse nihilominus arbitramur, quia de hordei antiquitate in cibo, cui demonstrandæ adhibuit *Plinius*, consensus est scriptorum luculentissimus. Hæc rem decidendi ratio probatissima, nî fallor, est, & eam sufficienter elucidat; intereà nihil vetat ultrà progredi, & quid præterea quoque, si *Plinium* de re apud Græcos usitata loqui cogitemus, verosimiliter dici posse videatur in medium adferre, saltim ut verum tandem inveniamus, non ut tollamus prius illud quod satis, meô judiciô, benè constitutum est. Elevsiniorum institutum apud Athenienses antiquissimum esse & ab Erechtheo inde rege; eam solennitatem agitavisse istos quotannis mense Boedromione per dies novem; septimô certamen fuisse, in quo victores hordeum accipiebant è *schol. Pindari*, *Aristide*, *Etymologo* & *Svida* docuit Atticarum originum & literarum vindex statorque *Meursius l. singul.* Istis in Elevsiniis ἀγωνισταῖς seu ἀθληταῖς, qui sacris certaminibus depugnarent, denominandis apud Romanos peculiare vocabulum non erat; unde & ipsum *athletarum* hi retinuêre; placuit igitur *Plinio* quoque, & quos hic autores habet, *gladiatores* respecta professionis utrorumque similitudine, etsi finibus & adparatu maximè discreparent, rem honestissimam alterius turpissimæ arenariorum & μονομάχων adpellatione exprimere, & quod laudis verbo dicendum erat, id isto vitii significare;

quem c. 49. de Sirenibus citat, ab adfini vocabulo *Dionis* absorptus, reddendus est; hic enim Colophonius, *Varroni* & *Colum.* celebratus, & Indice l. 8: 13. 14: 15: 16: 18: memoratus georgica tradidit; ille historicus Περσικῆς πραγματείας fuit. Indice l. 12. & 13. *Characem* pro *Charete* nominarunt; hoc verum nomen esse ex addita patria Mitylene, quæ Charetem quô de s. l. 1. c. ult. tulisse à *Plut.* & *Athenæo* fertur, adparet. Charax ἱστοριογράφος recentior est, quam ut *Plinio* innotuisse potuerit: de eo *Vossius* l. 3. p. 263. consulendus. Ibidem historia arborum & fruticum exoticorum ex autoribus præter alios *Menæchmo Dorotheô, Xenia Athenæo* docetur. Menæchmum quendam Sicyonium historicum fuisse ex *Athen.* & *Svida* constat, & scriptor rerum Al. M. fortasse ad argumenta libri duodecimi & XIII. aliquid contulerit; sed quia manuscr. *Menæchmodorum* adpellant, meritò *Dorothei* & *Xeniæ* nomina suspecta nobis accidunt. Eo verò constituto Pseudo *Dorotheus*, scil. si priores syllabæ ad præcedentis nomen, posteriores ad sequentis transferantur, omninò evanescet, eruntque *Menæchmodorus* & *Theo-Xenias Atheniensis* par scriptorum, qui fuerant hacten9 ternio, *Men. Dor.* & *Xenias*: è quibus extremus indice l. 13. casu extrusus restituitur à nobis, & cum dimidio sui qui præcedit *theo* junctus integrum & verum *Theoxeniam* Atheniensem conficit. Gentile enim *Atheniensis* nulli *Dorotheorum*, quos equidem scimus, congruit; *Sidonium* unum, alterumque *Ascalonitam*, neminem præterea, commemorant. Est quidem *Xenias* inter nomina Athenis usitata; eôque fuit archon Olymp. 118. a. 4. *Plut. in Hyper.* sed non propterea *Theoxenias* non fuerit. Sanè *Theoxenum historicum*, qui de Anacharside scripserit, ὅτι ἐμυήθη μόνος βαρβάρων, *Lucianus Scythâ* nominat; Eum verò Atheniensem fuisse inde patet, quod de re solos inter Athenienses frequentata, initiatione sacris Eleusiniis, ceu patrio instituto loquitur. Idem ergò erit cum eô quem *Plinio* reddimus fugitivum. Ind. l. 20. & 21. in re herbaria & medicina ex hortensibus laudat *Petronium Diodotum*; *A Dioscor. Anazarb. proœm.* ὕλης ιατρ. inter juniores botanicographos nominantur Νικήρατος καὶ Πετρόνιος, Νιγέρτε καὶ Διόδοτος, Ασκληπιάδαι πάντες. Distinctione igitur in *Plinio* adhibita ex uno scriptore νόθοι duo γνήσιοι exibunt, ut indice l. 21. Ejusdem argumenti de materia medica & viribus herbarum commentatorem *Jollam* l. 20. c. 17. & Ind. l. 12: 21: 23: 24: 25:

24: 25: 26: 28: 34: 35. citat, qui *Dioscorida* l. d. est Ἰόλας ὁ Βιϑυνὸς & cum modò nominatis censetur: idemq; est cum isto quem *Stephanus* de colocasia seu faba Ægyptia allegat. *Cl. Salmasio Exerc. Plin. f. 973.* Claudium Julium autorem Φοινικικῶν apud *Stephanum* & *Etymologum in* Γάδειρα, & *de rebus Peloponnesi* apud *schol. Nicandri* cum Jolla confundere placuit; Distinxerim, si meus arbitratus sit, quos ipsa nomina & professiones, alter enim herbarius, alter ἐθνικῶν scriptor, manifestissimè discriminant. Ind. l. 20: 25: 26: 27. *Plistonicum, Medium*, in Plistonicum *medicum*, ex Ind. l. 21. mutamus. Πλειστόνικον ante Herophilum, quem ad initium Cæsarum referunt οἱ χαρίεντες, floruisse *Gal. l. an sanguis in arteriis contin. c. 9.* scripsisse de humoribus, *l. de atrâ bile c. 1;* *Athen. l. 2.* de paradoxo eo, quòd πεπτικώτερον τοῦ οἴνου τὸ ὕδωρ, memorat. Indices autorum per librum 20. & sequentes sex proximos sanos non esse inde elucet, quod iidem in singulis producuntur autores, nullo addito alio, nullo demto, eodemque ordine, cum tamen argumenta librorum diversi generis sint & ab iisdem scriptoribus peti non potuerint; Unius alteriusve, tertii etiam iidem fortasse fuerint ob materiæ in his adfinitatem; repetere tamen ipsis nominibus singulos otio abutentis hominis fuit & dispendia temporis rei preciosissimæ non curantis. Præterea digestio eorum in Romanos, externos, & Medicos à semidocto literione est, eaque ipsa mediocriter valdè ab isto observata, cum modò in alia classe reposuerit medicos, modò his, qui tales non fuissent, ammiscuerit: *Plinium* autem directiore judicio istos dispositurum fuisse, si id ageret, hominis singulariter curiosi & accurati ingenio adducimur, ut credamus. Procedant reliqua & emendationum & notationũ nostrarum, in quibus ordo servari non potest, ὡς ἐκ τῶν Συςβλωαίων χοεῆς & acervatim. *Aristophanes Milesius*, qui Ind. l. 14. & aliquot sequentium laudatur, à *Varrone & Colum.* ll dd. *Malotes* adpellatur: eaque ἐπίκλησις arridet præ istâ. *Mnestheus*, quem Ind. l. 21 & aliquot seqq. *de coronis* citat, *Mnesitheus* Atheniensis medicus est, *vir tum in reliquis omnibus, quæ ad artem spectant, abunde doctus, tum quantum methodo artem medicam exercere oporteat, nulli peritia secundus, teste Gal. 1. θεραπ. ad Glauc.* & ibi *Stephano Athen.* Magnæ existimationis fuisse, & libros ejus περὶ ἐδεστῶν *Athen,* l. 3. nominatos à Romanis, Græcanicæ eruditioni non fere semper adplaudentibus, diligenter lectitatos adparet

paret è fragmento de vini tribus generibus, nigro novô, albo vetere, & medio, quod sit prandium caninum, quod è *Varronis* ὑδρεγχεδῶνι habet & explicat *Gell. l. 13. c. 29.* Ex iis *Galenus l. 2. de alim. facult.* nonnulla excerpsit de facultatibus partium in plantis, & adhibita lima, in unaquaq; sc. plantæ particula peculiarem esse, de quo *Mnesitheus* generaliter nimis pronunciaverat, confutavit. Ejusdem etiam *Pausan. in Atticis*, & ejus epistolæ περὶ κωθωνισμοῦ *Athen. l. 11.* meminit. Indice l. 12. & 13. *Zoilum*, Marsyæ, qui Pella Macedoniæ oriundus fuit, conterraneū, Macedona adpellat; *Marsya Macedone; Zoilo item:* eò facit & Vitruv. præfat. l. 7: Quomodo igitur Megapoli, quæ Arcadiæ est, natum dicit *Ælianus* l. 11. ποικ. ἱστορ. c. 10? *Svidas* eum *de Amphipoli tres libros edidisse* scribit: Ea verò ad Macedoniam pertinuit: fuerit ergò Macedo Amphipolitanus; & hinc *Ælianus* emendandus. Qui verò hunc etiamnum sequi velit, is cur de Megapoli Arcas cognominatus fuerit Zoilus docere debebit, ut fecère docti in aliis qui à diversis locis cognomina acceperant: De Amphipoli ejus patria sat testium dedimus. Nomen *Diomedis* quod extat Ind. l. 34. & videtur medici metallicorum scriptoris esse, Ind. li. 33. in *Democriti*, & l. 35. in *Demanis* abiit: revocandum autem. Ind. l. 28. *Apollonius qui Myrsin* prodigiosè corrupto nomine Φαντάζεται. Emendationem adeò expetimus, ut quoquo modo facienda potiùs quàm negligenda esse videatur. Inter Herophiliæ sectæ medicos ætate sua fuisse Heraclidem Erythræum, συσχολαστὴν Ἀπολλωνίου τοῦ Μυὸς, condiscipulum Apolloni Muris dicti, *Strabo* l. 14. adnotavit; eundem *Apollonium qui Mys cognominatus*, celebravit ob doctrinam de facultatibus medicamentorum *Celsus l. 5. c. 1:* etiam *Apollonium Murem Gal 4. de diff. puls. c. 10.* nominavit. Hic ipse fuit quem *Herophili sectatorem* adpellat, & cujus τὴν τῶν εὐπορίστων φαρμάκων γραφὴν, *volumina medicamentorum facile parabilium* laudat *Galenus ll. de comp. med.* κατὰ τόπ. ex iisque integra capita conslipat; & quod *Plinius l. d. c. 1. Apollonium scripsisse, vi interemti dente gingivas in dolore scarificari efficacissimū,* tradidit, ex ea πραγματείᾳ desumtum est. Eidem *Athenæus l. XV.* τὸ περὶ μύρων, opus de suffimentis conspersionibus & inunctionibus odoratis corporum vestium conclavium & lectorum (quales ad cosmeticam medicinam pertinentes libro secundo inscriptorum *de ornatû* ex Heraclidis Tarentini Archigenis & Cleopatræ commentariis *Crito* aulæ Im-

læ Imperat. paulò ante Galenum medicus collegerat & vulgaverat, teste *Gal.l.1.de comp.med.κ.]. c.2.n.6.&c.3.n.6.) quod Plinius Ind.l.12.& 13. interpretatur, de odoribus*, adscribit. Hinc de *Apollonio qui Myrsin*, in nostro habendum est, esse eum *qui Myrosin; μύρωσιν*, partem sive κοσμητικῆς sive κομμωτικῆς, quæ fucos & pigmenta doceret, scripserit; & cum scriptore ὡραϊσμῶν eundem: ad quod conjiciendum adspirare non valuit *Meursius*, qui Plinianum hunc ab isto *Athenæi & Galeni* distinctim recenset, *extr.comm.de Apollonii*: tandemque Indice l.12.& 13. *Apollodoro* surrogandum *Apollonium qui de odoribus*. Ind. libri 33.& 34. *Menæchmi de torevtice* scriptum laudatur: Id partem fuisse ejus, quod Menæchmum περὶ τεχνιτῶν inscripsisse refert *Athen.l.2.&14.* putem: neq; enim τορευταὶ omnem τεχνιτῶν latitudinem exhauriunt, sed hi contrà illos includunt. Fuisse statuarium, & scripsisse de arte sua ait *Plin.* l.34. c.8.

Vitruvium Pollionem, qui de architectura scripsit, si stili genus tantùm adtendas & leviter, ævo Augustéo non adcenseas; aliunde verò eô vixisse certissimum est, neque indiget apud faciles demonstrandi contentione. Pertinacibus negare *Plinium* objicimus, qui l. 16. 35.& 36. in quibus de materiebus architecti, easque cædendi temporibus & parandi modis, de pictura & plastice, utilibusque ad has terrarum generibus, de lapidum marmorumque naturis tradidit, *Vitruvio* usum se fuisse fatetur. *Mercurialem* autem qui l. d. corruptoribus id, ut scil. Vitruvium Plinio recentiorem esse persuadeat, tribuit, etiam verosimilitudo hic destituit. Cum enim nullibi eorum librorum Vitruvium, vel ut architectum, vel ut scriptorem de architectura nominaverit *Plinius*, non potuit in ejus nomine Indici adsuendo solers esse sciolorum vanitas ut fuerat Indice libri VII: de quo facinore suprà. Facilius talibus fuit nomina autorum pravè describere, vel omittere, quàm nova addere. Omisêre iidem Indice libri XIX. *Moschionem Græcum*, qui de raphano unum volumen, & *Pythagoram* philosophum, qui unum de scilla, ut est c.5. condidit: Lib. XX. *Theodorum*, in lichenum, ulcerum in capite, epiphorarum & lippitudinis cura ac *Chæream Atheniensem* de medicinis è carduis; qui c. 9. & 23. reperiuntur: L. XXI. *Magonem* & *Evenora*: quorum iste c. 17. de albuco, pistana, & gladiolo, cypiro d. hic c. 31. de halicacabo soporifero citatur; quanquam istum mentione *Dionysii*, qui Magonem Græcè vertit, indice memorati, comprehendi dici

dici possit: L. XXII. *Dorotheum carminibus* de chondrille, *Zenonem* de radice sonchi albi, *Agathoclem* de ejus succo, *Cleemporum* medicū de nigro & albo, ut est c. 22: & hunc ipsum L. XXIV. cui Pythagoræ volumē de herbis magicis quosdam tribuisse scribit *Plinius* c. 17: L. XXV. *Evacem regem Arabum*, nisi fallunt codd. editi, quē de simplicium effectibus ad Neronem scripsisse ait c. 2: L. XXVIII. è Romanis, *Rabirium*, qui de lacte potô alvum sistente; & *Virgilium*, qui de viru à coitu equi c. 7: externis *Apellem*, qui de scinco contrà sagittarum venena, c. 8: *Osthanem* sive *Ostabanem*, qui de Veneris tædio sanguinis ricini è bove silvestri lumbis illitu conciliato; & ejus stimulo ab hippomane excepto russeo panno & argento incluso, c. 19: Lib. XXIX. *Hippocratem*, qui de cantharidum usu pro hydropicis, c. 4. & c. 6. de felle dorcadis ad claritatem oculorum in argentea pyxide servando: *Musam* & *Pictonem*, qui blattarum attritu lepras sanatas fuisse retulerint c 6. Lib. XXXI. *Licinium Macrum*, & *Cœlium* qui c. 2. leguntur: Lib. XXXII. *Mutianum*, *Nepotis cujusdam nomenclatorem* (nisi servus fuit iste, non liber lexicus.) *Alexandri rerum autores*, qui c. 6. *Megetem*, *Menandrum*, qui c. 7: *Attalum*, qui c. 8: & *Anaxilaum*, qui c. 10: Lib. XXXIII. *Bruti Epistolas*, quæ c. 3: *Fenestellam*, qui c. 11: Lib. XXXIV. *Annium fœcialem*, qui c. 6: Lib. XXXVI. *Papyrium Fabianum*, qui c. 15: *Catullum*, qui c. 6 & 21: *Lucilium*, qui c. 25: *Pasitelem*, qui c. 5. *Menandrum* & *Metrodorum Scepsium*, qui c. 6: *Xenocratem*, qui c. 26: Lib. ult. *Catullum*, qui c 6. & ut ab ultimis ad prima regrediamur Lib. III. & IV. *Myrsilum*, qui c 7 & 12: Lib. XV. *Theophrastum* de olea, qui c. 1: Lib XVI. *Theopompum* de pice fossili in agro Apolloniatarum, qui c. 12: Lib. XX. *Diodorum in empiricis* de ocymo, qui c. 12. nominatus est, prætererunt. Tàm fœcunda est una maleficii in Indice editô species: altera cum depravarunt recta parciùs quidem, ut vidimus, commissa est, sed ob monstrosa παραχαράγματα turpior & molestior fuit nobis, qui antiquis & veris lectionibus reducendis, pravis exturbandis ideò desudavimus non tantùm diebus, sed & insomniam his noctibus sustinuimus. Scimus autem non solùm id præstitisse, sed etiam hoc effecisse confidimus, ut superiusculè productis *Strabonis* & *Plinii* de Ephori heurematibus testimoniis omni exceptione majoribus persuasi viri docti, *Athenæum*, qui l. 4. Ἔφορον ἐν τοῖς Εὑρήμασι laudat de tibiis tragicis, lysiodis, & citharisteriis, itemque *Clementem*, qui *l. 1.*

Digitized by Google

qui *l. 1. Strom.* Ἔυφορον testem citat ejus, *quòd Cadmus Phœnix literas Græcis tradiderit*, emendare non ultrà sint tergiversaturi; Est enim Ἔυφορος inter τὺς καταψευσμένους, quoad Ευρήματα; Ἔφορος verò nemini controversus. *Casaubonus anim. ad Athen. l. 4. c. 25.* nondum se constituisse ait, sitne *Euphorus* iste, qui de inventis priorum scripsit, notus omnibus historicus *Ephorus*, an alius; audacter *Cl. Voss.* l. 3. p. 285. lectionem in *Athenæo* n n esse mutandam; & habet igitur *Euphorum de Inventis* alium ab *Ephoro*. Quid in hanc partem constituendum sit, è dictis patet, nimirum mutandam esse lectionem editam in *Athenæô* planissimè, pariterque falsam in *Clemente*, videndumque ne entia præter necessitatem multiplicentur.

Operarum incuria factum est, ut ista summariorum hujus capitis turba ἀπὸ σόματος ἐπ' ὀυρὰν transferretur; sed quam tamen commodius hîc quam alibi spectari putabamus: *Plistonicus medicus: Mnesitheus Atheniensis item: Zoilus Amphipolitanus: Ælianus correctus: Diomedes: Apollonius Mus: de myris seu odoribus, h. e. odoratis suffimentis inspersionibus & inunctionibus scripsit: item de medicamentis facilè parabilibus; de eô indicatum Meursio qui hærebat. Menæchmus de torevtice. Vitruvius Plinio antiquior, contrà Mercurialem. Nomina plurium scriptorum Indici reddita, quæ omissa fuerant, De Ephoro scriptore Inventorum Casaubono satis factum & Cl. Vossio.*

CAP. VII.

Plinius cursim strictimq; locis quàmplurimis emendatus & illustratus: Ejus lapsus in vertendis Græcis: error de coralii baccis, de pediculis & pulicibus pisces dormientes lacessentibus. Umbræ, gens Indiæ. Agrolas restitutus: Saphanus ejectus. Precium coquorum & piscium Romæ. Plinius à censura SalmasI vindicatus. Diodorus medicus. Polea; πώλιον, pulium: in eô dissensum à Salmasio: meconium. Thynni jecur pro psilothro. Battôn cælator. Cava in operibus architectorum, quid. Adamas; anachites, anach: nonnullis ἀπὸ τὺ ἀνάγκη.

A Limine *Plinium* salutavimus; jam eum, ut medici ægrotos suos quibus manus tangunt & vitanda faciendáve præcipiunt, perambulabimus & obibimus quoq;, non visuri eum seu Imperatorem (discedebatur enim *Ave* huic dicto) sed ut amicum

amicum, cui assidui adhæremus, cujus emolumentis studemus, cujus necessitatibus subvenimus. *Magnus liber* est; *magnumq́;* ideò *malum*, tam quia fieri haut aliter potuit, quin in opere prolixo, vario, totam rerum naturam orbemque universum, etiam illum disciplinarum, complexo dormitaret interdum autor & errores sereret, quòd externis scriptoribus, discrepantibus plurimùm à se invicem, uti cogeretur, horumq; narrationes negligentiùs digereret confunderetque; quàm quia malè à prioribus habitus, eòque majus quia descriptores infinitos, alia re nulla quàm inscitia & inadvertentiæ admirabiles, expertus esse, unde illa ejus codicum & editionum, quanta nullius scriptoris præterea, diversitas ac multitudo, adparet. Prioris generis, *Plini* ipsius allucinationum in vertendis Græcis, *Aristotele, Theophrasto*, & *Dioscoride* maximè, quas linguæ ignorantia & mendæ in codicibus veteribus non animadversæ pepererunt, & confusionum in rebus distinctis, sæpè etiam contrariis, indicinæ partes antè occupârunt *P. Victorius, Turnebus, Dalechampius* & novissimè copiosissimèque executus est *Cl. Salmasius*, post quem Solem faculam inferre *Plinio* nemo facilè tentaverit: monuerat de eô etiam *Scaliger Ep. 18. & 19. ad Fr. Vertunianum.* Non præteribimus nos ejus errorem de coralio nondum indicatum; putavit rubescentia grana quæ tornô & lima è fruticis surculis parantur tum poliuntur, baccas hujus esse & παρὰ φυάδας ἴνας instar cornorum sub aquis ramis adnascentes l. 32. c. 2. cum è mari extrahatur muscosum colore viridi & accepta politura demùm rubeat: itemq; alterū de pediculis & culicibus pisces dormientes infestantibus. *Aristot. 4 h. an. c. 10.* ut pisces dormire, impedito eorū sensu, probaret, manu eos facilè capi posse dixerat, nisi φθεῖρες καὶ οἱ λεγόμενοι ψύλλοι magno agmine noctu invecti occupent & lacessant; Hos in profundo maris oriri tanta frequentia, ut escam si diutiùs jaceat absumant; extrahique sæpè conglobatos cum esca à piscatoribus: Lib. 5. c. 19 provenire è limô eos, esse τὰς ὄψεις ὁμοίους τοῖς ὄνοις τοῖς πολύποσιν, πλὴν τὴν οὐρὰν ἔχειν πλατεῖαν, *similes asellis multipedibus nisi quod caudâ latam habent. Noster* l. 9. c. 47. inepta verecundia istos piscium vexatores liguritoresque pediculos & pulices circumscribit; hos quidem per *æstiva conoparum animalia pernici molesta saltû*, quæ culices sunt ὀξύστομοι, paludum ac fluminum accolæ ut interpretantur *Scal. not. ad Propert. p. 208. & Rutg. l. 3. Var. ll. c. 9.*

illos

illos per ea *quæ capillus maximè celat*, ἀνδρῶν δαμάτορας δαμάτοράς τε τυράννων, Θέμιδος θεράποντας, per pilorū in corporibus ſilvam diſcurrentia, è carne ſanguinéve animalium nata ζωδάρια, à quibus quantum marini pedunculi differant ex ipſa deſcriptione apud *Ariſtotelem* diſcere poterat: fortaſſe etiam οἱ λεγόμενοι ψύλλοι nihil cum culicibus pulicibusve è putredine ſicca generatis, præterquam nomen, habent commune, & hiſtoria utrorumque ideò non debuit confundi. Poſterioris generis in *Plinio* poſt diligentiſſimorum hominum meſſem aliqua ſpica nequam legere etiam nos potuimus; adeò non defuit induſtriæ & examini locus; Ea verò abſcondere religio erat.

L. 6. c. 19. de gentibus Indiæ: *Ultrà* (inſulam in Gange Galingam gentem continentem) *ſiti ſunt Modubæ, Molindæ, ubere cum opido ejuſdem nominis magnifico.* Voci adjectivæ *ubere* nullus hic locus eſt, ſed abiit in eam adpellatio tertii populi, *Umbræ* vel *Umbritæ*, qui opidum eodem nomine incoluerunt. Eos verò è cap. ſequente, quo nominantur, reduximus. Etſi a. ad Indum hi habitent, fuiſſe tamen intrà Gangem populum cognominem nihil vetat. C. 20: de Taprobanes ſingularibus: *Hactenus à priſcis memorata: nobilis diligentior notitia Claudii principatu contigit, legatis etiam ex India advectis.* Legamus, *Nobis*: de ſe loquitur *Plinius*, cujus ætate certiora priſcorum narrationibus ferebantur, quod & mitterentur à Principibus eò exploratores, quorum relationibus innoteſcerent incognita (de Nerone eſt c. 29.) & ab ipſis inde Indis venirent, qui πάτρια Romanis percontantibus ediſſererent.

L. 7 c. 56. quod breviarium eſt de inventoribus rerum: *Lateritias* domos conſtituerunt primi *Euryalus ac Hyperbius fratres Athenis: antè ſpecus erant pro domibus.* Agrolas ac Hyperbius homines Pelasgi, qui ſub arce Athenarum habitarunt, muro eam cinxêre *Pauſan. Attic.* accepta in extructi ejus mercedē regione ſub Hymetto, quam colerent *Herod. l. 5.* Hos οἰκοδομητικῆς autores indicare voluit *Plinius*; & mutandum igitur alterutrius nomen. Ib. *Longa nave Jaſonem primum navigaſſe Philoſtephanus autor eſt: Egeſias Paralum: Cteſias Samyram: Saphanus Semiramin.* De Jaſone, Paralo & Semirami nemo neſcit: itemque de Philoſtephano, Hegeſia & Cteſia; at de *Samyrâ* ac *Saphanô* perplexa res eſt; ſpopondero etiam fore vanum omnem de inquirendis laborem. Alterum enim *Samyræ* nomen è *Semirmiræ* ſive Semiramidis in eodem, alterius

Saphani è *philostephani* in præcedente versiculo exiit transscriptoribus strabis, & eam visus fallaciam, qua ebriis & furiosis res una adparet gemina, patientibus.

L. 9. c. 7. descripturus seculi sui nepotatum, insanaque cœnarum impendia, querelas tunc hominum cum veterum comparans, *coquos*, inquit, *emi singulos pluris quàm equos quiritabant:*

- - - - poterat fortasse minoris

piscator quàm piscis emi: & *Cato*, cariùs emi piscem quàm bovem; *at nunc coci triumphorum preciis parantur, & coquorum pisces.* Paronomasia in *coquorum* & *equorum* vocabulis vulgari verbo veterum olim elegantiam addit: eam igitur retinere etiam suos mens PliniI est, sed simul expresso numero, ut cum priores illi singulos coquos pluris emi quàm equos singulos questi fuissent, posteriores quod coqui singuli trium equorum vel trium horum preciis comparentur conqueri soleant, coquos nim. singulos eo precio quo vel tres equi poterant, & in cœnam unam pisces eô quo vel tres coqui, vel novem equi, hoc enim requirit climax proportionis in insanâ auctione rei vilissimæ & servilis capitis, saltem quod gulæ inserviret. Edita lectio acumẽ verbi vulgaris & leporẽ cum *triumphis* suis disperdit nobis.

L. 18. c. 7: *Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandrô autore adparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur.* Nemo doctorum, qui hunc locum sollicitarunt diversimodè, sed διὰ κενῆς omnes, *Lipsio* egit modestiùs: *Mihi*, inquit *1. Saturn. 14. anceps adhuc sententia ejus loci; dicam & lectio*: nec tamen *Plinii verbis quid faciam habeo sine libris.* At hi nihil profuissent; legunt enim constantissimè omnes, quod editum est; & hoc in argumentum trahimus loci benè sani, vanitatemque conjecturarum, quidquam immutandum in verbis esse, quarumvis inde perspicimus. Lectionis igitur certi sumus; laboremus etiam de sententia percipienda. Non arrogo mihi tot præstantissimis perspicacissimisque viris fieri magistrum, & rem extricare valere, unde ii abiissent irriti; sed videor tamen indicare posse, quæ ad antiquitatis intelligentiam & ad expediendas circà eam indignis modis nexas tricas, fortasse viam patefaciant. Potest autem *Plinius* & de re apud Romanos usitata & de quâdam apud Græcos sine ulla contradictione exponi. Panis ex hordeo antiquis omnibus pariter fuit usitatus &

tus & ante omnem alium; *sed quem vita damnavit & quadrupedum refectibus tradidit*, ut ait *noster h. l.* Gladiatores igitur etiam, bustuarios nim. illos, qui se ad gladium cultrumve locabant, audax crudele & infame genus, eodem fuisse cibatos primùm (ficubus enim siccis, pòst etiam carnibus aluisse tales è *Plin.l.23.c.7.* & *Diog.Laert.Pythag.* constat.) consentaneum est & admiratione ulla indignum si propterea cognominati fuerunt *hordearii.* Significat autem hoc cognomentum antiquissimos illos, à victû, puta, familiari, & rudissimos, qui cum hordeo adhuc vescerentur mortales & antequam ad ἀναγκοφαγίαν, peculiaremque victûs rationem, suo vitæ generi competentem, adstringerentur athletæ, fuerint; planè eadem ratione qua βαλανηφάγους *glandivoros* adpellant Arcadas προσελήναιους & alias primis à condito orbe seculis ante inventum frugum usum gentes cum antiquitatem, simplicitatem & innocentiam earum indicare volunt. Etsi verò ejus cognominis nullum prætereà autorem nominare possimus; verum tamen esse nihilominus arbitramur, quia de hordei antiquitate in cibo, cui demonstrandæ adhibuit *Plinius*, consensus est scriptorum luculentissimus. Hæc rem decidendi ratio probatissima, nî fallor, est, & eam sufficienter elucidat; intereà nihil vetat ultrà progredi, & quid prætereà quoque, si *Plinium* de re apud Græcos usitata loqui cogitemus, verosimiliter dici posse videatur in medium adferre, saltim ut verum tandem inveniamus, non ut tollamus prius illud quod satis, meô judiciô, benè constitutum est. Elevsiniorum institutum apud Athenienses antiquissimum esse & ab Erechtheo inde rege; eam solennitatem agitavisse istos quotannis mense Boedromione per dies novem; septimô certamen fuisse, in quo victores hordeum accipiebant è *schol. Pindari*, *Aristide*, *Etymologo* & *Svida* docuit Atticarum originum & literarum vindex statorque *Meursius l. singul.* Istis in Elevsiniis ἀγωνισταῖς seu ἀθληταῖς, qui sacris certaminibus depugnarent, denominandis apud Romanos peculiare vocabulum non erat; unde & ipsum *athletarum* hi retinuêre; placuit igitur *Plinio* quoque, & quos hic autores habet, *gladiatores* respecta professionis utrorumque similitudine, etsi finibus & adparatu maximè discreparent, rem honestissimam alterius turpissimæ arenariorum & μονομάχων adpellatione exprimere, & quod laudis verbo dicendum erat, id isto vitii significare;

Digitized by Google

cujus consuetudinis in lingua Romanorum exempla observarunt veteres Grammatici; hac *latrones* vocarunt viarum insessores & hominum ex insidiis invasores, qui aliquando iisdem custodes corporis seu à latere servi à Græco λάτρις,& milites cum ferro ad latera,sive mercede, quæ λάτρον, conducti; *Varro l. 7. de Lat. L. P. Victor. l. 16. Var. c. 17.* hac *grassatores* teste *Catone apud Gell. l. 11. c. 2.* Poëticæ artis studiosi, ad convivia se adplicantes, dicebantur, à gradiendo seu itando per convivia, qui à posterioribus longè alia notione vulgati sunt, & ad nos venêre. Hordearii autem etiã isti cognominari potuêre, quia præmi[illegible] & velut annona in hordeo esset constituta victoribus; cujus cognominis [illegible]uia extra *Plinium* autorem neminẽ habemus apud Latinos,id ex ipsa Attica antiquitate natum esse dicemus. Certum est τὰ ἄλφιτα quæ in Theseis,quorum festivitas vel ante Romam conditam Athenis celebrata est, distribuebantur pauperibus,cujus moris vestigium in *Aristophan. Pluto*, etiam fuisse hordei; & victorum in certamine Theseio præmium idem; *polentam enim Græci aliunde quàm ex hordeo non præferunt*, inquit *noster l. d.* pluresque ibidem eam parandi modos enarrat. Et ab his de hordeo verè ὠγυγίοις μύθοις & *Plinio* lux, & notitia rei inexcogitatæ hactenus de hordeariis gladiatoribus aliqua nobis.

Verba l. 23. c. 5: *Palma, quæ fert myrobalanum, probatissima in Ægypto*; è *Dioscor.* l. 1. c. 149. istis Φοῖνιξ ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται, παρεμφέρων τῇ Ἀραβικῇ μυροβαλάνῳ, expressisse *Plinium*, eòque immane quantum errasse decernit *Cl. Salmasius f. 1319 & 1324. l. d.* Nos *Plinium* excusamus, quòd edita lectio ea sit, sed alia veterum codicum talis: *P. quæ præ se fert myrobalanum*, quæ recta Dioscoridéorum interpretatio est, & ab ipso; Deinde verissima etiam est edita, fert enim palma myrepsicæ balano simile pomum: sed tum ad *Dioscoridem* respexisse *Plinium* non dicemus: eritque igitur sive editam sive scriptam lectionem ei tribuamus, hîc quidem invulnerabilis. Adeò Græcæ linguæ rudem fuisse, ut *Dioscoridem* brevissima ῥήσει, παρεμφέρων τῇ A. M. non intelligeret nec juratissimo testi credidero. Sin in *Dioscoride* codicem quô φέρων τὴν μυροβάλανον legeretur, fortasse incidit *Plinius*, ut διπλογραφήματα solennia valdè sunt, neque sic ejus aliqua culpa fuerit.

L. 24. c. 16. de ari radice: *Diodotus dedit phthisicis è melle eclígmate, & pulmonis vitiis, ossibus etiam fractis imposuit.* Medicum fuisse, cujus ista de aro ex-

aro experimenta adnotantur, necesse est: l. 29. c. 6. *Diodorum* citat, qui blattas odore tædiosum insectum in morbo regio, & orthopnoicis se dedisse tradat cum resina & melle, & l. 20. c. 12. *Diodorum in Empiricis* de eo, quod ocymi cibus pediculos faciat. Eidem igitur & ista de aro tribuenda sunt. *Diodotus* verò herbarius in historia potiùs plantarum, quàm in earum medicinis versatus fuit.

L. 28. c. 13: *Asinini pulli fimum, quod primum edidit (poleam Syri vocant) datur in aceto mulso*, contrà lienis dolores. De Syrorum lingua parùm curavit *Plinius*, utique despicatissimorum. Falsissimum præterea est; πωλέαν, enim vel πωλίαν Græci id vocavissent, haud Syri. *Poleam* etiam nominat *cap. seqq. Aristot. 5. hist. an. cap. 29.* πώλιον adpellari id quod egerunt equæ antequam pariant, scripsit: reddunt, *pullium. Cl. Salmasius l. d.* f. 939. de membranis quibus fœtus involutus fuerat interpretatur, & corrigit legendo πίλιον: πῖλον & πίλιον omne involucrum & operimentum significare. De oraculô dubitare nefas quidem est & irreverentius; non enim tanti ejus fidem æstimari, quanti oportebat à dubitantibus sentimus: sed quando ambiguū est ipsum, humani intellectus imbecillitate fieri excusatur, si pravè quis intelligat & contrà Numinis sensum. Queror non percipere me, qui membranæ fœtum ambientes, ante nitentem in lucem pullum procedant; Vel enim ideò quod aut post fœtum aut cum ipso, naturaliter prodeant exuviæ istæ adpellantur à Græcis ὕστερον *7. hist. an. c. 11.* ὕστερα, & δεύτερα, *Gal. 5. aphor. 49. & l. de tremore*, à Latinis *Secundæ*; non igitur sunt id quod προεκβάλλουσιν αἱ ἵπποι πρὸ τοῦ πώλου. Præterea cum hoc tanquam morbo simile commemoret *Aristoteles*, à χορίω, quod equam devorare ubi pepererit scribit l. 6. c. 22: & naturale est & necessarium extrà fœtum, erit propterea diversissimū. Hoc Catone, quid non sit πώλιον contentos esse nos oportebit, dum vel prorigarū aliquis vel peritiores rerum naturalium quid sit explicabunt. Ad humani fœtûs exclusionem, quā aquarum, ἰχώρων ὑδαρῶν, ἔκχυσις ruptâ tunicâ amnio præcedit, si liceret equarū partus exigere, fortasse dicturi essem9 aliquid quod rem à solo quantū scimus, *Aristotele*, sive vero, sive falso, proditam paulùm illustraret. Protropum istud, de quo incepimus dicere, asinini pulli excrementum peculiari nomine esse non inconvenit; nam & quod infans primum egerit, cruentum, valdè atrum & piceum, autori-

bus mulierculis *μηκώνιον* adpellari scribit *Aristot. 7. hist. an. c. 13*: meminit sordium primùm editorum infantium eodem vocabulo *Plin. l. 28. c. 4*: *autor l. εἰ ζῶον τὸ κτ̄ γαστρός. an animal sit quod in utero continetur*, inter Galenicos: *Aetius tetr. 1. s. 4. c. 4*: Itali *collostrum*, Hispani *ferrado* vocant, *Roder. à Castro l. 3. de nat. mul. c. 17.*

L. 30. c. 1: *Ad easdem vitiligines & muscas illini jubent cum radice lapathorum: gallinarum simum candidum servatum in oleo vetere* cornea pyxide: *vespertilionum sanguinem.* Radix lapathi in pulverem contrita, excepta muscarum tabo & illita sanat vitiligines: Gallinarum item è fimo candidum selectum ex oleo vetere inunctum; & servatus cornea pyxide sanguis vespertilionum. Ita disponendus fuit sermo cum gallinaceus fimus etiam non servatus in pyxide, sed *ἐκ προχείρου* collectus oleoque mixtus adhiberi utiliter possit; vespertilionum sanguis non nisi adservatus in vasculô: corrumperetur enim ab aëre ambiente. A cornu verò q. defenditur.

L. 32. c. 7. in catalogo psilothrorum seu remediorum ad pilos inutiles, ne exemti' renascantur; *Idem* (præstare, h. e. emendare palpebras exemtis priùs pilis, putatur) *tæniæ jecur siccatum pondere X iiij. cum oleo cedrino perunctis pilis novem mensibus.* Tæniarum hepata anatomici tàm facilè scilicet ostenderint nobis quàm *ὄρνιθος γάλα*, vel culicum adipem: *thynnorum* volumus. Sic enim c. 10: *Psilothrum est thynni sanguis, fel, jecur sive recentia sive servata. Jecur etiam tritum, mixtaq; cedria plumbea pyxide asservatum*; & *Aetius tetr. 2. s. 2. c. 63. Pilos penitus extirpare dicit, thynni* hepar putrefactum. Illustremus etiam *Plinium* de dosi medicamenti seu pondere, quod non ab omnibus intelligi scimus. Τὸ X. nota est *χαλκοῦ* seu æreï, quam Græci ita figurabant X. pro qua Latini editores Plini, suæ linguæ X quasi *ἰσοδυναμοῦσαν* substituêre. Chalci autem seu æreï quatuor ponderant obolum seu scrupulum dimidium.

L. 33. c. 12: *Compedes induere aureas mos tritior vetat.* De plebe fœminis calceorum ornaturæ ex argento permissæ erant; ex auro senatorii & equestris ordinis. *Mos* igitur *patritiorum* hic, plebeias prohibuit, ne eò luxus adspirarent, & exclusit usu auri in compedibus.

Ibid. *Pitheas cœlator cocos fecit parvulis potoriis, sed è quibus ne exempla quidem liceret exprimere: tàm oportuna injuriæ subtilitas erat.* Ultima *ῥήσεως* contradicunt prioribus. Si enim injuriæ oportunum erat quamvis subti-

ſubtiliſſimum Pitheæ in poculis artificium, etiam exempla inde exprimere facile fuit. Hoc autem de iis præcisè negat *Plinius*; *tàm* igitur *inoportuna injuriæ ſubtilitas erat*, quia ἀμίμητος.

L. 34. c. 8: *Bryaxis* cœlator è marmore *Æſculapium & Seleucum fecit. Bedas adorantem Batton Apollinem & Junonem, qui ſunt Romæ in Concordiæ templo.* Bedas, Lyſippi filius, adorantis cujuſdam habitû ſtatuam, ut Sthenis flentium matronarum & adorantium ſacrificantiumque. Cephiſſodorus concionantis manû elata finxerat. Battôn inter celebres ſtatuarios à *Plinio* in ſequentibus expreſsè reponitur, qui athletas & armatos, & venatores ſacrificantesque fecit; quem quia non agnovit *Dalechamp.* in caſu nominis errans exponit *Plinium* h. l. de Batto adorante Apollinem & Junonem, qui fortaſſe nunquam id fecit, vel feciſſe à quoquam traditur. Res igitur in *Plinio* diſtinctione confecta dabitur: *Bedas adorantem* fecit; *Battôn Ap. & Junonem.*

L. 36. c. 15: de ſubſtructionibus Capitolii & cloacarum, ſuffoſſis montibus, urbe penſili ſubterq; navigata, ob corrivatos ſeptem amnes & Tiberis retrò infuſi fluctus: *Trahuntur moles internæ tantæ, non ſuccumbentib. cauſis operis.* Sine cauſſa hîc *cauſæ operis*, & ſine cerebro ii, qui eas reliquêre. *Cava operis* non ſuccũbere tantis impoſitis molibus miratur *Plinius* eòque magis quod rex Tarquinius Priſcus *amplitudinem cavis eam feciſſe prodatur ut vehem fœni largè onuſtam transmitteret*; Alia cava in operibus architectorum ſeu tubilia cignorum aſſerumque, ὀπαὶ Græcis, huc nihil pertinent.

L. 37. c. 4: *Adamas metus vanos expellit à mente: & ob id quidam eum anachiten vocavêre.* Superſedebo variis hujus loci quantum ad alterum adamantis nomen lectionibus è quarum quavis à ſuis adprobatoribus etymon aliquod, *Plinii* ſententiæ quodamodo reſpondens, confictũ eſt: exploſit enim antè benè penitꝰ omnes *Cl. Salmaſius*, l. d. f. 1085. & ſuam *ananciten* ἀπὸ τῆς ἀνάγκης, *quæ omne id quod animũ ſua ſpontis eſſe non patitur, ut ira voluptas, dolor, metus, &c. quæ totidẽ ſunt ἀνάγκαι, significet*, nobis cõmendat. Grati agnoſcimꝰ Viri magni ἄφθονον & liberalitatem, quam nuſquã non exercet ergà has literas cumulatiſſime ac ſplendidiſſime nec movemus temerè quę iſte ſapienter poſuit; at quia ſcimꝰ quod adamas à vetuſtis & bonę notę ſcriptorib. is lapis adpellatur quẽ Ebræi אֲנָךְ *anach* vocarunt, deliberandum doctis & principi horum

Salmaſio

tuit; de terminatione Græca & etymô seu ratione adpellationis, quæ utraque dat ipse tradita à Græcis, nobis non laborandum esse arbitramur. Plus satis enim nota est horũ in hoc genere περιεργία & futilitas, adeò in laudem suæ gentis intentorum, ut ex ejus linguâ antiqua & præstabilia omnia, Numina etiam ipsa nominibus suis accersere satagant & quæ solorum Barbarorum sunt sibi transscribant; unde chaos illud bellarum etymologiarum, & eruditio, quam inde venamur & capimus, malè conciliata.

CAP. VIII.

C. Barthi laus: examen eorũ quæ ad Plinium Valerianum commentatus est libris Adversariorum prioribus decem: de eô Pliniô contrà Mercurialem: videri Christianum potiùs fuisse quàm paganum: Apostolicum rotundum quid. Emendata in Pl. aliquammulta. Pix Brutia: Brutates qui: Sila silva: saltus Caravigniacensis: Notitia Imperii emaculata: pix virgo quæ. Aurugia quid: mucilago, muccus, μύξα, succus spissior. Magdalia, μαγδαλιαί, magdaleones, rotundula, rotulæ. Ramenta ξύσματα: ῥίνημα, limatura: πρίσμα, serratura, scobs. Hero, heres, eres, erinaceus, ericius. Vinacea uvarum grana, nõ vasa uvis servandis. Plinius major reprehensus. Cytini, flos & fructus mali Punicæ sativæ. Dioscorides correctus. Prægnare. Mel sine fumo, sine fuco, sincerum. Malagmum. Calabrica, laquei fasciæ & nodi chirurgorũ. Caricæ exacinatæ: Ægiliades. Species crustogelatæ. Pulicariũ herba. Secta, i.e. vulnera. Spathomele, σπαθομήλη, instrumentũ chirurgicum, specillum, diversæ figuræ & in varios usus. Collectiones quid. Charidæ, καρίδες, squillæ. Mãna turis. Filix quid Barbaro-Latinis. Salvari pro curari medicamentis, illatinum. Rusticon, ῥωστικὸν, confortativum. Cyma quid. Succidare quid. Contrà manè. Vivaria, i.e. ferina, è vivario. Pullus juscellatus: avicillæ anethatæ: carnes, pisces juscellati. Stellæ apsinthii. Pilulæ stercoris hædi. Vinum Sabinũ. Gurguliones, quid. Strufus, στρόφος, tormina. Cataputiæ, catapotia. Emina, enema, clyster. Tolles, tonsillæ. Chamitria, chamædrys. Damon medicus antiquus. Xeromyron quid. Segares, & Athanasius, medici his nominibus nulli. Pythagoras athleta alius à Philosopho: non distinxit Barthius. Oribasius emendatus.

PRoximum *Plinio Catulli* conterraneo locum dabimus *συνω-νύμῳ Valeriano Empeirico* dicto, medico *λόγοισ τε καὶ ἔργῳ*, istius quantũ ad medicinas fideli plagiario. Hujus de medicina parabili libros V. hactenus negatum nobis fuit adspicere: quicquid de eô scimus fatemur Cl. *Barthio* debere, qui ex editione Romana anni 1509. quàm unicam vidit (est tamen etiam Basiliensis anni 1530.) passim laudatissimorum *Adversariorum* cum advocat, interpretatur, emendat, constituto cujas fuerit & quâ ætate vixerit. *Mercurialis 3. gymn. 13. & 6. c. 11.* injustè indignatur barbarum autorem Plinl Secundi nomine falsò inscribi; à Secundo enim cognomina, quæ in usu doctorum sunt, eum distinguunt satis; esse verò transcriptorem ejus non negamus. Judicio verò hìc planè fallitur: barbarum enim adpellare scriptorem qui ævo Constantinianéo fuerit proximus non debuit; non alligata est uni alterive seculo Latinitas, & ejus ævi etsi non illibata & simplex, bona tamen est & necessaria multis significantiùs & decentiùs exprimendis: & qui *συγχρόνους Plinio* nostro tot eruditissimos scriptores *Arnobium, Firmicum, Ammianum, Ausonium, Symmachum, Claudianum, Vegetium, Prudentium* barbarismorum insimulet, nonne cerebrô carere videri poterit? Saltim medicina Latina ejus dictione & idiotismis non potuit carere, neque possunt hodieq; excogitari elegantiora vel ab observantissimis & callentissimis dialecti omnium Latinissimæ quam Augustéi ævi adpellant. Absolvimus igitur ista *μέλανι* *Mercurialis Plinium* & utilissimum medicis ac Latinitatis studiosæ juventuti autorem enarrare non erubescimus: memores interim & benè gnari, multa in ipsius libris exscriptoribus imputanda esse, qui suorum seculorum stribiligines ornatissimæ & castigatæ satis Latinitatis scriptori adfricuerunt. Ab iis sunt flexionum in Græcis vocabulis mutationes nimis quàm creberrimæ, & idiotismorum nostratis linguę, quos ab homine Hispano (qua enim natione fuerit tàm pænè incertum est quàm quô patre: ad Afrorum tumorem & horridiusculum, proprium tamen loquendi genus, accedit quàm proximè & Hispanos ævi posterioris refert maximè.) minimè expectes, sunt autem nihilominus frequentissimi, simplicitates; & produnt in Germaniæ quodam claustro, cum regnaret hoc genus, demoratum grammatistam, qui autori describendo operam impenderit & eum sæpiculè interpolarit. Dabimus

mus aliquando istos collectim, cum exemplar undecunq; nacti commentario perpetuo totam Plinianam medicinam illustrabimus: cujus præcipuum caput erit Majorem cum Minore conferre; paulò enim speramus, feliciùs tum cadent emendationes nobis, quàm factum iis, qui id malo more suprà fidem incogitanter neglexerant. Ethnicum superstitione fuisse, ut *Cl. Barthio* visum l. 10. c. 25. negamus, quod *sideratos*, quos apoplexia corripuerat, *ita irâ DEI percussos, & si intrà diem quartum ad se non fuerint reversi dimittendos esse*, quasi deploratos, velit l. 3. c. 16. quæ sententia Christianum planè arguit. Neque enim reperias inter paganos qui decreto Deorum immedicabiles morborum nonnullos, talibusque adflictos non esse attingendos, ne Numinum voluntatibus pugnare viderentur, existimaverint. Præterea à numero specierum compositis indidisse nomina medicos tralatitium est: hinc *pilulæ de tribus*, quos Rufo Ephesio tribuunt; empl. *triapharmacum, tetrapharmacum, syrupus de quinq; radicibus, pentamœron*, apud *Oribas. l. 3. synops. & Aet. tetr. 3. s. 3. c. 44. pentatheton emplastrum 4. s. 3. c. 37. heptapharmacum*, apud eundem tetr. 4. s. 3. c. 22: *enneapharmacum Hori Mendesii, c. 23: decamœron* seu decumanum *Oribasii* tetr. 3. s. 4. c. 44. & illa inter antidotos à *Paulo* l. 7. nominata Δωδεκάθεος, ut cæna quædam secretior D. Augusti, in qua convivæ habitu Deorum Dearumq; duodecim adsederant, *Suet. c. 70.* interdum à numero drachmarum seu pondere; hinc *hexacontadrachma*, quorum adparatus sexaginta, & *hecatontadracma* quorum adparatus centum drachmarum esset (sic enim legendum in *Aet. tetr. 2. s. 3. c. 101.* ubi edidère, *hexacontarchia*, & *hecatontarchia.*) Compositionem autem medicamenti, quæ duodecim ingredientibus, ut loquuntur, constaret, non adpellavit *Apostolicam* nisi cui Salvator generis humani cum duodecim discipulis Apostolis innotuisset. Ita verò l. 3. c. 7: *Apostolicum rotundum cum adipe vulturino teres & ex eo manus fricabis*: ubi emplastri unguenti vel cujuscunque compositi è duodecim simplicibus rotundulam seu magdaleonem intelligere licet; nisi locum corruptum esse & de *alumine rotundo natura*, quod è *Plin. l. 35. c. 15.* notum est, & cum adipe mixtum smegmatis locò esse potest, aliquid latere suspicari malimus. In collectione autem, qua utitur *Barth. l. 10. c. 25. quòd Jovis civitatem nominet Plin. l. 4. c. 3. ideò paganum fuisse*, nulla necessitas sequelæ est: cum scriptores Christianos no-

mina quæ urbibus imposuerant gentiles, plurimùm à fictitiis Numinibus & idolis desumta, non abhorruisse constet aut abolevisse. Multò verò minus, *Plinium* nostrum iis temporibus vixisse, quibus cadavera cremare adhuc in more habebant, ut ex hoc ejus sermone, *carnes caprinæ tostæ in rogo hominis hunc morbum depellunt*, colligit *Barthius* l. 7. c. 8 recipimus: Desumsit enim hæc è *Plinio* majore, cujus l. 28. c. 16. ista sunt: *Dantur & carnes caprinæ in rogo hominis tostæ* comitialibus *ut volunt magi*: & propterea de ætate ejus minimè testantur, uti nec ista l. 3. c. 6: *caput clavi quo quis cruci adfixus est alligatur panno*, de eô Romani scriptorem ævi, quo crucifixio in usû, ut argumentatur idem l. 5. c. 5. fuisse. Persequemur autem *Plinium* hunc ordine, quo in *Adversariis Barthianis* occurrit, ut plurimùm in iis quæ in re medica ἀμύητος vel non vidisse vel minùs commodè exposuisse vel contemsisse ut levicula, quæ indice tamen digna sint & cognitione, existimamus. Utilitas publica erit, cui uni velificamur, nihil aut illustrissimæ Viri famæ detrahentes, aut nobis ruina cujusquam nominis quidquam struentes. Vidimus qui præterea *Plinium Valerianum* citent, *Amatum Lusit. l. de ingressu ad infirmos, Hier. Montuum pract. med. Parte* 1. *l.* 4. *c.* 13 *& p.* 3. *de cura morb. infant. Fuchsium historiâ plantar. c.* 94. *de serpilli qualit. & medicinis ex eô*: c. 139. de *cucurbita*: *c.* 142. *de castaneis*: *c.* 143. *de nuce*, *I. Bapt. Codronchium l. de hydrophobia*: *Lælium à Fonte Consf.* 43. de trutis fluviorum per mineras saxosas delabentium: *A. Spiegelium l. de semitertiana initiô, Chiflet. not. ad Plin l.* 20. *nat. h. c. ult. A. Fumanellum*, *qui l. de morbis in urinæ viis* Plinium Valerianum Comensem de carduo allegat; sed ducem *Barthium* sequi elegimus, qui autorem à capite ad calcem percurrit, & ῥήσεις ejus pleniores adducit: id quod proposito nostro, cum ipso libro careamus, est adcommodatius. Notamus verò ad Adversariorum L. 1. c. 14. isthæc: Pix Bricttia seu Brixia *Plini Valer.* ea est quam *Plinius* major l. 16. c. 11. & 24. c. 7. Brutiam, *Strabo* l. 6. Βρέτιον *Diosc.* l. 1. c. 98. Βρυτίαν, adpellari ajunt: quæ apud Bruttios seu Bruttates, inferiora Calabriæ ad mare mediterraneum tenentes à Siculis divisos freto colligitur in silva Silâ: hanc saltuum Bruttiorum nomine *Seneca*, *Solinus* Rheginorum celebrat; optimam pascuis fuisse inde adparet, quod *Cassiod. l.* 12 *Var.* 12. caseum Silanum commendet: & reditus amplos inde percepisse Imperatores, quòd *procuratorem rei privatæ in saltu*

Carmi-

Digitized by Google

Carminiatensi, & Correctorem Bruttiorum & Lucaniæ, qui pecuario vectigali præerat, *Notitiæ Imperii Occid. c. 42. & 54.* commemoret: quanquam Caravigniacensis potius vocandus sit iste à Caravigna, opido Calabriæ in saxoso & nemoroso colle sito. Cur Brutia dicta fuerit, *Plinius* major non videtur intellexisse, ut docebimus alibi: cur aliqua virgo, in eo fluctuare Cl. *Barthius*. Exponit enim modò eam, *quæ prima ex arbore mascula sumitur; meliorem autem esse quæ è mascula arbore*, autore *Plin.* l. 24. c. 7. At *Plinius* non est autor ejus sententiæ, verùm ei expresse contradicit; *Id quod in hoc adjiciunt*, inquiens, *è mascula arbore meliorem esse, non arbitror posse intelligi*, quòd in arboribus è quibus pix coquitur mas & fœmina non cognoscantur: modò quæ incommixta sit & illibata; quod admittimus. Cum enim in os sumendam & masticandam ad derivandum in id phlegma proponat *Pl. Valerianus*, puram à sordibus quibusq; significare voluisse intelligendus est. *Aurugia quid sit non satis notum est*: inquit. Arvinam esse sive lardum è verbis *Plini* adparet quibus revulsoriam ab oculis & capite ac digerentis medicamenti materiam describit: *aurugiam veterem excalfactam impones ad cervicem contrà frontem, & cum fascia caput ligabis.* Si interpretemur axungiam, quæ in codice semper *anxungia* scribitur, id est sevum seu adipem, cujus præsertim inveterati cum sale idem effectus est, ab edita lectione propiùs aberimus. *Buccellaginem* exponit, *quod manducatum aut masticatū bucca eximitur*. Verba *Plinii* l. 1. c. 20. planè respuunt hoc interpretamentum: sunt autem hæc: *Bulbis Afris tritis buccillaginem ex iis spissam cum melle & nitro contritam in modum collyrii inunges, in triduo albugines tollit.* E bulbis tritis fit buccillago; teruntur autem in pila vel mortario; non ergò buccâ eximetur massa eorum masticata, neque buccellago vocanda erit. Falsa lectio sententiam & interpretationem nihilominus falsam suggessit *Barthio*. Legemus rectè *mucilaginem* & interpretabimur, succum lentum è contusis bulbis residem, spissum, cum melle & nitro collyrii forma inunctum oculis emendare albugines: quo nihil verius. Bulborum enim scillarum & ceparum, utpote δριμέων, θερμαντικῶν καὶ σμηκτικῶν, succum ad cicatrices oculorum & albugines delendas, si inungatur. *Plin. l. 20. c. 5.* cum melle & nitro sugillatis benè facere ex *Archigene* & *Apollonio* docuit *Gal. 5. de comp. med.* κ. 7. ca. 2. & 3. & l. 4. c. 8. ob vim discussoriam & detersoriam, qua & lentigines & alia faciei vitia

tollunt, *Plin.* l. d. c. 29. *Mucilago* autem & *muccago* ista significatione, spissioris nim. succi & lentescentis, medicis & seplasiariis est notissima; talis est, quæ è seminibus cydoniorum & psyllii, item è gummi Arabico, lacryma tragacanthæ & similibus adfuso cujuscunque liquoris modico momento solet exire, humectandi & leniendi facultate pollens, ἀπὸ μύξας vel à *mucco*: *Plin. l. 25. c. 11. crassitudinem vocat eam quæ è psyllio. Mandalia videntur à mandendo velut minutæ portiones dici, aut frustilla certa specie decisa*: Barthius. Non à mandendo dici mandalia clarè ostendit ῥῆσις *Plinii*: *Cerodarium resolvis diligentissimè cumq; solutum fuerit, refundes in mortario & diligentissimè teres & sic facies mandalia, & repones*: qua emplastri alicujus seu ceroti compositionem docet; cui nihil cum manducatione commune. Μαγδαλιάς & ἀπομαγδαλιάς veteres vocarunt offas è farina non discreto furfure quas manibus detergendis adhibere coci & canibus projicere solebant; τὰ τῶν ἀλφίτων ἀποβλήματα. *Aristoph. schol. Equit.* & *Galen. gloss.* μαγίδα interpretatur χειροπληθῆ μαγδαλιάν, massam quæ manum impleat. Hinc medicis forma emplastrorum, cerotorum, aliarumve massarum medicamentariarum rotunda & oblonga, magdalion, magdalis, μαγδαλεών: *Scribon. Largus: redactum in rotundas ampliores quas magdalidas dicunt.* Loquitur de emplastro cujus massa in totundulas seu minores portiones oblongas solet effingi cum reponere volumus; Germanicū Rolle / eine Rolle Pflaster/ è Latino per syncopen factum est. Trochisci & orbiculi globosam figuram indicant; magdaleones oblongam & rotundam.

Ramenta cucurbitæ, si lectio constat novè dictum est, inquit. Sanè novè si ἐνικῶς ita dici existimet. Ita verò *Plinium* loquentem inducit: *Cucurbitæ ramenta trita & suprà tumentem oculum posita tumorem emendat.* Legemus *emendant;* & novè non dixerit. Ramentum est quicquid lima κνήστιδι, κνήστρῳ, radula deraditur, *Hippocr.* ἰχθύημα: ξέσμα, ξύσμα, ῥίνημα, strigmentum, limatura, scobs, scobina fabrorum: ut πρίσμα, serratura; πελέκυμα, assula securi excussa, præsegmen bipenni decisum: τόρνευμα, quod torno deteritur: σμιλεύματα coriorum recisamenta scalpro facta.

Ad lib. 2. c. 14. Adv. observamus ista *Plini Val. l. 1. c. 36: Comburi debent harenulæ quæ in cornibus cochlearum inveniuntur, & cavis dentibus inditæ finiunt dolorem*: expressa esse è majoris Plin. l. 30. c. 3. hisce: *Harenulæ*

venulæ quæ inveniuntur i. e. c. cavis dentium i. statim liberant dolore: quæ puto istis esse sinceriora: quomodo enim arenulæ comburentur? E libro decerni posset, num verba *comburi debent* præcedentem ῥῆσιν finiant, non inchoent hancce. Igne in calcem abire poterant arenæ; sed esset hic adparatus præter majoris Plini mentem & fortasse inutiliter susceptus. Mox in istis: *Idemq; præstat fimus corvi in lana alligatus*, malè de *crocodili* stercore diuinat *Barthius*: sunt enim intelligenda de *corvi*, indice majore l. d. qui sic: *item fimo corvi lana adalligato* statim dolorem dentium abigere tradunt, & mederi infantium tussibus l. d. c. 15.
E cap. 43: *Heronis cinis cum melle illinitur*. Puto animalculi genus esse, inquit Barth. Ab hoc quidem magistro sic nihilo doctiores abimus: est n. adhuc quæstioni locus: aliunde igitur petendum est quodnam animal hero. Heres, eres, è Græco Χὴρ, erinaceus, ericius, ἐχῖνος χερσαῖος est spinis loco pilorum horrens animal, notum vulgò, cujus historiam apud *Plin. l. 8. c. 37.* legere est. *Ejus cinis cum melle, aut corium combustum cum pice liquida* alopecias emendat & capillorum defluvia continet; *id. l. 29. c. 6.* quæ *Valerianus h. l.* exscripsit. Erinaceorum ventres in vase testaceo tostos cum nonnullis aliis adipe ursi & phocæ exceptos prærasis calvæ areis illevit Andromachus junior, teste Critone apud *Galen. l. d. c. 2:* & *Ægin. l. 3. c. 1:* refert ad Moschionem Crito ib. c. 10. cum melle & aceto, *Soranus. Aetius tetr. 2. s. 2. c. 55.* cum melle incorporat. Idem præstare tradiderunt marinorum echinorum testas combustas: Cinerem ericii cum pice liquida *P. Bayrus* dist. 1. tr. 1 c. 3. *Scalig. Ex. 198.* à *Gratio* poeta, qui floruit tempore quo purissimè loquebantur, erinaceum erem adpellari à paucis animadversum est: *Olympio Nemesiano* cynegeticorum post trecentos à Cæsaris morte annos poetæ tribuunt docti hæc: *spinosi corporis herem*: quem levicula tolerabilique mutatione noster *heronem* vocavit. Mel pro suffumigio fuisse in usu medicorum, quod *noster* l. 1. c. 18. 20. & 21. aliquod nominet *sine fumo*, observat l. 1. Advers. c. 14. Ingenium, ut semper, non vulgare; argumentum, ut sæpè, imbecillum & rhetoricum. Naturæ mellis ob pingue aëreum plurimum ignem concipere non repugnat; & inter probas incorrupti habent, si accensum luceat, *Apic.* l. 1. c. 17. sed fumum id emittere ipsa sensuum evidentia redarguit: vanique fuissent veteres si corpus ἄκαπνον ad suffimenta adhibuissent; quos tamen

naturas

naturas rerum penitiùs introſpexiſſe & cognitione præſtitiſſe nobis fatemur cum pudore. Menda autem in manifeſtiſſimô eſt; & improbabile igitur etiam id, quod lectione falſa nititur. *Mel ſine fuco*, h.e ἀκέραιον, ſincerum, non adulteratum, & quod caſtum adpellat *Apicius l. 7. c. 11.* ſubſtituendum eſt. Id ab improbo notus quibuſdam diſtingvunt *Dioſ. l. 2 c. 101: Plin. l. 11. c. 15: Galen. 4. de ſanit. tu. c. 11. Myrrhæ ſuccus ſine fuco* (nam & hic *fumum* excludimus:) eſt myrrhæ lacryma ἄδολος, pura, ut vel extillat è vulnerata arbore, vel exprimitur pinguis, ſtacte dicta, ſine ammixtis extraneis, vel vitio aliquo, & omnium laudatiſſima.

In l. 4. Adv. c. 14. quo Plini Valer. verba è l. 4. c. 39. emaculat, mendum unum grande, quod facit ut nihil ejus ῥήσεως intelligamus, curam & ὀξυβλεψίαν correctoris eluſit, etjamſi extantiſſimum. *Dioſcorides*, inquit Plinius Barthi, *in hunc modum ſimplicitis tradit, ut cùm primùm citrini erumpere incipiũt, tres numero ſine tactû dentium transvorentur. Cæteri, ut diximus, efficacius putant, ut qui hoc remedium petiturus eſt, omni vinculo ſolutus, duobus ſiniſtræ manus digitis, pollice & quarto citrinum detraheret, & ut ſuprà poſitum eſt transvoraret, ac levi attactu floris oculos ante ſuos luſtraret.* Mira obſervatio empirici, ſed in quo morbo de quo remedio ſermo ſit, nuſquam comparet; ecqui enim iſti *citrini*: cui adfectui efficaces? De *cytinis*, qui mali Punicæ ſativæ primus ſive flos ſunt ſive partus & fructus rudimentum, ut *Galeno* placuit, *Plinius major l. 23. c. 6.* ſuperſtitioſam iſtam experientiam ad oculorum imbecillitatem anno præcavendam prodidit: ad hunc igitur conferendus erat Minor belliſſimæ correctioni aliis omnibus conjecturis quamvis ſolerter factis & acutè potiori eruendæ. *Dioſcorides* l. 1. c. 153. ſimpliciùs iſta, ſed cujus verba nec ipſa ſunt ſine mendis: Ita verò legenda conſtituimus: ἱσορῦσι ἤ τινες μὴ ὀφθαλμιᾶν παρ' ὅλον τὸ ἔτος τὰς καταπόντας τρεῖς κυτίνους ὡς ἔτι ἐλαχίσους: *narrant nonnulli non laboraturos toto annno lippitudine, qui tres cytinos, cum adhuc quàm minimi ſunt, devoraverint*: quem veriſſimum ſenſum ex edita lectione tribus locis in totidem lineis corrupta (ſunt enim in eâ ὀφθαλμίαν, ὅλων, & ὅτι, quæ correximus) nemo elicuerit.

Ibid. è cap. 45. de malis ziziphis: *ægrè concoquuntur, ſitim accendunt, prægnant ſtomachum, difficilimum reddunt officium ventris*: *Cl. Barthio* viſum eſt *prægnare* notabile verbum eſſe; ſed cum *implendi* & *infarciendi* tan-

di tantùm significationem habeat; id verò etiam cibi coctu faciles, immoderatiùs sumti præstare ventriculo soleant, & cibos propterea sumamus ut ventriculi cavum repleatur, non puto tolerari hoc locô posse. Noxa verò à cibo δυσπέπτῳ manifestior, si *prægravare* ventriculū & dolorem gravativum causari concipiamus. Legemus igitur *prægravant* stomachum. Quod ibi de amygdalis vulpem strangulantibus siti è *Valeriani l. d c. 50.* adnotat, de amaris verum esse è *majoris l. 23. c. 8.* addi oportuit. Sunt enim diversæ manifestissimè à dulcibus naturæ, utiq; cum extenuent & aperiant. Ultimo capitis profitetur duo menda præterea sustulisse è Valeriano; ostendemus intulisse turpiora. Editus *Valerianus* c. 57; *Hoc pomum Dioscorides frigidißimum adfirmat atq; ideò ad lapsum digestionis incutere: Lectio BarthI: laborem ad digestiones:* quæ non tantùm ab editis immane quantum abludunt, sed & obscura sunt & ἀσήμαντα. Malim paulò significantiùs, & una tantùm litera addita: *ad laborem digestionis incurrere.* Hoc enim excessivè frigidorum vitium est, ut tardissimè & non nisi difficilimè digerātur, & morosè in venas abeat eorum chylus lentus plerumque piger & actioni caloris refractarius. Ibid. pro editis istis c. 49. de ceraso; *gummi quod trimeus illacrimat exasperatas arterias præcipuè lenit, si in vino veteri detur in sorbitionem,* legere jubet, *quod ex rimis illacrymat*: mox *trimus vel adeo triennis* substituit. Prius audacius aliquantò confictum est, è *trimeus* facto *ex rimis*: posterius etiam solæco laborat; an enim *trimus* cerasus *gummi illacrymat?* & cerasi, quæ non tantùm bima aut trima, sed plurium adeò annorum eadem qualitate & virtutibus semper gummi fundit, imò quò vetustior eò copiosius, indolem non describit. Antiqua scriptura fuit *truncus*: *gummi quod truncus cerasi illacrymat*; eam revocatam mordicus tenemus pro verissima. *Vinacea, vasa uvis servandis* inquit *Barth. l. 2. c. 14.* sic enim *Plin. l. 1. c. 64: Uvæ in vinaceis servatæ faciunt screātib. sanguinem.* Sumta sunt hæc è *Plin.* majore l. 23. c. 1. ipsis verbis; qui expressit è Diosc. l. 5. c. 3. istis: αἱ δὲ (σταφυλαὶ) ἐκ τῶν στεμφύλων καὶ ἐκ τῶν βυκῶν ἁρμόζουσι τοῖς αἱμοπτοϊκοῖς. E rationibus uvas sine noxa diu adservandi, quas *Varro l. 1. de re r. c. 54: Colum. l. 12. c. 43: & Plinius* l. 15. c. 17. docuere fuit, siccatas vel foliis platani, fici, aut vitis involutas vinaceis stipare; hæ ἐκ τῶν στεμφύλων adpellantur; vel dare in ollulas & in dolia seu in cados plenos vinaceorum contrudere, aut ita compone-

ponere ollulas in cadis ut vinacei interculcari & usque ad summum labrum condensari possint; hæ ἐκ τῶν βυκῶν. Vinacea igitur pro vasis accipere non licet, cum ipsa alio vase includerentur, ollis interposita. Σἴέμφυλα autem seu vinaceæ non sunt grana ipsa, ut vult *Barthius*; intelligit autem acinos; sed τὰ ὑπόλοιπα ἀποθλίμματα, γεώδη καὶ σκληρὰ ap. *Gal. 6. de simpl. med. fac.* ἢ στερεὰ λείψανα, duræ solidæque uvarum expressarum in torculari reliquiæ & retrimenta, præterquam dotibus innumeris aliis podagrarum discussione, si pedes iis mergantur, memorabilia. Frivolum videatur, non tamen omittendum propter desideria Philologorum, disconvenire circa uvarum servaturas *Plinio* cum *Dioscoride*. Hic utrique uvarum generi, tàm quæ è vinaceis, quàm quæ ex ollis, quibus vinaceæ fuerant interpositæ, promuntur, easdem tribuit vires: esse εὐστόμους εὐστομάχους, κοιλίας ἐφεκτικὰς, ἀρμόζειν τοῖς αἱμοπτοϊκοῖς, κύστεως ἢ καὶ κεφαλῆς ἅπτεσθαι: his similes esse in musto conditas: Ille istas *& caput & vesicam & stomachum infestare*; has *os & stomachum & aviditatem excitare* scribit, quod de pensilibus & palealibus omnium ob humiditatem alienam exiccatam innocentissimis & *Dioscor.& ipse* paulò antè tradiderat: quæ verò in musto fuêre, eas pejorem etiamnũ vim habere, quàm quæ in vinaceis. Judicium hîc in *Plinio* vacillare dicas qui cum in diversas de re eadem narrationes incideret indifferenter eas convasavit, & modò conflavit in unam quæ maximè essent contrariæ, modò è diversis autoribus exceptam unam quasi geminam & differentem proposuit; eademque supinitate admissum est, & quod eadem toties repetivit, domesticaque quasi ex adverso orbe, & cum de viribus uvarum ex ollis multa narret separatim, l. 23. c. 1. servandi in fideliis seu ollis modum quem è *Columella* (hunc enim denotat cum *proximos autores* l. 15. c. 17: nominat) docere debebat, ne attigit quidem verbulo. Quàm verò inscitè circumloquitur & tædiosè verba *Dioscoridæ*: διψώδεσι ἢ καὶ καυσώδεσι καὶ χρονίοις πυρετοῖς χρήσιμοι? *Voluptatem earum in stomachi ardore sentiri: & in amaritudine oris felleque vomitione in cholericis, hydropicis, cum ardore febrium ægrotantibus*, inquit. Quàm absunt à Dioscorideis, quorum ne unam quidem voculam commodè reddunt? quàm à veritate, cum uvarum ex aqua cælesti esum in ardore stomachi, in biliosis vomitibus, in hydrope præcipit ægrotantibus, quem sine præsentissima noxa non sustineant. Ἐμπνευματοῖ

μαποῖ ςόμαχον de recente uva comesa *Dioscorides*: Ipse, *recentes stomachum spiritu* (editi, *& spiritum.*) *inflant*: quasi inflatio re quapiam alia quoque quam spiritu flatuve exciteur.

Sed in viam è diverticulo. Lib. 5. Adv. c. 5. *Malaginum medicamentum esse quod absq. igne subigatur & comprehendatur, autore Papia* tradit. *Μάλαγμα* medici Græci vocarunt medicamentum quod exterius adplicatum è succo crasso quovis collectos tumores duros emollit, resolvit, digerit, exhaurit, attrahit, & dolores membrorum particularium lenit; inde *malagmata nervorum & ad podagras, Plin.* l. 24. c. 9. Ea varii generis describit *Celsus* l. 5. c. 18: *Paulus* l. 7. c. 18: *Aetius* tetr. 3. s. 4. c. 42: & passim, *Holler.* l. 6. Chir. instit. c. 4. Latini qui solentes mutant flexiones *malagmum* dixerunt à primaria facultate & intentione, quæ est *μαλάτ]ειν*, mollire. Absq; igne parari nequit; recipit enim gum̃ata, resinas, ceram, quæ sine igne cum aliis siccis non coëunt. A modo verò parandi quædam etiam *malagmata* adpellarunt, quando arida tritura acceptâ cum pinguibus, axungiis, resinis, oleis vel cum humectis nõ unctuosis in pila subiguntur, tudicula vel manibus incorporantur, & commolliuntur donec in mollem massam seu *μάγμα* consistant; hæc non tantùm molliendi potestate instructa sunt, sed diversis indicationib. quæ topicis convenire possunt, inserviunt; eòque generalius hoc significatum est & à priore non includitur, Latinis tamen quàm Græcis familiarius. *Calabricæ genus vinculorum.* Neutro genere efferri è Græco hippiatrices scriptore *Pelagonio l. 1. c. 38.* adparet; *καὶ ἀναπτύξας αὐτῦ (ἵππου) καλαβρικοῖς τὰ σκέλη ποίει καταδεσμεῖσθαι.* Subintelligere verò oportet *δεσμὰ*, ut in isto *Laertii, γεγραφὼς Ατθίδι καὶ Ἰάδι*, ellipsis est *τῇ γλώσσῃ*. Nondum reperi, unde sic dictum istud fasciarum seu vinculi genus: an à materia, quæ apud Calabros laudatior: an quod Calabris, qui equorum generosiorum fœtura & cura celebres, & ad hanc loris, habenis, vinculis plurimùm utebantur, familiare. In deligatione vulnerum, fractorum, luxatorum, elisorumque diligentiam veterum chirurgorum non satis est mirari; abiit ea in superstitionem apud posteriores, ut pro salutari non haberent, nisi peculiaribus nodis, & certo numero, & habenarum filorumque singulari ductu fieret. *Hippocrates τῦ κατ' ἰητρεῖον* species deligationis quæ & partibus & adfectionibus adcomodatæ sint, nominat *ἁπλοῦν, ἔγκυκλον, σκέπαρνον,*

νον, σιμὸν, ὀφθαλμὸν, ῥόμβον καὶ ἡμίῤῥομβον: à forma vinculi & *περιβολῆ τοῦ ἐπιδέσμου*, à revolutione fasciarum, quæ planè variat, omnes; nullam à parte adfecta. Quare viro docto non adsentior qui *ὀφθαλμὸν* exponit *speciem deligationis quæ oculo adhibetur ubi procidentiæ metus est, aut quando quæ superimponuntur contineri volumus à sede quæ vincitur* denominatam. Est enim hujus eadem quæ alterius, quam *auriculas* adpellant & *auritum leporem*, utilem ad maxillam prolapsam & restitutam continendam, ratio, & à figura quam convolutio vinculi cum suis sinubus & capitibus facit nomen adepta est. Recentiores Hippocrate alias species cum nominibus suis excogitarunt, alium laqueum *lupum*, alium *draconem*, alium *nauticum*, alium *pastoralem*, alium *χιαστὸν*, alium *carchesium*, alium *plinthium*, alium *strangulantem* nuncupantes, quorum usus *l. de laqueis*, inter Oribasianos, docentur. Etiam *nodi* Herculei peculiaris ratio fuit; *vulnera eo præligare ocyor medicina esse, & quotidiani cinctus tali nodo vim quandam utilem habere dicuntur, Plin. l. 28. c. 6.* Ex hac vetustissima Chirurgiæ parte est, quod hodieq; lingua populari ligaturas & nodos peculiari quemque nomine exprimunt artifices. Ibid. Cataplasma pro podagrico tale est; *Fimum columbinum, ammoniacum, caricas ægrè natas & nitrum pari portione tundes & cribrabis. Barthius* editam lectionem tuetur & *ægrè natas* interpretatur *non satis maturas*. At ex ipso locutionis genere adparet, *Plinium* noluisse ficus immaturas; dicturus enim erat *grossos*, qua voce Latini & Latino-Barbari ficuum poma antequam maturescant, ut Græci *ὀλύνθους*, adpellarunt; cur uteretur circumlocutione, cum vocabulum significans proprium & notum non deficeret? Præterea cum intentio sit tofaceas podagricorum concretiones emollire concoquere & discutere, immaturas ficus eligere præ maturis, quæ efficaciùs hoc præstant, non licuit. Cum autem cataplasmata dolentium partium planè mollia esse oporteat & lævore indolora, videntur medici jussisse etiam gigarta seu acinos ficuum eximere & pulpam ita purgatam discoquere in crassitudinem convenientem; unde si quis *exacinatas* reponere velit in *Plinio*, non esse accusandus adeò videbitur. *Hippocrates* pessum emollientem & purgantem confecturus caricam coquere *ἕως ἂν τὰς κεγχραμίδας ἀποβάλλῃ* *donec grana abjiciat*, & expressum tritura mollissimum reddi posse imperat. *l. de nat. mul.* & *Galen. 1. de comp. med. κτ. τόπ. σύκα σύκου χωρὶς τῶν κεγχραμίδων*,

δίων, *carnem ficuum remotis granis* adhibet. His autoribus hanc emendationem niti facilè admittet quisque. Sed ad editam lectionem propiùs accedit & fortasse verior, & antiqua scriptura est, *agiliadas*, voce minùs nota à librariis in illam alteram detorta. Caricarum ex Attica magnum fuisse precium è *Dinone Persicis & Lyncei Samii epist. ad Posidippum* docet *Athen. l. 14*: Petitas autem fuisse è pago Atticæ Ægilia seu Ægilo omnium jucūdissimas Αιγιλιάδας & Αἰγιλίδας dictas è Philemone περὶ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων; quas etiam *Plinio* nostro cognitas fuisse hoc indicio scimus. Easdem libro quoque tertio cap. 31. nominasse verosimile est; sed descriptor homo Germanus, vel quòd Atheniensibus laudem à ficubus edulio expetibili invideret, vel quòd non perciperet epitheton gentile inusitatiùs, audaci lusu, summè interim imperito, *Germanas caricas* substituit: quæ quales sint se non satis capere queritur *Barthius*. Ibid. de medicamento herbis, oleo, vino & cervina medulla constante: *Posthæc depones stagnatum super aquam fontanam & cum regelaverit, species tolles crustocalatas, & in mortario marmoreo diligenter teres. Barthius* legendum existimat, *crusta cognatas*: mihi minore mutatione placet, *crusta gelatas*: h. e. quæ in crustam coierint ob oleum & medullam, postquam fuerit refrigeratum magma decoctionis. Ibid. *herba quæ polycarus dicitur cocta & imposita medetur* podagricis: pulicaris est seu pulicaria, psyllium *Dioscor. quæ si virens in domum importetur non sinit in eâ pulices gigni. Ei vis ad refrigerandum & discutiendum ingens; Plin. l. 25. c. 11.* Calidis ergò collectionibus & doloribus proderit: *semen è psyllio podagras refrigerat* l. 26. c. 10. Ib. docet *septa* esse vulnera recens conjuncta, vel cicatricum velut sepem quampiā: *Plin. l. 3. c. 20: spongia etiam cælestia aqua imposita non patitur septa recentia intumescere.* Non est operę preciū confutare absurdam & lectionē & observationē; ipsa se prodit satis. *Secta* sunt quęcunq; τομαὶ, τρώσεις, διακοπαὶ, sectiones, vulnera, seu incisiones quib. continuum solvitur. Ita *Plinius major* l. 31. c. 11: de spongiarum medicinis: *Ex aqua verò cælesti impositæ secta recentia non patiuntur intumescere;* quæ minor exscripsit. Eandem vim carni vitulinæ impositæ tribuit, l. 28. c. 18. quod repetit *noster* l. 3. c. 20: *Caro vitulina arcet tumorem.* Etiam *Celsus* l. 5. *sectum* pro vulnerato dixit: *Ubi aliquis sectus est, qui servari potest.* Eadem infelicitate *spatenulam*, quam instrumentum esse, qua medicamenta ad

ignem miscentur, c. 17. tradit, ex hisce Plini c. 21: *Fimus equinus cum ovorum putaminibus crematur, ejq; cinis admixto melle spatenulæ plagæ impositus mire sanguinem sistit*, exsculpit: & in hisce ejusdem c. 22 *Farina ervi serpere ulcera non patitur spato melle imposita*, de Spano melle suspicatur. Dii boni, lævam Criticam! Non quæremus per ambages: obvium enim est *spathomele*, vox utroque loco necessaria. Σπαθομήλη *Galeno in glossis*, μήλη πλατεῖη, specillum quod sive alterum caput sive utrumq; latum habet, cui aliquid imponi & vulneribus adplicari immitti, infundi, inspergi possit. Spatha quæ & tudicula, rudicula, τορύνη, ἐόργη, seu ἐυέργη instrumentũ est quo agitantur in vasis quęcunq, misceri volumus. Μήλη ἀπὸ μήλου à pomo dicta, quod globoso capitello instar pomuli præfixa sit; ἀμφισμήλη utrinq; capitatum specillum ad sinus vulnerum ulcerumque explorandos: ap. *Galen. c. 6: de admin. anatom.* & *Fallop.* tr. de ulceribus c. 4. Ib. cap. 22. *Item fistulas ulcerum lenticula cocta rumpit, & collectiones sudat, eademq; ad suppurantiam cum polentâ decocta imponitur. Barthius* legit *esudat.* i. e paulatim extillare facit. At τὸ *sudare* verbum cum quartô casu actionem imanentem designat; hic autẽ sermo de transeunte; *lenticula esudat collectiones* barbara planè locutio est. Legimus *sedat*, è *Plin. l. 22. c. ult.* ubi de faba: *Collectiones omnes imposita sedat.* Collectiones sũt συστροφαὶ, tumores quivis; maximè verò calidi, φλεγμοναὶ Græcis, h. e. inflammationes: sic l. 27. c. 8. de cratæogono: *eá podagras collectionesq; omnes leniunt*: l. 28. c. 7. de lacte muliebri: *mammarum collectionibus cum ture prodest*: l. 22. c. 25. de lente palustri; *refrigeratoriæ naturæ; propter quod collectionibus illinitur*, (*Dioscor.* l. 4. c. 88. φλεγμοναῖς) *& maximè podagris & per se & cum polenta.* Neque extillare faciet collectum humorem lenticula cum refrigeret; repellit enim magis calidum, tenue, acre quod adfluxit, non evocat; & hac ratione *sedare tumores* repulsa humoris parte è membro rectè dicitur. Ejusmodi è doctrina de facultatibus simplicium medicamentorum & alimentorum fusè adstrui poterant; sed non scribimus nunc commentarios medicos pro tironibus, verùm ad audaciam novæ Latinitatis doctorum reprimendam indices Grammaticos. Eodem libro caput XVII. *Plinio Valer.* etiam datum est; sed qui hoc beneficio non evadat nitidior: sunt enim pleraque, quæ ab interprete nostro in eum conferuntur, intempestiva, eòque ingrata & nulli rei. *Charidas vivas in oleo necare & ex*

hoc

hoc ungere jubet *Plinius* vomicas exteriores: *liberare. Quæ sint charidæ nunc non subit, nec inquiram*, ait *Barthius*. Itane verò lectores à scriptore quem *illustrandum in manus sumsisse, neq; omissurum ad finem eum depectere* pollicetur c. 5. dimittit, ut quod quærendo inveniri fortasse posset, inquirere saltim nolit: atqui fides promissi, cujus intererat, repræsentari postulabat, ne quid ejus culpa nescirent lectores. *Charidæ*, καρίδες, inter μαλακόστρακα è cancrorum gammarorumque genere, squillæ sunt à locustario genere diversæ quòd careant forcipe: *Hesych.* καρίδας vocat τὰς μικρὰς ἐγχλώρους, τὰς δὲ ἐρυθρὰς καμμάρους; *Epicharmus* κουρίδας φοινικίας, à colore. Hoc quod nunc succurrit fuit; ῥῆσις *Plini* plenior ad excogitandum aptius manuducet. *Manna thuris ros est qui in thuris frutice reperitur*: Hoc verò tirunculi & lixæ seplasiarum exibilabunt, qui sciunt micas ex attritu & concussu turis elisas, seu pulvisculum parietibus vasorum quibus tus servatur adhærentem, *mannam* vocari: *Galeno 4. de comp. med. s. l.* τὸ ἀπόσεισμα τοῦ ἀποτιθεμένου κατὰ τὰ μεγάλα φορτία λιβάνου. Extat hac significatione apud *Hipp. l. de morb. mul. & 2. epid s. 2: Dioscor. l. 1. c. 95: Plin. l. 12. c. 14. l. 29. c. 6. Vetus Juven. schol. ad Sat. 9*: Tus minutum mannam vocant. In istis l. 2. c. 49: *Urticæ autem radix trita & imposita filicem extrahit*; & mox, *filicem radice itidem arundinem extrahere*, τὸ filicem putat esse corruptum; legitque *fissilem*, i. e. *arundinem ubi ea diffissa est*. Posterius è *Plinio majore* l. 24. c. 11. desumtum est: *Harundinis radix contrita & imposita filicis stirpem corpore extrahit; item harundinem filicis radix*; & incorruptus igitur h. l. *minor*. Antipathia arundinis & filicis è *Dioscor. l. 4. c. 196. & Plin. l. 18. c. 6.* nota est, qua alteram tollit altera, si juxtà seratur, neque renascitur si exaretur altera vomeri imposita: filix etiam, si secetur harundine. Prius è c. 14. l. 22. ubi sic: *Iidem* tradiderunt *urticæ radice addito sale infixa corpori extrahi*, quod minor ad solam filicem restringit, fortasse errore, quod ab arundine filicem attrahi è profundo sciret; nisi hominis Germani barbarismus hic est, qui cum sagittam ex arundine Latinè exprimere non posset, suæ linguæ vocabulum Pfeil Latinû *filicem* significari putavit, & hac ignorantia hoc pro illo usurpavit. Extrahi *infixa corpori* i. e. σκόλοπας καὶ ἀκίδας *Diosc. l. 1. c. 111.* de harundine, καλαμ... ... ποιεῖν πρὸς τοὺς ἀπὸ καλάμου πληγέντας, l. 4. c. 168. de filice prodit. Ib. c. 50: *Cinis capitis canini abjicit pavorem aquæ aut caput canis devocatū*, edide-

re. *Barth. l. devotatũ: devotabant n. talia ut transiret in ea morbꝰ.* inquit. Viva animalia ita superstitiose adhibuisse ut morbũ transplantarent veteres magos potiùs quàm medicos scimꝰ: caput caninum ergò non erat huic rei. Vera scriptura est, *devoratum*. Ita enim *Plinius alter* l. 29 c. 5 *In canis rabidi morsu tuetur à pavore aquæ*, in nostro igitur leg. *abigit, capitis canini cinis illitus vulneri*, & mox: *& in potione proficit. Quidam ob id edendum dederunt*: quod de capite canino intelligi debere è *Juniore* discimus, & veteris lectionis, quæ *bibendum* præfert in *Majore*, falsitatem. *Salvari, est medicamentis curari* inquit *Barthius*. Probat è *Plin.* l. d. cap. eodem: *Salvantur etiam à quibusdam canes qui rabiosi fuerunt, ut in remedium carnes eorum edantur.* Putidum & puerile semper judicavi, quod tamen viri graves nonnunquam peccarunt, vocabulis quæ necessitas reperit, analogia suppeditavit, usus emollivit & confirmavit, de Latinitate movere controversiam & de syllabis interdum instar Lapitharum digladiari ad calumnias usque; Multas voces *Latina lingua ante non habebat, sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit, August.* l. 13. de *Trinit.* c. 10. quæ Tullianæ non erant; videnda in hanc rem tironibus *Commentationum Academ. Maximil. Sandæi X.* qui de vocula Σωτῆρες, quam *Cicero 2. in Verrem act. 2. Latino uno verbo exprimi non posse* senserat, reddita τῷ *Salvaris* eruditè congessit multa, negotio nostro adcomoda. Nova est & nemini antiquo Latino scriptori usurpata significatio verbi *salvari* quam *Barthius* h. l. docet; unde quia τῷ σώζεσθαι, quo *Hippocrates*, aliique utuntur familiariter cum liberatum à præsenti periculo ægrum & sanitatem restitutam significare volunt, respondet & adæquata est vox *servari* & causæ non sunt cur novam adfectemus suppetentibus antiquis & significantibus satis, malimus nova ista *non satis Latina*, judicio *Rob. Stephani in Diction.* carere. Exemplum verò, quô observationem suam stabilit, planè alienũ est, quia depravata lectione fallit. Dispuncto autem isto *salvantur* surrogandum est *saliuntur*. Sic enim *Plinius major* l. 29. c. 5: *Saliuntur & carnes eorum, qui rabidi fuerunt, ad eadem remedia* hydrophobiæ *in cibo danda*; quæ noster in animo habuit potiùs quàm ut curari canes rabientes & curatorum carnes dari edendas admorsis senserit. Providêre veteres ne canes rabiosi fierent usu lactis mulieris quæ marem peperit, *Plin. l. 28. c. 7*: exempto infantibus catulis vermiculo sub lingua, l. 29. c. 5: castrata cauda morsu & educto abruptoque ner-

vo l. 8.

vol.8.c.41. è *Colum.l.7 c.12.* rabiosos autem curasse non est in exemplis; quin habuere pro morbo *lethifero huic generi*, ideòq; immedicabili, *Colũ. l. d. Salvare* verbum in significatione curandi apud solos semipriscos & sequaces horum Latino-Barbaros extat. Simili menda in eodem vocabulo *Apicius* l. 10. c.1. fœdatus fuerat; *Piscem quemlibet curas, salvas, friges*; sed quam *G. Humelbergius* rectè abolevit, substituto *salias*. Cap. 58: *Ad morsum aspidis morsum unum refugium habebant priores, ut percussus urinam suam biberet.* Placet *Cl. Barthio* legere, *ad mortem ex aspidis morsu.* Non reor adeò stolidos fuisse ut contrà mortem medicaminibus agi & profici arbitrarentur. Res erit planissimè liquida si legamus, *adversum* vel *adversus* aspidis morsum. *Plin. l. 28. c. 6.* obscuriùs ista: *Sua cuiq; urina maximè prodest contrà serpentium ictus*, ubi non intelligas sumtamne an instillatam velit.

Lib. VI. Adversf. c.17. *Barthius* ita definit: *Rusticon Græco-Latinum parabilem confectionem & pro agrestibus aut pauperibus sonat* apud Plin. Valer. In re levi grave erratum. Si à rusticis dici existimet, Latinum planè erit; at nec Latinum nec Græco Latinum est; sed merè Græcum. Ρωστικὸν, ἀπὸ τοῦ ῥώννυσθαι, ῥῶσθαι, i.e. *roborans, confortans*; non rusticorum tantùm, sed quorumvis aliorum viribus instaurandis paratum. *Diosc. l. 5. c. 11.* vinum natura austerum ὀρεκτικὸν, θρεπτικὸν, ἰσχυροποιὸν, ῥωστικὸν adpellat. *Cyma est colis*, inquit *Barthius. Plin l. 2. c. 8. Cymas de sambuco elixabis.* In plantis καυλὸς colis est quod suprà terram simpliciter extat & adsurgit; aliàs *thyrsus*: in arbore κορμὸς & στέλεχος, i.e. caudex dicitur. Nulli igitur in sambuco coles. Cyma, κῦμα, per crasin, quasi κύημα, i. e. primum cujusque herbæ germen dixêre Græci ac Latini; *Columella l. 10: Frigoribus caules ac veri cymata mittit*; hi verò etiam mutatô genere ac declinatione *cymam*. Idem l. 11. c. 3: *Brassica sæpiùs sarrita & stercorata meliùs convalescit, plenioriq; incrementi & coliculum facit & cymam.* Aliud ergò cyma à cole. *Cyma de sambuco*, summitates & tenera cacumina sambuci sunt, quas *turiones* adpellant & *asparagos*; Græci ἄκρα, ἀκρέα, ἀκρέμονα in arboribus; caules in ea nulli cum folia pediculis suis è lignosis ejus ramis pendeant; illas etiam κόμην vocant: κόμη ἀμυγδάλου Theophr. l. 3. de causs. plant. c. 8. Latini *comam* cum selecta tenerrima folia, quæ supremitates & apices plantarum constituunt, significare volunt. *Isid. Orig: l. 17. c. 6. Cimas vocatas dicunt*

Digitized by Google

quasi comas. *Columellæ* verò verba quibus colem & cymā idem in planta esse probare nititur contrarium suadent: *Curandum est ut hæc utraq; napi & rapa, antequam caulem aut cymam faciant, dum sunt tenera, componantur*; i. e. condiri debent, dum adhuc tenera sunt, antequam vel in caulem adsurgant, vel foliascant. Disjunctiva enim oratio est seu potiùs alternativa, quæ duo vocabula de re una sumere non permittit. Ib. *Succiccare, siquidem mendo non inquinatum est, succô siccare sonat*, inquit *Barthius*. Nihili verbum hoc est & prava scriptura in *Plinio*. Ejus ῥῆσις ista: *Cyminum Syriacum bonum in aceto succiccabis & teres in mortario*. Si in aceto infunditur, vel saltim aceto humectatur cyminum, quomodo *succo suo siccari* dicetur? ita succum potiùs adipiscetur. Præterea locutio παρέλκουσα *succo siccare*; cum nihil exiccem9, nisi cui succum ademtum epotumve cupimus. Aliud igitur *Plinius* jubet, aliud interpres hic ejus; hunc simpliciter seponimus quia sibi contradicit; illum emendamus ut sibi consonet, legimusque *succidabis*, i.e. humectabis adfusô aceti liquore. *Succidare* bonæ notæ verbū à nomine *succidus*, quod est succulentus, succiplenus: cui simile *udus, uvidus, umidus, humidus, humectus*. Sic à *limpidus, limpidare*, à *madidus madidare*, à *sordidus sordidare*. Notat autem adfusionem humoris talem, qua res penitus permadescit. *Columellæ* verbum *insuccandi* hoc sensu frequens est; l. 9. c. 13: *uvas passas austero vino insuccatas* ægris apum examinibus dare jubet: l. 7. c. 5 *fracta pecudum crura involuta lanis oleo atq; vino insuccatis sanari* scribit. *Plin*. l. 29. c. 2. *succidarum lanarum* meminit pluribus medicinasque ex iis tradit; item *Q. Serenus* c. 34. 41. qui & c. 57. *succosæ lanæ cinerem* ambustis locis adhibet: *Diosc*. l. 2. c. 82. nominat ἔρια οἰσυπηρά. οἴσυπος, οἰσύπη, οἰσυπὶς, *œsypus*, lanarum pinguitudo & sordes, quas sub alis, feminibus, & in collo è sudore pecudum fieri laudatiores putant. Vocabulô οἴσπη specialiùs *Hipp*. utitur: *Gal. in gl*. οἴσπη αἰγὸς· ὁ περὶ δὲ ταῖς θριξὶ τ̃ αἰγὸς ἐμπλεκόμενος ἐν τῇ ἕδρᾳ ῥύπος, καὶ μάλιστα ταῖς κατὰ τὴν ἕδραν συνιστάμενος ῥύπος: *Q. Serenus* c. 52.

glomeramina quæ gerit intus
clausa aries inter geminæ coxendicis umbras

diluere jubet & propinare somno inducendo. Ea sunt villis feminum parte domestica & sede adhærentes spurcities. Hispanicum idiotismum in hisce *Plinî*, quando *apsinthium viride seu siccum coquere in aqua usq; ad*

me-

medietatem jubet & dare cata mane agnoſcit *Cl. Barthius, quòd cada Hiſpanis ſingulum notet, ut cada mane ſit ſingulis matutinis.* Nos ipſiſſimum Germaniſmum ibi latere adfirmamus, ſi deſcriptori primo, quem è Germanis fuiſſe probabimus in ſequentibus, ſuum reſtituatur ἰδιογράφημα. Scripſerat is *contrà mane*, i.e. manè propediem futuro; noſtro idiomate, gegen Morgen; præpoſitione *contrà* ad vicinitatem, & temporis circumſtantiam denotandam adhibita. Sic enim *idem iſte* l. 2. c. 30: *ſi ceſſaverit dolor, intermittendum eſt; ſi manſerit, contrà noctem injicitur.* Latinior aliquis *circà noctem dixiſſet.* Ex eodem Germaniſmo interpretari debemus etiam hæc; quæ è l. 2. c. 17. adfert l. 6. c. 19: *Cervinos pulmones cum ſuis gurgulionibus virgulis extendes in fumo donec areſcant.* Pulmones cum ſuis gurgulionibus, i.e. pulmones cum canna ſua, arteria trachea & bronchiis, quę ſunt ejus diviſurę, parenchyma pulmonum perrepentes, die Lunge mit jhrer Gurgel; Hoc autem voluiſſe noſtrum è *plinio majore* docere poſſum, qui l. 28. c. 12: tuſſim levat *pulmo cervinus*, inquit, *cum gula ſua areſactus in fumo, dein tuſus ex melle quotidiano ecligmate.* Deluſum ſe ergò à cive ſuo Germano nunc ſentiat *Cl. Barthius* & malè perſuaſum ut voculam maternæ linguæ ſed Latini ſchematis *gurguliones* è Romana de fibris curculiones vermiculos inimicos frumento referentibus, quæ tamen in pulmonibus nullæ (integri enim jubentur adſumi & arefieri.) exponeret. Γαργαρεὼν, *gargar*, à ſono quem iſta particula in faucibus edimus, fictum, ſolô in homine ultimo palato inter tonſillas dependentis carunculæ vocabulum eſt: id Latinis ingratum caninæ literæ occurſum emollituris, fortè etiam ad *gulam* ſeu *jugulum* cui imminet reſpicientibus *gurgulio; Perſius Sat. 4.* ad mentulam tentigine ſurrectam per metaphoram tranſtulit; alii adpellarunt *uvam & columellam* ut Græci σταφυλὴν, *Galen. 6. de compoſ. med. ſ. loca* c. 3: κίονα, *Aret. l. 1. c. 8.* κιονίδα, *Aetius.* Cum verò eum in cervo non liceat quærere, ineſt enim ſoli homini, neq; de eo cum cervinis pulmonibus fumo areſaciendo intelligendus erit noſter: ſed *gurguliones* h.l. erunt id quod è lingua populari dixi,

ſilveſtre licet videatur acutis
auribus & noſtro tantùm memorabile pago.

Plinius major l. d. *gulam* nominat, ſed impropriè: hæc enim ipſi l. 11. c. 37. *fiſtula eſt qua cibus atq; potus devoratur, tendens ad ſtomachum;* βρόγχος verò,

λάρυγξ & guttur, arteria quæ ad pulmonem ac cor pertinet, pro spiritu & voce, tendens ad ventrem. Alius quidam ab illo, qui *gurguliones*, eod. c. *pressorium* nobis dedit; *intus ac foris citonia (vulgarunt citoma) purgabis ac confringes in pila, ac pilo ligneo post triduum tundes diligenter & exprimes in pressorio.* Est enim paulò meliùs Latinum; *Colum. l. 12. c. 18. vasa pressoria;* & c. 50. *oleum primæ pressuræ, secundæ, tertiæ* adpellat: frequentissimè verò *prelum:* apud Amm. Marc. l. 28. *pressoria* ad conciliandum vestibus nitorem adhibita. *Vivaria* quid sit non usitatū, & inquirendum esse arbitratur *Barthius.* Ipsa ῥῆσις *Plini* omissa curiosa inquisitione ostenderit ferinam, è vivario carnem significari; *Jecinori*, inquit, *prodest in cibo vivaria porcelli modo assata* (ita enim l. pro *massata*) *stomachoq; medetur.* Ista l. 2. c. 17: *Si habet pullum viscellatum, edat: sin vero, buccillas anethatas cum sale oleo porro & apio coctas*, & correctionis & declarationis egent. Pullus juscellatus, huic generi descriptorum in *viscellatum* conversis primæ syllabæ elementis mutatus, est è jusculo coctus seu elixus. *Pisces viscellati: carnes vervecinæ viscellatæ: lactucæ in viscello coctæ: gallinæ domestica cum viscello*, quas alibi nominat *noster*, intelliguntur cum brodio appositæ, non siccæ vel assæ. *Buccillæ* quas cum pullo componit *Plinius* avcillæ sunt ὑποκοριστικῶς, h. e. aviculæ. Avcellæ in porcello farsili ap. *Apic. l. 8. c. 7. Avca*, πτηνὸν: *Glossæ. Avcella*, ὀρτυγόμητρα; *Isid.* Est & *ocha, avcha, avca*, ex articulo & voce Græca ὁ χὴν coalitis, anser; quod nomen Italia & Gallia retinet; legiturque hac significatione in *antiq. Fuld. l. 2. Traditionum, edit. à J. Pistorio. oves* XL. *aveæ* XVIII. *Pulvilli* (leg. *Pulli Indi*) II. *Capones* II. nisi de gallinis capere velis: nam sic utitur *Apul. 9. Miles. Anethatas avcillas* nominat, pro quibus elixis jura anethi semine condiebant, ut docuit *Apicius l. 6.* Aliàs *aneta* huic nostro sunt quæ Græcis νῆτται, & νῆσσαι, flexione primâ, alii *anates* efferunt tertiâ; & causam mutandi in *anaticulas* l. 5. Adv. c. 3. non habuisse *Cl. Barthius:* In *Apicio* autem l. d. c. 9 *pullum anetarum* alteri edito *pullum anethatum* substituendum esse propter ea quæ sequuntur, videtur. In descriptione *confectionis ad epar* quam è *l. 2. Plin. c. 17.* dat, tot ferè mendæ sunt quot simplicium vocabula; partim cum *Plinio* ipso nata, partim ab interprete adlita. Ea verò talis est: *Rec. succi costi unciam unam: amomi 1. folii 1. stellas apsinthii paucas, stercoris hœdi lactentis pilulas XLII. Inunges omnia veteri Sabano recalefacto. Succ. c.*) Cum costus sive radix,

sive

sive cortex quem modo cinnamomi in cannas convolutum adferunt, sola India proveniat, & inter optimi notas sit esse πυκνὸν, ξηρὸν, ἀπεγηδόνιςον, non est ut succo ejus medicos usos fuisse existimemus. Scribimus igitur *Syriaci*; sic enim nominat *Diosc. l. 1. c. 15.* tertium ejus genus: non autem à natalibus locis, sed ab institoribus, qui Syri, Arabesve Syriacum Arabicumve denominari tradit *Garz. ab Ortal. 1. hist. arom. c. 35.* diligenter an apud Arabas & Syros ullus nasceretur è Persis, Arabibus & Turcis percontatus. *Stellas apsinthii paucas.*) *Stellas* adpellat cacumina & umbellas apsinthii, quas alii *comam*, & *corymbos* vocant; i. e. globosa capitella, quæ flores continent; quibus decussatim, in quatuor foliola seu angulos, se aperientibus inter stellarum emicant. Simile quid in euphrasiæ albis, in agrimoniæ aureis, in anagallidis cæruleis & puniceis floribus adparet. Non igitur sollicitanda fuit vulgata lectio; & quòd supponitur à *Barthio stillas* nec apsinthio, nec medicamento cui hoc expetitur convenit. *Stercoris hædi lactentis pilulas XLII.*) Caprilli generis excrementum peculiari nomine adpellāt Græci σπυράδας σπυράθους, & σπυραθίας, à forma globosa; Latini pariter sed metaphoricè *pilulas. Pallad. l. 2. c. 14. caprini stercoris baccam*, quæ sicca rotunda & separatim singula excernitur, ut interpretatur *Galen. comm. 2. in Prorrh.* In hominibus etiam si ob moram & caliditatem exiccentur σκύβαλα & instar nucleorum secedant, σπυραθώδεα vocantur. Singulare est quod *Hipp. l. 2. de morb. mul.* σπυράδας de granis seu globulis selectis myrrhæ usurpat, & *veteris sevi suilli pilam* de minuta ejus portiuncula *Q. Serenus* c. 19. *Inunges.*) l. *Junges*: ista scil. omnia, adfuso vino Sabino vetere recalefacto, quantum ejus sufficere videbitur tuticulabis, i. e. in massam pinsendo tundendóve compones.

Lib. VI. Adv. c. 19: *Strusum tortionem ventris exponit Plinius.* Εὖγε καὶ δεξιῶς: Græcum enim est στρόφος, i. e. tormina, cruciatus & dolores intestinorum. *Hipp. l. de rat. vict. in ac.* στρόφος κοιλίης: & *aph. 11. l. 4.* οἱ περὶ τὸν ὀμφαλὸν στρόφοι. *Cels. l. 2. c. 7: Ubi circà umbilicum intestina torquentur* (στρόφον *Græci nominant.*) *Diosc. l. 1. c. 1.* de iridis generibus, στρόφους ἰᾶται: c. 3. de meo: στομάχου ἐμπνευματώσεσι καὶ στρόφοις βοηθεῖ: & l. 3. c. 24. de eryngio, στρόφους τε καὶ ἐμπνευματώσεις λύει. Nihil igitur tenebrarum ultrà in *struso*, nisi quas *Cl. Barthius* infert, dum eò

facere putat quod in *gl. Isid. scrutulus ventriculus fartus* exponitur; quem nihilo huc pertinere certum est. Und de *strufo* malè judicasse censeri potest. Ib. *Emina species quædam compositionis medicinalis est; Emina ad dolorem coli: hemina ad colum: de quo corrigendo viderint alii.* Per hyperthesin à descriptore pro seculi consuetudine commissam *emina* facta est quæ erat *enima.* ἔνεμα, ἔνεμμα, i.e. κλύσμα, ἔγκλυσμα, infusum, quo venter seu intestina subluuntur; alio nomine *injectio*; qualis etiam aliis partibus oculis, auribus, naribus, utero, vesicæ parari solet, & κλυστῆρι, σύριγγι, siphone, cathetere immitti. Εὐεπίφορον est hoc genus scriptorum in hoc, nomina verbalia, quæ Græci neutrô genere, efferre fœminino, primâ flexione Latinorum. Ita *Theodorus diætâ c. 15.* de medullæ facultatibus: *Facit ad duritiam & sciromas* (ita enim legi oportet pro eo quod edidere *sciromias*) *in corpore consistentes.* Σκίρρωμα, sciroma, æ; σκλήρωμα, scleroma, æ: σκληρία, scleria, Schlier.

Ad lib. VII. Adv. c. 8. notamus *tolles* dici, duas utrinque in faucium isthmo ad linguæ radicem sitas glandulas, ἑκατέρωθεν ἀντικειμένους ἀλλήλοις ἀδένας, *Galen. 6. de sympt. caus.* Celsus l. 1. c. 6. & l. 6. c. 10. & *Plinius tonsillas* adpellarunt; inde per crasin *tolles Q. Serenus Sammon. c. 16:*

> *Quos autem vocitant tolles, attingere dextra*
> *debebis, qua gryllus erit pressante peremptus:*

quod præceptum hausit è *Plinio majore* l. 30. c. 4: *Lenit, si quis manibus, quibus gryllum contrivit, tonsillas attingat.* Græci ἀντιάδας, & παρίσθμια: Latino-Barbari *amygdalas* vocant. Ibid. *Chamitria* est *chamædrys*; quam *Plin. l. 24. c. 15: Diosc. l. 3. c. 96.* describunt.

De medicis, quos laudari à *Plinio Valer.* observavit Cl. *Barthius* l. 10. c. 25. sciendum ex universo illorum grege tres tantum esse, *Valerium Paulinum, Claudianum*, si is medicus est; & *Fabium Clementem*, obscuros extra hanc memoriam, quos peculiariter citet; reliquos omnes à majore accepisse: *Hieracem*, è *Celso* l. 6. c. 6. *Damonem*, nisi sit cognominis alius, videre præsentem non potuit; antecessit enim hic Majorem, ut patet è c. 19. l. 24. *Segares* in scriptorum censum referri non debuit; fuit enim tantùm pancratiastes, neque *Athanasius*; fuêre enim antidoti cognomine *Athanasiarum* plures; Athanasia hepaticum apud *Alex. Trall.* l. 8. c. 2: *Athanasia Mithridatis* ap. *Galen. l. 2. de antid. 47. Atha-*

na-

nasia anodyna pleuritica Oribasii apud *Ægin. l. 7. Athanasia magna Mesuæ* & *Nicolai Præp. Alex. Athanasia collyrium* ap. *Aet. tetr. 2. s. 3. c. 104.* perinde ut *Ambrosiæ* Philippi Macedonis una, altera Archibii, ap. *Galen. l. d.* alia Zopyri, Ptolemæo regi præscripta ap. *Celsum l. 5. c. 23.* ceratum *Ambrosia* ap. *Aet. tetr. 3. s. 4 c. 8.* & *ambrosia* ληξιπύρετος apud *Paul. Ægin.* l. 7. c. 10. non ab inventoribus, sed ob virtutes magnificas ita dictæ. *Theodori Xeron* id medicamentum est quod *Xeromyron* aliâs adpellant; diapasma seu pulvis inspersilis è rebus odoratis, calidis, siccisq; capitum fluxione tentatorum poris affricandus, exorbendis cerebri humiditatibus, ei roborando, & laxando densandóve habitui, compositus: describit ejus generis plures *Aet. tetr. 2. s. 2. c. 54. l. 8. Montanus Cons.* 108: 121. 128. 129. & *Gabuc. de podagra.* *Cataputiæ*, mutato genere & declinatione dicuntur quæ Græcis καταπότια: voce figuram medicamenti, quod non diluitur, sed ita ut est deglutiri oportet, globosam insinuante: *in modum faseoli factæ*, i. e. magnitudine faseoli fabæ, lupini, ervi. Hinc fortasse Itali *cataputiam* adpellarant lathyrida itemque chamelæam & thymelæam, cognatas violentiâ in deturbanda alvo herbas, quòd ob summè adurentem facultatem nisi in pastillos, globulos, pilulasve redigantur vel melle excipiantur, sumi nequeant; vel quod grana, piperis vel ervi figura, catapotiis seu pilulis sint similia in lathyride. *Athletæ anteà ficu alebantur, priusquam eos Pythagoras exercitatos ad carnis usum, qui fortior cibus est, transtulisset* verba Plini Valer. è l. 4. c. 46. producit *Cl. Barthius* l. 10. c. 25. & de Pythagora Samio philosopho interpretatur suis hisce: *Oportet hoc ante Philosophiæ studium fecerit Pythagoras; nam notum posteà carnium esum abominatum esse.* Perperàm factum dupliciter, & quòd è Juniore advocat, quæ è majore deberet tanquà à teste capitali, & quod ὁμωνύμους Philosophum & exercitatorem non distinguit. *Plinii majoris* verba sunt c. 7. l. 23. de ficis siccis: *corpus & vires adjuvant; ob id antè athletæ hoc cibo pascebantur: Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit*, è quibus ista alterius emendare & de philosopho Samio tacere oportuit. Exercitator, ὁ Φλιάσιος, σωμασκητὴς, ἀλείπτης ὥς φασί τινες, *Laërtio Pyth.* victum aliū athletis, antiquatis caricis, imperavit. *Favorinus ἐν τρίτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων* id Samio tribuerat: *Dalechamp. ad h. l. Plin.* planè cæcutiens ad voculam *exercitator*, similiter: *docuisse nim.* philosophum *carnium esu carnem & habitum cor-*

corporis augeri, quòd alter ille exemplo fecerat & instituto. Constat quidem de Samio, πρῶτον ἐντέχνως πυκτεῦσαι *Eratosthenis* & *Favorini* testimoniis apud *Laërtium*; at hoc non erat σωμασκῆσαι aut ἀσκῆσαι ἀθλητὰς, quod illi faciebant qui ad exercenda corpora & in professione athletices essent magistri aliis. Vidit quoque *Mercurialis 1. gymn. c. 15.* *Plinium* à philosopho Samio rem removere, sed quòd Goram sublato caricarum esu carnes primùm Eurymeni Samio discipulo adposuisse ex *Oribasio l. 1. collect. c. 40.* quasi à Plinî relatione diversum quid narrat, corrupto codice deceptus facit; *Pythagoram* enim ibi capite minuerunt librarii & *Goram* in omnem exemplarium posteritatem vitio propagarunt. Unum autem singularem hominem fuisse & qui carnes in cibum athletis & qui primo Eurymeni exhibuerit è *Laertio* palàm est.

Hæc sunt, quæ libris X. prioribus circà *Plinium Valerianum* prætervidisse *Cl. Barthium* vidimus nunc; supersunt enim ἄλλα πολλὰ, πλέονα Κασπίης ψάμμου, sequentibus adnotanda. Eorum verò omnium gratiam & veniam hominem doctissimum facere mihi volo, qui suopte ipsius exemplo in conjecturas calore & confidentia eruditionis festinatas maturaverim castigatiunculas & fortassis veritatem, quæ cupidum sui & sapientem nunquam offendet, indicaverim. *Æquum est ignoscere, quod sine reprehensione veteres factitarunt, si faciant novi.* Delectabitur scio, si ostendero aliquando, Viros æquè magnos, præceptores nostros, simili culpâ innodari; Eadem sanè est, qui Cornelium Celsum, quem Latinum Hippocratem adpellari & esse juxtà sciebant, interpretari profiterentur, eos ad Hippocratem Græcum ne respicere quidem; & Plinium Valerianum seu Minorem obscurum scriptorem, qui alterum Secundum notissimum doctis compilaverat, emendare & declarare pollicentem, id sine Majore hoc, qui in mundo erat, audere; quæ vel cantherii in porta cespitatio est, omen crebriùs in itinere lapsaturi, vel τὸ θήρας ἀφαμάρτημα, non solùm parte qua destinarat non ferientis feram sed toto corpore & captû aberrantis.

CAP. IX.

Plutarchi locus de cerebro palmarum explicatus & illustratus; Interpres de Phœnicis; docti alii de phœnicopteri cerebro exposuêre

fuêre; ab his propterea dissensum: Cesaglioni, Cesilio, ἐγκέφαλος, ἐγκάρδιον, quod capite seu suprema parte continetur, cerebrum: ἐγκάρδιον ἐν τεϱεμώνῃ, medulla & nucleus. Dalechampii quædam dormitatiuncula. Palmæ in Oriente, Ægypto, Syria, Cypro, Creta copiosæ: paucæ in Europa & steriles præter quàm in Sicilia. Plinius emendatus. Κόχληκες, κάχληκες, κοχλάδες, κοχλίδες, cochlices, i. e. scalæ quibus in gyrum sursum pervenitur. Dion. Lebeus Batillius de difficili palmæ adscensû lapsus.

PLutarchus *l. de sanit. tu.* fugiendas esse monet literatis dum cœnant prandentve sophisticas disceptationes, & anxias de rebus obscuris difficilibusq; concertationes ac litigia, ut quæ alimentum distracto per animorum immoderatas contentiones calore corrumpi & caput gravari faciant. Illustrandæ isti rei adhibet à palmarum cibo petitam similitudinem: τὸν μὲν γὰρ, inquiens, ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος γλυκὺν ὄντα σφόδρα, κεφαλαλγὸν λέγουσιν εἶναι: quod est, *medullam palmæ in cacumine* quam cerebrum vocant, *valdè quidem dulcem esse, sed capitis dolorem inducere ferunt.* Inimicam humano capiti palmarum qualitatem *Xenophon* l. 2. ἀναβάσ. & *Dioscorides* agnovit; itaque l. 1. c. 149: αἱ φοινικοβάλανοι κεφαλαλγεῖς εἰσὶ καὶ πλείονες βρωθεῖσαι μεθύσκουσιν, ait: *palmarum fructus caput dolere faciunt & largius comesi inebriant*: & de vinô palmeô populis in Oriento Parthis, Indis, aliis familiari, l. 5. c. 40: ἐστὶ δὲ ἡδὺς μὲν, κεφαλαλγὴς δέ. Quin & *Galen. l. 2 de alim. fac.* palmas omnes dicit esse concoctu difficiles & capitis dolorem parere: *Diphilo Siphnio* apud *Athen. l. 2.* ἐγκέφαλοι φοίνικος, alii nim. à fructu seu dactylis, sunt πλήσμιοι καὶ πολύτροφοι, βαρεῖς, δυσοικονόμητοι, διψώδεις καὶ στυλικοὶ τῆς κοιλίας. De dulci verò medulla in vertice palmarum, quam cerebrum adpellari scribit *Plin. l. 14. c. 4.* consentit *Theophr.* qui *l. 2. hist. plant. c. 8.* τὸ ἄνω palmæ, ἐν ᾧπερ ὁ ἐγκέφαλος & l 6. c. 4: *Galenus* qui l. d κορυφὴν τοῦ φοίνικος vocat ἐγκέφαλον: item *l. de atten. diæta c. 3: 8. de simpl. med. fac. Philostr. 2. de vita Apoll. Tyan.* regis Indorum Mandri epulas φοινίκων ἐγκεφάλους καὶ τὸν καρπὸν τῶν φοινίκων fuisse scribit: & divinus *Scaliger Ex. 159*: juvenculæ palmæ cerebrum edi, quia proceræ ea demum pars teneriuscula est; at pumilarum, quæ in Sicilia plurimùm proveniunt, teste P. A.

Digitized by Google

Matthiolo comm. ad Diosc. l. 1. c 69. Plinio l. d. *chamæropes* quæ Græcis χαμαιῤῥιφεῖς, & χαμαίζηλοι, imam medullam, quoniam propior alimento succulentior est, sugi adnotat. Siculi adpellant *Cifiglioni*, Neapolitani *Cifaglioni. Serapioni* & cæteris Africanis Arabibus *Cefilio*, Ægyptiis hodièque *cor palmæ*; utrobique Græco vocabulo maxima sui parte in barbaris adpellationibus conspicuo. Medullam quam è peculiaris ex undequinquaginta palmarum generis, quale & Siciliæ familiare, caudice, quà is radici proximus est, eximunt, ἐγκάρδιον τοῦ πρέμνου adpellat *Diosc, c. 151.* cum medium in quovis ligno tàm spongiosius mollius-que quàm nervosius illud osseumque, quod & πυρὴν, significet; alias ἐντεριώνην; Populare verò illud Italorum è summitatibus palmarum exemtile & vescum tantùm exprimit; ad medullam tamen è trunci globo quodam similiter ἐδώδιμον consuetudine translatum est, & inopia verborum. Hanc cum cerebro palmarum perperàm confundere deprehenditur *Dalechampius*, quòd ἐγκάρδιον ἀπὸ τοῦ καρδς, ἔγκαρος ἢ ἐγκάρου derivat, cum tamen id non ἐν καρὶ ἢ καρήνῳ, sed in ligni seu trunci medio, καρδία ἢ μήτρα, reperiatur. Ἐγκέφαλον autem apud *Diosc.* non extat, sed ab ipso confictum est. Fortasse, si ἐγκάρον de isto priore, quia capite & summitate palmæ inclusum gestatur, dixero, nemo prohibessit; est enim τὸ ἐν καρὶ ut ἐγκέφαλος, ὁ ἐν κεφαλῇ μύελος. Caput hoc sive vertex, è quo diffunduntur rami, earum palmarum est, quæ uno singulariô caudice adsurgunt, μονοφυεῖς: quæ in binos trinosve truncos se dividunt, tot etiam cacuminibus cerebrum continent; de πεντεγκεφάλῳ in Lapæa Cretæ *Theophr. l. 2. h. pl. c. 8.* inaudiverat. His de cerebrô palmarum ad hunc modum se habentibus & creditis semper ob testimoniorum gravitatem, tamen interpretem *Plutarchi* is stupor invasit, ut de phœnice ave eum h. l. exponeret. Æquivoco ejusdem vocis in *comm. 13. Psalmi XCII.* Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει deceptus *Tertullianus*, de alite Orienti peculiari, de *singularitate famoso de posteritate monstruoso* phœnice verba accepit & vulgi fabulam scripturarum autoritate roborari opinatus est, carnis nostræ resurrectionem, ut credamus corporis substantiam de ignibus quoque exigi posse, naturæ singularis flammis absumtæ, redivivæ è cineribus (hoc enim abit à narrationibus aliis, quæ ex ossibus & medullis superemortui congestis aromatibus nasci ceu vermiculū, inde fieri pullum tradunt)

exem-

exemplo probaturus. Uterque licet falsus, recipi tamen & adprobari meruit; de hujus adseclis alibi; ad illius propugnatores nunc convertimur. Viri docti, quòd phœnicis cerebrum insolentius ferculum esse & ob raritatem ipso phœnice multò incredibilius viderent; linguas etiam & cerebella phœnicopterorum ob saporis præstantiam in patinis Apici, nepotum omnium altissimi gurgitis, Vitellii & Elagabali fuisse plenisque discis adposita Palatinis è *Plinio* l. 10. c. 48. *Suetonio Vit.* c. 13. *Lampridio* scirent; proavorum quoque memoriâ Ambrosium N, civem & negotiatorem Romanum Nominalibus filii sui Clem. VII. Pontifici & Cardinalibus regali magnificentia & omnigeno luxu cœnam struxisse, in qua paropsides linguis psittacorum refertæ recordarentur, ἐγκέφαλον τοῦ φοινικοπτέρου in *Plutarcho*, saltem ne avis ab interprete illata abigeretur, substituere voluerunt. Sed rem singularem, à paucis hominibus Romanis luxûs gratia excogitatam à communi per totum Orientem Asiam & Ægyptum victû distinguere debebant. Palmarum proventus cibus & potus Orienti Indiæ, Persidi, Babyloniæ, Arabiæ, Syriæ, Judææ, Ægypto, Thebaidi, Cypro, & Cretæ, quantum è *Theophr. Plinio, & Dioscor.* constat fuit notissimus & familiarissimus; Européis non item, nisi inde advectis inter bellaria fruerentur. Et de hoc igitur medici præcepta condidêre; de iis quæ portentosa nepotum gula invenerat, & quæ vel semel tantùm visa in culinis ganeisque de cætero exoleverant, non attinebat dicere; neque de tali aliquo externo orbe conquisitarum dapum epulo intelligendus *Plutarchus*. In historia palmarum, quam diligentissimè persequitur *Plinius*, menda etiamnum hæret, quæ intellectum à pulcerrima descriptione & cognitione arcet. De externo arboris habitû inquit: *Reliquæ teretes atq; proceræ, densis gradatiq; corticum pollicibus, ut orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis præbent.* Cortex arboris scarrosus & velut è squamis compactus est; eæ in orbem totum truncum ambiunt, quibus gradus conscensurorum (attollitur enim Ægyptia palma ad viginti passuum altitudinem) ex intervallo justo figi possint: cui negotio qui aptari possint *pollices?* Res ipsa postulat & edita lectio eò ducit veterem & veram scripturam fuisse *cochlicibus*. Κόχληκες, κόχλακες, κοχλάδες sunt tortuosi, instar cochlearum turbinati circuli, totum arboris scapum circumflexu more claviculatum ambientes & complexi, quibus sur-

ſum quaſi per ſcalas *κοχλίδας* ſeu *κοχλιοειδεῖς* in gyrum adſcendi poſſit; à *κόχλω, gyro*. Fornices in cochlearum formam cameratos & in faſtigium perductos turbinatim etiam *κόχλακας* inde vocarunt: *Plinius* noſter l. 31. c. 10. *colicas* & *cohlycas*, ubi de nitro in ſpeluncarum molibus deſtillante. Indicis palmis, quas adpellant, qui vidêrunt è modernis, vaſtæ magnitudinis caudices læves ſunt, itemque teretes; unde qui *ſuram* (ita vocant liquorem vini ſapore & virtute è præciſis ramis extillantem) colligere volunt vel foramina ex intervallo iis incîdunt, vel faſciis circumligant aut vincula è ſparto, vel pedibus laqueos aptant, ut commodiùs adſcendere poſſint; *Cluſius not. ad Garz. ab Orta*: & de hoc palmarum genere intelligendus eſt *Phornutus*, qui δυσαναβατον φυτὸν adpellat ἐν θεωρίᾳ περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως; iſta verò adminicula in palmis, de quibus ſecundum *Plinium* nos, ſupplent cochlices & circuli iſti turbinatim truncum cingentes. Miramur igitur meritò quis *Dionyſio Lebéo Batillio* autor, ut palmam *cortice cultellato, ideóq; ejus adſcenſum difficilem & periculoſum eſſe* Emblem 43. quo viam virtuti adſignatam primo aditu arduam & confragoſam docere voluit, ſcripſerit;

Adſcenſu teneras pueri ſecat aſpera palmas,
non aliter fructus palma datura ſuos.

Eſt enim hoc præter palmæ naturam, & in nulla hactenus compertum: *folia* ejus *cultrato mucrone* produntur à *Plinio*; quod incircumſpectè tranſtulit ad corticem. Is fortaſſe ſcabritie manus enitentium læſerit; at aſcenſum tamen non fecerit difficilem; vel enim ideò facilè inſcendi audivimus; Indicam ob lævorem, ſine adminiculis ἀκατάληπτον, difficulter. Palma in loco δυσπροσπελάστῳ edito & prærupto ex autore Græco *Quintio* virtutis difficilem & non niſi temporis diuturnitate comparabilem, frequentia ſcil. actionum, habitum præfigurari oſtendit *I. Pier. Valer. hieroglyph.* l. 51. c. 3. & *Cl. Min. comm. ad embl. Alc.* 36; ſed id nec à natura nec à ſignificatione palmæ abludit.

CAP. X.

Athenæus poſt Dalecham. & Caſaub. emendatus & explicatus. Βεύπτα *quid.* Βρυλικὴ, *rugoſa*: βρυχλικὴ, *vorax*: βρηχλικὴ, *tuſſiculoſa*: βρήττειν, *tuſſiendo expuere. Scractia, i. e ſcreatrix, ſputatrix*: *ſcractie*, χρέμπτεσθαι. *Bryonia, radix de ea Heſychius*

& co-

Digitized by Google

& codex mscr. Dioscoridæ emaculatus. Casauboni calor quidam injustus in reprehendendo Etymologo de Dionysio Atheniensi, autore Κλίσεων, *& Cl. Vossi in eo corrigendo notatus.*

TEntabimus hoc capite post duos maximos viros *Dalechampium* & *Casaubonum* lumen inferre tenebrosis *Antiphanis Comici* verbis quæ apud *Athenæum* l. XI. Δειπνοσοφ. leguntur: *Favete verò linguis & animis.* In *Æsculapio* ejus illa sunt: Τὴν δὲ γραῦν τὴν ἀσθενοῦσαν πάνυ πάλαι τὴν βρυλικὴν ῥίζιον τρίψας τι μικρὸν, δελεάσας τε γεννικῇ τὸ μέγεθος κοίλῃ λεπάστῃ, τοῦτ᾽ ἐπότισεν ἐκπιεῖν: de medici dolo bono, qui aniculam ægrotantem, quasi grandem vini lepastam seu scyphum Thericléum, poculum aliquod majus, propinaturus merobibæ, potionem medicatam, ingratiorem, haurire fecerat. Omnia sic satis bellè habent à manû tam sagacium feliciumque medicorum præterquam τὸ βρυλικὴν, in quo sanando videntur defecisse. *Dalechampius* arbitratus Comicum ad habitū vetulæ exuccæ, pumice aridioris & *quæ pro sanguine pulverem scobemq; haberet in venis*, ut est in epigramm. respexisse, editam lectionem amplectitur & exponit βρυλικὴν *tam passam rugosam & squalidam quàm sunt* τὰ βρύτεα, seu reliquiæ uvarum quas calcaverunt & expresserunt; *brisam* adpellant Latini, Græci ἀποπίεσμα τῶν σταφυλῶν. *Casaubonus* mavult βρυχλικὴν, & interpretatur *voracissimam*, quòd βρύκειν sit vorare avidissimè & cum sono aliquo dentium, *animadv. c. 10.* Neutram harum sententiarum admittit vox πάλαι; laborat etiam utraque difficultatibus aliis satis manifestis. Nobis igitur, quia de ægrotô & de medicamento sermo est, genus morbi expressisse simul *Antiphanem* videtur, legimusque ideò βηχλικὴν: mucidam, tussicam, ferina & diuturna tussi, quæ senibus ferè commoritur, fatigatam enectamque fuisse existimantes. Βρήττειν & βρήσσειν est μετὰ βηχὸς ἀναπτύειν; quod & βήττειν nonnulli efferunt, teste *Galenô in gl Hipp.* ἡ γραίη βηχικὴ 7 Epid. h.113: *Screatiam* à spuendo screandoque, quod & *screare* dicebant ἀπὸ τοῦ χρέμπτεσθαι adpellarūt Latini Comici, repertam apud Græcos, à quibus & res & verba dramatum mutuati sunt, βρηχλικὴν. Quod de βρυωνία radicis alicujus nomine in *gl. Hesychii* legisse addit *Casaubonus*, nihil huc facere poterat; Est enim & ibi macula. Βρυωνία, *bryonia* recta adpellatio est radicum vitis albæ & ni-

ipſa loquitur, non eam fuiſſe *Menandro* mentem. Τὸ ταπεινῶσαι nunquam fuit inter τὰ ἰητρικῶς λεγόμενα; & quò referemus τὸ σφόδρα? Senſus ſimpliciſſimus eſt; Syros humiliatione illa ſua, quod ſacco induti in cœno volutarent, & abjecto iſto ſchemate pœnitentiam facti teſtarentur, Deam placaſſe. Ita enim conſtituenda verba Comici;

\- - - καὶ τὴν Θεόν

ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα: & ſubjectum accuſandi caſû ἑαυτοὺς ſubintelligendum eſt; vel ſi hoc nolis legendum, τῷ ταπεινοῦσθαι σφόδρα, *dum valde humiliarentur*, dum valdè humiles abjectos & ſupplices ſe gererent, humilitate ſua magna, Infinitivo Verbi æquipollente Nomini, *Deam propitiaverunt*. Sacci, ἐσθῆτος πενθικῆς, colore atri, ut colligitur ex *Apocal.* 6,12. injectio graviter lugentium pœnitentiumque habitus fuit quando pœnam vel deprecarentur, vel illatam mitigari tollive peterent, etiam Ebræorum conſuetudine, Jon. 3,9: itemque χαμαιπετία ſeu humi ſeſſio eaq; ἐν σποδῷ, in cinere, pulvere, ſterquilinio, Luc. 10,13: Matth. 11, 21. quam gentiles πήλωσιν, καταβορβόρωσιν, γυμνῶν ἐν πηλῷ καλίνδησιν vocarunt. Idem ſenſiſſe jam-olim *P. Victorii* de Menandrinis iſtis, ex hiſce ejus *l. 12. Var. c. 15.* liquet: *Verſibus* Menandri *exponitur, quò humilitatis deſcendant Syri, ut Deam placent, ſi quando incontinentia ducti piſcem comederint*; etſi κατὰ λέξιν ea non ſit interpretatus; id ſi è *Johannis Bern. Fæliciani* verſione, ut videtur, (ad manus enim ea non eſt) deprompſit, non debuit hunc quod *quid* τὸ ταπεινῶσαι, *hic ſignificaret non intellexerit* traducere *Cl. Seldenus.*

Georgi Logothetæ Acropolitæ Chronicon hiſtoriam annorum LVIII. ab eo tempore, quo Latini, auſpiciis Balduini Flandri, pulſo Laſcari, Conſtantinopolin occupavêre continens, deſinens in annum 1260. beneficio Douſarum FFRR. debemus. In eo extrema Johannis Ducæ, quem Calo-Johannem adpellant, cognomento Batatzæ, & quem *Frid. II. Imper. l. 3. Ep. 29.* à *P. de Vineis* edit. vocat generum ſuum, ita deſcribuntur: Ἔνθα (Nicææ) περὶ τὸν Φεβρουάριον ἐπὶ κλίνης τὸ πλέον ἦν τῆς νυκτὸς καθήμενος. Πεσὼν δὲ ἐπὶ κλίνης πεσὼν ἄναυδος ἔμεινε. Οἱ δὲ Ἰατροὶ ἀμυχὰς τοῖς ποσὶν ἐποίουν καὶ ἐβδέλλιον ταῖς ἀμυχαῖς ἐνέβαλον. Ἀλλὰ ταύτην τὴν νύκτα καὶ τὸ ἐπιὸν ἡμερονύκτιον ἀκίνητος ἔμεινε. Ἀποπληξία γὰρ ἦν ἡ νόσος. Μόλις οὖν ἀνέπνευσεν ἠλλοιωμένος τὸ χρῶμα:

cum

Digitized by Google

h. e. cum maximam partem noctu ſedere cogeretur, pronus è ſella (*Int. Douſa*, lecto, quod non admittit vox καθήμθρος) cecidit amiſſa loquela. *Medici autem*, ut interpretatur iſte, *cucurbitulas pedibus imponebant, & ephobum cucurbitulis inſerebant. Eam noctem & ſequentem immobilis jacuit, nam apoplexia correptus erat: poſt acrem demum corporis unctionem paululùm reſpiravit.* Nihil ferè ſani in hac verſione; dabo igitur meam quæ fortaſſe dicet quid velit Græculus; *Medici inciſuras*, (lacerationes) *faciebant in pedibus, & euphorbium vulneribus inſpergebant. Is verò per noctem & ſequentis diei ac noctis intervallum manſit immobilis; apoplexia n. morbus ejus erat; Ægrè igitur revixit aliquantum mutato colore*, ſcil. livido ſeu plumbeo, quo ſolent eſſe carnes ſideratorum, in vividum vegetumve converſo. Inde quod interpres de *acri unctione* habet, aliter legiſſe h. l. nim. ἠλειμμθρος ἐν χρῷ adparet. Ἀμυχὰς ἐποίουν ἐν ποσὶν, *inciſiones ſeu plagas novacula vel acuto gladiolo cruribus infligebant;* eaque ſcarificatio olim veteribus teſte *Orib. l. 7. collect. c. 18. 19. & 20.* Ægyptiis hodièque uſitata eſt, cujus adminiſtrandæ in ſuris modum deſcribit αὐτόπτης *Proſper Alpinus l. 3. de medic. Ægypt.* fitque κτ' συρμὸν partem vulnerando cultello, ſine cucurbitulis, plagis modò profundis modò ſuperficiariis, ſicque ſanguinem eliciendo: de cujus uſû *Amatus Luſit. Cent. 1. Curat. 18: 2. Cur. 58: Claudinus l. de ingr. ad infirmos* ſ. 1. c. 16: *Sennertus noſter Inſtit.* l. 5. P. 1. ſ. 2. c. 7. & P. 2. ſ. 1. c. 16. Optimè verò excogitarunt medici in apoplectico è plethora ſanguinea vel etiam pituitæ cõgeſtione reſtituendo crura ſeu tibiarum carnoſas partes incidere, tàm ſc. ut ſive evacuarent, ſive derivarẽt, ſive revellerent à capite, quàm ut ſopitam ob influxũ ſpirituum in nervos prohibitum facultatem animalem excitarent, inducto etiam per aſperſionem euphorbii acris & urentis dolore. Eidem enim intentioni medici alii cucurbitulas ſcarificatas cruribus adhibent, alii cauteria, alii veſicatoria, alii frictiones fortes, & ligaturas extremorum dolorificas, ſæpè ſolutas & reiteratas ſuadent. Hanc ſcarificandi ſeu vulnerandi ſine affixis cucurbitulis rationem ignotam ſibi *Interpres* cum alterâ notiore confudit. Ultimis de Theodorô Laſcari, ſocero Batatzæ, eũ deſcribit *Logothetes* quòd fuerit ἐλευθέριος ἐν δωρεαῖς, ταλαιπωρήσας ἐν πάσῃ μάχῃ Ἰταλῶν καὶ Περσῶν: *in largiendo munificus, in Italorum & Perſarum præliis ſuſtinendis labori non pepercerit*, juxtà *Th. Douſam.* Ταλαιπωρεῖν h. l. eſt *adfligi, vexari, cladem*

facere putat quod in *gl. Isid. scrutulus ventriculus fartus* exponitur; quem nihilo huc pertinere certum est. Und de *strufo* malè judicasse censeri potest. Ib. *Emina species quædam compositionis medicinalis est; Emina ad dolorem coli: hemina ad colum: de quo corrigendo viderint alii.* Per hyperthesin à descriptore pro seculi consuetudine commissam *emina* facta est quæ erat *enima*. Ἔνεμα, ἔνειμα, i.e. κλύσμα, ἔγκλυσμα, infusum, quo venter seu intestina subluuntur; alio nomine *injectio*; qualis etiam aliis partibus oculis, auribus, naribus, utero, vesicæ parari solet, & κλυστῆρι, σύριγγι, siphone, cathetere immitti. Εὐεπίφορον est hoc genus scriptorum in hoc, nomina verbalia, quæ Græci neutrô genere, efferre fœminino, primâ flexione Latinorum. Ita *Theodorus diætâ c. 15.* de medullæ facultatibus: *Facit ad duritiam & sciromas* (ita enim legi oportet pro eo quod edidere *sciromias*) *in corpore consistentes.* Σκίῤῥωμα, sciroma, æ; σκλήρωμα, scleroma, æ: σκληρία, scleria, Schlier.

Ad lib. VII. Adv. c. 8. notamus *tolles* dici, duas utrinque in faucium isthmo ad linguæ radicem sitas glandulas, ἑκατέρωθεν ἀντικειμένους ἀλλήλοις ἀδένας, *Galen. 6. de sympt. caus.* Celsus l. 1. c. 6. & l. 6. c. 10. & *Plinius tonsillas* adpellarunt; inde per crasin *tolles Q. Serenus Sammon.* c. 16:

> *Quos autem vocitant tolles, attingere dextra*
> *debebis, qua gryllus erit pressante peremptus:*

quod præceptum hausit è *Plinio majore* l. 30. c. 4: *Lenit, si quis manibus, quibus gryllum contrivit, tonsillas attingat.* Græci ἀντιάδας, & παρίσθμια: Latino-Barbari *amygdalas* vocant. Ibid. *Chamitria* est *chamædrys*; quam *Plin. l. 24. c. 15: Diosc. l. 3. c. 96.* describunt.

De medicis, quos laudari à *Plinio Valer.* observavit Cl. *Barthius* l. 10. c. 25. sciendum ex universo illorum grege tres tantum esse, *Valerium Paulinum, Claudianum*, si is medicus est; & *Fabium Clementem*, obscuros extra hanc memoriam, quos peculiariter citet; reliquos omnes à majore accepisse: *Hieracem*, è *Celso* l. 6. c. 6. *Damonem*, nisi sit cognominis alius, videre præsentem non potuit; antecessit enim hic Majorem, ut patet è c. 19. l. 24. *Segares* in scriptorum censum referri non debuit; fuit enim tantùm pancratiastes, neque *Athanasius*; fuêre enim antidoti cognomine *Athanasiarum* plures; Athanasia hepaticum apud *Alex. Trall.* l. 8. c. 2: *Athanasia Mithridatis* ap. *Galen. l. 2. de antid. 47. Atha-*

na-

nasia anodyna pleuritica Oribasii apud *Ægin. l. 7. Athanasia magna Mesue* & *Nicolai Præp. Alex. Athanasia collyrium* ap. *Aet. tetr. 2. s. 3. c. 104.* perinde ut *Ambrosiæ* Philippi Macedonis una, altera Archibii, ap. *Galen. l. d.* alia Zopyri, Ptolemæo regi præscripta ap. *Celsum l. 5. c. 23.* ceratum *Ambrosia* ap. *Aet. tetr. 3. s. 4 c. 8.* & *ambrosia* ληξιπύρετος apud *Paul. Ægin.* l. 7. c. 10. non ab inventoribus, sed ob virtutes magnificas ita dictæ. *Theodori Xeron* id medicamentum est quod *Xeromyron* aliàs adpellant; diapasma seu pulvis inspersilis è rebus odoratis, calidis, siccisq; capitum fluxione tentatorum proris astricandus, exorbendis cerebri humiditatibus, ei roborando, & laxando densandóve habitui, compositus: describit ejus generis plures *Aet. tetr. 2. s. 2. c. 54. l. 8. Montanus Cons.* 108: 121. 128. 129. & *Gabuc. de podagra. Catapuciæ*, mutato genere & declinatione dicuntur quæ Græcis καταπότια: voce figuram medicamenti, quod non diluitur, sed ita ut est deglutiri oportet, globosam insinuante: *in modum faseoli factæ*, i. e. magnitudine faseoli fabæ, lupini, ervi. Hinc fortasse Itali *cataputiam* adpellarant lathyrida itemque chamelæam & thymelæam, cognatas violentia in deturbanda alvo herbas, quòd ob summè adurentem facultatem nisi in pastillos, globulos, pilulasve redigantur vel melle excipiantur, sumi nequeant; vel quod grana, piperis vel ervi figura, catapotiis seu pilulis sint similia in lathyride. *Athletæ anteà ficu alebantur, priusquam eos Pythagoras exercitatos ad carnis usum, qui fortior cibus est, transtulisset* verba Plinî Valer. è l. 4. c. 46. producit *Cl. Barthius* l. 10. c. 25. & de Pythagora Samio philosopho interpretatur suis hisce: *Oportet hoc ante Philosophiæ studium fecerit Pythagoras; nam notum posteà carnium esum abominatum esse.* Perperàm factum dupliciter, & quòd è Juniore advocat, quæ è majore deberet tanquā à teste capitali, & quod ὁμωνύμους Philosophum & exercitatorem non distinguit. *Plinii majoris* verba sunt c. 7. l. 23. de ficis siccis: *corpus & vires adjuvant; ob id ante athletæ hoc cibo pascebantur: Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit*, è quibus ista alterius emendare & de philosopho Samio tacere oportuit. Exercitator, ὁ Φλιάσιος, σωμασκητής, ἀλείπτης ὥς φασί τινες, *Laërtio Pyth.* victum aliū athletis, antiquatis caricis, imperavit. *Favorinus ἐν τρίτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων* id Samio tribuerat: *Dalechamp. ad h. l. Plin.* planè cæcutiens ad voculam *exercitator*, similiter: *docuisse nim.* philosophum *carnium esu carnem & habitum* cor-

corporis augeri, quòd alter ille exemplo fecerat & instituto. Constat quidem de Samio, πρῶτον ἐντέχνως πυκτεῦσαι *Eratosthenis* & *Favorini* testimoniis apud *Laërtium*; at hoc non erat σωμασκῆσαι aut ἀσκῆσαι ἀθλητὰς, quod illi faciebant qui ad exercenda corpora & in professione athletices essent magistri aliis. Vidit quoque *Mercurialis 1. gymn. c. 15. Plinium* à philosopho Samio rem removere, sed quòd Goram sublato caricarum esu carnes primùm Eurymeni Samio discipulo adposuisse ex *Oribasio l. 1. collect. c. 40.* quasi à Plini relatione diversum quid narrat, corrupto codice deceptus facit; *Pythagoram* enim ibi capite minuerunt librarii & *Goram* in omnem exemplarium posteritatem vitio propagarunt. Unum autem singularem hominem fuisse & qui carnes in cibum athletis & qui primo Eurymeni exhibuerit è *Laertio* palàm est.

Hæc sunt, quæ libris X. prioribus circà *Plinium Valerianum* prætervidisse *Cl. Barthium* vidimus nunc; supersunt enim ἄλλα πολλά, πλέονα Καστίης ψάμμου, sequentibus adnotanda. Eorum verò omnium gratiam & veniam hominem doctissimum facere mihi volo, qui suopte ipsius exemplo in conjecturas calore & confidentia eruditionis festinatas maturaverim castigatiunculas & fortassis veritatem, quæ cupidum sui & sapientem nunquam offendet, indicaverim. *Æquum est ignoscere, quod sine reprehensione veteres factitarunt, si faciant novi.* Delectabitur scio, si ostendero aliquando, Viros æquè magnos, præceptores nostros, simili culpâ innodari; Eadem sanè est, qui Cornelium Celsum, quem Latinum Hippocratem adpellari & esse juxtà sciebant, interpretari profiterentur, eos ad Hippocratem Græcum ne respicere quidem; & Plinium Valerianum seu Minorem obscurum scriptorem, qui alterum Secundum notissimum doctis compilaverat, emendare & declarare pollicentem, id sine Majore hoc, qui in mundo erat, audere; quæ vel cantherii in porta cespitatio est, omen crebriùs in itinere lapsaturi, vel τῆς θήρας ἀφαμάρτημα, non solùm parte qua destinarat non ferientis feram sed toto corpore & captû aberrantis.

CAP. IX.

Plutarchi locus de cerebro palmarum explicatus & illustratus: Interpres de Phœnicis, docti alii de phœnicopteri cerebro exposuêre

ſuêre; ab his propterea diſſenſum: Ceſaglioni, Ceſilio, ἐγκέφαλος, ἐγκάρδιον, *quod capite ſeu ſuprema parte continetur, cerebrum:* ἐγκάρδιον, ἐντεριώνη, *medulla & nucleus. Dalechampii quædam dormitatiuncula. Palmæ in Oriente, Ægypto, Syria, Cypro, Creta copioſæ: paucæ in Europa & ſteriles præter quàm in Sicilia. Plinius emendatus.* Κόχληκες, κάχληκες, κοχλάδες, κοχλίδες, *cochlices, i. e. ſcalæ quibus in gyrum ſurſum pervenitur. Dion. Lebeus Batillius de difficili palmæ adſcensû lapſus.*

PLutarchus *l. de ſanit. tu.* fugiendas eſſe monet literatis dum cœnant prandentve ſophiſticas diſceptationes, & anxias de rebus obſcuris difficilibusq; concertationes ac litigia, ut quæ alimentum diſtracto per animorum immoderatas contentiones calore corrumpi & caput gravari faciant. Illuſtrandæ iſti rei adhibet à palmarum cibo petitam ſimilitudinem: τὸν μὲν γὰρ, inquiens, ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος γλυκὺν ὄντα σφόδρα, κεφαλαλγὸν λέγουσιν εἶναι: quod eſt, *medullam palmæ in cacumine* quam cerebrum vocant, *valdè quidem dulcem eſſe, ſed capitis dolorem inducere ferunt.* Inimicam humano capiti palmarum qualitatem *Xenophon* l. 2. ἀναβάσ. & *Dioſcorides* agnovit, itaque l. 1. c. 149: αἱ φοινικοβάλανοι κεφαλαλγεῖς εἰσὶ καὶ πλείονες βρωθεῖσαι μεθύσκουσιν, ait: *palmarum fructus caput dolere faciunt & largius comeſi inebriant*: & de vinô palmeô populis in Oriento Parthis, Indis, aliis familiari, l. 5. c. 40: ἐστὶ δὲ ἡδὺς μὲν, κεφαλαλγὴς δέ. Quin & *Galen. l. 2 de alim. fac.* palmas omnes dicit eſſe concoctu difficiles & capitis dolorem parere: *Diphilo Siphnio* apud *Athen. l. 2.* ἐγκέφαλοι φοίνικος, alii nim. à fructu ſeu dactylis, ſunt πλήσμιοι καὶ πολύτροφοι, βαρεῖς, δυσοικονόμητοι, διψώδεις καὶ σταλτικοὶ τῆς κοιλίας. De dulci verò medulla in vertice palmarum, quam cerebrum adpellari ſcribit *Plin. l. 14. c. 4.* conſentit *Theophr.* qui *l. 2. hiſt. plant. c. 8.* τὸ ἄνω palmæ, ἐν ᾧ περ ὁ ἐγκέφαλος & l. 6. c. 4: *Galenus* qui l. d κορυφὴν τοῦ φοίνικος vocat ἐγκέφαλον: item *l. de atten. diæta c. 3: 8. de ſimpl. med. fac. Philoſtr. 2. de vita Apoll. Tyan.* regis Indorum Mandri epulas φοινίκων ἐγκεφάλους καὶ τὸν καρπὸν τῶν φοινίκων fuiſſe ſcribit: & divinus *Scaliger Ex. 159*: juvenculæ palmæ cerebrum edi, quia proceræ ea demum pars teneriuſcula eſt; at pumilarum, quæ in Sicilia plurimùm proveniunt, teſte P. A.

Matthiolo comm. ad Diosc. l. 1. c 69. Plinio l. d. *chamaropes* quæ Græcis χαμαιῤῥιφεῖς, & χαμαίζηλοι, imam medullam, quoniam propior alimento succulentior est, sugi adnotat. Siculi adpellant *Cisiglioni*, Neapolitani *Cefaglioni. Serapioni* & cæteris Africanis Arabibus *Cefilio*, Ægyptiis hodièque *cor palma*; utrobique Græco vocabulo maxima sui parte in barbaris adpellationibus conspicuo. Medullam quam è peculiaris ex undequinquaginta palmarum generis, quale & Siciliæ familiare, caudice, quà is radici proximus est, eximunt, ἐγκάρδιον τοῦ πρέμνου adpellat *Diosc.* c. 151. cum medium in quovis ligno tàm spongiosius molliusque quàm nervosius illud osseumque, quod & πυρὴν, significet; aliàs ἐντεριώνην; Populare verò illud Italorum è summitatibus palmarum exemtile & vescum tantùm exprimit; ad medullam tamen è trunci globo quodam similiter ἐδώδιμον consuetudine translatum est, & inopia verborum. Hanc cum cerebro palmarum perperàm confundere deprehenditur *Dalechampius*, quòd ἐγκάρδιον ἀπὸ τοῦ καρὸς, ἔγκαρος ἢ ἐγκάρου derivat, cum tamen id non ἐν καρὶ ἢ καρήνῳ, sed in ligni seu trunci medio, καρδία ἢ μήτρα, reperiatur. Ἐγκάρδιον autem apud *Diosc.* non extat, sed ab ipso confictum est. Fortasse, si ἐγκάριον de isto priore, quia capite & summitate palmæ inclusum gestatur, dixero, nemo prohibessit; est enim τὸ ἐν καρὶ ut ἐγκέφαλος, ὁ ἐν κεφαλῇ μύελος. Caput hoc sive vertex, è quo diffunduntur rami, earum palmarum est, quæ uno singulariô caudice adsurgunt, μονοφυεῖς: quæ in binos trinosve truncos se dividunt, tot etiam cacuminibus cerebrum continent; de πεντεγκεφάλῳ in Lapæa Cretæ *Theophr. l. 2. h. pl. c. 8.* inaudiverat. His de cerebrô palmarum ad hunc modum se habentibus & creditis semper ob testimoniorum gravitatem, tamen interpretem *Plutarchi* is stupor invasit, ut de phœnice ave cum h. l. exponeret. Æquivoco ejusdem vocis in *comm. 13. Psalmi XCII.* Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει deceptus *Tertullianus*, de alite Orienti peculiari, de *singularitate famoso de posteritate monstruoso* phœnice verba accepit & vulgi fabulam scripturarum autoritate roborari opinatus est, carnis nostræ resurrectionem, ut credamus corporis substantiam de ignibus quoque exigi posse, naturæ singularis flammis absumtæ, redivivæ è cineribus (hoc enim abit à narrationibus aliis, quæ ex ossibus & medullis superemortui congestis aromatibus nasci ceu vermiculū, inde fieri pullum tradunt) exem-

exemplo probaturus. Uterque licet falsus, recipi tamen & adprobari meruit; de hujus adseclis alibi; ad illius propugnatores nunc convertimur. Viri docti, quòd phœnicis cerebrum insolentius ferculum esse & ob raritatem ipso phœnice multò incredibilius viderent; linguas etiam & cerebella phœnicopterorum ob saporis præstantiam in patinis Apici, nepotum omnium altissimi gurgitis, Vitellii & Elagabali fuisse plenisque discis adposita Palatinis è *Plinio* l. 10. c. 48. *Suetonio Vit.* c. 13. *Lampridio* scirent; proavorum quoque memoria Ambrosium N, civem & negotiatorem Romanum Nominalibus filii sui Clem. VII. Pontifici & Cardinalibus regali magnificentia & omnigeno luxu cœnam struxisse, in qua paropsides linguis psittacorum refertæ recordarentur, ἐγκέφαλον τοῦ φοινικοπτέρου in *Plutarcho*, saltem ne avis ab interprete illata abigeretur, substituere voluerunt. Sed rem singularem, à paucis hominibus Romanis luxûs gratia excogitatam à communi per totum Orientem Asiam & Ægyptum victû distinguere debebant. Palmarum proventus cibus & potus Orienti Indiæ, Persidi, Babyloniæ, Arabiæ, Syriæ, Judææ, Ægypto, Thebaidi, Cypro, & Cretæ, quantum è *Theophr. Plinio, & Dioscor.* constat fuit notissimus & familiarissimus; Européis non item, nisi inde advectis inter bellaria fruerentur. Et de hoc igitur medici præcepta condidêre; de iis quæ portentosa nepotum gula invenerat, & quæ vel semel tantùm visa in culinis ganeisque de cætero exoleverant, non attinebat dicere; neque de tali aliquo externo orbe conquisitarum dapum epulo intelligendus *Plutarchus*. In historia palmarum, quam diligentissimè persequitur *Plinius*, menda etiamnum hæret, quæ intellectum à pulcerrima descriptione & cognitione arcet. De externo arboris habitû inquit: *Reliquæ teretes atq; proceræ, densis gradatisq; corticum pollicibus, ut orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis præbent.* Cortex arboris scarrosus & velut è squamis compactus est; eæ in orbem totum truncum ambiunt, quibus gradus conscensurorum (attollitur enim Ægyptia palma ad viginti passuum altitudinem) ex intervallo justo figi possint: cui negotio qui aptari possint *pollices*? Res ipsa postulat & edita lectio eò ducit veterem & veram scripturam fuisse *cochlicibus*. Κόχληκες, κόχλακες, κοχλάδες sunt tortuosi, instar cochlearum turbinati circuli, totum arboris scapum circumflexu more clavicularum ambientes & complexi, quibus sur-

 sum

sum quasi per scalas κοχλίδας seu κοχλιοειδεῖς in gyrum adscendi possit; à κόχλω, gyro. Fornices in cochlearum formam cameratos & in fastigium perductos turbinatim etiam κόχλακας inde vocarunt: *Plinius* noster l. 31. c. 10. *colicas* & *cochlycas*, ubi de nitro in speluncarum molibus destillante. Indicis palmis, quas adpellant, qui vidêrunt è modernis, vastæ magnitudinis caudices læves sunt, itemque teretes; unde qui *suram* (ita vocant liquorem vini sapore & virtute è præcisis ramis extillantem) colligere volunt vel foramina ex intervallo iis incîdunt, vel fasciis circumligant aut vincula è sparto, vel pedibus laqueos aptant, ut commodiùs adscendere possint; *Clusius not. ad Garz. ab Orta*: & de hoc palmarum genere intelligendus est *Phornutus*, qui δυσανάβατον φυτὸν adpellat ἐν θεωρίᾳ περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως; ista verò adminicula in palmis, de quibus secundum *Plinium* nos, supplent cochlices & circuli isti turbinatim truncum cingentes. Miramur igitur meritò quis *Dionysio Lebéo Batillio* autor, ut palmam *cortice cultellato, ideoq; ejus adscensum difficilem & periculosum esse* Emblem 43. quo viam virtuti adsignatam primo aditu arduam & confragosam docere voluit, scripserit;

Adscensu teneras pueri secat aspera palmas,
non aliter fructus palma datura suos.

Est enim hoc præter palmæ naturam, & in nulla hactenus compertum: *folia* ejus *cultrato mucrone* produntur à *Plinio*; quod incircumspectè transtulit ad corticem. Is fortasse scabritie manus enitentium læserit; at ascensum tamen non fecerit difficilem; vel enim ideò facilè inscendi audivimus; Indicam ob lævorem, sine adminiculis ἀκατάληπτον difficulter. Palmâ in loco δυσπροσπελάστῳ edito & prærupto ex autore Græco *Quintio* virtutis difficilem & non nisi temporis diuturnitate comparabilem, frequentia scil. actionum, habitum præfigurari ostendit *I. Pier. Valer. hieroglyph.* l. 51. c. 3. & *Cl. Min. comm. ad embl. Alc.* 36; sed id nec à natura nec à significatione palmæ abludit.

CAP. X.

Athenæus post Dalecham. *&* Casaub. *emendatus & explicatus.* Βεύτια *quid.* Βρυλικὴ, *rugosa*: βρυκλικὴ, *vorax*: βρηχικὴ, *tussiculosa*: βρήττειν, *tussiendo expuere. Screatia, i. e screatrix, sputatrix*: *screare*, χρέμπτεσθαι. *Bryonia, radix de eâ Ischius*

& co-

& codex mscr. Dioscoridæ emaculatus. Casauboni calor quidam injustus in reprehendendo Etymologo de Dionysio Atheniensi, autore Κλίσεων, & Cl. Vossi in eo corrigendo notatus.

TEntabimus hoc capite post duos maximos viros *Dalechampium* & *Casaubonum* lumen inferre tenebrosis *Antiphanis Comici* verbis quæ apud *Athenæum* l. XI. Δειπνοσοφ. leguntur: *Favete verò linguis & animis.* In *Æsculapio* ejus ista sunt: Τὴν δὲ γραῦν τὴν ἀσθενοῦσαν πάνυ πάλαι τὴν βρυλικὴν ῥίζιον τρίψας τι μικρὸν, δελεάσας τε γεννικῇ τὸ μέγεθος κοίλῃ λεπαστῇ, τοῦτ᾽ ἐποίησεν ἐκπιεῖν: de medici dolo bono, qui aniculam ægrotantem, quasi grandem vini lepastam seu scyphum Thericléum, poculum aliquod majus, propinaturus merobibæ, potionem medicatam, ingratiorem, haurire fecerat. Omnia sic satis bellè habent à manû tàm sagacium feliciumque medicorum præterquam τὸ βρυλικὴν, in quo sanando videntur defecisse. *Dalechampius* arbitratus Comicum ad habitū vetulæ exuccæ, pumice aridioris & *quæ pro sanguine pulverem scobemq; haberet in venis*, ut est in epigramm. respexisse, editam lectionem amplectitur & exponit βρυλικὴν *tàm passam rugosam & squalidam quàm sunt τὰ βρύτεα*, seu reliquiæ uvarum quas calcaverunt & expresserunt; *brisam* adpellant Latini, Græci ἀποπίεσμα τῶν σταφυλῶν. *Casaubonus* mavult βρυχλικὴν, & interpretatur *voracissimam*, quòd βρύκειν sit vorare avidissimè & cum sono aliquo dentium, *animadv. c. 10.* Neutram harum sententiarum admittit vox πάλαι; laborat etiam utraque difficultatibus aliis satis manifestis. Nobis igitur, quia de ægrotô & de medicamento sermo est, genus morbi expressisse simul *Antiphanem* videtur, legimusque ideò βηχλικὴν: mucidam, tussicam, ferina & diuturna tussi, quæ senibus ferè commoritur, fatigatam enectamque fuisse existimantes. Βήττειν & βήσσειν est μετὰ βηχὸς ἀναπτύειν; quod & βήττειν nonnulli efferunt, teste *Galenô in gl Hipp.* ἡ γραίη βηχικὴ 7 Epid. h. 113: *Scractiam* à spuendo screandoque, quod & *scraccere* dicebant ἀπὸ τοῦ χρέμπτεσθαι adpellarūt Latini Comici, repertam apud Græcos, à quibus & res & verba dramatum mutuati sunt, βηχλικὴν. Quod de βρυωνία radicis alicujus nomine in *gl. Hesychii* legisse addit *Casaubonus*, nihil huc facere poterat; Est enim & ibi macula. Βρυωνία, *bryonia* recta adpellatio est radicum vitis albæ & ni-

græ; quæ cum in tantam vastitatem crescant ut tibiam humanam crassitie æquare deprehendantur, de ea non explicari posse *ῥιζίον μικρὸν* *Antiphanis* perspicuè palàm est. Obiter de bryonia scriptura Codicis Dioscoridéi, quem à dragomannô seu interprete Sultani Constantinopoli acceperat *A. Busbequius* & utendum *Matthiolo* dederat, venit restituenda. In eô, quod in nullo editorum prætereà legitur, *ἡ ῥίζα λευκὴ καὶ παχεῖα, ὡς καὶ κύημα* reperit *Matthiolus* & vertit, *radix candida & crassa, ut & germen*. Obscurum est quid h. l. nominet *κύημα*: baccæ ipsæ non possunt intelligi; hæ enim rubræ & nigræ, nullibi albæ proveniunt; neque his crassities competit. Sphalma, quod sive notariorum manibus sive lectorum oculis imputari debet, deprehendimus & legimus *ὡς κνήμη, ut tibia seu sura*: nam & hoc radici congruit, soletque radices à crassitie suræ seu femoris humani denominare *κνημοπαχεῖς* etiam *Theophrastus*, quem in replantaria ducem habemus ut vetustissimum ita verissimum & certissimum: *πάμπολυ γὰρ οἱ πάλαι τῶν νῦν εἰς ἀλήθειαν εὐστοχώτεροι.* Injuriam facit *Casaub. l. 10. earundem anim. c. 14.* Etymologo, qui *Dionysium* cujus opus, *κτίσεις πόλεων*, laudatur passim, vocet in *Πεννόννησος* *Atheniensem*, cum fuerit *Chalcidensis*, falsi hominem propterea accusans. Cum enim Chalcis proxima Atticæ & in Atheniensium ditione potestateque cum Eubœa omni fuerit, optima ratione factum est ut qui Chalcide essent oriundi cum Atticis & Atheniensibus censerentur; hacque ipsa *Tzetzes in Lycophronem* Διάλεκτον Ἀττικὴν & Χαλκιδικὴν habet pro eadem. Ineptè autem factum videri non debuit, si unus homo à diversis locis epitheta acciperet. Scimus enim quosdam à tribus denominatos errore nullo; ab uno, in quo nati; ab altero in quo vixerint, docuerint, floruerint; à tertio cui familiæ suæ originem deberent. Ludibrium igitur Adrastejæ debet *Casaubonus* quæ eum in illo, propter quod Etymologum postulavit falsi, falsum esse publicè arguat; Peccavit enim οὐδὲν ἧττον. *Cl. Maussacus* autem, qui *not. ad Harpocrat. in* Ἡφαιστία ineptias propterea objicit Etymologo, *Casaubono* necquicquam se defenderit. Remissiùs cum homine agit *Cl. Vossius*, qui *l. 4. de hist. Græc. p. 463.* corruptè eô locô Ἀθηναῖος scriptum esse pro Χαλκιδεὺς putat, erroris potiùs descriptorem quàm autorem insimulans; sed neutrum hîc quidem peccasse manifestum fecimus.

CAP.

CAP. XI.

Menandri Comici verba quædam aliter exposita, quàm Cl. Seldeno visum de iis. Sacci injectio & sessio in sterquilinio pœnitentum lugentumve schema. Georgii Logothetæ, ubi de morbo Imp. Adrianopolit. Calo-Johannis & cura circa eum à medicis instituta, versio nova, dissentiens à Theod. Dousæ. Ἀμυχαὶ quid. Incisiones crurum rasoriô vel lanceolâ factæ cui fini. Ταλαιπωρεῖν quid. Θεραπεύειν quid.

SYros avita quadam religione præterquam columbas etiam pisces habuisse pro sacris, eòque ἀψαύστως ἦν, & abstinuisse horum esû ob reverentiam Numinis Dercetûs seu Atergatidis luculenter à viris doctis ostensum est. *Cl. Seldenus*, magnum ex Angliâ caliginosis antiquitatibus & literis lumen, timuisse Syros ne sibi venter aut aliud quod membrum, si vescerentur istis superstitione vetitis, à vindicta Deæ intumesceret, vel ulceribus insideretur, aut hepar ipsis colliquefieret tabesceretve è *Plutarchi l.* περὶ δεισιδαιμονίας *Synt. 2. de DIS Syris c. 3.* & *Menandri* quadam ῥήσει apud *Porphyr. l. 4.* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων firmissimè præterea adstruxit. *Menandri* notabilis locus iste est;

- - παράδειγμα τοὺς Σύρους λαβέ,
Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα
αὐτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
οἰδοῦσι. è quo & delictum, ἰχθυοφαγία, & morbi ab iratâ Dea immissi species, οἴδημα ποδῶν καὶ γαστέρος satis superque perspicitur; & sunt ea in *edit. Londin.* a. 1617. ita producta. Sed in iterata *edit. Lugdun.* a. 1629 vir eruditissimus etiam sequentia in *Menandro* de morbo θεηλάτῳ, supplicio comesorum piscium, tumoribus exponit;

- - εἶτ' ἔλαβον σακκίον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν
ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν Θεὸν
ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα: *dein sacco induti & in viâ cœnô volutantes Deæ supplicabant ut tumores dimitteret*: verbum ταπεινῶσαι de medela & tumorum sublatione intelligens. Ut nos, qui venerabundi exquisitissimam Viri doctrinā admiramur, taceamus, res

ipsa

ipsa loquitur, non eam fuisse *Menandro* mentem. Τὸ ταπεινῶσαι nunquam fuit inter τὰ ἰατρικῶς λεγόμενα; & quò referemus τὸ σφόδρα? Sensus simplicissimus est; Syros humiliatione illa sua, quod sacco induti in cœno volutarent, & abjecto isto schemate pœnitentiam facti testarentur, Deam placasse. Ita enim constituenda verba Comici;

- - - καὶ τὴν Θεὸν
ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα: & subjectum

accusandi casû ἑαυτοὺς subintelligendum est; vel si hoc nolis legendum, τῷ ταπεινοῦσθαι σφόδρα, *dum valdè humiliarentur*, dum valdè humiles abjectos & supplices se gererent, humilitate sua magna, Infinitivo Verbi æquipollente Nomini, *Deam propitiaverunt*. Sacci, ἐσθῆτος πενθικῆς, colore atri, ut colligitur ex *Apocal.* 6,12. injectio graviter lugentium pœnitentiumque habitus fuit quando pœnam vel deprecarentur, vel illatam mitigari tollive peterent, etiam Ebræorum consuetudine, Jon. 3,9: itemque χαμαιπετία seu humi sessio eaq; ἐν σποδῷ, in cinere, pulvere, sterquilinio, Luc. 10,13: Matth. 11, 21. quam gentiles πήλωσιν, καταβορβόρωσιν, γυμνῶν ἐν πηλῷ καλίνδησιν vocarunt. Idem sensisse jam-olim *P. Victorii* de Menandriinis istis, ex hisce ejus *l. 12. Var. c. 15.* liquet: *Versibus* Menandri *exponitur, quò humilitatis descendant Syri, ut Deam placent, si quando incontinentia ducti piscem comederint*; etsi κατὰ λέξιν ea non sit interpretatus; id si è *Johannis Bern. Fæliciani* versione, ut videtur, (ad manus enim ea non est) deprompsit, non debuit hunc quod *quid τὸ ταπεινῶσαι hic significaret non intellexerit* traducere *Cl. Seldenus.*

Georgi Logothetæ Acropolitæ Chronicon historiam annorum LVIII. ab eo tempore, quo Latini, auspiciis Balduini Flandri, pulso Lascari, Constantinopolin occupavêre continens, desinens in annum 1260. beneficio Dousarum FFRR. debemus. In eo extrema Johannis Ducæ, quem Calo-Johannem adpellant, cognomento Batatzæ, & quem *Frid. II. Imper. l. 3. Ep. 29.* à *P. de Vineis* edit. vocat generum suum, ita describuntur: Ἔνθα (Nicææ) περὶ τὸν Φεβρουάριον ἐπὶ κλίνης τὸ πλέον ἦν τῆς νυκτὸς καθήμενος. Πεσὼν δὲ ἐπὶ κλίνης πεσὼν ἄναυδος ἔμεινε. Οἱ δὲ ἰατροὶ ἀμυχὰς τοῖς ποσὶν ἐποίουν καὶ ἐφόλβιον ταῖς ἀμυχαῖς ἐνέβαλον. Ἀλλὰ ταύτην τὴν νύκτα καὶ τὸ ἐπιὸν ἡμερονύκτιον ἀκίνητος ἔμεινε. Ἀποπληξία γὰρ ἦν ἡ νόσος. Μόλις οὖν ἀνέπνευσεν ἠλλοιωμένος τὸ χρῶμα: cum

h. e. cum maximam partem noctu sedere cogeretur, pronus è sella (*Int. Dousa*, lecto, quod non admittit vox καθήμενος) cecidit amissa loquela. *Medici autem*, ut interpretatur iste, *cucurbitulas pedibus imponebant, & epholbum cucurbitulis inserebant. Eam noctem & sequentem immobilis jacuit, nam apoplexia correptus erat: post acrem demum corporis unctionem paululùm respiravit.* Nihil ferè sani in hac versione; dabo igitur meam quæ fortasse dicet quid velit Græculus; *Medici incisuras*, (lacerationes) *faciebant in pedibus, & euphorbium vulneribus inspergebant. Is verò per noctem & sequentis diei ac noctis intervallum mansit immobilis; apoplexia n. morbus ejus erat; Ægrè igitur revixit aliquantum mutato colore*, scil. livido seu plumbeo, quo solent esse carnes sideratorum, in vividum vegetumve converso. Inde quod interpres de *acri unctione* habet, aliter legisse h. l. nim. ἠλειμμένος ἐν χρῷ adparet. Ἀμυχὰς ἐποίουν ἐν ποσὶν, *incisiones seu plagas novacula vel acuto gladiolo cruribus infligebant;* eaque scarificatio olim veteribus teste *Orib. l. 7. collect. c. 18. 19. & 20.* Ægyptiis hodièque usitata est, cujus administrandæ in suris modum describit αὐτόπτης *Prosper Alpinus l. 3. de medic. Ægypt.* fitque κατ' συρμὸν partem vulnerando cultello, sine cucurbitulis, plagis modò profundis modò superficiariis, sicque sanguinem eliciendo: de cujus usû *Amatus Lusit. Cent. 1, Curat. 18: 2. Cur. 58: Claudinus l. de ingr. ad infirmos* ſ. 1. c. 16: *Sennertus noster Instit.* l. 5. P. 1. ſ. 2. c. 7. & P. 2. ſ. 1. c. 16. Optimè verò excogitarunt medici in apoplectico è plethora sanguinea vel etiam pituitæ cõgestione restituendo crura seu tibiarum carnosas partes incidere, tàm sc. ut sive evacuarent, sive derivarẽt, sive revellerent à capite, quàm ut sopitam ob influxũ spirituum in nervos prohibitum facultatem animalem excitarent, inducto etiam per aspersionem euphorbii acris & urentis dolore. Eidem enim intentioni medici alii cucurbitulas scarificatas cruribus adhibent, alii cauteria, alii vesicatoria, alii frictiones fortes, & ligaturas extremorum dolorificas, sæpè solutas & reiteratas suadent. Hanc scarificandi seu vulnerandi sine affixis cucurbitulis rationem ignotam sibi *Interpres* cum alterâ notiore confudit. Ultimis de Theodorô Lascari, socero Batatzæ, eũ describit *Logothetes* quòd fuerit ἐλευθέριος ἐν δωρεαῖς, ταλαιπωρήσας ἐν πάσῃ μάχῃ Ἰταλῶν καὶ Περσῶν: *in largiendo munificus, in Italorum & persarum præliis sustinendis labori non pepercerit*, juxtà *Th. Dousam*. Ταλαιπωρεῖν h. l. est *adfligi, vexari, cladem*

accipere. Vetterim igitur, *omnibus Italorum & Persarum praliis inferior extitit.* Ibid. de Maximo monacho, Theodoro Jrenico Patriarcha mortuo: εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀνάγεσθαι θρόνον ὡς θεραπεύειν εἰδὼς τὴν γυναικωνῖτιδα; *in Patriarchatu successit, doctus mulierum senatulum exornare,* inquit *Dousa.* E Latinis hisce non intelligo quo de vel commendet vel vituperet novitium Patriarcham *Georgius.* Θεραπεύειν h. l. est obsequio, cultu, officiis & adulatoriis artibus sibi quem conciliare. Fuit igitur Maximus iste θωπευτής, prensator captatorq; favoris apud sexum sequiorem, quem in aulis Principum interdum plus æquo pollere & consiliorum maximam partem facere experimur, & in sedem dignitatemque Patriarchii promotus adscitusq; est, *quòd domus Augustæ fœminas demereri & obnoxias sibi reddere sciret;* quæ hominis sacri infamia potiùs est & denigratio quàm encomium.

CAP. XII.

Jos. Scaligeri laus: in emendando Philostrato frustratio, & modestia. Error Gv. Panciroli de Fabia M. Anton. Imp. concubina. Correctus Philostratus. Julia ἡ Φιλόσοφος, Severi Imp. conjunx. Arria Φιλοπλάτων: Diogen. Laertius è Galeno explicatus & illustratus: hi eodem tempore scripsére. Philostrati duo Juliæ Augustæ συνακμάσαντες. Philosophus epitheton Imp. Marci apud veteres, quod apud semibarbaros in cognomen vertit. Hypatia Alexandrina, ἡ Φιλόσοφος: item Hipparchia.

JOS. SCALIGERI merita de literis elegantioribus omnem humanam pensationē longè supergrediuntur, ut de eo tacere satius sit quàm laudes Viri commemoratione ineptâ & dissimili deterere. Infrà enim subsistent quivis quantumvis audacissimi, quantumvis potentissimi linguis. Nobis sanè, quò omnia ejus admiramur impensiùs & sanctiùs colimus, eò illubentioribus accidit, si quà videatur oculus iste connivus fuisse vel imaginibus turbatus non pervidisse quod erat. Invitos proinde & non nisi majore vi, publica literariæ rei necessitate, adactos facere, siquidem vel à *Scaligero* dissentiamus vel quod iste nescire fatetur sine ambitione docere præsu-

ſumamus,quiſque,velimus, exiſtimet. Verba *Philoſtrati in vita Philiſci Sophiſtæ*,repetita in *Antenoris*,de quibus cum eô exercebimur,iſta ſunt: Ἀντωνῖνος γὰρ ἦν ὁ τοῦ φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας. Ipſe *animadv. ad Euſeb. chron. f. 211.* editam lectionem,quia *Antonino Philoſopho* conjugem ponat *Juliam*, falſam eſſe tenet (habuit enim is unicam *Anniam Fauſtinam*; qua mortua, ne per matrimonium aliud novercam liberis ſuperduceret, Procuratoris ſuæ uxoris filiam, *Fabiam* adpellat *Pancir l. 2. theſ. Var. lect. c. 31.* errore ex oſcitanti lectione *Capitolini* nato, concubinam adſcivit.) & cum, nemine ambigente, de Antonino Caracalla dicto, Severi Imp. non M. Antonini, qui Commodum genuerat cum Antoninô geminô, & Veriſsimum, filio agatur an legendum ſit, ὁ τοῦ Σεβήρου παῖς καὶ Ἰουλίας deliberat. Daremus hoc gratiæ & autoritati, quòd in trium verborum ῥήσει non tantùm duo emendat ſed & infarcit unū prætereà, ſi nodum ſic extricaſſet; at res ipſa vera quidem eſt; loquitur enim de Severi & Juliæ filio Philoſtratus; emendatio autem tàm audax nimis quàm non neceſſaria. Nos unius diphthongi, quæ res minima tàm turbare potuit tantum virum, mutatione rem fieri planiſsimam arbitramur, ſi legamus ὁ τῆς φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας. Juliam Domnam ſecundam Severo, ex Apaméa Syriæ acceptam, conjugem, è qua Antoninum & Septimium Getam ſuſcepit, intelligit Philoſtratus: adpellat autem rectè τὴν φιλόσοφον, quæ Sophiſtis, quarumvis artium profeſſoribus, quorum eâ ætate adfatim erat Romæ, πλεῖστα συνετρίβετο, eos conſectabatur, allectabat & demerebatur: Pertæſa enim criminationum Plautiani, quas iſte ad Auguſtum crebrò deferebat, muſſansque injurias & ſecubans, ἤρξατο φιλοσοφεῖν καὶ τοῖς σοφισταῖς συνημέρευσεν, ut inquit *Dion in Severô*. Quibus in ſtudiis tantum profecit, ut cum filio pòſt ex æquo imperium adminiſtrare digna, eumque juſta & utilia monere poſſe judicaretur; *Id. in Ant. Carac.* Sub imperio literatiſsimorum Principum pretium literis fuit & tanta conſectatio, ut etiam τινὲς τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσαι κερκίδας, relicta colû & fuſis, in Muſæa irreperent, & literis erudiri ad excellentiam ambirent, in hoc ſibi maximè placentes, & ad elegantiam pertinere exiſtimantes, ἢν λέγωνται ὡς πεπαιδευμέναι τε εἰσὶ καὶ φιλόσοφοι, καὶ ποιῶσιν ᾄσματα οὐ πολὺ τῆς Σαπφοῦς ἀποδέοντα, de quo ſui temporis fœminas commendat *Lucianus* περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Hinc ſeculo Antoninorum, paulò ſuperior Ju-

lia, vixit φιλοπλάτων illa, τὰ τοῦ φιλοσόφου δόγματα φιλοτίμως ζητοῦσα, in cujus gratiam *Diogenes Laertius* φιλόσοφον ἱστορίαν, ut adparet è l. 3. conſcripſit; Ejus nomen æternitate dignum vetuſtas tàm in homines valida obliteravit, ut quas ſuprà fidem & ſexum coluerat immortalitatis inſtrumenta literas, ab iis contrà illam non potuerit defendi, & hactenus fuerit ignoratum. Indicio tamen dignum eſſe putam⁹, quod in *Galeno* reperimus. Is *Arriam* quandam *chariſſimam ſibi in omnibus, quæ & ipſa ſuprà modum ab Imperatoribus commendabatur, quòd diligentem operam Philoſophiæ navaret & Platonis maximè libris gauderet* commemorat *l. de ther. ad Piſonem c. 3.* Hanc è familia Auguſtorum fuiſſe & in aula cum ipſorum gratia vixiſſe colligitur inde quòd Impp. ægram, ſtomachi diſſolutione laborantem, exhibito vino apſinthite, ut *Galenus* ſuaſerat, curarint, & quod iſto nomine in Aureliâ Antoninorum gente fuerint fœminæ. Cum autem *Galenus* ſub Divis Fratribus Marco & Lucio, Commodò etiam, Romæ floruerit, eodemq; tempore ſcripſerit *Diogenes*; ea quoq; quę ille de Arria ſua tradit in hujus φιλοπλάτωνα exactiſsimè conveniant, eandem planè eſſe, cujus uterque meminit, ſtatuimus & hunc ex illo poſthac explicabimus, certiores ſimul facti de tempore quo *Diogenem* vixiſſe nondum, niſi παχυλῶς, determinatum inveneramus: ſcil. eum *Galeno*, cujus res & πολίτευμα Romæ ex ipſius libris accuratè cognita sūt, συνακμάσαι. Exemplo Arrię φιλοπλάτωνος, quod in recente memoria tum habebatur, Julia ἡ φιλόσοφος inflammata eidem curæ inhæſit. In ejùs comitio ſive contuberniô fuit *Philoſtratus Lemnius*, ille qui commentarios de vita Apollonii ejus juſſu fecit, εἷς τοῦ χοροῦ ῥητόρων τε καὶ τῶν γραμματευόντων τῇ Ἰουλίᾳ κρατούσῃ βασιλίδι, ut loquitur *Tzez. Chil. 6. hiſt. 46:* è quô de Imperatricis philoſophia cognoſcere potuit adgnatus & gener, qui vitas Sophiſtarum deſcripſit, *tertius Philoſtratus*: & quantum judico vidit audivitque præſens. Nam etiam hunc de familia Juliæ philoſophum & aulæ adſeclam fuiſſe vel inde adparet, quod Imperatorem Antoninum Caracallam nominaturus eum, omiſsô patre Severo, à matre Julia, addito ad majorem honorificentiam ex adfectione ſingulari & admiratione ejus ſapientiæ cognomine *Philoſophæ*, deſcribit; quæ ingens adulatio eſt & hominem planè obnoxium arguit. De vulgata lectione ideò, quòd Marcum Imp. cognominet Philoſophum, non de-

debuit malè suspicari *Scaliger*; neque enim *Philostratus* aut alius quivis vetus scriptor hoc fecisse probari potest; non ita diu est cum semibarbari φιλοσοφώτατον & sapientissimum Imperatorem cognominarunt *Philosophum*, vertentes in ἐπώνυμον quod veteres illi ἐπιθετικῶς de eô usurpassent; quæ erudita *Casaub. ad Capit. Ant.* observatio est. Fuerat semper in ore Imp. sententia *Platonis, florere civitates si aut Philosophi imperarent aut Imperatores philosopharentur*, teste *Capitol.* hinc ei ἀχάριςας & insulsos istos *Philosophum* ad cognominis instar imponere contigit. Hæc de φιλοσόφῳ Julia, quæ *Scaligero* etiam πρόσω καὶ ὀπίσω speculato in oculos tamen venire non potuit manifestissime verissima sunt & omnem alium in emendando *Philostrato* conatum suspendunt. Fuère eruditi, quibus cognomen ἡ φιλόσοφος in muliere videretur insolentius, & fluctuarent propterea; Eos, cum è *Synesio* & *Hesychio* docuissemus, Hypatiam Theonis Alexandrini philosophi filiam καὶ αὐτὴν φιλόσοφον, & è *Laërtio* ac *Clem. Al. l. 4. Strom.* Hipparchiam, Metroclis sororem, Cratetis Cynici discipulam & uxorem, ita agnominatas fuisse, composuimus. Idem *Scaligero* fecisse nobis spondemus, cujus cum summâ autoritate & doctrina parem modestiam, quòd ea de quibus dubitaret, *antiquitatis investigatoribus proposuerit velitque ut quærant ac se doceant, quæ nescire ingenuè fateatur*, admirari est. Obsequemur autem, quà poterimus, etiam porrò, & Inscriptionis veteris Albæ Juliæ repertæ, M. Aurelium Antoninum PIUM & Juliam AUG. matrem AUG. similiter præferentis, quam se non intelligere scribit, neminem ignorare quidquam suo loco, εἰ θέλῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, præstabimus.

CAP. XIII.

Digressio super sententia Ebræorum, Danielem scriptorem sacrum & vatem adnumerantium Hagiographis, quæ à Prophetis alio loco censebantur; esse eam virorum Synagogæ magnæ: Porphyrium malè eâ usum ad fidem Danielis prophetiarum elevandam, quem secuti nequiores è Judæis; moderatiores peritioresq; longè aliter hoc negotium tractasse, contra recentiores nonnullos. Narratio historica, Danielem cum sociis ab Attico capite plexum esse, ineptè ad Prophetam revocata fuit. Daniel sepultus Susis. Judicium de Benjami-

ne Tudelensi. Reges Orientis, maximè persiæ, è familia Saracenica Salghucidarum, dominorum Bagdadi. Scriptoris de vita & obitu Prophetarum, quem Epiphanium nominant, narratio de monumēto Danielis Babylone quomodo intelligenda.

SApientissimè excogitata, optimè dicta, laudabiliter constituta nisi & recte intelligantur, & sobriè prudenterque ad usus transferantur non solum erroribus gravissimis patrocinari sed invehere tales opidò quàm compertum habemus; Id verò humanorum ingeniorum modo stupiditate, quòd malè rem percipiant, modò perversitate, quòd sensibus suis adcommodent alienissima quoque, fieri pariter certissimum est. Viri CXX. Synagogæ magnæ Babylone reversi præside Esrâ, synergis Prophetarum ultimis Haggæo, Zacharia, Malachia (qui Danielem cum sociis addunt, falluntur.) omne Instrumentum Judaicæ literaturæ restaurarunt & canonem librorum veteris Fœderis constituerunt, eosque in tres generales classes, *Legem, Prophetas*, & *Hagiographa* distribuerunt. Hujus rei autores singulari Numine adflatos spirituque DEI actos tum fuisse negare, id verò esset ad summum vecordiæ venisse. In classem tertiam, quam כְּתוּבִים *Kethubim* q. d. *Scriptorum* per Spiritum Sanctum, adpellarunt, cum Jobô Da vide & Salomone ii *Danielem Prophetam* tanta inter sacros vates autoritate, ut ipsa Veritas DOMINI ejus suffragio uti voluerit *Matth. 24, 15.* reposuērunt, & hoc ipso à Prophetis distinxērunt; cujus facti, quia à spiritu DEI profectum est, nemo quidem ab iis rationes jure poposcerit; sed ut curiosis satisfieret tamen reddidēre Sapientes Ebræorum, non aliqui è fæce ultimâ Israëlis deliri, furiosorum leviumque hominum manipulus, quos *acetum* adpelles *è vino generoso*, satis perspicuas, & diversos Prophetiæ gradus ex ipsa Scriptura demonstrā vêre; quam doctrinam non tantùm necessariam, sed & utilem maximè è summi Rabbini *Mosis Majemonidæ* admirabili libro *Moreh Nebocim P. 2. c. 45.* & *R. David. Kimchi præf. in l. Psalmorum*, cujus verba *Drusius comm. ad loca difficil. Pentat.* præfixit, repetant, quibus stupenda hominum consuetudine potiùs publica quàm merito quodam suo exosissimorum eruditio non sordet. Ego certè, quod suo quodam proverbio jusserunt isti, *non considero cantharum sed id quod intus est; potest enim & novus cantha-*

tharus vino vetere repletus eſſe & vetus vel novo carere quod R. Joſæ pagano Babylonio: *neq; contemno ullum hominem; nemo enim eſt cui non ſit hora ſua & nihil quod non reperiat locum ſuum*, quod R. Simeoni Azæi f. tribuunt. Iſtos Prophetiæ gradus fundatos in re ipſa, non confictos vanè, ſi obſervemus, uti omninò par eſt, non mirabimur neque ægrè feremus Danielem à reliquo cœtu Prophetarum ſtrictè ita dictorum ſecludi; multò minùs *perfidia & iniquitate Rabbinorum* id factum eſſe, inconſideratius enim paulò hoc eſt, dicemus, aut *veſanæ verporum genti* tribuemus quod Synedrii magni cōſcriptos, prophetico ſpiritu inſtructos, Patres feciſſe ex antiquitatis hiſtoriarumque memoriis Chriſtianorum ipſorum quivis doctiſsimi Φιλεβραῖοι non neſcivèrunt. *D. Hieronymus* horum phœnix & coryphæus *Prologo galeato* iſtam Ebræorum tripartitionem amplexus & perſecutus eſt; idem *præfat. in Danielem* dignum duxit quod admoneret, *non haberi apud Ebræos Danielem inter Prophetas, ſed inter eos qui hagiographa conſcripſerunt*, ſuſpenſo de facto iſto Ebræorum judicio ſuo; unde colligere licet reverentia antiquitatis & Virorum CXX. qui & ipſi Maſorethæ ſunt, feciſſe, non habuiſſe pro temerario, impio, aut iniquo dogmate, & ſuis fortaſſe rationibus, quas penetrare poſſe ſibi non ſumeret, niti, perinde ac illum ordinem quo libros ſacros Græci ac Latini anteriores, paulò ab Ebræorum iſto diverſo, alio quodam conſilio, nec ipſo improbando, diſpoſuerant, judicaſſe. Eandem ſententiam fuiſſe prioribus *D. Hieronymo*, Chriſtianæ religionis poſt Apoſtolos primipilis & ſtatoribus Doctoribus Græcis ex ipſa adpellatione Ἁγιογράφων elucet: Sanè eam non tradidère iis Ebræi, ἀνέλληνες quippe & Græcorum linguæ doctrinisque, gliſcente jam Chriſtianiſmo, infenſiſsimi ut ſupra l. 1. c. ult. p. 111. probavi, ſed ipſi, ut Ebræorum ſanctos ſenſus exprimerent, eosque ſuæ religioni adcommodarent, vocabulum hoc neceſſarium rei quam profiterentur introduxèrunt, quod nunquam admiſſuri pro diſsidio à Judæis ſuo & diffidentia erant, ſi antiqvum & à DEO ipſo per homines divinos traditum & vulgatum τῶν *Kethubiim* indigitamentum non eſſe, ſed à novitiis quos pleroſque pro erronibus, apoſtatis primariorum ſuæ gentis & capitalibus crucis Chriſti & omnis doctrinæ ejus inimicis habebant, inventum & obtruſum eſſe ſciviſſent; acceptum verò è Judaica incorrupta Synagoga in Eccleſias Chriſtianorum ſine ſcrupulo

ullo

Matthiolo comm. ad Diosc. l. 1. c 69. Plinio l. d. *chamæropes* quæ Græcis χαμαιρρίφεῖς, & χαμαίζηλοι, imam medullam, quoniam propior alimento succulentior est, fugi adnotat. Siculi adpellant *Cisglioni*, Neapolitani *Cefaglioni. Serapioni* & cæteris Africanis Arabibus *Cefilio*, Ægyptiis hodièque *cor palmæ*; utrobique Græco vocabulo maxima sui parte in barbaris adpellationibus conspicuo. Medullam quam è peculiaris ex undequinquaginta palmarum generis, quale & Siciliæ familiare, caudice, quà is radici proximus est, eximunt, ἐγκάρδιον τοῦ πρέμνου adpellat *Diosc*, c. 151. cum medium in quovis ligno tàm spongiosius molliusque quàm nervosius illud osseumque, quod & πυρὴν, significet; aliàs ἐντεριώνην; Populare verò illud Italorum è summitatibus palmarum exemtile & vescum tantùm exprimit; ad medullam tamen è trunci globo quodam similiter ἐδώδιμον consuetudine translatum est, & inopia verborum. Hanc cum cerebro palmarum perperàm confundere deprehenditur *Dalechampius*, quòd ἐγκάρδιον ἀπὸ τοῦ καρδὸς, ἔγκαρος ἢ ἐγκάρου derivat, cum tamen id non ἐν καρὶ ἢ καρήνῳ, sed in ligni seu trunci medio, καρδία ἢ μήτρα, reperiatur. Ἐγκάρδιον autem apud *Diosc*. non extat, sed ab ipso confictum est. Fortasse, si ἐγκάριον de isto priore, quia capite & summitate palmæ inclusum gestatur, dixero, nemo prohibessit; est enim τὸ ἐν καρὶ ut ἐγκέφαλος, ὁ ἐν κεφαλῇ μύελος. Caput hoc sive vertex, è quo diffunduntur rami, earum palmarum est, quæ uno singulariô caudice adsurgunt, μονοφυεῖς: quæ in binos trinosve truncos se dividunt, tot etiam cacuminibus cerebrum continent; de πεντεγκεφάλῳ in Lapæa Cretæ *Theophr. l. 2. h. pl. c. 8.* inaudiverat. His de cerebrô palmarum ad hunc modum se habentibus & creditis semper ob testimoniorum gravitatem, tamen interpretem *Plutarchi* is stupor invasit, ut de phœnice ave eum h. l. exponeret. Æquivoco ejusdem vocis in *comm. 13. Psalmi XCII.* Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει deceptus *Tertullianus*, de alite Orienti peculiari, de *singularitate famoso de posteritate monstruoso* phœnice verba accepit & vulgi fabulam scripturarum autoritate roborari opinatus est, carnis nostræ resurrectionem, ut credamus corporis substantiam de ignibus quoque exigi posse, naturæ singularis flammis absumtæ, redivivæ è cineribus (hoc enim abit à narrationibus aliis, quæ ex ossibus & medullis superemortui congestis aromatibus nasci ceu vermiculū, inde fieri pullum tradunt)

exem-

Digitized by Google

exemplo probaturus. Uterque licet falsus, recipi tamen & adprobari meruit; de hujus adseclis alibi; ad illius propugnatores nunc convertimur. Viri docti, quòd phœnicis cerebrum insolentius ferculum esse & ob raritatem ipso phœnice multò incredibilius viderent; linguas etiam & cerebella phœnicopterorum ob saporis præstantiam in patinis Apici, nepotum omnium altissimi gurgitis, Vitellii & Elagabali fuisse plenisque discis adposita Palatinis è *Plinio* l. 10. c. 48. *Suetonio Vit.* c. 13. *Lampridio* scirent; proavorum quoque memoriâ Ambrosium N, civem & negotiatorem Romanum Nominalibus filii sui Clem. VII. Pontifici & Cardinalibus regali magnificentia & omnigeno luxu cœnam struxisse, in qua paropsides linguis psittacorum refertæ recordarentur, ἐγκέφαλον τοῦ φοινικοπτέρου in *Plutarcho*, saltem ne avis ab interprete illata abigeretur, substituere voluerunt. Sed rem singularem, à paucis hominibus Romanis luxûs gratia excogitatam à communi per totum Orientem Asiam & Ægyptum victû distinguere debebant. Palmarum proventus cibus & potus Orienti Indiæ, Persidi, Babyloniæ, Arabiæ, Syriæ, Judææ, Ægypto, Thebaidi, Cypro, & Cretæ, quantum è *Theophr. Plinio, & Dioscor.* constat fuit notissimus & familiarissimus; Européis non item, nisi inde advectis inter bellaria fruerentur. Et de hoc igitur medici præcepta condidêre, de iis quæ portentosa nepotum gula invenerat, & quæ vel semel tantùm visa in culinis ganeisque de cætero exoleverant, non attinebat dicere; neque de tali aliquo externo orbe conquisitarum dapum epulo intelligendus *Plutarchus*. In historia palmarum, quam diligentissimè persequitur *Plinius*, menda etiamnum hæret, quæ intellectum à pulcerrima descriptione & cognitione arcet. De externo arboris habitû inquit: *Reliquæ teretes atq; proceræ, densis gradatiq; corticum pollicibus, ut orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis præbent.* Cortex arboris scarrosus & velut è squamis compactus est; eæ in orbem totum truncum ambiunt, quibus gradus conscensurorum (attollitur enim Ægyptia palma ad viginti passuum altitudinem) ex intervallo justo figi possint: cui negotio qui aptari possint *pollices*? Res ipsa postulat & edita lectio eò ducit veterem & veram scripturam fuisse *cochlicibus*. Κόχληκες, κόχλακες, κοχλάδες sunt tortuosi, instar cochlearum turbinati circuli, totum arboris scapum circumflexu more clavicularum ambientes & complexi, quibus sur-

ſum quaſi per ſcalas *κοχλίδας* ſeu *κοχλιοειδεῖς* in gyrum adſcendi poſſit; à *κόχλω*, *gyro*. Fornices in cochlearum formam cameratos & in faſtigium perductos turbinatim etiam *κόχλακας* inde vocarunt: *Plinius* noſter l. 31. c. 10. *colicas* & *cohlycas*, ubi de nitro in ſpeluncarum molibus deſtillante. Indicis palmis, quas adpellant, qui vidêrunt è modernis, vaſtæ magnitudinis caudices læves ſunt, itemque teretes; unde qui *ſuram* (ita vocant liquorem vini ſapore & virtute è præciſis ramis extillantem) colligere volunt vel foramina ex intervallo iis incîdunt, vel faſciis circumligant aut vincula è ſparto, vel pedibus laqueos aptant, ut commodiùs adſcendere poſſint; *Cluſius not. ad Garz. ab Orta*: & de hoc palmarum genere intelligendus eſt *Phornutus*, qui δυσανάβατον φυτὸν adpellat ἐν θεωρίᾳ περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως; iſta verò adminicula in palmis, de quibus ſecundum *Plinium* nos, ſupplent cochlices & circuli iſti turbinatim truncum cingentes. Miramur igitur meritò quis *Dionyſio Lebéo Batillio* autor, ut palmam *cortice cultellato, ideoq; ejus adſcenſum difficilem & periculoſum eſſe* Emblem 43. quo viam virtuti adſignatam primo aditu arduam & confragoſam docere voluit, ſcripſerit;

Adſcenſu teneras pueri ſecat aſpera palmas,
non aliter fructus palma datura ſuos.

Eſt enim hoc præter palmæ naturam, & in nulla hactenus compertum: *folia* ejus *cultrato mucrone* produntur á *Plinio*; quod incircumſpectè tranſtulit ad corticem. Is fortaſſe ſcabritie manus enitentium læſerit; at aſcenſum tamen non fecerit difficilem; vel enim ideò facilè inſcendi audivimus; Indicam ob lævorem, ſine adminiculis ἀκατάληπτον difficulter. Palmâ in loco δυσπεριπελάστῳ edito & prærupto ex autore Græco *Quintio* virtutis difficilem & non niſi temporis diuturnitate comparabilem, frequentia ſcil. actionum, habitum præfigurari oſtendit *I. Pier. Valer. hieroglyph.* l. 51. c. 3. & *Cl. Min. comm. ad embl. Alc. 36*; ſed id nec à naturâ nec à ſignificatione palmæ abludit.

CAP. X.

Athenæus poſt Dalecham. & Caſaub. emendatus & explicatus. Βρύπτα, *quid.* Βρυλικὴ, *rugoſa*: βρυκλικὴ, *vorax*: βρηχικὴ, *tuſsiculoſa*: βρήττειν, *tuſsiendo expuere. Stractia, i. e ſcreatrix, ſputatrix*: *ſcreare*, χρέμπτεσθαι. *Bryonia, radix de ea Heſychius*

& co-

& codex mscr. Dioscoridæ emaculatus. Casauboni calor quidam injustus in reprehendendo Etymologo de Dionysio Atheniensi, autore Κλίσεων, *& Cl. Vossi in eo corrigendo notatus.*

TEntabimus hoc capite post duos maximos viros *Dalechampium* & *Casaubonum* lumen inferre tenebrosis *Antiphanis Comici* verbis quæ apud *Athenæum* l. XI. Δειπνοσοφ. leguntur: *Favete vero linguis & animis.* In *Æsculapio* ejus ista sunt: Τὴν δὲ γραῦν τὴν ἀσθενοῦσαν πάνυ πάλαι τὴν βρυλικὴν ῥίζιον τρίψας τι μικρὸν, δελεάσας τε γεννικῇ τὸ μέγεθος κοίλῃ λεπαστῇ, τοῦτ᾽ ἐποίησεν ἐκπιεῖν: de medici dolo bono, qui aniculam ægrotantem, quasi grandem vini lepastam seu scyphum Thericléum, poculum aliquod majus, propinaturus merobibæ, potionem medicatam, ingratiorem, haurire fecerat. Omnia sic satis bellè habent à manû tàm sagacium feliciumque medicorum præterquam τὸ βρυλικὴν, in quo sanando videntur defecisse. *Dalechampius* arbitratus Comicum ad habitū vetulæ exuccæ, pumice aridioris & *quæ pro sanguine pulverem scobemq; haberet in venis*, ut est in epigramm. respexisse, editam lectionem amplectitur & exponit βρυλικὴν *tam passam rugosam & squalidam quàm sunt* τὰ βρύτεα, seu reliquiæ uvarum quas calcaverunt & expresserunt; *brisam* adpellant Latini, Græci ἀποπίεσμα τῶν σταφυλῶν. *Casaubonus* mavult βρυχλικὴν, & interpretatur *voracissimam*, quòd βρύχειν sit vorare avidissimè & cum sono aliquo dentium, *animadv. c. 10.* Neutram harum sententiarum admittit vox πάλαι; laborat etiam utraque difficultatibus aliis satis manifestis. Nobis igitur, quia de ægrotô & de medicamento sermo est, genus morbi expressisse simul *Antiphanem* videtur, legimusque ideò βρηχλικὴν: mucidam, tussicam, ferina & diuturna tussi, quæ senibus ferè commoritur, fatigatam enectamque fuisse existimantes. Βρήττειν & βρήσσειν est μετὰ βηχὸς ἀναπτύειν; quod & βήττειν nonnulli efferunt, teste *Galenô in gl Hipp.* ἡ γραῖη βηχικὴ 7. Epid. h. 113: *Screatiam* à spuendo screandoque, quod & *screare* dicebant ἀπὸ τοῦ χρέμπτεσθαι adpellarūt Latini Comici, repertam apud Græcos, à quibus & res & verba dramatum mutuati sunt, βρηχλικὴν. Quod de βρυῦνία radicis alicujus nominè in *gl. Hesychii* legisse addit *Casaubonus*, nihil huc facere poterat; Est enim & ibi macula. Βρυωνία, *bryonia* recta adpellatio est radicum vitis albæ & ni-

græ; quæ cum in tantam vastitatem crescant ut tibiam humanam crassitie æquare deprehendantur, de ea non explicari posse *ῥίζιον μικρὸν* *Antiphanis* perspicuè palàm est. Obiter de bryonia scriptura Codicis Dioscoridéi, quem à dragomannô seu interprete Sultani Constantinopoli acceperat *A. Busbequius* & utendum *Matthiolo* dederat, venit restituenda. In eô, quod in nullo editorum præterea legitur, *ἡ ῥίζα λευκὴ καὶ παχεῖα, ὡς καὶ κύημα* reperit *Matthiolus* & vertit, *radix candida & crassa, ut & germen*. Obscurum est quid h. l. nominet *κύημα*: baccæ ipsæ non possunt intelligi; hæ enim rubræ & nigræ, nullibi albæ proveniunt; neque his crassities competit. Sphalma, quod sive notariorum manibus sive lectorum oculis imputari debet, deprehendimus & legimus *ὡς κνήμη*, *ut tibia seu sura*: nam & hoc radici congruit, soletque radices à crassitie suræ seu femoris humani denominare *κνημοπαχεῖς* etiam *Theophrastus*, quem in replantaria ducem habemus ut vetustissimum ita verissimum & certissimum: *πάμπολυ γὰρ οἱ πάλαι τῶν νῦν εἰς ἀλήθειαν εὐστοχώτεροι*. Injuriam facit *Casaub. l. 10. earundem anim. c. 14.* Etymologo, qui *Dionysium* cujus opus, *κτίσεις πόλεων*, laudatur passim, vocet in Περικόννησος *Atheniensem*, cum fuerit *Chalcidensis*, falsi hominem propterea accusans. Cum enim Chalcis proxima Atticæ & in Atheniensium ditione potestateque cum Eubœa omni fuerit, optima ratione factum est ut qui Chalcide essent oriundi cum Atticis & Atheniensibus censerentur; hacque ipsa *Tzetzes in Lycophronem* διάλεκτον Ἀττικὴν & Χαλκιδικὴν habet pro eadem. Ineptè autem factum videri non debuit, si unus homo à diversis locis epitheta acciperet. Scimus enim quosdam à tribus denominatos errore nullo; ab uno, in quo nati; ab altero in quo vixerint, docuerint, floruerint; à tertio cui familiæ suæ originem deberent. Ludibrium igitur Adrastejæ debet *Casaubonus* quæ eum in illo, propter quod Etymologum postulavit falsi, falsum esse publicè arguat; Peccavit enim οὐδὲν ἧττον. *Cl. Maussacus* autem, qui *not. ad Harpocrat. in* Ἡφαιστία ineptias propterea objicit Etymologo, *Casaubono* necquicquam se defenderit. Remissiùs cum homine agit *Cl. Vossius*, qui *l. 4. de hist. Græc. p. 463.* corruptè eô locô Ἀθηναῖος scriptum esse pro Χαλκιδεὺς putat, erroris potiùs descriptorem quàm autorem insimulans; sed neutrum hîc quidem peccasse manifestum fecimus.

CAP.

CAP. XI.

Menandri Comici verba quædam aliter exposita, quàm Cl. Seldeno visum de iis. Sacci injectio & sessio in sterquilinio pœnitentum lugentumve schema. Georgii Logothetæ, ubi de morbo Imp. Adrianopolit. Calo-Johannis & cura circà eum à medicis instituta, versio nova, dissentiens à Theod. Dousæ. Ἀμυχαὶ quid. Incisiones crurum rasoriò vel lanceolâ factæ cui fini. Ταλαιπωρεῖν quid. Θεραπεύειν quid.

SYros avita quadam religione præterquam columbas etiam pisces habuisse pro sacris, eòque ἀψαύστω ἦν, & abstinuisse horum esû ob reverentiam Numinis Dercetûs seu Atergatidis luculenter à viris doctis ostensum est. *Cl. Seldenus*, magnum ex Angliâ caliginosis antiquitatibus & literis lumen, timuisse Syros ne sibi venter aut aliud quod membrum, si vescerentur illis superstitione vetitis, à vindicta Deæ intumesceret, vel ulceribus insideretur, aut hepar ipsis colliquefieret tabesceretve è *Plutarcho l.* περὶ δεισιδαιμονίας *Synt. 2. de DIS Syris c. 3.* & *Menandri* quadam ῥήσει apud *Porphyr. l. 4.* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων firmissimè præterea adstruxit. *Menandri* notabilis locus iste est;

- - παράδειγμα τὰς Σύρους λαβέ,
Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διὰ τὴν
αὐτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
οἰδοῦσι. è quo & delictum, ἰχθυοφαγία, & morbi ab iratâ Dea immissi species, οἴδημα ποδῶν καὶ γαστέρος satis superque perspicitur; & sunt ea in *edit. Londin.* a. 1617. ita producta. Sed in iterata *edit. Lugdun.* a. 1629 vir eruditissimus etiam sequentia in *Menandro* de morbo θεηλάτῳ, supplicio comesorum piscium, tumoribus exponit;

- - εἶτ' ἔλαβον σακκίον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν
ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρων, καὶ τὴν Θεὸν
ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα: *dein sacco induti & in viâ cœnô volutantes Deæ supplicabant ut tumores dimitteret:* verbum ταπεινῶσαι de medela & tumorum sublatione intelligens. Ut nos, qui venerabundi exquisitissimam Viri doctrinā admiramur, taceamus, res ipsa

h. e. cum maximam partem noctu ſedere cogeretur, pronus è ſella (*Int. Douſa*, lecto, quod non admittit vox καϑήμϑρος) cecidit amiſſa loquela. *Medici autem*, ut interpretatur iſte, *cucurbitulas pedibus imponebant, & ephołbum cucurbitulis inſerebant. Eam noctem & ſequentem immobilis jacuit, nam apoplexia correptus erat: poſt acrem demum corporis unctionem paululùm reſpiravit.* Nihil ferè ſani in hac verſione; dabo igitur meam quæ fortaſſe dicet quid velit Græculus; *Medici inciſuras*, (lacerationes) *faciebant in pedibus, & euphorbium vulneribus inſpergebant. Is verò per noctem & ſequentis diei ac noctis intervallum manſit immobilis; apoplexia n. morbus ejus erat; Ægrè igitur revixit aliquantum mutato colore*, ſcil. livido ſeu plumbeo, quo ſolent eſſe carnes ſideratorum, in vividum vegetumve converſo. Inde quod interpres de *acri unctione* habet, aliter legiſſe h. l. nim. ἠλειμμϑμος ἐν χρῷ adparet. Ἀμυχὰς ἐποίȣν ἐν ποσὶν, *inciſiones ſeu plagas novacula vel acuto gladiolo cruribus infligebant*; eaque ſcarificatio olim veteribus teſte *Orib. l. 7. collect. c. 18. 19. & 20.* Ægyptiis hodièque uſitata eſt, cujus adminiſtrandæ in ſuris modum deſcribit αὐτόπτης *Proſper Alpinus l. 3. de medic. Ægypt.* fitque κτ' συςμὸν partem vulnerando cultello, ſine cucurbitulis, plagis modò profundis modò ſuperficiariis, ſicque ſanguinem eliciendo: de cujus uſû *Amatus Luſit. Cent. 1. Curat. 18: 2. Cur. 58: Claudinus l. de ingr. ad infirmos* ſ. 1. c. 16: *Sennertus noſter Inſtit.* l. 5. P. 1, ſ. 2. c. 7. & P. 2. ſ. 1. c. 16. Optimè verò excogitarunt medici in apoplectico è plethora ſanguinea vel etiam pituitæ cõgeſtione reſtituendo crura ſeu tibiarum carnoſas partēs incidere, tàm ſc. ut ſive evacuarent, ſive derivarēt, ſive revellerent à capite, quàm ut ſopitam ob influxũ ſpirituum in nervos prohibitum facultatem animalem excitarent, inducto etiam per aſperſionem euphorbii acris & urentis dolore. Eidem enim intentioni medici alii cucurbitulas ſcarificatas cruribus adhibent, alii cauteria, alii veſicatoria, alii frictiones fortes, & ligaturas extremorum dolorificas, ſæpè ſolutas & reiteratas ſuadent. Hanc ſcarificandi ſeu vulnerandi ſine affixis cucurbitulis rationem ignotam ſibi *Interpres* cum alterâ notiore confudit. Ultimis de Theodorô Laſcari, ſocero Batatzæ, eũ deſcribit *Logothetes* quòd fuerit ἐλευϑέριος ἐν δωρεαῖς, ταλαιπωρήσας ἐν πάσῃ μάχῃ Ἰταλῶν κ̀ Περσῶν: *in largiendo munificus, in Italorum & Perſarum præliis ſuſtinendis labori non pepercerit*, juxtà *Th. Douſam*. Ταλαιπωρεῖν h. l. eſt *adfligi, vexari, cladem*

ac-

accipere. Verterim igitur, *omnibus Italorum & Perſarum præliis inferior extitit.* Ibid. de Maximo monacho, Theodoro Jrenico Patriarcha mortuo: *εἰς τὸν Πατριαρχικὸν ἀνάγεσθαι θρόνον ὡς θεραπεύειν εἰδὼς τὴν γυναικωνίτιδα; in Patriarchatu ſucceſſit, doctus mulierum ſenatulum exornare,* inquit *Douſa.* E Latinis hiſce non intelligo quo de vel commendet vel vituperet novitium Patriarcham *Georgius.* Θεραπεύειν h. l. eſt obſequio, cultu, officiis & adulatoriis artibus ſibi quem conciliare. Fuit igitur Maximus iſte θωπευτὴς, prenſator captatorq; favoris apud ſexum ſequiorem, quem in aulis Principum interdum plus æquo pollere & conſiliorum maximam partem facere experimur, & in ſedem dignitatemque Patriarchii promotus adſcitusq; eſt, *quòd domus Auguſtæ fæminas demereri & obnoxias ſibi reddere ſciret;* quæ hominis ſacri infamia potiùs eſt & denigratio quàm encomium.

CAP. XII.

Joſ. Scaligeri laus: in emendando Philoſtrato fruſtratio, & modeſtia. Error Gv. Panciroli de Fabia M. Anton. Imp. concubina, Correctus Philoſtratus. Julia ἡ Φιλόσοφος, Severi Imp. conjunx. Arria Φιλοπλάτων: Diogen. Laertius è Galeno explicatus & illuſtratus: hi eodem tempore ſcripſére. Philoſtrati duo Juliæ Auguſtæ συνακμάσαντες. Philoſophus epitheton Imp. Marci apud veteres, quod apud ſemibarbaros in cognomen vertit. Hypatia Alexandrina, ἡ Φιλόσοφος: item Hipparchia.

JOS. SCALIGERI merita de literis elegantioribus omnem humanam penſationē longe ſupergrediuntur, ut de eo tacere ſatius ſit quàm laudes Viri commemoratione inepta & diſsimili deterere. Infrà enim ſubſiſtent quivis quantumvis audaciſsimi, quantumvis potentiſsimi linguis. Nobis ſanè, quò omnia ejus admiramur impenſiùs & ſanctiùs colimus, eò illubentioribus accidit, ſi quà videatur oculus iſte connivus fuiſſe vel imaginibus turbatus non perv idiſſe quod erat. Invitos proinde & non niſi majore vi, publica literariæ rei neceſsitate, adactos facere. ſiquidem vel à *Scaligero* diſſentiamus vel quod iſte neſcire fatetur ſine ambitione docere præſu-

fumamus, quiſque, velimus, exiſtimet. Verba *Philoſtrati in vita Philiſci Sophiſtæ*, repetita in *Antenoris*, de quibus cum eô exercebimur, iſta ſunt: Ἀντωνῖνος γὰρ ἦν ὁ τοῦ Φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας. Ipſe *animadv. ad Euſeb. chron. f. 211.* editam lectionem, quia *Antonino Philoſopho* conjugem ponat *Juliam*, falſam eſſe tenet (habuit enim is unicam *Anniam Fauſtinam*; qua mortua, ne per matrimonium aliud novercam liberis ſuperduceret, Procuratoris ſuæ uxoris filiam, *Fabiam* adpellat *Pancir l. 2. theſ. Var. lect. c. 31.* errore ex oſcitanti lectione *Capitolini* nato, concubinam adſcivit.) & cum, nemine ambigente, de Antonino Caracalla dicto, Severi Imp. non M. Antonini, qui Commodum genuerat cum Antoninô geminô, & Veriſsimum, filio agatur an legendum ſit, ὁ τοῦ Σεβήρου παῖς καὶ Ἰουλίας deliberat. Daremus hoc gratiæ & autoritati, quòd in trium verborum ῥήσει non tantùm duo emendat ſed & infarcit unũ prætereà, ſi nodum ſic extricaſſet; at res ipſa vera quidem eſt; loquitur enim de Severi & Julię filio Philoſtratus; emendatio autem tàm audax nimis quàm non neceſſaria. Nos unius diphthongi, quæ res minima tàm turbare potuit tantum virum, mutatione rem fieri planiſsimam arbitramur, ſi legam⁹ ὁ τῆς Φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας. Juliam Domnam ſecundam Severo, ex Apaméa Syriæ acceptam, conjugem, è qua Antoninum & Septimium Getam ſuſcepit, intelligit Philoſtratus: adpellat autem rectè τὴν Φιλόσοφον, quæ Sophiſtis, quarum vis artium profeſſoribus, quorum eâ ætate adfatim erat Romæ, πλεῖστα συνετρίβετο, eos conſectabatur, allectabat & demerebatur: Pertæſa enim criminationum Plautiani, quas iſte ad Auguſtum crebrò deferebat, muſſansque injurias & ſecubans, ἤρξατο φιλοσοφεῖν καὶ τοῖς σοφισταῖς συνημέρευσεν, ut inquit *Dion in Severó*. Quibus in ſtudiis tantum profecit, ut cum filio pòſt ex æquo imperium adminiſtrare digna, eumque juſta & utilia monere poſſe judicaretur; *Id. in Ant. Carac.* Sub imperio literatiſsimorum Principum pretium literis fuit & tanta conſectatio, ut etiam τινὲς τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσαι κερκίδας, relicta colũ & fuſis, in Muſæa irreperent, & literis erudiri ad excellentiam ambirent, in hoc ſibi maximè placentes, & ad elegantiam pertinere exiſtimantes, ἢν λέγωνται ὡς πεπαιδευμέναι τε εἰσὶ καὶ φιλόσοφοι, καὶ ποιοῦσιν ᾄσματα οὐ πολὺ τῆς Σαπφοῦς ἀποδέοντα, de quo ſui temporis fœminas commendat *Lucianus* περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Hinc ſeculo Antoninorum, paulò ſuperior Ju-

lia, vixit φιλοπλάτων illa, τὰ τοῦ φιλοσόφου δόγματα φιλοτίμως ζητοῦσα, in cujus gratiam *Diogenes Laertius* φιλόσοφον ἱστορίαν, ut adparet è l. 3. conſcripſit; Ejus nomen æternitate dignum vetuſtas tàm in homines valida obliteravit, ut quas ſuprà fidem & ſexum coluerat immortalitatis inſtrumenta literas, ab iis contrà illam non potuerit defendi, & hactenus fuerit ignoratum. Indicio tamen dignum eſſe putam⁹, quod in *Galeno* reperimus. Is *Arriam* quandam *chariſſimam ſibi in omnibus, quæ & ipſa ſuprà modum ab Imperatoribus commendabatur, quòd diligentem operam Philoſophiæ navaret & Platonis maximè libris gauderet* commemorat *l. de ther. ad Piſonem c. 3.* Hanc è familia Auguſtorum fuiſſe & in aula cum ipſorum gratia vixiſſe colligitur inde quòd Impp. ægram, ſtomachi diſſolutione laborantem, exhibito vino apſinthite, ut *Galenus* ſuaſerat, curarint, & quod iſto nomine in Aureliâ Antoninorum gente fuerint fœminæ. Cum autem *Galenus* ſub Divis Fratribus Marco & Lucio, Commodò etiam, Romæ floruerit, eodemq; tempore ſcripſerit *Diogenes*; ea quoq; quę ille de Arria ſua tradit in hujus φιλοπλάτωνα exactiſsimè conveniant, eandem planè eſſe, cujus uterque meminit, ſtatuimus & hunc ex illo poſthac explicabimus, certiores ſimul facti de tempore quo *Diogenem* vixiſſe nondum, niſi παχυλῶς, determinatum inveneramus: ſcil. cum *Galeno*, cujus res & πολίτευμα Romæ ex ipſius libris accuratè cognita ſūt, συνακμάσαι. Exemplo Arrię φιλοπλάτωνος, quod in recente memoria tum habebatur. Julia ἡ φιλόσοφος inflammata eidem curæ inhæſit. In ejus comitio ſive contubernio fuit *Philoſtratus Lemnius*, ille qui commentarios de vita Apollonii ejus juſſu fecit, εἰς τοῦ χοροῦ ῥητόρων τε καὶ τῶν γραμματευόντων τῇ Ἰουλίᾳ κεφαλαιᾷ πλούσῃ βασιλίδι, ut loquitur *Tzez. Chil. 6. hiſt. 46*: e quò de Imperatricis philoſophia cognoſcere potuit adgnatus & gener, qui vitas Sophiſtarum deſcripſit, *tertius Philoſtratus*: & quantum judico vidit audivitque præſens. Nam etiam hunc de familia Juliæ philoſophum & aulæ adſeclam fuiſſe vel inde adparet, quod Imperatorem Antoninum Caracallam nominaturus eum, omiſsô patre Severo, à matre Julia, addito ad majorem honorificentiam ex adfectione ſingulari & admiratione ejus ſapientiæ cognomine *Philoſophæ*, deſcribit; quæ ingens adulatio eſt & hominem planè obnoxium arguit. De vulgata lectione ideò, quòd Marcum Imp. cognominet Philoſophum, non de-

debuit malè ſuſpicari *Scaliger*; neque enim *Philoſtratus* aut alius quivis vetus ſcriptor hoc feciſſe probari poteſt; non ita diu eſt cum ſemibarbari Φιλοσοφώτατον & ſapientiſsimum Imperatorem cognominarunt *Philoſophum*, vertentes in ἐπώνυμον quod veteres illi ἐπιθετικῶς de eô uſurpaſſent; quæ erudita *Caſaub. ad Capit. Ant.* obſervatio eſt. Fuerat ſemper in ore Imp. ſententia *Platonis, florere civitates ſi aut Philoſophi imperarent aut Imperatores philoſopharentur*, teſte *Capitol.* hinc ei ἀχάριστας & inſulſos iſtos *Philoſophum* ad cognominis inſtar imponere contigit. Hæc de Φιλοσόφῳ Julia, quæ *Scaligero* etiam πρόσω καὶ ὀπίσω ſpeculato in oculos tamen venire non potuit manifeſtiſsime veriſsima ſunt & omnem alium in emendando *Philoſtrato* conatum ſuſpendunt. Fuêre eruditi, quibus cognomen ἡ Φιλόσοφος in muliere videretur inſolentius, & fluctuarent propterea; Eos, cum è *Syneſio* & *Heſychio* docuiſſemus, Hypatiam Theonis Alexandrini philoſophi filiam καὶ αὐτὴν Φιλόσοφον, & è *Laërtio* ac *Clem. Al. l. 4. Strom.* Hipparchiam, Metroclis ſororem, Cratetis Cynici diſcipulam & uxorem, ita agnominatas fuiſſe, compoſuimus. Idem *Scaligero* feciſſe nobis ſpondemus, cujus cum ſummâ autoritate & doctrina parem modeſtiam, quòd ea de quibus dubitaret, *antiquitatis inveſtigatoribus propoſuerit velitque ut quærant ac ſe doceant, quæ neſcire ingenuè fateatur*, admirari eſt. Obſequemur autem, quà poterimus, etiam porrò, & Inſcriptionis veteris Albæ Juliæ repertæ, M. Aurelium Antoninum PIUM & Juliam AUG. matrem AUG. ſimiliter præferentis, quam ſe non intelligere ſcribit, neminem ignorare quidquam ſuo loco, εἰ θέλῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, præſtabimus.

CAP. XIII.

Digreſsio ſuper ſententia Ebræorum, Danielem ſcriptorem ſacrum & vatem adnumerantium Hagiographis, quæ à Prophetis alio loco cenſebantur; eſſe eam virorum Synagogæ magnæ: Porphyrium malè eâ uſum ad fidem Danielis prophetiarum elevandam, quem ſecuti nequiores è Judæis; moderatiores peritioresq; longè aliter hoc negotium tractaſſe, contrà recentiores nonnullos. Narratio hiſtorica, Danielem cum ſociis ab Attico capite plexum eſſe, ineptè ad Prophetam revocata fuit. Daniel ſepultus Suſis. Judicium de Benjami-

ne Tudelenſi. Reges Orientis, maximè Perſiæ, è familia Saracenica Salghucidarum, dominorum Bagdadi. Scriptoris de vita & obitu Prophetarum, quem Epiphanium nominant, narratio de monumēto Danielis Babylone quomodo intelligenda.

SApientiſsimè excogitata, optimè dicta, laudabiliter conſtituta niſi & recte intelligantur, & ſobriè prudenterque ad uſus transferantur non ſolùm erroribus graviſsimis patrocinari ſed invehere tales opidò quàm compertum habemus; Id verò humanorum ingeniorum modò ſtupiditate, quòd malè rem percipiant, modò perverſitate, quòd ſenſibus ſuis adcommodent alieniſsima quoque, fieri pariter certiſsimum eſt. Viri CXX. Synagogæ magnæ Babylone reverſi præſide Eſrâ, ſynergis Prophetarum ultimis Haggæo, Zacharia, Malachia (qui Danielem cum ſociis addunt, fallunt ur.) omne Inſtrumentum Judaicæ literaturæ reſtaurarunt & canonem librorum veteris Fœderis conſtituerunt, eosque in tres generales claſſes, *Legem, Prophetas*, & *Hagiographa* diſtribuerunt. Hujus rei autores ſingulari Numine adflatos ſpirituque DEI actos tum fuiſſe negare, id verò eſſet ad ſummum vecordiæ veniſſe. In claſſem tertiam, quam כְּתוּבִים *Kethubim* q. d. *Scriptorum* per Spiritum Sanctum, adpellarunt, cum Jobô Davide & Salomone ii *Danielem Prophetam* tanta inter ſacros vates autoritate, ut ipſa Veritas DOMINI ejus ſuffragio uti voluerit *Matth.24, 15.* repoſuêrunt, & hoc ipſo à Prophetis diſtinxêrunt; cujus facti, quia à ſpiritu DEI profectum eſt, nemo quidem ab iis rationes jure popoſcerit; ſed ut curioſis ſatisfieret tamen reddidêre Sapientes Ebræorum, non aliqui è fæce ultimâ Iſraelis deliri, furioſorum leviumque hominum manipulus, quos *acetum* adpelles *è vino generoſo*, ſatis perſpicuas, & diverſos Prophetiæ gradus ex ipſa Scriptura demonſtravêre; quam doctrinam non tantùm neceſſariam, ſed & utilem maximè è ſummi Rabbini *Moſis Majemonidæ* admirabili libro *Moreh Nebocim P. 2. c. 45.* & *R. David. Kimchi præf. in l. Pſalmorum*, cujus verba *Druſius comm. ad loca difficil. Pentat.* præfixit, repetant, quibus ſtupenda hominum conſuetudine potiùs publica quàm merito quodam ſuo exoſiſsimorum eruditio non ſordet. Ego certè, quod ſuo quodam proverbio juſſerunt iſti, *non conſidero cantharum ſed id quod intus eſt; poteſt enim & novus cantha-*

tharius vino vetere repletus eſſe & vetus vel novo carere quod R. Joſæ pagano Babylonio: *neq; contemno ullum hominem; nemo enim eſt cui non ſit hora ſua & nihil quod non reperiat locum ſuum*, quod R. Simeoni Azæi f. tribuunt. Iſtos Prophetiæ gradus fundatos in re ipſa, non confictos vanè, ſi obſervemus, uti omninò par eſt, non mirabimur neque ægrè feremus Danielem à reliquo cœtu Prophetarum ſtrictè ita dictorum ſecludi; multò minùs *perfidia & iniquitate Rabbinorum* id factum eſſe, inconſideratius enim paulò hoc eſt, dicemus, aut *veſanæ verporum genti* tribuemus quod Synedrii magni cōſcriptos, prophetico ſpiritu inſtructos, Patres feciſſe ex antiquitatis hiſtoriarumque memoriis Chriſtianorum ipſorum quivis doctiſsimi Φιλεβραῖοι non neſciverunt. *D. Hieronymus* horum phœnix & coryphæus *Prologo galeato* iſtam Ebræorum tripartitionem amplexus & perſecutus eſt; idem *præfat. in Danielem* dignum duxit quod admoneret, *non haberi apud Ebræos Danielem inter Prophetas, ſed inter eos qui hagiographa conſcripſerunt*, ſuſpenſo de facto iſto Ebræorum judicio ſuo; unde colligere licet reverentia antiquitatis & Virorum CXX. qui & ipſi Maſorethæ ſunt, feciſſe, non habuiſſe pro temerario, impio, aut iniquo dogmate, & ſuis fortaſſe rationibus, quas penetrare poſſe ſibi non ſumeret, uti, perinde ac illum ordinem quo libros ſacros Græci ac Latini anteriores, paulò ab Ebræorum iſto diverſo, alio quodam conſilio, nec ipſo improbando, diſpoſuerant, judicaſſe. Eandem ſententiam fuiſſe prioribus *D. Hieronymo*, Chriſtianæ religionis poſt Apoſtolos primipilis & ſtatoribus Doctoribus Græcis ex ipſa adpellatione Ἁγιογράφων elucet: Sanè eam non tradidēre iis Ebræi, ἀνέλληνες quippe & Græcorum linguæ doctrinisque, gliſcente jam Chriſtianiſmo, infenſiſsimi ut ſupra l. 1. c. ult. p. 111. probavi, ſed ipſi, ut Ebræorum ſanctos ſenſus exprimerent, eosque ſuæ religioni adcommodarent, vocabulum hoc neceſſarium rei quam profiterentur introduxērunt, quod nunquam admiſſuri pro diſsidio à Judæis ſuo & diffidentia erant, ſi antiquum & à Deo ipſo per homines divinos traditum & vulgatum τῶν *Kethubiim* indigitamentum non eſſe, ſed à novitiis quos plerosque pro erronibus, apoſtatis primariorum ſuæ gentis & capitalibus crucis Chriſti & omnis doctrinæ ejus inimicis habebant, inventum & obtruſum eſſe ſciviſſent; acceptum verò è Judaica incorrupta Synagoga in Eccleſias Chriſtianorum ſine ſcrupulo

ullo

ullo propagarunt: Quantò prudentiùs, quàm vel *Theodoretus* olim, vel nos hodiè, qui dicam incauti non magiſtris Thalmudicis, uti quidem falsò remur, (hi enim, ſi compilatores Thalmudis intelliguntur, non ſunt autores ejus *οἰκονομίας* in Bibliis) ſed Spiritui Sancto, quaſi Danielem Prophetam eſſe negaſſet, ſcribimus; vel Chriſtianorum olim acerrimum flagellum *Porphyrius Tyrius* philoſophus, qui libro XII. eorum, quos numero quindecim *κατὰ χριστιανῶν* evomuit, Danielis autoritatem & fidem ſugillat elevatque ideò *quod Propheta non fuerit nec inter prophetas numeretur*, teſte P. *Galat. l. 4. arcan. Cathol. verit. c.14?* Malo enim more & aperta ſophiſtice ſanam Ebræorum doctrinam divino conſilio traditam ſuæ impietati prætexit, & quem divini innocentesque homines Prophetarum ſpecialiùs dictorum censû exemerant, cui autoritatem vaticinandi & fidem ne minimo quidem derogaverunt hoc ipſo, hunc ipſe omni Prophetarum gradu *λὰξ καὶ πὺξ* deturbat. Hoc armorum novo, rudi & plumbeo nihilominus genere, homo perfidiſsimus(Chriſtianum enim, ortûne an inſtitutione, dubium, fuiſſe, ad gentiles tranſiiſſe præter *D. Auguſtini l. 10. de Civ. DEI c. 28.* & *Theodoreti* l. 1. *θεραπ. ἑλλ. παθημ.* teſtimonium alia argumenta ſunt, quæ promemus in loco, non verò Sadducæum è Judæis, ut *Galat.* l. d. viſum.) in Danielem prælusit putidiſsimæ pſeud-Ebræorum nationi, qui majorum ſuorum ſenſu de Daniele relicto hominis alieni & ſibi æquè ac Chriſtianis infenſi (niſi cum aliquando paria fecêrunt lacerandis Chriſtianis hinc pagani illinc Judæi, Julianô utrosque dirigente) inſanias & blaſphemias de cætero ſecuti ſunt. Quin toti in ſpuriorum mores abiêrunt, populi quem toties crepant *περιουσίου* apoſtatæ, quicunque cum *Porphyrio* ſentiunt; nam ſic non tantùm à prioribus, ut vidimus, defecerunt, ſed & à poſteriorum cordatioribus qui Danielem, Davidem & Salomonem generaliter prophetas, qui divino afflatu futura cecinerint, nominare non dedignantur, vaticiniis de venturo Meſsia & de hebdomadibus ſeptuaginta duabus non contradicentes, ſaltem ne verum à nobis agnitum, Nazarenum iſtum, *Θεάνθρωπον* agnoſcere cogantur, de aliis quibuſdam nimirum de Cyro, de Jehoſua ſacerdote magno, de Zorobabele, de Nehemia, de Herode Agrippa, in tanta enim varietate poſitæ ſunt ſententiæ, quæ miſeranda eorum cæcitas & maligna pertinacia eſt, prophetæ verba inter-

terpretantes; ubi non ipſius Prophetæ fidem ſollicitare, quod *Porphyrius* fecerat, ſed de genuino ſensû verborum, quod aliis quoque ſectariis licere videbant, quærere. ſi verum amemus, dicendi ſunt. Et hæc non excuſandæ horum quos αὐτοκατακρίτους eſſe ſcimus, impietati & imperitiæ faciunt, μὴ μοι γένοιτο! ſed noſtris, ne accuſent temerè indifferenterque omnes, etiam ſanctiſsimos illos DEI viros Prophetarum συμμαθητὰς de eo, quod pauci ſolùm ignobiles, plebs ſtolida & compunctilis, errarāt, néve damnēt adfectu odioq; præcipites. quod judicio maturiore expendendum erat, & quod religioni Chriſtianæ nihil incommodare quidquam deprehenſuri ſunt, admonendis. Quid Ebræi de Propheta Daniele judicarint, è *Joſephò* omnium graviſſimo & diſertiſſimo ſcriptore exquiramus: hic omnia ſumma & proſpera EI ὡς ἑνὶ τῶν μεγίστων προφητῶν contigiſſe ſcribit l. 10. ἀρχαιολ. c. 12: *libros ejus etiamtum à Judæis legi & certam ipſis fidem facere*, ὅτι Δανιῆλος ὡμίλει τῷ Θεῷ: quo nihil dici poterat auguſtius; Οὐ γὰρ τὰ μέλλοντα μόνον προφητεύων διετέλει καθάπερ καὶ ἄλλοι προφῆται, ἀλλὰ καὶ καιρὸν ὥριζεν, εἰς ὃν ταῦτα ἀποβήσεται, quo teſte reliquis omnibus in virtute & ratione vaticinandi præfertur Daniel, tantum abeſt ut infrà eos collocetur; Unde verò *Joſephus* iſta, niſi à majoribus ſuis, imbiberit? quos idcircò injuſta ſuſpicione onerant, quicunque de Daniele alia omnia eos ſenſiſſe ideò, quod cum inter Hagiographos retulerint, contendunt, quod *Theodoretum* feciſſe *longa oratione, ſed gratis*, extrà ſcopum & inutiliter, adfectû abreptum, docti queruntur: *Anton. Fernandius comm. in Viſ. Vet. T. 21.* Plurima in abditis religionis ſuæ, intemeratæ illius & ſacroſanctæ, & ob præſentiam Numinis, incomprehenſibilem nobis, omni quantum hodiè habemus Chriſtianiſmo potioris, habuêre Ebræi generoſiores, DEO propinquiores, peculiariter quippe ſelecti, & Vates, nemini mortalium vulganda ſcripto, quæ Cabalam conſtituunt, non ineptam illam ad anuum & puerorum leſchas relegandam vanam artem; multa etiam in Θεοκρατίᾳ iſta, intra quam ſacra & profana omnia ſtabant, quæ nulli REIP. formæ conveniunt, fuêre; Quo fit, ut quæ apud illos ipſa Numinis ſcita ſunt, optimè conſtituta & divinè tradita, nos ſub alio cœlo, aliter nati, alti, docti, qui rationem eorum neſcimus, datas etiam capere nequimus, ceu inepta derideamus, & cum res ipſorum publicas privataſque non intelligamus, quidvis de iis liberè fab-

lemur, extremùm etiam perſonis inſultemus & qvod indignum Chriſtiano nomine flagitium eſt contumeliis tranſigamus. Id profectò, ſolenniter & deliberatò peccari fateamur, quod, cum res Judæorum & cauſſa dogmatum diſcutitur, cum tumultû agantur omnia & odium præconceptum totius judicii ſummam conficiat; teſtis actio Theologorum Colonienſium ao. 1510. contrà J. Reuchlinum, qui de libris Ebræorum hiſtoricis, medicis, Thalmudicis, quos illi abolendos ad unum omnes cenſuêrunt, ſenſerat honeſtiùs; quæ non minore turpitudine victæ partis, quàm furore & contentione utriusque proceſſit. Conſilio autem D. *Lutheri* ſi quis nolit ſaltem improperio ejusdem moveatur; tract. Quòd JESUS CHRISTUS nativitate Judæus ſit: *Spero,* ajentis, *ſi Judæi blandè tractentur & è ſacra ſcriptura modeſtè informentur, multos ex iis futuros Chriſtianos & fidem ſuorum majorum Patriarcharum Prophetarumq; adſumturos; à quo deterrentur ultrà cum omnia ipſorum rejiciuntur & pro nihilo habentur; ipſi verò etiam ſuperbè & contemtim tractantur. Si Apoſtoli, qui Judæi erant, nobiſcum qui ſumus ethnici egiſſent, uti nos cum Judæis conſvevimus, nunquam quisquam gentilium Chriſtianus factus fuiſſet.*

Libros omnes Veteris Inſtrumenti Salvatorem noſtrum *Lege Moſis, Prophetis, & Pſalmis* definiviſſe Luc, 24, 44. nemo niſi impius neſcit; eamque diſtributionem tempore πολιτεύματος ejus in carne receptam fuiſſe in Synagoga Judaica è *Joſepho l. 1. c. Appion.* adparet, qui juxtà iſtum τριμερισμὸν etiam ſupputat libros Biblicos, *quinq; Legis* dictos, *tredecim Prophetarum, & quatuor alios hymnorum in DEUM & præceptionum vitæ* nominans. Idem Salvator *Luc, 16, 16. & 29: Matth. 7, 12: 22, 40.* omnia volumina ſacra *Lege & Prophetis*, & Joh. 10, 34: 15. 25. *Lege*, tertiam eorum partem Pſalmos denotat; & nemo repertus tamen eſt, qui de contradictione commiſſa vel cogitaret, quaſi ibi Pſalmos, hîc Prophetas & Hymnologos ordine Canonicorum V. T. moverit; ſed res è vocabulorum ὁμωνυμίᾳ commodè componitur; Illic nomine Prophetarum etiam hymnorum ſcriptores Davidem & Salomonem, qui excellentiſſimas prophetias ſuis odis inſeruerint; hîc vocabulo Legis, quod interdum totum V. T. ſignificat, etiam Pſalmos comprehendi. Eidem partitioni *Joſephum* è ſacerdotali genere Virum inter ſuos illuſtriſſimum inhærere diximus uti authenticæ; & adcenſet tamen

men de ſententiâ *Sixti Senenſis*, *libros Paraleipomenôn*, *Esdræ* & quæ ſunt de *Eſthere*, cum nihil niſi hiſtoriam tradant, & inter *Hagiographa* potiùs referantur, Prophetis; quod fortaſſe cenſuræ magis obnoxium eſſet, cum ne Ebræi quidem reliqui id admittant, niſi latè admodum ſumta vocula *Prophetarum*. Ineptum ſcilicet eſt ejuſmodi includere formulis & talem requirere diſtributionem, in qua non niſi partes ἀντιδιῃρημέναι ponantur; & ſi quid ad jejunas Logicorum ſpinoſorum regulas non quadret, id malè fultum opinari. Abundaſſe etiam excellentes Eccleſię Doctores liberè hîc ſuo ſenſû patet. *Epiphanio* libros omnes ſacros in quatuor quinarios, *Legaliũ*, *Hagiographôn*, *Carminũ*, *Prophetarum*, & binarium in quo Esdras & Eſther; *Gregorio Theol.* in *hiſtoricos*, *Poëticos & Propheticos*: aliis in *Legales*, *Hiſtoricos*, *Paræneticos* & *Propheticos* digerere placuit; & neutri propterea damnãtur. Quantò minùs in diviſione omniũ antiquiſſima, quæ autores habet eos, quibus eloquia ſeu oracula DEI concredita fuiſſe *Apoſtolus Ep. ad Rom. 3, 2.* intimavit, id licere duxerim; de qua teſtimonia è libris Judæorum vetuſtiſſimis & claſſicis, Maſora etiam, viri hujus palæſtrę nobiliſſimi convectarunt. Τὰ Kethubim *ſcripta per SpiritumSanctum* à ſcriptis per Prophetiam diſtingvunt Ebræi, & peculiarem eſſe Prophetarum revelationem ab ea quæ aliis hominib⁹ ſanctis contigit, nemo noſtrûm niſi qui cum ratione inſanire velit negaverit. Danielem autem, quem Prophetam laxiore ſignificatû fuiſſe fatentur, ut vidimus, & ſummè deprædicant, Prophetis non annumerant, ſed inter hiſtoricos ſacros θεοπνεύςυς recenſent tàm minimè vafro conſilio quàm cum nos inter hymnographos, qui Chriſtianorũ diſtinctione alii ſunt à Prophetis, referimus Davidem, quem tamen de Filio DEI ejuſque adventû morte regno quæque auguſtiſſima fuiſſe vaticinatum ſcimus. Id verò, quòd apud Joſephum Ἁγιογράφων nulla mentio eſt, antiquitatem iſtius partitionis neutiquam tollet. Quia enim aliquam ſibi cognitam voluminum ſacrorum diviſionem tradiderat, alteram adjicere, quæ præſertim ab ea non diſcreparet, non opus habebat, maximè cum inſtitutum eo loco ſuum non requireret. Alius *Joſepho* eam ignotam fuiſſe pertendere poterat; *non enim omnes ex æquo harum rerum intelligentes erant*, judice *Druſio comm. ad l. Jud. c. 2:* alius argumenti ab autoritate negativè formati inutilitatem incuſare. Hæc de ſtatû Danielis Prophetæ vetera diſſerenda ſic fuêre; unde liquet,

quàm facilè antiqua & ſana temerari ſoleant, & quò evadat inceptum tale; nunc de morte ejus narrationem novitate quidem admirabilem, ſed incurioſè, ut oſtendemus. factam & planè ludicram diſputabimus. *Corn. à Lapide* Soc. Jeſu & Prof. ſacrarum liter. in Collegio Romano *Commentariis in Danielem* præfixit ejus effigiem habitû Babylonico cum cidari & *tiarabaris*, expreſſam è Cod. mſcr. Biblioth. Vatic. Menologio Sanctorum auratis imaginibus picto, quem ante annos 700. ſcriptum Baſilii Porphyrogen. Imp. fuiſſe & Conſtantinopoli allatū à Cardinali S. Cæciliæ Paulo V. Pont. M. datum dicit, cum hac epigraphe; *Danielem cum tribus ſociis ab Attico capite plexum eſſe.* Portentum fabulæ, & non niſi amentibus & pueris perſuadendum! Ab homine Romano, Romani enim cognomen eſt *Atticus*, capitale ſupplicium infligi Ebræis Babylone degentibus principante Cyro! Roma tum adhuc ſub regibus erat, quos exigui ruris colonos & extrà Latium nulla poteſtate fuiſſe ſatis conſtat; ἀποκεφαλισμὸς verò artificium unicô ictû caput amputandi etiam ſeriùs inventum fuit & ſub Cæſaribus:

- - nondum artis erat caput enſe rotare, inquit *Lucan.* 8. de Septimio tribuno caput Pompei M. ab Achilla eunuchô confoſsi trunco reſcindente. Falſitas ergò tanta hîc eſt quanta nemini poſt homines natos in mentem venire potuit, & hominis inſulſi deliramentum, quod in admirationem tamen virum doctiſſimum rapuit, ut *ſe alibi legere non meminiſſe fateretur.* Drama verò hujus falſi tale eſt: *In menologio Græco*, quod *Cardinalis Sirleti* adpellant Indices Bibliothecarum & Latinum publicavit *H. Caniſius t. 2. lect. antiq.* (id verò planè idem eſt cum codice Biblioth. Vatic qui Baſili Imp. fuerat) die 10. Jul. comemorationem ſanctorum martyrum Leontii, Mauritii, Danielis, & Antonii, qui imperante Licinio præſide Lyſiâ apud Nicopolin Armeniæ paſsi ſunt, celebrari adnotatum eſt; *Baronius* refert ad annum 316. Hæc immani ſtupore ad Danielem Prophetam, cui pariter tres fortunæ inter gentiles Babylone ſocii fuerant, referuntur in Codice Romanô. *Lyſian* autem ſcriptores Græci adpellant, qui *Luſius Atticus* cognomento Latinis; Eum Agricolao uti vocat *Menologium & Vinc. Belvac. ſpec. hiſt. l. 13. c. 59.* ſive Agricolano, ut eſt in *l. 3. t. 1. l. 16, 59. Cod. Theod.* ſucceſſorem in Armeniæ adminiſtratione dederat Licinius. Sua autem morte obiiſſe Danielem plenum annorum honorumque in-

inter gentiles Babylone & ſepultum ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ βασιλικῷ μόνον ἐνδόξως *Epiphanius*, *Doroth. in Synopſi*, *autor Chron. Alex. p.* 377. *S. Senenſis l.* 1. *bibl.* καὶ τοιοῦτος ἄλλος ξυγγραφέων θίασος, neſcio quibus teſtimoniis, ſolis puto conjecturis adducti adfirmant. Quod igitur de ejus ſepulcro Suſis, itemque feretro catenis ferreis in ponte Eulæi, qui mediam urbem interluit, de trabe ſuſpenſo refert, qui vidit ante annos 460. *Benjamin* Tudelâ-Navarræ oriundus Judæus, *Itin. edit. Lugd.* 1633. p. 86. omninò dignum cognitione eſt, & mirabile memoriam ſanctiſſimi Prophetæ inter gentiles cæterorum ej⁹ omnium ignaros à ſeptendecim ſeculis, traditione quadam populari civium Suſianorum à Judæis accepta, conſervatam fuiſſe; & ideò probabilius mihi Danielem aulam Perſicam, quæ tum, teſte *Strabone*, Suſis, ſecutum, uti *comma* 2. *c.* 8. inſinuat, ibidem obiiſſe. Etſi enim narrationes iſtius *Benjaminis*, præſertim ubi regna quædam Iſraëlitarum in remotiſſimis regionibus & inacceſſis ſolitudinibus, de quibus ſi quid mentiretur, periculum non erat deprehendi, & feliciſſimum in iſtis Utopiæ beatæ collimitiis complicum ſuorum ſtatum ebuccinat, & res Græcorum Romanorumve figmentis majorum ſuorum interpolatas obtrudit lectori, minimum fidei mereantur; in aliis tamen gentilium rebus, de quibus cur aliquid fingeret, cauſſa nulla erat, tutò ipſi creditur, maximè teſtimoniis aliunde adminiculato. Narrat autem, *fluvium medium perlabi urbem; in ejus parte, ubi ſepulcrum Danielis Judæos, puta permixtos Saracenis, & civium locupletiſſimos habitare, eſſe ibi fora rerum omnium; in altera vilem popellum & tenuis fortunæ homines ſine commerciis deſidere. Hos concepta ergà alteros invidia infelicitatis ſuæ cauſſam adſignaſſe Prophetam in ſepulcro, quod iſti in ſua urbe poſſiderent ſoli, adfluentiæ omnis & beatitudinis conciliatorem; petiiſſe igitur, ut in medio eum liceret ſepelire. Quod cum denegarent iſti, utrinque graviter ad cædes usq; fuiſſe ſæpiſſimè dimicatum. Tandem inteſtino bello feſſos conveniſſe, ut alternatim feretrum Danielis locum mutaret, & uno anno ab hac fluminis parte, altero ab altera deponeretur; idq; ita obſervatum fuiſſe & præſtitum fideliter. Regem autem Perſidis Senigar Schah, filium Melic Sjabi, aliquando Suſa veniſſe, & conſpecto loculum Danielis de loco in locum juxtà incedente & comitante per pontem populi multitudine volutari, cognito etiam quid rei id eſſet & ex pactis conventis ita quotannis apud ipſos fieri, decreviſſe, ut de cætero ejusmodi conſuetudine, quæ in contemtum Prophetæ vergeret, ab-*

ſtinerent; loculum autem æquali ab utraq; urbe diſtantia in pontis medio catenis ferreis ſuſpendi juſſiſſe; quem ipſe circa autem Chr. 1170. (rediit enim ex itinere ad ſuos a. 1173. ut viri docti collegêrunt) *viderit.* Relationi huic conſentiunt ſcriptores Arabes, è quibus ſcimus Saracenicæ Principum Salghucidarum familiæ, quæ imperium Perſidis extorſit Boiitis circà a. Chr. 1055. Melic Sjahum Ghelaluddaulam tertium regem Bagdadi filium præter alios tres, qui patri diverſis temporibus quiſque ſucceſſere, habuiſſe *Sangjarum*; cujus geſta contrà fratrem Barkyarucum quintum Bagdadi dominum in annum 1099. incidunt. Is *Sangjarus* eſt qui *Senigar* vel *Singar* filius Schah *Benjamini*, quem vaſtiſſimorum regnorum fuiſſe hæredem, & quadraginta regibus imperaſſe ſcribit; quod nemo figmentum eſſe putet, qui nôrit quicquid terrarum mari Indico Orientali meridionalique Syriaco & Caſpio uſque ad Imaum, Riphæos ac Sarmaticos montes, includitur, præter pauca Syriæ & Palæſtinæ loca, quæ ægrè Chriſtiani tenebant, hiſce Salgucidis, quorum ſedes maximè fuit Bagdadi in Iraca & Iſfehanæ in Perſia paruiſſe; ad quos uti & ad Tataricos horum ſucceſſores, comparati Impp. Conſtantinopoleôs intrà anguſtos terminos concluſi videri poterant. Res horum Principum ignotas Europæis, è Tarich regum Orientis mſcr. Turcico, promiſit *Cl. Schigkardus*; interim dum is eas nobis præſtet, placuit brevi ſchemate genealogiam eorum uti ab Arabibus traditur cum ſuccinctà geſtorum deſcriptione exhibere; è quo narrationi *Benjaminis*, quantum ad Danielem, fides adſtruetur,

Stemma Principum Salghucidarum è Saracenis Perſidi imperantium, *quorũ in hiſtoricorũ Græcorũ Latinorũq; monumentis rara mentio, & nomina corruptiſſima leguntur.*

Dacacus *primùm Turca, ſed pôſt Islamiſmum amplexus.*

Salghucus, *à rege Turcarum, quorum ſedes* Turqueſtania *Caſpio mari & Imais montibus incluſa, præfectus exercitui;* ☉ *annorum* 107.

Michael, *in Maor-annahara, regione transOxiana regulus: Ei rex Indiæ Mahmudus obſtrenuitatem Choraſanam regendam committere voluit; nolentem autem in vincula conjecit; unde regem in Choraſanam abeuntem filii & milites Michaelis ſecuti ſunt. Ex eô nati*

Muham-

Muhamedes Abutalib Togrulbecus *exercitum regis Maſudi Mahmudi f. qui ad expellendos Choraſanâ Salghucidas venerat fudit & occupatis Tuſô & Naiſaburo univerſam Choraſanã adquiſivit a. Chr. 1040. & a. 1055. Abunaſſo Melecrahimo Bojitarum Perſiæ regum ultimo Iracam extorſit, factus Bagdadi dominus,* ⊖ *a.* 1063.

Firꝰ, Peroz ſeu Perozes.

Arſelanꝰ.

David Ghacarbecus

Muhammed Olbarſelanus Adadduddaulas, *ſecundus rex Bagdadi è Salghucidis.* ⊖ *e vulnere in prælio a.* 1071. *Filii ejus 2:*

Marubilus.

Tagjaddaulas Niſus *potitus Halepo, Damaſco totaq; Syria, a.* 1079. *interſectus in prælio à Barkjaruco a.* 1095. *Filii*

Melic Sjahus Ghelaluddaulas *tertius rex Bagdadi. cujus imperium ab extremis Turcarum oris Hieroſolymam usque ſe extendit:* ⊖ *a.* 1092. *æt.* 37. 5. *menſ. Tres habuit uxores & ex iis filios:*

Roduwanꝰ *d. Fechrulmelicus, i. e. gloria regni: Educatꝰ Damaſci: Halepũ occupat interemto patre* ⊖ *a.* 1113.

Decacꝰ, *d. Siemſulmelicus h. e. Sol regni. int. Ex*penio Damaſci *dominus & Emiſa.* ⊖ *è toxico propinato a.* 1103.

E primâ conjuge Barkyarucum, *qui regnũ Bagdadi occupavit a.* 1094. *pulſo fratre natu minimo Mahmudo. Inauguratus à Calipha Muſtadiro Billa:* ⊖ *a.* 1104. *ætat.* 34. *quintus rex Bagdadi: Ejus filius*

E ſecundâ Muhmmed Ghayatuddinum, *qui Hamchæ reſedit: obtinuit contrà Barkyarucum regnũ Bagdadi, a.* 1098. *ſed ab eo pulſus, donec mortuo B. recepit, a.* 1104. ⊖ *a. Chr.* 1117. *ætat.* 37. *Iſfabanæ:*

Sangjarum *al. Singar Schah: & Senigar Saas: exercitũ cõtrà Bark. ducens, fugatus eſt & capta ejus mater, noverca, Barkyaruci. Rex Bagdadi IX.*

E Barcana Chatuni, filia Terabi, è ſtirpe Afraſiani regis Turcarũ, qua ⊖ *a.* 1094. Mahmudũ, qui *patri in regno ſucceſſit quartus rex Bagdadi, ſub tutela matris, annorum quinq; inauguratꝰ à Califa Muſtadero Billa: fugatus à fratre Barkjaruco.*

Sjahꝰ *rex, filius Rodovvani.*

Tagjaddaulas, cognom. Ahrasꝰ: Occiditur *a.* 1114.

Ghielaluddaulas *annorũ* 14. *à patre regno ſucceſſor datur ſed à patruo* Muh. *dejicitur.*

Abulcaſemus, *rex Bagdadi VIII.*

Ille verò qui Danielis Prophetæ monumentum Babylone ſuô etiamnum tempore extitiſſe ſcripſit & reliqui, quos ſuprà nominavi, vel de honorario ejus tumulo & cenotaphio intelligendi ſunt, vel pro auritis tantùm teſtibus, quibus oculatus unus potior, habendi. Sanè ſolitudo deformiſſima, in quam redire vi divinarum comminationum per Prophetas intimatarum oportuit Babylonem non permittit credere, temporibus illorum monumentum aliquod *Viri deſideriorum* certo autore monſtrari potuiſſe. Jovis Beli templum ibi durare ſe vivô *Plinius l. 6. c. 29.* perhibet, itemque *Pauſan.* l. 7. iſti autem Græci, quos autores habemus monumenti Danielici Babylone, minimùm quinque ſeculis recentiores ſunt, & ejus rei minus adhuc ſcire, nedum ipſi videre potuerunt. Si exceperint, translatas fuiſſe Babylone ejus reliquias Suſa, longè majoribus tricis ſe induent; quærentibus enim nec tempus, nec cauſas edere poterunt. Meritò igitur id, quod minimum abſurditatis habet, hic ſequimur; etſi novum, & apud neminem hiſtoricorum præterea, quia domeſticos ſolùm, neglectis cum ſumma ſtudiorum jactura exoticis, legimus, obſervatum.

CAP. XIV.

Gloſſarium, quod Iſidoro communiter inſcribunt, quàmplurimis locis correctum & explicatum. Auxinium. Anilia. Abrigeum. Æmidus. Arcites. Adorca. Arculi: Feſtus emendatus. Alopitioſus: Apicoſus. Agaron. Atanulum. Arytana. Abaſa. Baſſatum. Æquilancium. Trichorrhœa, τριχόῤῥοια. Stringina, στραγγουρία. Aliger. Allobroga. Gallus ruſſus. Titianus quis ſcriptor. Baucalis, gello, γύαλον: Blandioſus. Butes. Barto. Barciæ. Biplex. Citaxis. Crematum, κερμάτιον. Tocilliones. Coliſia. Delticus. Duſius dæmon. Excellare. Furſura, cantabra. Fabrum, perfectum. Fabarius, cantor. Graſus. Gutturnia. Incoma. Mandus. Nomicolæ, noneolæ. Naupegus. Orge. Paſtorium, ſaſurium, ζαβαρεῖον. Phagulla; phagolidorus quid, contrà Meurſium & Cerdam. Particus, dragomannus. Purpurilla. Runa, rutta. Randum. Samia pelvis. Sortividus. Sciſpadum, jupaparum. Suppara. Scatus, ſcaturrio. Tuor, viſus. Tubi, ſili.

Tan-

TAntam retrosioribus seculis obrepsisse pavlatim & incubuisse tandem totis molib⁹ barbariem per universam Evropam literis, & linguarum potiorum tantum chaos extare potuisse, multæ fecerunt caussæ, quas *Diatr. de lingua Pun. c. 5.* tetigimus; & nemo mirabitur ultra, qui Glossariorum, quæ pro linguarum thesauris & repertoriis essent, deformitatem perpensiùs consideraverit. Ea verò partim à semidoctis magistris est, qui quod malè didicerant securi tradebant suis; partim à descriptoribus insubidis imperitisque, qui publicè utiles libellos certatim involabant, iisque fatuitates quisque suas illinebant; In eo opere dum occupati essent & satagerent omnes, prodiêre tandem monstrosa illa Glossariorum & Lexicorum infelicium παραχαράγματα. Jam pridem verò est, cum utilitate talium, præsertim ad Latinitatis cadentis intellectum, capti viri docti in eam curam incubuerunt, quî ea lectionibus pravis ridiculis & monstrosis purgata, magistrorum etiam ipsorum ineptias darent nudas & sine velô peregrinitatis ullius aut doctrinæ altioris conspicuas, quod multa in in iis essent è medio vulgo petita & linguarum popularium retrimenta, absque judicio ammixta primariis veteribus & puris. Nos eodem consilio, quî nimirum melius sit omnium opinatissimo *Glossario Isidori* & minùs in eo impedita lectio, συνεργασμὸν non subterfugimus, nec invidemus, notaturi nunc quæ prætermisêre alii nonnulla.

Auxinium, Romanum, Latinum. Scriptura antiqua fuerat; *Ausonium.* *Anilia, amentia, fatuitas.* Græcum ἄνοια expresserunt *Anœa*: nisi quis malit *anilitas.* *Abrigeum, splendor auri.* Legendum, Aurigeum vel Aurigo: aurum enim ab aura, αὐρῶ, h.e. splendore derivat alibi, & *auram auri* apud *Virg.* de auri fulgore interpretatur. Ferrugo, color & nævus à ferro: aurigo, auri color. *Auruginem & auriginem* vocarunt etiam morbum homines reddentem χρυσίζοντας, colore aureo & flavescentes. *Æmidus, tumidus, inflatus.* E Græco οἴδημα fit οἰδηματώδης; id sic inflexêre semibarbari: quod puriores pavlò fecissent *œdemius.* Hyperthesis literarum m & d, qualis in *emina*, pro *enima.* *Cerda* ait, *absque dubio* παρὰ τὸ αἷμα: c. 141. *Adverſ. sacr. n. 12.* Hunc verò & fallere & soloecissare simul h.l. nemo dubitet. *Arcites sagittarii.* Emendarem⁹, *Arcitenentes*, At quia horum magistrorum consuetudo fuit ita συγκοπτειν

κοπεῖν Latina, *arcites* dixiſſe, quos alii *arcitenentes*, &conſtituiſſe ut tot ſyllabarū eſſent hi quot *equites, pedites, velites* in eadē profeſsione ſocii, omninò veroſimile eſt. *Adſuetula, agaſo.* Legamus, *adſecula. Agaſo n. ibidem miniſter officialis*: & *adſecla, domeſticus familiæ, agaſo.* *Adorea, libamenta.* Verum eſt, *adora.* Proventus omnis ex agris ador, adus, ἀθὴρ, farris genus, primum in re ſacrificiorum. *Ambo, malleus.* Frequenter peccarunt vocum interpretamenta omittendo; Debebant exhibere, *Amſimallus, camaſus*, uti infrà his gloſsis. *Arculis, circulis.* Malim *Arculatis*. Arculata dicebantur circuli qui è farina in ſacrificiis fiebant, teſte *Feſto-Paulo*, quem gloſſator hic exſcripſit. Sunt alioqui arculi, circuli, circitelli ſeu ceſticilli qui farti, lana, tomento, ſtramine, plumis, pilis, acere, capiti ſuperponuntur ad onera faciliùs portanda; ſimiles è linteis convolutis, è viminibus contortis hodièq; bajuli ſibi adaptant inſtar culcitarum aut centunculotum. Hinc vulgatam *Pauli Pompejani* lectionem emaculare eſt. Edidêre, *Inarculum virgula erat ex malo Punico incurvata quam regina ſacrificans in capite geſtabat*: conſtituimus legendum eſſe; *Inarculum circulus erat è malo Punicâ incurvata*, id eſt, è ramis ejus inflexis, ut *taxi torquentur in arcus*, factus, *quem r. ſ. j. c. gerebat.* *Apicioſus, calvus, calvaſter.* Videbatur aliquando nobis è priore excidiſſe ſyllabam &fuiſſe *alopicioſus*, quòd alopecia, *alopitia* huic generi, ea τριχοῤῥυήσεως ſpecies dicatur, qua capilli ita defluūt ut areæ in cute capitis hinc inde & nuda loca conſpiciantur, ut in pannis quos tineæ adroſerunt: idq; ipſum vocis inclinamentum non tantùm inſinuat, ſed & requirit; ſolenniter enim à ſubſtantivis Græcis & Latinis fœmininis primæ flexionis adjectiva in *oſus* exeunt tàm ſanæ quàm deculpatæ Latinitatis ſcriptoribus: *Hernia, hernioſus: gramiæ, gramioſus: victoria, victorioſus: acedia, acedioſus.* Eam conjecturam lectori propoſuimus dijudicandam, ut arridentem etiamnum. Improbabilius eſt, ſed nec ſilendum ipſum, quod nunc adfero: cum *apicæ*, ἄπηκοι, veteribus dictæ fuerint oves quæ glabrô ventre eſſent & ſine vellere, ἄνευ τρίχους ἢ πόκου, *apicoſum* dixiſſe Barbaro-Latinos, qui pilis nudatam & areoſam calvam oſtenderet. *Agaron, miniſter, officialis.* Velim, *Agaſo*: ſic enim infrà, iiſdem verbis; & *agaſo, domeſticus familiæ* explicatur. *Attanobo. genus vaſis.* Paulò antè erat *Atanulum*: quod Feſto *Atanuvium eſt poculi fictilis genus, quo in ſacrificiis Rom. utebantur ſacerdotes Potitii.*

Digitized by Google

Abartenum, inhoneſtum. Scripſerant priores, *Arutenam, id eſt, hauſtrum. Arytæna* ἀπὸ τοῦ ἀρύειν ab hauriendo dictum vas: recenſent inter ſupellectilem balneariam ἀρύταιναι qua πορνοδιάκονοι ſeu aquarioli impudicis mulieribꝰ in balneo aquam miniſtrarent: quæ & ἀρύβαλλον, ἀπὸ τοῦ ἀρύειν καὶ βάλλειν τὸ ὕδωρ, ut ait *Pollux* l. 10. Si gloſſographum ad iſtud ballionum & aquariorum officium quod meretricibus in balneis præbebant reſpexiſſe putemus, τὸ *inhoneſtum* tolerari poſſet, & ita exponi: *Arytenam inhoneſtum*, quia inter impuri & ſordidi officii inſtrumenta: quaſi ſufficeret vocabuli, cujus ſignificatum in re parùm decente, poſitio, ſine enarratione. *Abaſa, infama domus.* Lectio genuina, *Abaſa, infima domus*, h. e. inferior contignatio. Petitum hoc eſt ex Italiciſmo vel Hiſpaniſmo, in quibus *abbaſſato, abaxado, baſſo, baxo* eſt quicquid depreſſum humile & terræ propinquius. Et hinc in iiſdem gloſſis, *Baſſatum terræ hiatus* exponitur, quia profundus & ad terræ ima pertingit. Alter verò qui velut interpretaturus externæ linguę vocabulum adnectit; *Abaſo, infirma domus, quaſi ſine baſe*, planè ineptit, & ſe tàm non intelligere Italiciſmum, è quo arripuit voculam, quàm Græcam linguam, è qua producit gloſſam, prodit. *Æquilatium, æquatio.* Scio quid viri docti è *Feſto* dicant de lana quæ æquilavio dicitur redire, cum dimidium ejus dum lavatur cum ſordibus decedit; vera ſunt iſta & erudita; ſed fortaſſe *Iſidorus* ſcripſit *æquilancium*, cui interpretamentum *æquatio* paulò meliùs convenire nemini non eſt perſpectiſsimum. Æquata rectè dicuntur, quæ dum ponderantur æqua lance conſiſtunt. *Alopecia, paſſio ſtrictura.* Strictura oppilationem quandam meatuum, quos per naturam apertos eſſe convenit & tranſmittere percolanda dicit; unde *ſtringinam* adpellant eædem Gloſſæ feliciſſimo vocabulo *reſtrictionem urinæ* quam Græci στραγγουρίαν, ἀπὸ στραγγὸς τοῦ οὔρου, quod tum ea guttatim deſtillet, & ςύφειν, & ἀπίχεσιν. In alopecia verò ſeu capillorum caſu non accuſari poteſt pororum in quibꝰ inſiſtunt pili conſtrictio; neceſſariò igitur de menda h. l. hærente ſuſpicamur, & cogitamus de abolitione diligentiùs. Reperimus autem, à quo quod editû degeneravit, τὸ *trichorræa, trichorrhoë.* legimusque ideò, *Alopecia, paſſio trichorrœa*: τριχόῤῥοια, τριχοῤῥοὴ ipſa alopecia eſt & aptiore ſynonymo non poterat exprimi; idq; ſi dematur initialis ex editę corrupta vocula *ſtrictura*, ὁλοσχερέστατον habebitur, nec abeundum

 dum

Digitized by Google

uum pro restitutione erit longius. *Alliger gallus*. Adnotamenta Grammaticorum ad Poetas maximam hujus Glossarii partem constituunt. Ex ista corte etiam hæc glossa prodiit; cujus interpretatio simplicissima, *aligerum* locutione metonymica significare alitem domesticum *gallum* eamque vocem Poëtas frequenter usurpare cum de genere avitiô loquuntur notorium est. *B. Vulcanius Alligerim*, h. e. *Gallum* qui ad Ligerim habitat hic significari putat: *Cl. Barthius* mavult legere Gallier & Germanici idiotismi id esse opinatur; habentq; sic pro nominibus propriis. Fruatur quisq; suô sensû: Ego ista adpellativè capio, quod de neutro eorum sive è Gallica sive è Germanica lingua certam nobis fidē facere possint; suntq; aliàs in his glossis paucissima admodum nomina propria; imò si ritè putem⁹, nulla, eæq; è solis Appellativis conciñatæ. *Allobroga, gallus rufus*. Memini non indoctum hominem, sed sola quævis rectissima corrigendi libidine odiosum substituere *Gallus rusticus*. Allobroges enim, ajebat, Inalpini populi ad reliquos in sedibus amænioribus Gallos censiti agrestes & victu & morib⁹. Sed confutat acumen *vetus comment. Horati* qui *αὐτοῖς ῥήμασιν*: *Allobroges* inquit *sunt Galli rufi & Sequanici qui vehementer res novas adfectabant, habentq; flavum præcipuè capillitium*; ad l. Epod. O. XVI. Nihil igitur h. l. in Glossis movendum esse adparet, non tantùm nomine, sed & caussa denominationis expressa à scholiaste. *Angaria, Avianus, qui agrum locat, ut angariam accipiat*. Verba *Qui agrum l. u. a. a.* exempli loco ex *Aviano* adducuntur; quo nomine nullus autorum antiquorum fuit; *Avienum* paraphrasten Latinum Dionysi Geographi non licet intrudere. Post longam sententiarum discussionem videor rectè divinasse de *Titiano*. Julius Titianus Severô Imp. floruit; scripsit præter *libros Provinciarum, Epistolas, Rhetoricen*, etiam *de re rustica*; quorum primum laudat *Diomedes l. 1.* & fragmentum eorum est, quod hic *Isidorus* producit. Ejus scripta magnifecisse veteres Grammaticos æstimatur inde quòd *Servius* & *Pomponius Sabinus commentariis in Virgilium* eo teste frequenter utantur: Familiaria etiam *Isidoro* fuisse, quòd *l. 9. Origin. c. 2. Amazonas unimammias Titianô* autore vocatas tradit, & l. 2. c. 21 censuram fert de ejus Rhetorica, eumque cum *Tullio* & *Quintiliano* componit: Et quod infrà his glossis, *Emacitas, emendi aviditas* legitur, sine dubio ex istis *Titiani* apud *Diomedem*, *Patremfamilias vendacem magis* quàm

Digitized by Google

quam emacem oportet esse, subjectum est. *Baucatem, gellonem*, Em. *Baucalem*; Est ex Italico, *Bocale*, ex eodem Græculorum βαυκάλιον, βαύκαλις, i.e. patera, & vas generatim. *Gello, gillo* è Græco γύαλον. *Baldiosus, effabilis*. Rectè est, *Blandiosus, affabilis*. *Butis stella Cometes quæ quasi comas habet*. Distinguimus quæ separata sunt natura; *Butes stella*, asterism⁹ cœlestis, Bootes seu arctophylax cui stellas quatuordecim adsignât Astronomi, Tum, *Cometes stella q.q.c.h. Barto, genus organi*. Securiculâ breviore manubrio, instrumentum seu ἐργαλεῖον χειρωνάκ]ων, quod linguâ populari adpellamus Barte, intelligo. An Græcorum βαρδύκιον, quod eâdem forma fuisse ex usu colligimus, (manû enim missile erat, ferroque obvia consecabat,) huc referre licet? *Barcia, barbari*. Leg. *Barcai*, Africanus populus: *Virg. 4. Æn. latèq; furentes Barcai*: ubi *Servius*; è quo h. l. glossæ excerpsêre. Ex eodem *Servio* est & hoc harummet glossarum: *Antemalorum, præteritorum malorum*; itemque alterum, *Dorica castra, stationes navium*: & τὸ *Citaxus, similis taxo*, ubi *ceu taxus* reponendum est. Minimo negotio quæ fœdatissima sunt in hoc Glossario è scholastis Poëtarum Principum veteribus purgari posse, quod ex his consarcinatum sit, verissimum est. *Bibex, duplex*. Leg. *Biplex*, pro doloso; sic enim Gl. *Biplicitas, duplicitas, alterplicitas*, pro fallacia & vafritie. *Conciliabulum, ubi plures sui juris sedent*. Legerit aliquis: *Scii juris s*. Senatum enim & consessum talium qui leges & jura nosse videntur significare concilium. At moribus nostris & loquendi ratione verum id sit; Glossæ autem è veteri Romanorum jure & lingua exponi debent, qua conciliabula vocarunt loca ubi nundinationis gratia conveniretur. *Concilium, nundinæ*; aliæ Glossæ: *Conciliare, emere*. Ea conciliabula alio jure erant à coloniis, & municipiis, ibique suis legibus vivebant, qui convenerant: nulla eorum erat Resp. neque magistratus suos habebant. *Crematum, collybum*. Leg. *Cermatium*. Gl. suprà: *Collybum, κερμάτιον*. *Collianorum publicanorum vel impiorum*. Dum de *Collianis* statuatur, legamus *Tocullionum*. Τοκυλλίων fœnerator, turpi lucro inhians; vox *Ciceroni* usurpata, insolentior tamen, hoc Glossario non debuit excesse. *Calcitio, rusticus, eò quod durare calcet*. Leg. *quod dure calcet*. Hoc enim moribus inconditis & corporibus immanibus rusticorum respondet. *Colisarius, bos operarius*. Leg. *Colisa, cibus operarius*. Isto enim panis genere athletæ & χειροβάναυσοι aleban-

bantur *Delticus, literatus, doctor*: ἀπὸ δέλτων hoc forma vêre, quod librorum possessione & versatione ab indoctis discerni putarent literatos, quos Græci propter id βιβλιακοὺς adpellant. *Dusius, dæmon.* Hic verò muscerdam amixtam piperi, uti passim harum glossarum! sed quam ut dignosceremus nonnullo labore nobis constitit, dum & caput scalpere, & os columnatum habere & pollicem admordere, & ungues rodere opus esset donec inveniremus diu multùmque cogitando. Est autem ab homine insulsissimo, cui stivam potiùs quam librum in manus dare oportuit: Is repererat alicubi Græcum Δεισιδαίμων, quo superstitiosum, religiosum, & Deos metuentem significarunt; unde *Dusium dæmona* immani audaciâ efformavit. Neque melior iste qui *Expla, Exempla* interpretatur; nisi, quod planè subolet, *sexcupla* legendum est. *Excilare cum uxore esse in libertate.* Leg. *Excellare*: h. e. extrà cellam & professionem monastices, liberè, seculo vivere, cum qui monachorum ordini adscripti essent carcere coerciti videri possint. *Furfuraculum, tenebra.* It. *Furfuraculum, tenebræ*: & *Furabula, tenebræ.* Quod viri docti pro alterutro ex his legunt *foraculum, terebra*, id facilè admittimus: Quia autem ter iisdem pænè literis eadem glossa paucarum linearum intervallo repetita extat, suspicio est, res quidem diversas à Glossographo indicatas fuisse, sed vitiatâ, ob consonantiam, scripturâ, omnes in unam recidisse. Putamus igitur alterubi legendum esse, *Furfura, cantabra*; Vox *cantabri* pro furfure farinæ purgamento est apud *Apic. l. 7. c. 1*: *Theodorum l. de rebus salubribus c. 1*: *Silvat.* Pandect. c. 122: item pro sordibus sicca & squamosa cute capitis, cum immensâ pexum porrigine ningit,

copia farris uti frendentibus edita saxis: πιτυρίασιν adpellant adfectionem istam Græci; alii *cantabriciem* & *furfuriscam*. *Fiscos, siccos grossos.* Distinguamus & scribamus, *Ficos siccos, grossos.* *Flabrum, perfectum.* Legamus, *Fabrum*, h. e. adfabrè factum & politum. *Fabarius, cantor.* Nimium ridiculi sunt ostentatione eruditionis illi, qui hinc probarunt fabas voci splendorem adferre & claritudinem, quòd *cantores* ab earum crebro usû vocentur *fabarii*: Errant; de porrô sectivo scimus id voci conferre; eique autoritatem dedisse Neronem vocis gratia, cum ne in theatro fuscâ esset, ex oleo statis omnium mensium diebus iis vesceretur, *Plin. l. 19. c. 6.* *Cantor* a, h. l. est comœdiarum trago-

gos-

Digitized by Google

gœdiarumve actor; hoc enim genus, qui voce fabulas imitarentur & agerent, dicebatur *canere. Horat.*

- - *donec cantor, Vos plaudite, dicat.* Alter fabularum actus, qui saltando gestibusque fiebat, histrionia adpellabatur, & artifices ipsi qui verba manibus expedirent & pedibus, histriones, pantomimi, ludiones, saltatores: aliquando iidem cum pronunciatoribus, aliquando ab illis diversi. Hinc mendam in glossariô videre facile est. Legendum autem, *Fabularius, cantor.* Hoc antiquum est & sanæ Latinitatis, non intellectum de significatione inusitatiore fabarum Physicis; illud illatiniorum seculorum etiam pravè acceptum. *Flabri, flabulosi. ventosi. perfecti.* Duæ glossæ in unam confusæ sunt. Secernimus ita: *Fabri, perfecti. Flabulosi*, vel Flatuosi, *ventosi.* *Favitor, piscator, fautor.* Vox media ejicienda hinc est: quò pertineat viderint oculatiores. *Grasus, setosus, pilosus.* Γεάσον & χεάσον (est enim inter διφορέμενα) putorem odoremque abominabilem illorum, quibus *trucem caprum sub alarum valle habitare* dicit *Catullus*, adpellarunt; itemque τεάγον & *hircum*: Γεάσωνα, cui axillæ tragosæ, hircosæ, malè olentes. Inde *grassonia* malum ipsum *H. Montuo Pract. l. 5.* Glossæ igitur quæ de piloso exponunt imperfectæ sunt, cum pædor alarum non sit ab illarum pube quantumvis densâ impexâque, sed ab humorum crudorum & quia transpirare prohibentur putrefactorum copiâ oriatur. Hirti quidem & pilis horrentes sub axillis hircum vehementiùs olere solent, καὶ δυσχερέστερον; at non quia hirti. *Gutturnia, gutturis inflatio.* Βρογχοκήλω, in sedibus colli gutturisve anterioribus ortum tumorem flatulentum inprimis, *gutturis herniam* rectè adpellarunt Latini: Eam adpellationem μεσοκοπῦντες Latino-barbari *Gutturniam* dixêrunt; Inde *Gutturnosus*, quô *Hincmarus in vita S. Remigii* usus est. *Incoma, mensura militum.* Varia commenti sunt de hisce verbis ut rem explicarent eruditi; sed fuêre frustrà. Tirones ad militiam certa ætate & statura legi solebant, requirebaturque ut tiro qui bellatoris officio functurus erat senûm pedum esset. Ei probationi stipes seu pertica in campo ubi delectus habebatur defixa erat, incisas habens notas unciarum pedumque ad quam isti exigerentur, adpellata ἔγκομμα. Eadem vox in aliis Glossis Græco-Lat. est etiam, & hinc emendes: Edidêre *ἐγκονία, regula*: ubi ἔγκομμα indubitatò repo-

ponendum. *Mandus, vestis virginalis.* Græcum est μάνδυς, quod & ὁ μανδύας, μανδύας, μανδύη, lacerna: & Latinis mantus, mantum, mandum, mantua, *quòd manus tegat tantum, amictum breve*: item μανδύον, palliolum. *Nomicolæ, tubercula, quæ sub mento capræ sunt.* Legendum e *Festo, Noneolæ*; ita vocantur papillæ, quæ ex faucibus caprarum dependent. *Varro l. 2. c. 3.* mammas pensiles, *Colum. l. 7. c. 6.* verruculas, *Plin. l. 8. c. 50.* lacinias pro palearibus à cervice binas dependentes, adpellat. *Nausicus, navis factor* Leg. *Naupegus*, ναυπηγός. *Orge, occide.* Vox hortantis ad plagam inferendam. *Urge.* *Pastorium, alvium templi vel sasurium. Pastorium* est per syncopen quod aliàs *pastosorium*: locus in quo sub specie panis τὰ ἅγια adservabantur. Clemens Papa l. 8. constit. c. 13: Ὅταν πάντες μετὰ λάβωσι καὶ πᾶσαι, λαβόντες οἱ διάκονοι τὰ περισσεύσαντα εἰς τὰ παστοφόρια. Emend. igitur, *atrium templi vel sasarium.* Satarium, ζαβάρειον est, de quô l. 1. c. 8. Conclavia & cellas ad pterygomata templi Hierosolymitani extructas ita adpellant LXX. Es. 22, 15. in quarum una præfectus templo morabatur. *Phaculla, perna petaso.* Φαγύλιον, Φάγυλλος, uber & sumen; item marsupium. Ab hoc compositum esse τὸ *Phagolidorus* docet *Cl. Meurs. in Gloss. Græco-barb.* adprobat *Cerda* l. d. n. 483. Utitur *Ethelvverdus Anglus prol. l. 2. Chron. Hortamur in Domino ne nostra spernantur à phagolidoris dicta, sed potius præopimas regi cœlorũ gratias reddant.* Non adparet quomodo ab isto derivetur; nec si inde derives, quid significet. Certum est extremum vocabuli ἀπὸ τοῦ λοιδορεῖν formatum esse; quod inter Latina transsumsère, cum calumniatorem & impudenter convitiantem *lædorum* adpellant, & *lædoriam* convitium, nugas: de qua *Johan. Saresber. l. 7. Policrat. c. 25.* Initium ejus statuo corruptum esse & legi debere *pagolidoris*, i. e. pagatim, vel vicatim omnes calumniantibus: vel *pantolidoris*, παντολοιδόροις; quæ significatio *Ethelvverdi* scopo, contrà calumniatores operis sui historici præfantis, uti vox ipsa hybrida è Græco Latinoq; composita seculo, quo is vixit, congruit. *Particus, negotiator qui partes vendit, qui institor & agomannus dicitur, eò quòd in diversa manus agat.* Parthicarius est negotiator qui pelles Parthicas pro aanchis curat & vendit. Sed manifestum est de parario seu proxeneta, qui mediator inter emtorem venditoremque intercedit, & conciliat partes, loqui glossæ postremum: quod in ea de *agomanno* additur, à *drago*

gomanno, quo nomine Turcæ interpretem adpellant, non intellecto petitum est, & ineptum Grammaticastri commentum, qui ultrà trivialem Latinitatem nihil sapuit. *Purpurilla, locus extrà portam quo purpurea veste uterentur.* Purpura, Πορφύρα, in aula Constantinopolitana fuit Palatium pro Augustarum puerperiis extructum. Clarè id liquet è *Niceta*, qui de Manuele Comneno l. 5. ita: Τῆς δὲ Δεσποίνης πρὸς τὸ τεκεῖν ἐλθούσης ᾠκονομεῖτο ἡ Πορφύρα καὶ ηὐτρεπίζετο πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γεννήσεως. Hinc Πορφυρογέννητοι *Purpurigenæ*, qui Imperatoribus nascerentur; sic *Anna Comnena* Alexi Imp. & Eirenes filia se verè Imperatorio genere natam probatura, l. 6. *Alexiados* scribit se esse natam κατὰ τὸ ἀφορισμένον πάλαι ταῖς βασιλίσσαις τῶν Βασιλίδων οἴκημα. Πορφύραν, addens, „τοῦτο ἀνέκαθεν ὀνομάζουσι. Et Manuelem Comnenum inde Πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον, vocat *Constant. Man. ann. p. m. 99.* & p. 228. Πορφυροφύτους βλαστοὺς τοῦ Ρωμανοῦ Basilium & Constantinum Romani filios; & Basilium τὸν πρωτόφυτον τὸν τῆς Πορφύρας κλάδον, & p. 216. Πορφυροβλάστητον αὐτάνακτα Κωνσταντῖνον Leonis V. è conjuge quarta filium. Hujus instituti origines alibi persecutus sum, cum de Comitiva Palatina commentarer. Hoc respexit quisquis autor istius glossæ, sed malè percepit & ineptiùs rem elocutus est. Vocat autem urbem sedem Imperatoris *portam*, quod ab eo tempore inter Europæos obtinuit, quo Othmanidæ eam Palæologis extorserunt. *Runa, pugna. Runata, præliata.* Malim, *Rutta. Ruttata. Rotta* Italis prælium, clades, rotta d' un' essercito: rotto l' essercito. Latino-barbaris & Germanis rotta catervam significat. Hinc *ruttarii*, qui & *ruptarii*. quod sine causa mutat *Cl. Meurs. l. d. p. 604.* militum genus ferocissimum. Toties usurpat Matth. Paris in hist. Angl. f. 175: 223: 281: 376: quale tum etiam censebantur ii qui Brabantiones, *Brebensones*, & Brabantini vocabantur à loco unde lecti, J. *Villanus l. 7. c. 8:* Wilh. *Neubrig. l. 2. c. 27: A. Krantz. l. 6. Saxon. c. 8: & 6. metrop. c. 49.*

sævior alter
quo nusquam est populus bello aut assuetior armis,

ut inquit Wilh. *Brito l. 10. Philippidos.* *Randum, arbitrandum.* Gerundii forma à verbo reor, *rendum.* *Sortinidus, qui judet per sortem.* Lego, *Sortividus, qui videt vel judicat per sortem.* *Samica, pulvis.* Leg. *Samia, pelvis*; h. e. vas, catinum ex argilla Samia, è quâ coctas

 testas

testas celebrarunt veteres. *Scupadum, jupatum*: & in alio glossario; *Scupadum, inpatrum Lycospodum lapatum.* Verè monstra sunt ista, ut adpellat *Cl. Barth. l. 55. Adv. c. 9.* non vocabulorum solùm, sed & rerum. Lycospadas vocarunt equos, qui cum pulli essent à lupis invasi impetum eorum effugissent: de quibus an verum sit fieri agiliores animosioresve disputat *Plut. l. 2. Sympos. Qu. 8.* & *Scal ad l. 2. hist. an. Arist. c. 18. f. 257. Cœlius Rhodig. l. 11. antiq. c. 58.* à fræni genere, quod λύκον, lupatum adpellant, ita dictos existimat. Has doctorum sententias velut per transennam adspexit collector harum glossarum & quod verbale Græcum compositæ formæ nomen erat equis impositum λυκοσπάδες hoc ad σόμιον capistri gen⁹, à figura lupinorum dentium ita dictum juxtà nonnullos, *lupatum* Latinam vocem imperitè, confusis casibus & terminatione Genitivi pluralis Græca cum Nominativi singularis in Latino vocabulo, retulit, & unum ex altero quasi synonyma essent exposuit, *Lycospadum, lupatum*; cum λύκος lupatum sit, non lycospodum. Reliqua *Scupadum inpatrum* repetitio ejusdem glossæ sunt, quod & alibi factum meminimus, ut idem bis terve producatur sub eadem literâ; & similiter corrupta. Quod *Cl. Barthio* de *scissiato instrato lithostroto lapidiato* visum est id tum obtinere poterit, si *scissiatum* sive Latinam sive Latino-barbaram vocem aliquando fuisse probaverit. Τὸ *lithostrotum* autem ejus ipsum quod editum est, quodque ad emendationem commodè nobis præivit, *lycospadum* redarguit & non admitti posse ostendit. Sunt in hisce glossis multa tam rerum quàm verborum falsa & inepta inde nata quod homines insubidi literas librosque seculis istis sequioribus tractantes malè percepissent optimè tradita, ut docui l. 1. c. 8. de *Marsisuculus*: ea ne sententias hominum etsi absurdas turbemus relinquenda sunt & secundum hosce autores suos explicanda ut omnia sibi in stoliditate & imperitia consonent: tum denique ostendenda eorum infelicitas, quid sequi juvent⁹ debeat & quàm ἀπίκαιρον sit talium λαπομάθημα, docendum. Planè autem convenit ingenio Latino-barbarorum *lycospadum* interpretari *lupatum*; & ex eorum mente ac loquendi genio & scribendi consuetudine constituenda est lectio; at nostrum est simul quid in eô erraverint & de origine erroris monere. *Supera navis.* Lego, *Suppera, vela navis*; σίφαροι *Arriano*; quæ in signum gaudii attollebant, Alexandrinæ præsertim. Est & omne

Digitized by Google

omne vestimentum lineum supparum. *Scatus, impetigo, sicca scabies.* Ex eô quod *lepram* adpellarunt *scaturrionem*, ut in hisce glossis legimus, impetiginem etiam, quæ volaticum serpensque per corporis planiciem malum est, & desquamata quantumvis cute velocissimè repullulat, contumaxque est, eòque à lepra nihil differt, eodem nomine sanè elegante vocare licebit. Legerim igitur, *scaturrio, j. s. scabies.* *Tuore, risu.* Placet *visu*; à verba *tuo, tueo, tucor*, verbale *tuor, tuoris* ut *flaccor, frigor, luror.* *Tuber, siti subterranei.* Legi oportet, *Tubi, sili subterranei.* Sili σιροὶ, foveæ, ductus excavati, & quia cavi etiam tubi dicti sunt ἀπὸ τῶν τύπων. Tantum est quod in Glossario isto emendatius legi oportere & explicatione indigere videbatur: residuo ejus operæ etiam sua hora erit. Ista verò, sint sanè σκαλαθυρμάτια, non in esculi codices aut tiliæ pugillares tantùm referenda erunt, sed memoriæ cellulis instipanda tironibus; his enim potissimum scripta sunt. Qui severioribus studiis tenentur, ea, si velint, οἷον πρωγάλιόν τι παραψάυωσιν.

CAP. XV.

De Consulatû Romanô. Lex annalis. Infantes creati Consules; adpellati Nobilissimi Pueri tum, si antequam Augusti renunciabantur fierent Consules: Exemplum in Gratiano, Valentiniano, & Honorio. Subscriptiones aliquot Legum in Codice Theodosiano emendatæ, itemq; Chronicon Alexandrinum. Valentiniani Senioris Imp. bigamia. Ἄκυγκον. Aquincum. Acincum: de Acygnô interpres Chronici notatus. Itinerarium Antonini illustratum.

CONsulatus Urbis Romæ dignitas fuit augustissima, ipsique regiæ, consensu gentium apud omnes æstimatissimæ, proxima & similis; quod vel Cyneæ Pyrrhi Epirotarum regis legati testimonio, qui de senatu Romano interrogatus, *in uno isto consessu tot reges simul adesse visos sibi* respondit, constiterit. Prudenter itaque lege annali Villia, *quot annos nati quemq; magistratum peterent caperentve* sancitum & pòst cautum fuit, ne ante annum ætatis vigesimum quintum quisquam in Senatum legeretur; quomodo enim non sit

turpe ac damnosum, cum nemini ante id ætatis suorum bonorum administrationem concedant, his qui eam non attigerint Remp. credere? ut est in prudentissima *Mæcenatis ad Augustum Imp. Oratione apud Dionem l. 52:* ne quis tribunus plebis nisi XXX. nemo ædilis, nisi XXXVII. nemo Consul fieret nisi XLIII. annorum: & quod T. Quinctium Flaminium nondum triginta annos natum Populus addito collega Ælio sexto a U. 556. Consulem creavit, *plut. in ejus vita*, hoc inusitata antè, singulari & non imitanda in posterum ratione motum virtutum ejusdem excellentia & REIP. necessitate fecisse annotarunt. At quàm non tantùm mutavit hæc observatio labentibus annis, sed & ordo superegregius habitus ludibrio? *Cajus* equo suo è rariotibus Incitato Consulatum destinasse ferebatur, *Sveton. c. 55.* quasi mulorum asinorumque ἐν μοίρᾳ haberet eos, quibus ἄλογον, cantherium, præesse vellet. *Commodus* flagitiosissimum quemque faciente Cleandro cubiculariô eum in ordinem cooptavit, designatis in unum annum ipsis XXV. plerisque ἐν ἀσελγείᾳ μὲν καὶ ἀσωτίαις ἐπισήμοις, qui totas facultates suas vacuefecerant; unde vulgari scommate non lecti sed *relegati in Senatum* dicebantur. Quin pueros, imò infantes COSS. proclamari inclinante imperio post Constantinum obtinuit. Exempla quæ in historiarum lectione occurrêrũt & consignari digna visa sunt ob peculiare indigitamentum *Nobilissimorum Puerorum*; commemorabo. *Gratianus* NB.P. *nobilissimus puer*, Consul collega Dagalæpho, anno 2. Olymp. 286. vulgari Chr. 366. cum esset annorum quasi septem, quippe natus a. 4. Ol. 284. Constantino X. & Juliano Cæs. III. COSS. Ita adpellatur *L. 6. Cod. Theodos. ad SC. Claud. L. 9. C. eod. de div. offic. & apparitoribus: L. 9. C. de accusat & inscript.* sed quod à paucis qui Fastos Consulares edidêre observatum est; *Autor Chron. Alexandrini*, Ὑπατεία Γρατιανοῦ ἐπιφανεστάτου καὶ Δαγαλαΐφου; *Interpres*, Illustrissimo: neuter rem adsecutus. Hinc inscriptionẽ L. 6. ad SC. Claud. quæ nomina Imppp. Valentiniani Valentis & Gratiani AAA. præfert corrigere oportet; adscribenda quippe lex ista est solis prioribus duobus Augustis. Gratianus enim anno sequente, COSS. Lupicino & Jovino, in Galliis nono Kal. Septembr. à patre Valentiniano in imperii consortium adscitus est. Eadem menda è L. 2. *Cod. Theod. de canone frum. U. Romæ*: è L. 9. *de veteranis, Cod. eodem*, eluenda est. Dictis verò Consulibus promulgatæ

Digitized by Google

gatæ Leges, 9. *de div. off. & apparitoribus*: 14. & 15. *de annon. & tributo*: 11. & 12. *de susceptor. præpos. & arcariis* 8. & 9. *de accusat. & inscription.* ritè præferunt Imperatores Valentinianum & Valentem A A. *Valentinianus* patre cognomine Imperatore, C O S S. Gratiano NB. P. & Dagalaipho è Justina, quam Severæ conjugi non invitæ superinduxerat, lege etiam lata, qua liberum cuiq; fecit duas legitimas habere uxores, *Socr. l. 4. hist. Eccl. c. 26: Rangolius* ad *1. Sam. 1. v. 2: Vedel. de prud. veteris Eccl. l. 2. c. 7.* natus, anno pòst tertio cum S. Aurelio Victore a. Chr. vulg. 369. consul fuit, teste subscriptione *l. 15. Cod. Theod. de susceptor. præpos. & arcariis*, quæ Consules nominat Valentinianum NB. P. & Victorem: sic & *l. 7. C. Theod. de medicis & Professor.* l. 2. *de centonar. & dendrophoris*: l. 6. *de legatis & decretis legationum*, aliæque præterea sexcentæ, & *Cassiodorus in Fastis.* Hinc fasti Siculi corrigendi sunt, qui hoc anno Consules Valentinianum Augustum III. patrem pro filio infante, & Victorem ponunt. *Honorius* Theodosi Magni è conjuge altera Flaccilla filius anno 1. Ol. 119. Chr vulg. 384. COSS. Ricimere & Clearcho natus, ut est in *Chron. Alex.* anno tertio ejusdem Olymp. in Consulatû collegam habuit Evodium. Testis *Lex. 2. C. Theod. de usuris*, quæ 2. est *lib. 11. C. Justin tit. 36.* lata Consulibus Honorio NB. P. & Evodio. Eosdem C O S S. ita nominat *Cassiodorus*, & *l. 4. C. Theod. de fide Cathol. l. un. C. Th. de ædil. action. 9. C. Th. de famosis libellis. Autor Chronici Alex.* errore familiari, ob minùs intellectam Romanam phrasin, NB. Puer, appellat Consules Honorium Cæsarem, & Evodium, cum ille anno tertiô pòst demùm Cæsaris dignitate fuerit insignitus. *Theodosius* II. Arcadii & Evdoxiæ filius natus Ol. 295. a. 2. 4. Id. April. C O S S. Vincentio & Favittta, qui fuêre a. Chr. vulg. 401. Consul factus est a. 403 biennis adhuc, cum Rumorido. Hunc, etsi in tenella ætate Consulem, in subscriptionibus tamen Legum, quas decem ipso Consule perlatas reperiat, nulpiam *nobilissimum Puerum* vocari, opponit Vir magnus, & de isto indigitamento dubitare ideò incipit. Sed res salva est & dubitationi non ampliùs locus. Theodosius n. non adpellatur in Consulatû suô NB. P. quia anno ante Consulatum, altero ætatis, à patre in tribunali ad Hebdomum CPoli 4. Id. Januar. Augustus fuerat creatus; quod in prioribus tribus factum secus. Post gestos n. Consulatus Augusti renunciati sunt: Gratianus quidem Olymp. 286. a. 4. 9. Cal. Sept.

Consulibus Lupicino & Jovino, Ambianis à Valentiniano patre; Valentinianus II. Gratiano & Equitio COSS. a. Chr. vulg. 374 24. Novembr. εἰς πόλιν Ἄκυγκον: Honorius a. 2. Olymp. 292. COSS. Timasio & Promoto à patre Theodosio Romæ. Locutio εἰς πόλιν Ἄκυγκον ex archaismo est; Ita in fragm. legis agrariæ: *Ager in terram Italiam*: in Inscript vetere: *præfecto Afrorum in Daciam*; & altera, *semper in possessionem fuerint.* Anthos: Γίνεται ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τὴν Βιθυνίαν. Periander Epist. ad sophos apud *Laert.* ὡς ἐγὼν ἔπεμψα ὑμῶν ἄλλια παρὰ τὸν Λυδὸν εἰς Σάρδεις. Sunt qui εἰς & ἐν Attica dialecto alternare tradunt. Ἄκυγκον Acincum & Aquincum nonnulli Illyrico accensent; Est inter Dravum Arrabonem & Danubium, eique Sabaria Arrabonis ripæ insidens Occidentalis, Sopianæ vel Soppianum ad Dravum condita meridionalis, Ister à septentrione prætenditur; idque ex itineribus quæ à Sirmio per Pannonias; à Dauruno per ripam Panoniæ in Gallias, *à Sabaria Acinqvum*, & *à Sopianis Acinqvum*, itemque *à Sopianis Bregetionem*, quæ Acinquo haud procul aberat, descripta sunt ab *Antonino*. Qui ipsam Budam esse volunt, juvantur ab *Ammianô Marcellinô l. 30.* qui Valentinianum propè Acincum castra movisse & navigiis ad repentinum casum conjunctis & contabulato celeri studio ponte, transiisse in Quados scribit: & à *Notitia Imp. Occid. c. 82.* quæ *auxilia vigilum* sub Duce Valeriæ locat *contrà Acinco trans in Barbarico.* Ultrà Danubiana enim obtinebant Quadi, quorum fluvius Marus, qui emensa Moravia juxtà Carnuntum in Istrum decurrit. Acinci præterea fabrica scrutaria fuit, *teste eadem Notitia c. 31.* eòque locum situs commoditate commendabilem & ad ipsum Danubium fuisse, ubi plurimùm morarentur Imperatores, firmiter concluditur. *Raderum* interpretem Chronici ἀγεωγεάφητον ἵνα vigilantē hic somniasse, dum *Acygnum* nobis edidit, indice nullo opus est.

CAP. XVI.

Capita duo historica è rebus Imperii Romano-Germanici, quibus matricula Ordinum ejus illustratur, de Ducibus Merania; & de Comitibus Asperis seu Raugraviis; Wilhelmo Britoni lux. Alia de Comitiis Valentianis quæ ab Otthone IV. Imp. indicta fuisse

scri-

scripsit Goldastus: de loco natali Caroli M. Ingelhemio; de Henrici IV. ex-Imperatore sepultura in Angliâ: de Fridrici II. Imp. filia quadam nupta Johanni Batatzio Adrianopoleos Imperatori: de Sebato seu Sabione & Sublavione opidis Norici: Itinerarium Antonini d. expositum: de Episcoporum Spirensium successione, in qua Abbas Urspergensis: & de archiepisc. Saltzburgensium in qua W. Lazius falsus. de cognomentis Ludovici Balbi Imp. nihil fecit; *Bier, regis Danorum f.* Irnesides seu costa ferrea: *Wilhelmi Comitis Avernorum*, caput stuppæ; *Johannis Henrici II. Angl. R. filii* sine habere; *Philippi Augusti Galliæ regis*, Bornio: *Caroli ex Audegavensibus II. regis Siciliæ* Cunctator: *Ludovici X. regis Franciæ, Huttinus, & Ruperti Com. Palat. regis Roman.* Clemens. *Fragmentum historiæ Aquitan. duobus locis correctum: coutelas, coutelassus, ensis lati genus. Quæsitum de Poletha, & Coronato urbibus in quibus morabantur aliquando Imperatores. B. Schobingeri quidam error de conjugio Episcopi Trevirensis.*

ABsurdè fieret ac irreverenter si, cum de externorum imperiorum, regnorum, Rerump. & magistratuum rebus, de sacris profanisque, de privatis etiam singularium hominum, de linguis artibusque, & quicquid uspiam inter Romanos Barbarosve fuit admirabile adeò solliciti simus ut in ejusmodi cognitione veram humanarum mentium perfectionem & absolutam sapientiam consistere putemus, nihil ad percipiendas & illustrandas res Imperii omnium reliquorum augustissimi, sub quo mundo Salus exorta est, & tenebrosæ Germaniæ lux nova, auspice Carolo verè-magno, effulsit, moveremus, & studium in peregrina ac vetera collatum domesticis & recentioribus impendere negligeremus. Etsi enim seculis istis linguarum artiumque deliquium quasi quoddam Germaniæ obtigerit; tamen rerum gestarum magnitudine, legum præstantia, & morum sanctimonia castigatissimis quibusq; Numarum, Solonum, Phocionum, Camillorum & Catonum ista Carolina, Otthoniana, Henricorumque tempora palmam faciunt dubiam. Ejus verò Imperii corporis majestatem è tot nobilissimorum membrorum, *Status* adpellant, non minùs ornamentis vitæ quàm majorum imaginibus clarissimorum pulcerri-

ma harmonia æstimare licet; quorum nomina & dignitates ordine in Album, quod Imperiale hinc adpellatum est, seu Matriculam pænè ante ducentos annos, curante Friderico III. Imperatore referri consueverunt; quæ breviarium quoddam est, & Notitia omniũ, qui Imperii sublimitatem & Jurisdictionem agnoscunt ac venerantur, Ordinum, & cujusque cognitione dignissima, ex Actis publicis tàm veteribus quàm novis à JCtis, Politicis & Historicis nostri temporis aliquoties descripta. In ea illustrissimum nomen *Ducum Meraniæ* legimus; sed qui sint fuerintve isti video viros πολιτικωτάτους non dubitare saltem, sed planè ignorare. *Nobiliss. Goldastus*, quem ad antiquitates Alemanniæ, reliquæque adeò Germaniæ eruditissimis scriptis symbolam contulisse satis luculentam scimus ac deprædicamus; *Ego*, inquit, *qui hic Ducatus sit æquè cum ignarissimis scio, nisi si Moravia sit, quæ adhuc Alemannis* Meran; *interdum* Merenland. *Subsisto: t.1. p. 2. rer. Alemann. not. ad c. 31. Eccehardi, de vita B. Notkeri Balbuli.* Solenniter in hoc nomine peccarunt librarii veteres, ut ubique ferè scriptorum, & in ipsis Instrumentis publicis Rescriptis ac Decretis Imperatorum in *Moraviæ* abierit; sed quos castigare intererat historicæ veritatis. *Moravia* enim, postquam Slavis Marahensibus extorta Imperio adcrevisset, instituto & placito publico *Marchionatûs* axiomate insignis fuit, & est hodièque, nunquam Ducatibus adcensita. *Meraniæ* autem Duces à Comitibus Goriciæ & Palatinis Carinthiæ orti hac dignitate sub ipsis Imperii Saxonum initiis fuêre; celebraturque maxime Cuono dux Meranius, cui Ottho I. ob fidem, fortitudinem, ac merita filiam unicam Luitgardim desponsaverat, teste *Ecceh. l. d.* & cujus consilio in rebus maximis gerendis & conficiendis intestinis externisque contrà Berengharium in Italia, Hugonem Capetum in Gallia Slavosque sive Ungaros bellis usus fuerat felicissimè. Hic ipse est, quem *Witichindus*, *Dietmarus*, & reliqui scriptores omnes Conradum Sapientem, Franciæ Orientalis & Lotharingiæ ducem nominarunt. Suevis imperantibus Bertholdus dux Meraniæ claruit præter cætera conjugio cum Agnete Ducissa Lausnicensi fortunatissimus. ☉ a. 1204. teste *Chron. Augustensi.* Ex ea enim Eccebertum Bambergensem Episcopum & Vicarium Fridrici II. Imp. in partibus Austriæ, circà a. 1230: Berchtholdum, Patriarchæ Aquileiensis Wolkeri successorem ex archiepiscopo Golotensi, *Chron. Aug.* (Coloniensem

enim

Digitized by Google

enim fuisse, quod vult *Lazius* comm. Reip. Rom. l. *12. s. 5. c. 7.* tabulæ publicæ & indiculi archiepiscoporum redarguũt.) a. 1218: Gertrudem, reginam Ungariæ, ex Andrea rege matrem Elisabethæ, quam Landgravio Thuringiæ & Hassiæ Ludovico nuptam, Sanctam cognominant; & Otthonem, Ducem Meraniæ ultimum, Fridr. II. imperante spectabilissimum, cujus unica filia Elisabetha Fridrico primo Burggravio Noribergensi opida Voitlandiæ ad Salam & Mœnum, Culmbacum, Bojorutum, Carlesburgum in dotem circà a. 1274. attulit, susceperat. Ob dotem istam à Ducis Meraniæ filia cum hæredio Burggravi Norimbergensis sociatam putarũt nonnulli, qui *Philippum Melanchthonem* & *Joach. Curéum* autores laudãt, Ducatum Meraniæ eo tractu fuisse, qui pòst *Advocatorum terra* vocatus, istoq; nomine hodièq; notus est; quod erroneum esse nemo dubitet. Dicta enim opida Ottho parens jure dotalitio similiter à conjuge Comitissa de Amerthal acceperat; & ex earum terrarum reditib⁹ Cœnobium Langkheim ad Rotæ ripam, Coburgo vicinum, extruxisse & ditasse scribitur. Ipse verò ab avita possessione opidi Meran ad sinistram Athesis ripam, cui ex opposito castrum regium Terioli, Terse/Tyrol imminet & territorii adpertinentis, etsi in Bavaria Noricô & Franconia amplissimorum fundorum dominus, denominatus est. Ejus familia paulò pòst extincta possessiones ad Athesin Maynhardo Goricensi Comiti cum titulo Comitis Tyrolis, & filiis hujus Carinthiæ ducatus Rudolphi I. Imp. beneficio cessêrunt. Hæ Ducatus Meraniæ origines sunt & deliquium; cujus nomen dignitasq; in Principatum Comitum Tirolensium, quos Serenissimi Austriæ Archiduces hodiè repræsentant, mutavit; & in matriculis, quæ tàm *in Ducum* quàm in *Comitum qui sunt Principes classe* eos ceu diversos nominant, alterutri abundare intelligendi sunt. Imperiti verò locorum illi, qui Episcopatum etiam, Maraniensem nim. in istam Meraniam transferunt; Maranum enim Foro Julii est suprà Stellam juxtà stagnũ Cornacum, Episcopo insigne opidum, qui inter sedecim Patriarchæ in Gradûs insula suffraganeos nominatur: celebre etiam synodo X. Episcoporum in causa Severi XXVII. Patriarchæ Aquil. circà a. 588: de qua *P. Diac. l. 3. de gestis Longob. c. 26.* ubi *Marianum* corrupto nomine vocatur.

In eadem matricula sub Comitum classe referuntur *Raugravii seu Comites Asperi*; Ii ipsi sunt, quibus *Bulla aurea Noribergensis* Caroli IV. conductum Archiepiscopi Trevirensis Electoris, si qua necessitatis publicæ gratia ad urbem Imperialem conventui Principum destinatam proficiscatur injungit; *c. 1. §. 12.* adpellati sic, quòd loca aspera montana & confragosa inter Mosellam & Mosam, in terris archiepiscopii & Leodiensium habitarent, qualis denominationis à locis & tenementis, quibus cum imperio præerant autoritate Imperatorum, ratio etiam in his, quos *Rhenanos & Silvestres Comites* vocamus, obtinuit; Nonnulli eandem vocem paulò aliter pronunciant & Rutvegraven/ *Rugravios*, vocant, quòd de querelis & clamoribus subditorum ad se delatis (hoc enim Rügen est) Imperatorum jussu olim ceu Judices cognoverint; quæ ratio impositionis nominum ab officio petita nec ipsa inusitata est; & sic pluribus in eodem tractu nobilibus familiis etsi sanguine se non attingentibus competet, feruntur que præter Dasselios Wintzenburgios, Spiegelbergios, Ebersteinios, Homburgios, Pirmontanos etiam alii maximè in territoriis Archiepiscoporum Coloniensis & Trevirensis Comites adpellatione *Ruggraviorum* velut officii nomine, quòd primùm temporarium, pòst ad hæredes etiam transmitti cæpit factumque est gentilitium, comprehendi. Vero autẽ quàm simile hoc est ideò, quia adpellationem Rügraven interpres aureæ Bullæ Latinus retinuit, quòd non reperiret æquipollens in Latina lingua τῷ Rügen Germanico; vim enim vocis ignorasse non potuit. Illi verò qui à corporis habitu Germanicè denominatos fuisse existimarunt, & Latinè vocarunt *Hirsutos*, quo nomine syngraphæ cuidam Henrici Ducis & Palatini Comitis Rheni, filii Henrici Leonis Comitibus de Spanheim datæ in Staleka a. 1197. subscripsisse legitur *Emicho Irsutus Comes*; & inter cruce-signatos ad terræ sanctæ recuperationem sub a. 1215. apud *Nauclerum generat. 41.* fuisse *Comes Hirsutus, Comes silvestris*, non adtendendi sunt & suæ barbariei relinquendi. Commodùm quadringenti anni sunt cum *Grillermus Brito Armoricus* res Philippi Augusti II. regis Galliarum libris XII. ad filium ejus Ludovicum Regem & nothum Petrum Karlotum descripsit; Is in enarratione belli Imp. Otthonis IV. quod prælio ad Bovinensem pontem inter Lilam & Tornacum a. 1214. finitum est, inter Imperatoris fœderatos & auxiliarios nominat, *Comitem pilosum* l. 11. & l. 10:

Co-

Comitem quem Tertonici dixêre pilosum
ut juvet Otthonem regio Trajectica misit:
Mosa ubi majori collapsus flumine nomen
non tamen amittit, sed verum nominis audens
dimidio privare sui Rimosa vocatur: sed hunc de voce Germanica pravè intellecta ἐκζητησμὸς, quo factum est, ut homini in extremis Galliarum oris ej⁹ genuina significatio non fuerit cognita, & passivus tum ipsorum etiam Germanorum, qui *Rauchgravios* istos confinxêrunt, error excuset; uti & *M. Rigordum* Physicum, earundem rerum & temporum scriptorem, qui Bernhardum è stirpe Ostemalorum ducem in exercitû Otthonis, adpellavit *B. de hoste malo*, gentilitii in lingua externa nominis peregrinitas.

Otthonem IV. Imp. exautoratum ab Innoc. III. Pont. Rom. substituto etiam Fridrico II. Siciliæ rege è Suevis, conventum procerũ Germaniæ & Galliæ egisse Valencenis Hannonum a. 1214. ibiq; de bonis Ecclesiasticis in necessitatem publicam erogandis, de personarum Ecclesiasticarum reformatione & de bello Papæ ac regi Francorum inferendo consultasse, & constituisse scribit *Goldastus tomo 1. collect. Constit.* Imper. & *in Replicat. pro Imperiò c. 33.* Acta autem illorum memorabilium Comitiorum interiisse quorum summam tradat *Wilh. Brito l. 10. Philipidos.* Sed cũ res Otthonis ejecti Italia adeò accisæ tum fuerint, omniumque pænè Principum Germaniæ *(abstinebant enim ab ejus congressu propter excommunicationis nexum omnes, A. Krantz. l. 7. Saxon. c. 34.)* animi ab eo aversi; Ecclesiastici maximè acerbissimo adversus eum odio, quod Cunradus Metensis & Spirensis Episcopus sparso in vulgus falso rumore quodam de Otthone, de quô *Lehman. l. 5. Chron. Spir. c. 77.* legatur, conflaverat, flagrârint; Fridricus etiam Anti-Cæsar è Sicilia inde Moguntiam usque cum exercitu venisset, auxiliis regis Bohemiæ primo quovis tempore in Otthonem Brunsvigæ hærentem ducturus, Comitia indicere integrum EI non fuisse apertissimum est. Quod verò est apud *Britonem*, quem citat *Goldastus*, id de Comitiis exponi nequit. Est autem tale: Ottho illectus promissis Johannis R. Angliæ ut cum fœderatis suis Ferrando Comite Flandriæ, Reginaldo Boloniæ, Henrico Lothar. & Brabantiæ Duce socero copias jungere posset, & Gallo qui Flandriam ferro & igne populabundus invaserat conjunctim op-

ponere, in Comitatus Hannoniæ opido Valencenis socios omnes convenire fecit, *Rigord. l. d.* ibique cum hostem Tornacum rectâ tendere, & necessariò suis pugnandum fore præviderет, eos, quod & alii instante pugna imperatores fecisse leguntur, causæ justitia breviter commemorata ad fortiter pugnandum hortatus est, & quid cuivis faciendum præcepit; secutaque est diebus proximis memorabilis illa ad Bovinum pontem pugna & strages Otthonianorum, qua deletus universus exercitus, capti cæsive duces ad unum omnes; Imperator verò ægrè evasit & inglorius ex eô tempore vixit: Vid. præter *Rigordum & Britonem Urspergensis, Paris, Naucl. gen. 41: polyd. Virgil. l. 15. hist. Angl. Æg. de Roya annal. Belg. & Jac. Meierus ann. Flandr. l. 8.* Decretum autem quod *Goldastus* quasi Comitiorum quendam recessum recitat ipsa verba *Poëtæ Britonis* sunt paucis interpolatis in prosam orationem reformata, & inter Constitutiones Imperiales necquicquam refertur, & tot vitiis subscriptionum præterea, unde falsum adpareat, laborat. E Comitibus Barri Wilhelmus & Henricus in exercitû Philippi fuêre, itemque Petrus Altisiodorensis, teste *Rigordo & Britone* & Ottho dux Burgundiæ: quomodo ergò Decreto Otthonis subscripserint? Ducem Lemburgensem Valerannum inter auxiliarios Otthonis nominat *J. Meierus l. d. & autor magni Chron. Belg sub a. 1201.* quem *Brito* Philippo adhæsisse, patrem autem Henricũ Ardennæ Comitem Imperatori memorat. Conradus Cremonensis à *Meiero* indigitatus ille est quem

- - Comitem misit Tremonia cujus
imperio Waphalæ parent regionis alumni.

In eodem Decreto verba ista: *Qui dum Sicamoisti Regi se amicum præstat;* corrupta sunt & leg. *Sicanio isti*: quibus Rex Galliæ circumscribitur, quasi rex ad Sequanam, contemtim adpellatus; nam & regem Angliæ, tum similiter Gallorum hostem, *regem Londonis* idem *Brito* nominat.

Receptissima de loco natali Caroli, Pipini regis Francorum è Berthradà filii, dicti Magni, præsertim inter Germaniæ historicos sententia est, Ingelheimium villam, in pagô Navensi, Moguntiæ vicinam esse; Ea verò nullo certô autore ita invaluit. Sanè *Eginhardus*, officialis aulæ Carolinæ, *de Caroli nativitate atq; infantia vel etiam pueritia, neq; scriptis usquam aliquando declaratum esse* scribit, *neq; quenquam modò superesse inveniri qui horum se dicat habere notitiam.* Confinxêre igitur eô securiùs de

de Ingelheimio seculis labentibus *τίνες τὰ φυλλῶν ἴχνη εἰδότες* & rerum Caroli ineptè curiosi. Vitium narrationis jampridem suboluit sagacioribus *Serario l. 3. Mogunt. notat. 37.* & *Frehero P. 2. Origin. Palat. c. 11.* Nos verò id omninò detegimus & locum genitalem Caroli ipsius adsertione, quæ pars est regiæ donationis in antiquis codicillis monasterii D. Benedicti Fuldæ, monstramus istâ: *Donamus & contradimus Domino nostro Salvatori, sanctoq; Bonifacio martyri qui in Fuldensi requiescit monasterio, terram conceptionis nostræ, hoc est totam comprovinciam circà flumen Unstrudt, ipsamq; chortem nostram in Vargalaha cum omnibus compertinentiis suis: & cum omnibus villis longè vel propè positis, quæ ad eam respiciunt;* cum omni proprietate, sicut eam nos à *parentibus nostris in proprietatem accepimus.* Ea non ultrà dubitare nos sinit & opinionem vulgatam, ipsi Carolo IV. Imp. creditam pro vera, refellit; reperta verò inter chartas mscr. Traditionum Abbatiæ Fuldensi factarum & *cap. 12. l. 3. Antiq. Fuld.* publicata à Chr. Browero Soc. Jesu; cujus diligentiæ debemus quod rem ab octo seculis ignoratam, quæ in patriæ nostræ confiniis acciderit, memorabilem, natales augustissimi Imperatoris hodiè sciamus, & quærentibus exteris, invitis Ingelheimensibus, domi nostræ ostendere possimus.

De sepulchro Henrici IV. ex-Imperatore traditione suorum decepti sunt etiam Legea-Cestrienses Angli & scriptor ejus gentis eximius *Gvilh. Cambdenus.* In templo enim quod in honorem Werbugæ Virginis ab Hugone primo Cestriæ Comite positum inter ornamenta suæ civitatis habent, sepulturam memorati Imperatoris, qui eremiticam ibi vitam imperio quippe dejectus duxisset, hodièque ostentant: *Cambd. in Britan. sub Cornaviis.* At gravissimorum scriptorum, quorum nonnulli eà ipsa tempora vidērūt in Germania testimoniis comperim⁹, Imperatorē, postquam à Paschali P. R. a. 1102. anathemate fuisset percussus & filium successorem accepisset, Germaniâ nunquam egressum esse, Imperii negotiis nunquam abstinuisse, sed defensioni contrà Pontificis Principumque violentiam suæ indesinenter invigilasse donec Leodii 7. Id. Aug. a. 1106. in ipso contrà filium expeditionis procinctû inopina morte obiret; cujus cadaver inde Spiram delatum & post exactum annum quartum solenniter monumento majorum illatum est; De morte ejus Leodii *Dodechinus & Sigebertus*: de tumulo Spi-

ræ prætereà *Godefr. Viterbiensis, Chron. Laurishamense, Ottho Frising. l. 7. c. 16: Ursspergensis, Nauclerus gen. 37: Krantz. l. 5. Saxon. c. 34. Lehman. l. 5. c. 42. consentiunt.*

Innocentius IV. Pont. R. in formula exautorationis Fridrici II. Imp. confecta Lugduni a. 1246. inter alias cur Imperatorem privari regno & deposito alium surrogari velit causas, etiam hanc recenset, *quod Battacio DEI & Ecclesiæ inimico, à communione fidelium per excommunicationis sententiam separato, filiam suam in matrimonium dederit. S. Schardius* editor Epistolarum Petri de Vineis, quibus diploma Pontificium insertum est, notat, *de filia Fridrici, ob quam Calo-Joannes Batatzius gener ejus fuerit, nullum eorum quos legerit autorum quidquam meminisse. Nicephorus Gregoras* docere eum hoc poterat; Is enim *l. 2. hist.* Rom. f. 32. Batatzen Irene Theodori Lascaris Imp. filia priore conjuge mortua Annam Alemannã ἔτι νέαν πάνυ τῇ ἡλικίᾳ, ἀδελφὴν τοῦ ῥηγὸς Σικελίας Μαφρὲ, *valdè adolescentulam, sororem regis Siciliæ Manfredi*, duxisse, scribit. Hic autem primùm Tarenti Princeps, tum Conradi, quem Fridr. II. è Violante Johannis de Brenna, regis Hierosolymitani filia susceperat, in regno Siciliæ successor, nothus Fridrici è pellice Blanca Lanza Lombarda; *Summ. l. 2. hist. Neap. p. 101.* Odii verò Pontificis in Batatzen causæ satis notæ sunt, quòd nimirum Latinis seu Flandris de imperio Constantinopoleôs controversiam moveret, eoque dejicere molire-tur ceu injustos retentatores; se autem potiori jure esse & ab istis pro legitimo Imp. CPolitani possessore & verò Romanorum Imperatore agnosci vellet, junctaque cum Fridrico Imp. cujus omnia Pontifici suspecta erant adfinitate res suas tutaretur, quas hic turbatas perditasque malebat. Idem *Gregoras* leviter mendosus est, ubi *l. 4.* de eô Johan. Batatzæ conjugio cum Manfredi sorore, παρὰ Θευδερίχου τοῦ ταύτης πατρὸς καὶ ῥηγὸς Σικελίας λαβὼν inquit, Theudericum adpellans, qui Fridricus erat. Præter Gregoram autem ejusdem conjugii meminit *Pand. Collenutius* in rebus Frid. II.

In Antonini Hodœporico iter Aquileia Veldidenam, quæ hodiè Wilten/ infrà Oenipontem, ad confluentes Wilzæ & Oeni, tale est: *Ad Tricensimum M. P. XXX. Julium Carnicum M. P. XXX. Loncium, M. P. XXII. Aguntum, M. P. XVIII. Littamum, M. P. XXIII. Sebatum M. P. XXIII. Vipitenum M. P. XXXIII. Veldidenam M. P. XXXVI.* *Vipitenum* esse opi-

opidum ad Utium amnem, hodiè Stertzingen; Litamum verò paulò infrà Dravi fontes, Luttach / ipsa itineris ratio & miliariorum numerus utrinque evincit. Sebatum igitur, sive quod malim, Sebanum medium hisce interjacens, aliud esse non potuerit, quàm quod ad ripam Byrri, quem ut *P. Diaconus l.2. de rebus Long. c.13.* refert B. Fortunatus Tarvisio Augustam Vindelicorum proficiscens transivisse scribit, Sabio olim, & Sabiona; hodie Säben adpellant, sede Epicopali tum, antequam ea Brixinam, Brixinonem, Brixinam Noricam, seu Brixinoram, transferretur, nobile. Memoratur enim Episcopus de Sabione, circà a. 586. à *P. Diac. l. 3. c. 27.* Ingenuinus: Zacharias Sebanensis Episcopus, circà a. 880. notus epistolà ad Johannem VIII. Pont. Rom. quam cum Hincmari Remensis opusculis edidit *Cordesius*: Wisundus, circà a. 930: Altwinus Sabionensis circà a. Chr. 1060. apud *autorem vitæ S. Gebhardi à Canisio t. 2. lect. antiq.* publicatum. Infrà hoc opidum Sabionem seu Sebanum decem circiter millibus passuum alterum ad Aisacum fluvium est, Sub Savione à situ sic dictum, cujus vocabulum ita contraxêre scriptores, ut Sublabio, & Sublavione, i. e. *sub Sabione*, adpellaretur: nomine labentibus temporibus in Brixinæ, quæ & Fruxina, commutato; cujus Episcopus Patriarcham Gradensem cum aliis XV. olim, hodiè ni fallor archiepiscopum Juvaviensem pro metropolitano agnoscit. *Lazius* igitur, qui *l.12. comm. Reip. R. s.6. c.6.* Sebatum *Antonini* de vico metallifodinis in Comitatu Tirolico celebri Schwaz dicto interpretatur, frustrà est: Hunc enim infra Veldidenam multis passuum millib⁹ Æno haud procul situm esse scimus: ideòque & remotior est ipso propositi itineris termino. De Sevacibus autem, quos *Ptolem. l.2.* in limite Norici occiduo ad Ænum locat, is testatur & horum sedem regiunculam Æno, Alaza, & Jovavo inclusam patefacit.

Philippum è Suevis Imp. cum sicaria Otthonis à Witelsbach Palatini in Scheyrn manû Bambergæ cecidisset ibidem conditum fuisse a. 1208. tradunt; Fridricum autem II. eundem patruum suum Spiram deportatum gentilium suorum monumento inferri & regali sumtû condi jussisse, idque consilio Henrici de Sarphinberg Episcopi Spirensis & Imperat. aulæ Cancellarii, *Urspringensis* adnotavit. Nemo crediderit *Conradum à Liechtenau*, *Abb. Urspringens.* cui ista tribuuntur, quique tum vivebat, adeò labilis memoria fuisset ut

fe nt

se ut Episcopo Spirensi falsum nomen imposuerit. Constat enim aulæ Imp. Cancellario tàm Philippo quàm Fridrico imperante, qui Spirensi Episcopio præfuerit simul, nomen fuisse Conrado à Scharffeneck/ Comiti; qui cum Otthoni Hennenbergico a. 1099. coadjutor datus esset & successor paulò pòst, usque ad a. 1224. in ea dignitate & summa Imperatoris gratia, cui utilissimam operam difficilimis initi imperii temporibus præstiterat, vixit. Convenit autem homini, qui Imperatoris cædem coràm viderat, ut ex *Ursp.* adparet, eratque ei devotissim⁹, consilium de supremis honoribus indignè peremto exhibendis.

W. *Lazius* in concinnando Archiepiscoporum Saltzburgensium indiculo *l. d. c. 9.* vel instrumentis vitiosis, vel oculis malè sanis usus est; ita in reb⁹ eorum turbat & versat omnia sursum-deorsum. Nos ex *adpendice veteris autoris ad Radevicum à Chr. Urstisio, è Chronicis Augustensi & Australi à Frebero, & è Constitution. Imperial. à Goldasto* editis *ἐυσυνόπτως* Lazianis opponimus, quæ errores circà tempora res & personas in hoc negotio liquidò ostenderint.

Ita *Lazius:*

Eberhardus de Adelsreit, ex Abbate Biburgensi seu S. Petri suffect⁹ Cũrado Divi Leopoldi Austriæ Marchionis filio, & Otthonis Frising. Ep. fratri germano; hic cũ fratre Walthenio nobile illud ac opulentum haud procul Uberlinga lacus Bodmanici civitate Imperiali cœnobiũ extruxit quod Salmersweil vocant, ubi & sepultus cernitur. Successerunt his ordine, un⁹ alterum consequẽs, Adelbertus, sororius Cunradi Austriaci, filius regis Boe-

A. 1164. Eberhardus *vigente in Ecclesia ob Anti-Papas Victorem seu Octavianum quem Imperator, & Alexandrum seu Rolandum, quem Ecclesia elegerat, non æquus Imperatoris rebus moritur: succedit* Conradus *Pataviensis Ep. Lupoldi principis Austriæ f. patruus Imp. quem Alexander Papa pallio honoravit. Hujus electionem improbavit Imp. Juvaviam proscriptam variè adflixit incendiiq; & cædib⁹ replevit, dato negotio, ut Saltzburgenses hostes Imperii & Ecclesiæ infestarent, duci Austriæ, Ep. Bataviensi, & Comitibus à Bleien: extat mandatum apud* Laz. l. 12. f. 7. c. 7.

A. 1168. Conradus Alexandri partibus favens adhuc contrà Imp. obit: succedit Adilbertus. *filius regis Boemiæ, sororius Conradi itemq; ab Alexand. immantatur: consecratur verò ab Ulrico Aquil. Patriarcha, invito Imperatore,* adp. ad Radev. *qui*

a. 1169.

miæ Ladislai & Ottocari frater año Domini 1188. Quô remoto in publicis Comitiis Ratiſponæ Fridricus primus Imperator, ut Henricum filium ſubrogaret, *Henricum Præpoſitũ Perichtolsgadenſem* Adelberto ſubſtituit.

Cui mortuo ſuccelsit poſterius *Cunradg archiepiſcopus Moguntinus* frater Otthonis Palatini à Witelsbach primi Bojariæ ducis, ab Alexandro Papa conſenſu etiam Fridrici Primi confirmatus. Secuti ſunt; Eberhardus autor Epiſcopatuũ Chimẽſis Seccovienſis & Laventini, creatis Epiſcopis Regerio Chimenſi, Radechone Seccovienſi, & Carolo Friſiaco Laventinô. Is cauſam Fridrici II. excommunicati à Gregorio IX. cum ſuis ſuffraganeis diligenter & fideliter eſt tutatus: unde mortuo ſepultura erat interdicta à Romanis Pontif. per annos 20. Richerius qui cum menſis ſpatio epiſcopum egiſſet, reſignavit ſponte:

a. 1169. Saltzb. Epiſcopatum in deditionem accepit, & anno ſeq. de ſtatu ejus reformando egit cum Prælatis ibidem: anno v. 1170. Adilbertum deponere alio ſurrogato voluit, quod tamen dilatum tunc eſſe ſcribit Chron. Auguſt. *donec in Curia Ratiſponenſi*

a. 1174. Henricum Præpoſitum Berchtoldsgadenſem *archiepiſcopo ſuperpoſuit:* Ib. *& demum*

a. 1177. decreto ad Saltzburg. prælatos ac miniſteriales dato Venetiæ, 5. Id. Aug. juſſit Cõradum *Palatinum conſanguineum ſuum, in Eccleſia Saltzb. enutritum, qui frater erat Otthonis à Wittilsbach Palatini & ex-archiep. Maguntinus, quòd reliqui duo ſchiſmatici & intruſi juri ſuo in manus Papæ Cardinalium & Principum Imp. abrenunciârint, in archiep. recipere: qui &*

a. 1180. mandato Imp. de translatione fori Vergenſis in München facta in præjudicium Alberti Friſing. Ep. ab Henr. duce Bav. & Saxon. revocanda, in Curia Ratiſp. ſubſcripſit;

a. 1183. revertitur ad Eccleſ. Moguntinenſem; & Adilbertus ad Saltzb. à qua fuerat depulſus.

a. 1198. Capitur Adilb. à miniſterialibus & per d. 14. detinetur; ob quod facinus ſacris in Diœceſi Saltzb. interdictum eſt.

a. 1200. Obit Adilbertus ſeu Albertus; ſuccedit Eberhardus Brixinenſis: *hoc autore Epiſcopatus inſtituitur in Synodo Romanâ*

a. 1215. Kymenſis; primus Epiſc. Rudgerus.

a. 1219. Seccovienſis autoritate Honor I Pont. primus Epiſc. Carolus Friſacenſis Præpoſitus:

a. 1228. Laventinus apud S. Andream: cui primùm præfectus Ulricus in Hus. Chron. Aug. *qui*

Ladislaus dux Poloniæ, sedit circa a. Dom. 1266. Philipp⁹ dux Carinthiæ, Bernhardi Ducis Car. filius & Udalrici germanus frater cepit sedere anno 1276. vocatus etiam ad Patriarchatum Aquileiensem: Stephanus filius Henrici Bavariæ Ducis a. 1296. elect⁹, cessit iterum nobili cuidam Rudolpho, qui bellum cum Alberto duce Austriæ, Hapsburgensis stirpis primo gesserat; quo mortuo Conradus à Wansdorff vel Praitenfurt Styrus Episc. Laventinus Romæ ubi Rudolphi antecessoris sui legatum egerat à Pont. elect9 est in archiep a. 1292. Is D. Virgilii altare construxerat, ac bellum à Rud. antecessore in Austriacos auspicatum cõtinuaverat: victus tamen cum iis rursus concordiam iniit.

a. 1228. primus Lavatinensis Ep. consecratur.

a. 1246. ⊖ Eberh. Saltzburgensis.

a 1247 eligitur in archiep. Philipp⁹ *f. Bernhardi Ducis Carinthiæ: cui à Pont. Innoc. IV.* Burcardus *à Cigenhaim præponitur; consecratur, & pallio decoratus moritur.*

a. 1257. Philippus nolens ordinem presbyterii vel Episcopalem suscipere consecrationem deponitur Canonicis postulantibus ab Alex. Pont. & eligitur Ulricq Socoviensis. ita utrumq; Chronicon; sed videtur Laventinus intelligendus esse, de quo suprà.

a. 1267. Wladislaus *Poloniæ Henrici Pii, hæredis ditionum in Silesia, Lusatia & majore Polonia filius.*

a. 1270. mortuo succedit Fridricus, *Eccles. Saltzb. præpositus: a. 1281: Concilium celebrat: mortuo*

a. 1284. Rudolphus, *Imp. Rud. Vicecancellarius succedit; concilium celebrat & corpus B. Virgilii transfert.*

a. 1290. defuncto Stephanus *Henr. ducis Bav. filius eligitur; Papa ob defectum ætatis non admisit, sed* Cunradum *Laventinum qui inter nuncios istius postulationis erat, confirmavit, & pallium ei assignavit*

a. 1293. bellum ducis Austriæ Alberti in Cunradum Archiep qui Otthonem & Ludov. Bavariæ Duces socios habuit: captoque Ducis Carinthiæ filio pacem Albert[illegible] ex orsit. Stero annal.

Hæc nostra *Lazi* rhapsodiis paulò pleniora sunt & certiora, seriemque Juvavi[illegible]nsium Præsulum per annos pæne ducentos, intricatam ante scriptorum supinitate, exhibent ὡς ἐν τύπῳ cognoscendam. Quin & *Serario* hinc satisfit, qui de Carolo archiep. [illegible]oguntino, Cardinali, & Episcopo Sabinensi dubitat, num Saltzburgensis simul fuerit,

l. Se

l. 5. rer. Mogunt. p. 822. manuscripto aliquo, quem minorem adpellat rerum Moguntiacarum inductus. Præter adducta enim testimonia est in medio *vitæ S. Virgilii scriptor. t. 2. lection. antiq. Canisianarum*, qui idem adfirmat, titulis duorum archiepiscopatuum, Moguntini ab a. 1161. & Saltzburgensis ab a. 1177. fuisse semper Conradum; ad administrationem verò illius anno demùm 1183. defuncto Christiano rediisse; *Godfr. mon. S. Pantal* hujus a. fortasse nunquam iniisse, quod Adilbertô aliquantisper remoto Henricus tamen præfuerit intereà, & in Italia fermè semper egerit, verosimile est. Illud saltem cum omni ratione pugnare deprehenditur, ac famæ mendacium est, quod è novellis de provincia remotiore arreptum annalibus sub a. 1163. inseruit idem: *Ipsô anno Archiep. Saltzburgensis à ministerialibus S. Rutberti crudeliter interemptus.*

Cognomentorum singularium personarum apud veteres, Græcos Romanos & Barbaros, (omnibus enim fuêre in usu) jucunda contemplatio est, & in cognitione eorum eruditio non proletaria, nec aspernabilis, inservitq; antiquitatum illustrationi adeò, ut quàm plurimarum expositioni propemodum unicam hanc literaturæ partem sufficere statuam, & plures ignorari, si talia nesciantur. Differetur in his libris de iis passim, & integra capita dabuntur in ordines suos quos strictim attigit *Plut. in Marcio Coriol.* digestis cognominibus, repetitis à vetustate; nunc recentiora aliqua procedant. Ludovico Balbo Imp. cognomen etiam fecerant *Nihil-fecit*; Extat apud *Wilh. Gemmeticensem monachum l. 2. hist. Norm. c. 21: l. 7. c. 23. & autorem incertum de gestis Dominorum Ambaziensium.* Causam è fragmento antiquæ membranæ Cœnobii Floriac. à *P. Pithæo* edito cum aliis Francicis discere liceat, ubi sic: *Hic Ludovicus sortitus est prænomen* NIHIL, *sive quod vix duobus annis regno potitus nihil strenuè gessit; seu quòd sanctimonialem Kale monasterio puellarum abstractam conjugio copulans suo, peccatum quod nihil est perpetravit*: id quod ridiculũ cucullati cujusdam erudituli acumen est. Lothroci regis Danorum filius Bier seu Biorno, quem pater addito monitore Hastingo regno exegerat ad exteros, quique circà a. 860. ingenti cum examine Septentrionalium Galliam intravit, *costa ferrea* cognominatus est, ideò, *quia non ei clypeus obiceretur, sed inermis in acie stans armorum vim quamcunq; sperneret illæsus*;

vehementißimis matris ejus venenis, (veneficia & magicas pharmacias intelligo quæ scil. præstarent invulnerabilem) *infectus*. W. *Gemmet. l. 1. c. 5: Order. Vit. l. 3. hist. Eccles.* Idem cognomentum est quod Angli Eadmundo filio Ethelredi, fratri Eduardi III. regis imposuerant *Irnesides*, *Order. l. 3. & 8.* è dialecto Saxonicâ, deme Seite; h. e. *Latus-ferreum*, ob fortitudinem, ut exponit *Ingulphus hist. monast. Croyland.* & *Paris hist. maj. Angl. f. 90.* alterumque quo Wilhelmum Tancredi de alta-villa, Normannorum in Apulia Principum progenitoris filium *Ferrea brachia*, *Gaufr. Malaterra l. 1. de gestis Rob. Viscardi c. 4.* à robore corporis adpellarunt; quod mirè depravarunt autores cum non intelligerent quod esset facilimum; nam *Fazellus l. 6. Dec. post. f. 385.* Wilhelmum Ferrabaccum; *M. Ritius l. 1. de reg. Sicil.* Wilhelmum cogn. Ferrabat; *Nav. vel. gen. 34.* Ferabach eum pronunciat. Ob similem causam Wilhelmus Comes Engolismensis, Alduini filius, *quod Normannum loricatum in luctamine una tantū percußione ense, proprio nomine Cotto durißimo, per media pectoris & ventris secuerit*, sector ferri cognominatus est: Ita habet *fragmentum histor. Aquit. editum inter annal. & hist. Francorum à P. Pithæo*; quod grandi menda, nomen quo gladius iste mirabilis adeòque ἀξιομνημόνευτος adpellabatur insidente, hac occasione purgabimus. Proprium nomen ensis fuit *coutelasso, cottelasso*, vel *couchillazzo*; ita Galli vocabant ensem latum ad infligendas cæsim plagas & concisiones aptum, qualem Turcæ gestant *cimitarram* adpellatam: *Richer. l. de instit. Turc. & Arabum*: Hispanis *un coutelas, une coutelasse, un grand couteau*; è quibus Saxones & Thuringi suum Karlasch/Kadelasch formavêrunt. Isto ampli ensis genere instructum oportuit esse illum qui hominem loricatum una vice medium dissecuit. Id verò nominis per tot linguas Europæorum vagans ex Oriente prima gentium vagina allatum esse videtur; Ebræis enim קָטַל *Katal*, occidit, mactavit: קֶטֶל *Katal* occisio, cædes, laniena; instrumentum autem mactationibus præ aliis omnibus adcommodatum, *coutelasso*: quam vocem editæ ἀσημάντως *cotto durißimo* rectè & ad mentem scriptoris istius scidæ, quem Gallum fuisse certum est, nos substituisse nemo fortasse, nisi qui cerebro caruerit, contradicet. Doctissimo *Pithæo* facile erat inducere vitiosam scripturam & genuinam è populari lingua dare; sed hoc consilio ejus quod ceperat *omnia simpliciter & religiosè ex antiquis exemplaribus repræsentare, etiam vitia plerag;*

ma-

manere pati, repugnasset; Nobis autem qui emendandi depravata provinciam, duram eamquidem, difficilem & periculosam, suscepimus id, quod fecimus, jure licuit optimo. A corporis qualitatibus petita cognomina, & in his quæ capillitium cujusque suggerebat, omnium fuêre vulgatissima. Raymundo Berengario Barcinonę Comiti octavo, quod staturâ corporis magnus, facie pulcer, aspectu jucundus esset, flavâ densaque cæsarie, cognomen erat *caput stuppæ*; *L. Marin. Sic. & Taraffa hist. Hisp. f. 555. t. 1.* idemq; Wilhelmo, ex Avernorum Lemovicum & Pictavorum Comite Duci Aquitaniæ, fide *fragmenti modò laudati*, quod corrupêre etiam h. l. librarii; edidêre enim; *Wilhelmus cognomēto caput stupet*, stupidi & omnis elegantiæ decoctores ipsi. Linum verò delibratum excussum, pectineq; purgatum quod vocamus stuppā, id quod in capillis pulcrū est, flavum, molle, prolixum, densum refert. Johannem Henrici II. Angliæ R. ex Alienora Pictav. Comit. Aquitaniæ Ducissa filium cognominarunt *sine terrâ* quod cum reliqui fratres ejus quatuor certos beneficio patris possiderent dominatus provinciasq; & ab iis denominarentur, ipse natu minimus talibus careret; & solo apennagio seu adsignatione in victum & alimenta sine proprietate certæ partis contentus ageret; idem est quod Gualterio cuidam de Pexeio, militi Gallo, imposuerunt, *sine habere*; *Order. Vit.* l. 9. hist. Eccles. *Sensaveir, Senzavehor* apud *Alb. Aquensem l. 1. hist. Hier. Raymundum de Agiles. & Wilh. Tyrium l. 1.* q. d. sine bonis: *Haver* enim, Italicè, *aver* & Latino-barb. significat facultates, possessiones, bona: Haab und Gut. Philippus rex in Testam. quod recitat *Rigordus sub a. 1190: Ne aliquem hominem capiant neq; averum suum, quamdiu fidejussores bonos dare voluerit de justitia prosequenda in Curia nostra.* Ibid. *Si quis filio vellet movere guerram, & reditus sui quos habet non sufficerent, tunc omnes homines nostri adjuvent eum de corporibus suis & averis.* Thoroldus de Buckenhale in chartâ donationis factæ monasterio Croylandiæ apud *Ingulphum*: *Donavi totum manerium meum cum omnibus terris & tenementis, redditibus, servitiis, aureis* (legendum, *averis*) *& utensilibus quæ habui in dicto manerio. Villan. l. 12. hist. Flor. c. 42: Punito in avere e in persona*, an Leib und Gute. Philippus Augustus & à Deo datus quòd ad publicè indictas perque totum regnum Deo factas supplicationes natus esset dictus, Ludovici Junioris filius rex Galliæ, cognominatur *Bornio*, à faciei habitu, quòd

ſcil. eſſet *corto di viſta*, puſillus facie, oculis, naſo, labiis, cum reliqua membra ſatis haberet commoda. Carolum ex Andegaviæ Ducibus II. Siciliæ & Neap. regem ob inceſſus deformitatem *Claudum* agnominarunt: *Fazell. l. 9. Dec. poſt. & Bonſin. Dec 2. l 8. rer. Ungar.* De eo *Summ. l. 3. P. 2. hiſt. Neap. p. 371: Carolo II. over il Zoppo dal natural difetto della gamba:* ſic & *Zappulo de Neapol. c. 5.* Ut corporis vitium in illuſtri perſona vocabulo molliret *Baronius annal. Eccl. ſub a. 1295.* adpellavit *Cunctatorem* non ut animi ejus mores & in conſiliis actionibusque βραδέα καὶ μελλητικὸν fuiſſe indicaret. Carolum enim iſtum pedibus mancum fuiſſe ſi vel maximè diſsimularent ſcriptores, adparet inde quòd Carolus Valeſius Clementiam ejus filiam ſibi deſponſaturus è ſuis viros fœminasque nobiles Neapolin miſerit, qui faciem, habitum, mores & reliqua regiæ puellæ inſpicerent, obſervarentque attentè in choreis num inoffensè incederet, nudam etiam, ut de membrorum corporis rectitudine (gibboſam enim eſſe ſuſpicabatur) plenè ſcirent contemplari juſſerit. Quod cum Regina mater præ pudore ipſis negaret; filiam autem, induſio è ſindone ſubtiliſsima quæ corpus transmitteret coopertam, cætui fæminarum Gallicarum ſiſteret, impatiens ſuſpicionis illa ne nuptiis excideret lacerata camiſia, *non amittã*, inquit, *regnum Franciæ pro iſta interula* & nudam ſe, quod voluerant, iis conſpiciendam præbuit: *Summ. hiſt. Neap. l. d.* Ludovico X. regi Galliæ Philippi Pulcri filio cognomen eſt *Huttinus*: de quo varia commenti ſunt quarum vis nationum hiſtorici. Illi verò rectiſsimè, qui à magnitudine capitis, quod Germaniæ inferioris populorum, Helvetiorum quoque & Thuringorum dialecto, extrita labiali 𝔅/eſt huit & heut/ita dictum volunt; Latini nominarent *Captonem*. Sunt qui ideò ſic cognominatum tradunt, quod pugnarum rixarumque fuerit adpetentior, easque cum Flandris præcipuè regulis exercuerit foveritque pertinaciùs; *Huſtin* enim Gallis ſignificare turbas, vim, tumultum; *Meier. annal. Flandr. l. 11. f. 117.* quò *Abr. Bzovium*, qui *annal. Eccl. ſub a. 1314. n. 20. Hutinum* interpretatur *tumultuoſum*, reſpexiſſe putemus. Quicquid ſit, pertinaciſsimè adhæſit inclyto Regis nomini, à fæce vulgi effutitum & ignominioſum quadantenus agnomen, traductumque nobiſcum, qui vix intelligimus, etiamnum perſeverat. Rupertum è Comitibus Palatinis ad Rhe-

Digitized by Google

Rhenum Regem Romanorum cognomine *Clementis* adficiunt, qui Origines Palatinas condidēre, idque autoritate publicarum tabularum se facere opinantur. Valdè autem vereor ne nos fallant. Instrumenta enim ista populari lingua scripta optimum Principem cognognomento vulgari Klem/ qua voce rigorosum & severum majores nostri significarunt. adpellant; quod in Latinum *Clem.* i. e. *Clementis* mutare nequaquam licuit; Ii verò qui eundem ob staturæ brevitatem *Parvi* agnomine ut à reliquis in domo Palatina Rupertis distingueretur adpellatum esse volunt, literam m in i & n resolventes, Klein/ dicunt quod vero est præ illo similius. Nos autem tenemus prius & omni emendatione in voce πτεαγεαμμάτω supersedemus. Pudenda supinitate sumus Germani, dum in rebus majorum nostrorum percipiendis de locis, in quibus eæ gestæ, nihil adeò curamus; quo fit ut omnis de rebus Germanorum cognitio historica altero crure, quod topographiam esse fatentur doctiores pleriq;, nobis claudicet. Quàm multa sunt in historiis stirpis Pipevingæ, Otthonum, Henricorum quas annis quadringentis à Pipini Pii sublimatu usque ad Fridricum I. circumscribimus regionum, populorum, locorum, urbium, vicorum, villarum, castrorum, cœnobiorum, fluviorum, silvarum, montium nomina, omnia in Germania, intrà Danubium, Rhenum, & Albim, quæ qui in iis locis degimus hodiè, quorum fuerint & in quæ mutaverint ignoramus? *Ptolemæi Geographiæ* facem clarissimam intulit *Petrus Montanus* eo quod nomina locorum recentia & æquipollentia veteribus adjecit; sine qua lectio ejus σιχοπλανητῶν in inviis & incognitis silvis errore etiam infelicior est. Idem in Britannia & Insulis adjacentibus præstitit *Cambdenus*; nemo, qui Germaniæ ita subveniret & cum antiqua illa apud scriptores ab ævo Carolino depicta hodiernam componeret, repertus est. Quæ enim præter doctissimos quosdam Belgas qui Bataviam & vicinas provincias satis illustrarunt, *Pirckheimerus, B. Rhenanus, Simlerus, Freherus, Cluverius* & pauca alia clarissima nomina nobis dedēre, particulæ saltem sunt & certarum regiuncularum; restat etiamnum in isto difformi Historicorum & Annalistarum, quos *Pithæus, Pistorius Freherus* Cœnobiorum & Bibliothecarum latebris erutos vulgarunt primùm, è Codd. manuscriptis, Corpore universalis ad gesta Imperatorum adcomodatæ Chorographiæ,

phiæ, quæ itinera eorum & Comitiorum, præliorum, populorumque istius Germaniæ quibus quique consederint loca determinet, & ad moderna conferat, elaboratio. In eâ procurandâ potissimum offendit & turbat, quod scriptores isti, etsi plerique in Germania & hujus confiniis vixerint, diversarum tamen fuerint nationum, & propria nomina linguæ Teutonicæ vel pravè, vel idiomate quod usitatum erat in suæ commorationis territorio, quisque expresserint; unde factum est ut in unius loci adpellatione præsertim initiis & terminationibus adeò varient, & nobis hodiè videantur diversissima, quæ eadem planè esse, si dialectos linguæ Germanicæ veteris intelligamus, deprehendimus. Istum verò laborem utilissimum literis sumere non sumus pertæsi, sensimusq; non pœnitendum successum; hoc solùm, antequam extremam ei manum imponamus, cum amicis harum literarum deliberaturi quo ordine istud Onomasticum Chorographicum Germaniæ in publicum exire velint. Thesauro A. Ortelii principis Geographorum & solius non exigua sic fiet accessio. Quod enim is profitetur *se è veteribus ne uno quidem omisso, è mediæ ætatis & recentioribus cujuscunq; idiomatis* eum congessisse, *& profligatis corruptis lectiones apud bonos autores emendasse*, neutrum præstitisse demonstrari potest. Pleraq; opida, castella, vicos & mansiones, è quibus Impp. mandata & Leges ad magistratus perscripsêre, quæ è Codicibus Theodosiano, & Justinianeo, Pandectis & Novellis excerpi potuêrunt, enarrat quidem; sed cum jejuna, inutili & ridicula expositione, *est locus, loci nomen*, ut in Mantebri Nassonaco, Contionato, Bonamansione: quam nemo sine stomacho audiat. Ex *Æthici Cosmographia* vix unum alterumque locale nomen attulit; è scriptoribus mediæ ætatis pauca admodum; omissa sunt autem plurima, quæ vel vetera illa illustrarent, vel historiæ fidem nobis facerent pleniorem vel emendatione indigerent. Carlomannum & Pipinum defuncto patre Carolo Martello d. anno 742. Alemannos duce Theobaldo rebelles compescuisse, est in Francorum annalibus. E Francia igitur seu Austrasiæ partibus ultrà Rhenum processêrunt cum exercitu, ut in hosticum irruerent; *tum*, inquit *Collector anonymus hist. chronographicæ* Carolo M. σύγχρονος, quem *Canis. t. 2. lection. antiq.* inseruit, è mscr. Cod. Bavarico, *sederunt atq; castra metati sunt super fluvium Danuvie in loco nuncupato Usqvegvo.* Quis ille, & ubi ad Danubium

bium tunc castra Francorum fuerint, vel indicare debuit Geograph⁹, vel nihil ibi ad Geographiam pertinens esse monere lectorem; sed iste præteriit. *Canisio* autem inadvertentia sua, quod verba scriptoris pravè distinxit, id loci vocabulum peperit. Cum enim in manuscripto nomen loci excidisset, ipse, neglecta lacuna & στιγμῇ, sequentis periodi; *Usquequò habitatores Alemanniæ se victos videntes obsides donant, jura promittunt, munera offerunt*, vocem primam pro eo nobis substituit. Hac a. nostrâ restitutione constabit sibi autor & Geographis nullum negotium creabitur. Ei si quis adquiescere nolit, ad *Usquequo* investigandum utramq; licet Danubii ripam, quòusq; libuerit, decurrat. In hanc tamen sententiam dici poterat; Cum scriptores mediæ ætatis nomina propria locorum in Germanica lingua consuetudine potiùs seculi quàm ostentatione aliqua Latinis vocabulis expressisse observemus(Ita *Theganus chorepiscopus Trevirensis*, cujus opusculum *de gestis Ludovici Pii Imp.* edidit *pithæus*, locum inter Argentinam & Basiléam, in quo Imperator instructa acie filiorum rebellium copias expectabat, à quàmplurimis verò suorum fidelium vasallorumque deserebatur, *Campum mendacii* nominatum fuisse scribit, *eò quòd ibi plurimorũ fidelitas extincta sit*, quemque Franci ipsi sive Germani das Lügenfeldt adpellaverant) etiam *Collectorem* istum nomen loci Danubio vicini sive Alemannicum sive Francicum adverbio Latino, cui vel æquipollere vel alludere saltem sono videretur, exposuisse. Quod autem illud respondens τῷ *Usquequo* fuerit, in tanta rerum Alemannicarum caligine, ignorantia particularium locorum istius Alemanniæ, quæ & Suevia, ac tum à Danubii fontibus inter hujus citeriorem ripam & Rhenum ad Mœnum usque protendebatur, & defectu scriptorum aliorum, è quib⁹ ista Carolovingorum in Alemannos expeditio cum suis circumstantiis disci possit, nemo fortasse scire præsumet. Peritiores itinerum & mansionum ad Danubium de castris istis Francorum dispiciant, an iis adsonantem adpellatione suâ aliquem locum reperire sit, quo verosimiliter exercitus consedisse adfirmari possit; intereà conjectura quâ in re dubia usi sumus regnabit. Ibidem de bello eorundem contrà Bavariæ Ducem Odilonem, quod anno 743. gestum est, *consedisse utrumq; exercitum super ripam fluminis quod dicitur Lech;* Francos verò irritatos conviciis noctu diversis locis supervenisse Beveriis nihil tale suspicantibus

phiæ, quæ itinera eorum & Comitiorum, præliorum, populorumque istius Germaniæ quibus quique consederint loca determinet, & ad moderna conferat, elaboratio. In eâ procurandâ potissimum offendit & turbat, quod scriptores isti, etsi plerique in Germania & hujus confiniis vixerint, diversarum tamen fuerint nationum, & propria nomina linguæ Teutonicæ vel pravè, vel idiomate quod usitatum erat in suæ commorationis territorio, quisque expresserint; unde factum est ut in unius loci adpellatione præsertim initiis & terminationibus adeò varient, & nobis hodiè videantur diversissima, quæ eadem planè esse, si dialectos linguæ Germanicæ veteris intelligamus, deprehendimus. Istum verò laborem utilissimum literis sumere non sumus pertæsi, sensimusq; non pœnitendum successum; hoc solùm, antequam extremam ei manum imponamus, cum amicis harum literarum deliberaturi quo ordine illud Onomasticum Chorographicum Germaniæ in publicum exire velint. Thesauro A. Ortelii principis Geographorum & solius non exigua sic fiet accessio. Quod enim is profitetur *se è veteribus ne uno quidem omisso, è mediæ ætatis & recentioribus cujuscunq; idiomatis* eum congessisse, *& profligatis corruptis lectiones apud bonos autores emendasse*, neutrum præstitisse demonstrari potest. Pleraq; opida, castella, vicos & mansiones, è quibus Impp. mandata & Leges ad magistratus perscripsêre, quæ è Codicibus Theodosiano, & Justinianeo, Pandectis & Novellis excerpi potuêrunt, enarrat quidem; sed cum jejuna, inutili & ridicula expositione, *est locus, loci nomen*, ut in Mantebri Nassonaco, Contionato, Bonamansione: quam nemo sine stomacho audiat. Ex *Æthici Cosmographia* vix unum alterumque locale nomen attulit; è scriptoribus mediæ ætatis pauca admodum; omissa sunt autem plurima, quæ vel vetera illa illustrarent, vel historiæ fidem nobis facerent pleniorem vel emendatione indigerent. Carlomannum & Pipinum defuncto patre Carolo Martello d. anno 742. Alemannos duce Theobaldo rebelles compescuisse, est in Francorum annalibus. E Francia igitur seu Austrasiæ partibus ultrà Rhenum processêrunt cum exercitu, ut in hosticum irruerent; *tum*, inquit *Collector anonymus hist. chronographicæ* Carolo M. σύγχρονος, quem *Canis. t. 2. lection. antiq.* inseruit, è mscr. Cod. Bavarico, *sederunt atq; castra metati sunt super fluvium Danuvie in loco nuncupato Usqveqvo.* Quis ille, & ubi ad Danubium

bium tunc castra Francorum fuerint, vel indicare debuit Geograph⁹, vel nihil ibi ad Geographiam pertinens esse monere lectorem; sed iste præteriit. *Canisio* autem inadvertentia sua, quod verba scriptoris pravè distinxit, id loci vocabulum peperit. Cum enim in manuscripto nomen loci excidisset, ipse, neglecta lacuna & στιγμῆ, sequentis periodi; *Usquequò habitatores Alemanniæ se victos videntes obsides donant, jura promittunt, munera offerunt*, vocem primam pro eo nobis substituit. Hac a nostrâ restitutione constabit sibi autor & Geographis nullum negotium creabitur. Ei si quis adquiescere nolit, ad *Usquequo* investigandum utramq; licet Danubii ripam, quòusq; libuerit, decurrat. In hanc tamen sententiam dici poterat; Cum scriptores mediæ ætatis nomina propria locorum in Germanica lingua consuetudine potiùs seculi quàm ostentatione aliqua Latinis vocabulis expressisse observemus (Ita *Theganus chorepiscopus Trevirensis*, cujus opusculum *de gestis Ludovici Pii Imp.* edidit *Pithœus*, locum inter Argentinam & Basiléam, in quo Imperator instructa acie filiorum rebellium copias expectabat, à quàmplurimis verò suorum fidelium vasallorumque deserebatur, *Campum mendacii* nominatum fuisse scribit, *eò quòd ibi plurimorũ fidelitas extincta sit*, quemque Franci ipsi sive Germani das Lügenfeldt adpellaverant) etiam *Collectorem* istum nomen loci Danubio vicini sive Alemannicum sive Francicum adverbio Latino, cui vel æquipollere vel alludere saltem sono videretur, exposuisse. Quod autem illud respondens τῷ *Usquequo* fuerit, in tanta rerum Alemannicarum caligine, ignorantia particularium locorum istius Alemanniæ, quæ & Suevia, ac tum à Danubii fontibus inter hujus citeriorem ripam & Rhenum ad Mœnum usque protendebatur, & defectu scriptorum aliorum, è quib⁹ ista Carolovingorum in Alemannos expeditio cum suis circumstantiis disci possit, nemo fortasse scire præsumet. Peritiores itinerum & mansionum ad Danubium de castris istis Francorum dispiciant, an iis adsonantem adpellatione suâ aliquem locum reperire sit, quo verosimiliter exercitus consedisse adfirmari possit; intereà conjectura quâ in re dubia usi sumus regnabit. Ibidem de bello eorundem contrà Bavariæ Ducem Odilonem, quod anno 743. gestum est, *consedisse utrumq; exercitum super ripam fluminis quod dicitur Lech*; Francos verò irritatos conviciis noctu diversis locis supervenisse Beveriis nihil tale suspicantibus

commissoq; prælio Ducem prædictum cæso exercitu suo vix cum paucis turpiter ultra Igne fluvium fugiendo evasisse. De fluvio *Igne* meritò quæram è Geographo; sed & hic obmutuit oraculum. Ipsa verò castrorum, prælii, & fugæ Bajoariorum ratio, præter nominis in Germ. linguâ der Ihn adsonantiam Ænum fuisse, ortum in Alpib⁹ Rhæticis, Licates, Isarcos & Bojos à Noricis disterminantem & juxta Bojodurum Danubio illabentem fluvium probant; A Lyco enim, ubi castra erant, & prima invasio fiebat, non poterat hostem tutius effugere acie inclinata victus, quàm si transito ponte Æni in Noricum se reciperet; cujus aditu ob pontem destructum in flumine rapido & verticoso ac ipsius regionis montana victor arcebatur. Ejus pontis Oeni meminit *Anton.* itinere à Jovavi Augustam Vindelicùm locatque inter *Bedajum*, quod hodie opidum trans Oenanum Norici Bamburg esse constituunt, & *Isinis cam*, quæ Monachium hodie ad fluvium Isaram; itemque alio ubi LXXX. m. p. Veldidena distare eum facit; unde pontem Igne illum ipsum esse qui ad opidum Hohen Altenau vel Wasserburg Monachio Saltzburgum euntibus rectissima via transitur, adparet. *Lazius* l. d & *Simlerus not. ad Itin. Antonini* pontem Oeni, Oetingam, quæ ad confluentes Alazæ & Oeni sita est, sepultura regum Bojariæ celebris, interpretantur; sed à verô itinere nimis versus septentrionem deflecteret, qui istos viæ indices sequeretur cum Jovavio Augustam Vindelicùm tendenti Occidens petendus sit, & post Ænum Isargus & Amber transeundi. Inter villas publicas Germaniæ, in quib⁹ plurimùm morari solebant Impp. ante hos sexcentos annos fuit etiam *Boletha.* Sic enim *Lamb. Schafnab.* sub a. 1048: *Imperator Natalem Domini Boletha celebravit. Ibi legati aderant Romanorum Suidgeri Papæ obitum nunciantes*: sub a. 1052: *Imperator Natalem Domini Polethæ celebravit, ubi filio suo Henrico, adhuc catechumeno, Principes regni sub juramento fidem promittere fecit. Hermannus*, quem à corporis vitio *contractum* adpellant, Comes à Veringen, Augiæ majoris in insulâ lacus Cellensis qui Bodamico adpendet, monachus, eorundem temporum scriptor (res gestas enim Impp. Conradi Salici patris & Henrici III. filii peculiari libro tradidit, & huic nuncupavit, teste *Otth. Frising. l. 6. Chron. c. 30.*) *in Saxonia apud Gosslare* ista accidisse scribit; unde de situ Polethæ, cujus nomen Lamberto Heresfeldensi in silva Buchonia cœnobitæ, quippe viciniori, notius fuit, judicare licet.

Cum

Digitized by Google

Cum a. Henricum III. Imp. plurimùm Goſlariæ, quæ palatio regali exornata erat, degiſſe & in vicino huic ad radices montis Meliboci ſito caſtro Botfelden/ quòd ex hoc commodiſsimæ eſſent ad venationem in Herciniorum ſaltuum parte ſilvâ Baceni proximâ profectiones, frequentem admodum cum familiâ Palatinâ fuiſſe; in eodem etiam obiiſſe conſtet; videri poterat Polethæ, quam alibi hactenus nemo oſtendit, adpellationem ex illius nomine levi mutatione detortam à Latine ſcribentibus, & propterea de eo exponendam eſſe; locis verò inter Goſlariam & Werningerodam, quibus & Hartesburgum ab Henrico IV. Imp. Saxonibus in officio continendis erectum caſtrum, rudera ejus quæri oportere. Sanè vicinas villas imperii fuiſſe Goſlariam & Polethàm inde adparet, quòd Epiſcopo Mindenſi Egelberto chartam de ſuſcepta in mundiburdium Imperiale Eccleſia iſta cum poſſeſsionibus & hominibus ſuis VI. Calend. Aug. *Polide*, & alteram ſuper donatione curtis alicujus eidem Eccleſiæ facta XVI. Cal. Aug. *Geslarie*, utramque a. 1059. ab Imp. modò memoratô datam fuiſſe legimus. Ut verò de incertis hiſce conjecturam noſtram nemini obtrudimus, cum fortaſſe fuerint diverſæ manſiones Poletha & Botfelda, in eodem Goſlarienſi diſtrictu, quarum neutram hodie ſcimus; ita nec recipimus eorum qui Botfeldam de Bortſelda pago non incelebri interpretantur: *Spangenb. l. 2. chron. Querf. c. 16.* Hic enim infrà Hannoveram in interiore Saxonia eſt & viginti pænè à Thuringiæ limitibus ſaltuque Hercinio milliaribus diſtat; Botfeldam autem *terminum Saxoniæ & Thuringiæ* adpellat *Ottho Friſing.* l. d. & *P. Lang. Chron. Ciz.* Imperatorem Henr. III. *in ſilva Harz prope Butfelden* obiiſſe ſcribit. Nondum ſexcenti anni ſunt, cùm iſtas villas tanti Imperatores inhabitaverunt; cum ad eas ipſum Pontificem Romanum Victorem II. Petrum regem Ungariæ è remotis Pannoniis ventitare contigit; cum in iis tot illuſtres perſonæ officii gratia confluxerunt, ut notatum ſit nulla retrò majorum memoria ſine publicâ indictione ullibi tàm frequentes conveniſſe ex Imperii provinciis proceres; & tanta de iis ignorantia hodie tenemur! De *Coronato*, ſive opido, ſive caſtro in Apulia, uti videtur, quô Fridricum II. Imp. reſediſſe a. 1241. teſtes ſunt ejus ad Henricum III. Angliæ regem de obitu conjugis Iſabellæ literæ, apud *Matth. Paris* hiſt. Angl. f. 559. idem eſt; idem de Rithien-

oia è qua Henricus VI. Imp. de capto Viennæ in Austria Richardo, pòst Angliæ rege, Philippo Galliæ regi significavit, a. 1192 ut est apud *Hoved. ann. parte poster.* idem de aliis multis non obscuris vicis, sed virorum principum sive natalibus sive genialibus locis, quæ apud Geographos non reperire tàm molestum est historiarum curioso, quàm illis non honestum præteriisse. In *Sigeberti Gembl. chronographia* nomina istorum Saxoniæ locorum, de quibus quærebamus, planè corrupta sunt, ipsius ne scriptoris an descriptorum culpâ non dixerim. Imperator Victorem II. Papam, qui è Comitibus à Calwe Gebehardus Aichstetensi Episcopatui præfuerat, Româ Goslariam ad celebrandam VIII. Sept. Nativitatis Mariæ Deiparæ solennitatem evocaverat, ibique adparatu magnifico, *collectis cunctis pæne regni opibus & principibus*, susceperat hospitem; Ita verò *Sigeb.* sub a. 1056: *Victor Papa in Gallias veniens gloriosè ab Imp. suscipitur, & eò præsente non multo pòst* (sc. 3. Non. Octob.) *Imperator moritur;* in quibus verbis *Gallias* non habere locum quisq; viderit, qui quæ tum inter Imp. & Pontif. Goslariæ & Botfeldæ gesta sunt ordine & exactè cognovit. Conjugia sacerdotib⁹ in Ecclesiâ Germ. vetere non fuisse efficaciter prohibita ante Greg. VII. in Synodo Rom. sanctionem exemplis Episcoporum qui uxoribus legitimis usi fuissent probari solet. Inter eos *B. Schobingerus not. ad l. 1. de collegiis & monast. Germ. vet. Joach. Vadiani* nominat *Episcopũ Treverensem qui habuerit in matrimonio sororem regis Ruzenorum;* idq; tradere *Lamb. Schafnaburgensem.* Sed cum obstupefactus adsertionis novitate ipsum testem consulerem, & de Episcopo id non comemorari, & narrationem præposterè perceptam malè seriæ rei adhibitam esse deprehendi. Mittendi erant àb Imp. ad regem Ruzenorum legati, pro fratre, quem is regno pepulerat sive intercessuri, sive Imperatoris nomine mandaturi. Inter legatos erat Burchardus Treverensis Ecclesiæ Præpositus, isque huic negotio ideò adhibitus, *quòd ille, ad quem mittebatur, sororem ejus in conjugio habebat.* Quod igitur de rege Russorum dixerat *Lambertus*, adfinem fuisse Burcardi, ob hujus sororem ductam, id de Burcardo in cujus matrimonio soror regis fuerit inscita perversione adfirmavit iste, & negotio de conjugio presbyterorum Burcardum maritum inferens audire debet illud tritum; *fidejussor tuus fidejussore eget.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XVII.

De Chronico, quod Alexandrini titulo editum est, judicium: id quàmplurimis locis correctum & illustratum; interpres etiam ejus notatus aliquoties. Ἕλλην non gentem sed religionē significat. Quis Antoninus qui in Præconneso trucidatus. De decem plagis Ægypti. Apollinaristæ & Vitaliani qui. Ἐξωκιόνιον, locus Constantinopoli: Ἐξωκιονῖται, iidem. Περανδιάρα quid. Βυρριχάλια quid. Σγαύδαρι, convitium plebis Constantinopolitanæ. Ταῦλις, & στηθάριν quid. Ἑξάγραμμον νόμισμα, numus sex scrupulorum. Ῥίπιδιον, sporta seu corbis vimineus. Παραπραπέζιοι, qui. Κοινωνικὸν quid liturgia in Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

FArraginem historico-chronologicam Græcam quam titulo *Chronici Alexandrini* è cod. mscr. Biblioth. Augustanæ edidit *Raderus*, hominis plebeii & illiterati esse nemo fortasse doctorum, qui in hisce literis sapiunt, mihi crediderit; In rem igitur præsentem hoc capite eos deducam, & demonstrabo ad oculum nihil aliud esse quàm centonem & inconditam alicujus imperiti temporum & rerum collectionem, quam alii pariter inepti diversis temporibus auxerint. Prȩter Fastos Consulares & ea quȩ è Josepho, Jrenæo, Justino, Phlegonte, Africano, Clemente, Cyrillo, Basilio, Eusebio, Epiphanio & Dorotheô nugatore excerpta ab aliis sublegit autor ejꝰ nihil fere continet quod eruditis auribus sine rubore oggeri possit; fabulas autem & narrationes populares neglectis authenticis tabulis ubique consectatur. De Melchisedeco tradit p. 116. fuisse ἄνθρωπον ἐκ φυλῆς τῦ Χὰμ idque è sene quodam se audisse; quod valde jejunum est & sine judiciô dicitur. Poterat enim ex *Hieronymi Epistolâ ad Evagrium* 126. scire, ita sensisse antiquissimos Doctores Hippolytum, Jrenæum, Eusebios Cæsariensem & Emisenum, Apollinarem, & Eustathium Antiochenum; quorum testimoniis narratio alicujus seniculi ἀνωνύμου καὶ ἀναξιώτυ ne conferri quidem debebat vel addi, multò minus præponi. Quod *se ab Antigoni & Ptolemæi posteris, viris senibus auditu percepisse* scribit p. 366. Alexandrum M. reliquias Prophetæ Jeremiæ Alexandriam attulisse; & hinc factum esse ut crocodili & aspides urbem infestantes fugarentur: Id verò quale est, & quàm inficetum? Ut miraculo per reliquias patrato

 trato

trato fidem conciliaret testibus à Ptolemæo, inde adscitis uti voluit homo incogitantissimus, & eos se coràm audivisse lectores persuaderi posse putavit, non contentus simplici de re figmento (nunquam enim factum est cum ossibus divini vatis, quod fabulatur iste) nisi de se ipso etiam, quasi antiquissimus & Ptolemaicorum temporum quidam esset, mentiretur. Neq; etiam si alium quemvis è vetustissimis Christianis scriptoribus ista referre cogitemus, fieri potuit, ut Ptolemæi posteris, qui diu ante Christianismi in Syria & Ægypto initia exoleverant, narratio ista ritè tribueretur; quam propterea pro nugatoria & quæ non è moneta sapientum, sed è delirorum & puerorum in omni pæne historiâ Judæorum officina prodierit & hinc à Græcis incautis arrepta sit, declaramus. Quid autem Antigono, ejusque posteris qui in Asia regnarunt cum miraculo cuj⁹, si quod fuit, Ægyptus sola conscia, ut id enarraret homini Græco? Istæ verò digressiones & homiliæ, quarum unam de Psalmis p. 200: alteram p. 484. è *Basilio M.* tertiam p. 568. è *Cyrillo;* quartam p. 858. è *Gregor. Naz. Orat. 2. de Pascha* decerptam inseruit; itemque Vitæ Prophetarum, quas undecunque corrasas à pag. 344. usque ad p. 380 & Pauli Apostoli quam à pag. 552. ad p. 560. recoxit quàm impertinentes & tædiosæ sunt? Quid Confessioni Justinianeæ in Synodo Constantinop. Oecumenica V. promulgatæ, quæ paginas ipsas quinquaginta occupat, cum scripto chronologico? Multa etiam longè quàm classici autores omnes aliter, quasi deliberatò à via regia exerrans tradit, ut de cæde Domitiani p. 592. de morte Philippi senioris Imp. p. 630: de obitû Zenonis Imp. p. 785. Ducentorum verò annorum περιχρονισμὸν committit cum sub a. 1. Olymp. 219. Manetem hæresiarcham Nerva imperante διδάξαι καὶ ὀχλαγωγῆσαι scribit: & quis numerum inscitiarum omnium ineat?

quem qui scire velit Libyci velit æquoris idem
discere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ.

De autore hujus Chronici cujas fuerit & quando vixerit comperisse videor fuisse Constantinopolitanum. Nam res urbanas à Constantino M. per trecentorum annorum decursum curiosè consignavit, notatis quorumvis accidentium mensibus ac diebus, easque solas; non admiscuit, ut factum in prioribus, Latinorum aliarumve gentium gesta, ubi Eusebium & alios chronographos exscripsit. Tradidit successiones Im-

Imperatorum Orientis, Patriarcharum, Præfectorum Urbi, seditiones à plebe, incendia, oppugnationes ab externis hostibus, prodigia, terræ motus, cerimonias & cantiones peculiares in Ecclesiam introductas, templorum & ædium aliarum extructiones; & in his rebus describendis nomina mensium quibus à Macedonibus acceptis utebantur Constantinopoli, usurpavit; quod vel unicum pro charactere gentili scriptoris suffecerit. Et hinc *Constantinopolitanum Chronicon* potiùs, quàm Alexandrinum inscribi convenit. Vixisse autem sub Heraclio & spectatorem fuisse eorum quæ anno ejus Imperii XVI. à Chagano rege Avarum obsidente Urbem acta sunt, satis manifestum est; & quod Tertullianum p. 542. adpellat Ῥωμαῖον, & mensium apud Latinos nomenclaturas exprimens Romanorum eos nominat, argumento est eum non attigisse illa tempora quibus glifcentibus inter Orientale & Occidentale Imperium odiis Græci se *Romanos* & Thraciam in qua Constantinopolis, nova Roma, *Romaniam*; Italos verò & Imperio Occidentis subjectos, cujuscunque nationis, *Latinos* vocabant. Recentior enim Græculus Tertullianum Λατῖνον, & menses istos Λατίνων nomine denotasset. In Sicilia verò delituisse primùmque ibi repertum ab Antonio Augustino & Hier. Surita communicatum Sigonio & hinc Panvinio, Casaubono, Scaligero, aliis familiare factum nemo mirabitur, qui Græcis usque ad a. 820. Siciliam paruisse noverit. Sed index Impp. quem p. 438. legimus à recentiore quodam est & in ipsâ Siciliâ huic Chronico adjectus, quia in Constantinô Monomachо desinit: à cujus obitû, qui in annum Chr. 1054. incidit, omne imperium insulæ Græci amisêre, Normannis post pulsos Saracenos eam occupantibus, & propterea qui in Sicilia de Impp. Græcis commentaretur, non ultrà reperiebatur. Non dissimulandum tamen est, utcunque multis nævis oblitum sit Chronicon istud, ad epocharum rationes intelligendas, quarum initia diligentissimè adnotavit autor, & supputationes temporum ac terminorum in historia sacra ac profana, maximè autem eventorum Constantinopoli, percipiendas utilissimum fore, si qui ei rei adhibere voluerint; quo consilio publicatum à *Scaligero* & integrius à *M. Radero* exhibitum, in beneficio habemus, operamque exornando ei impendimus. Sub a. 4. Ol. 227. Aquilæ Pontici ejus, qui Bibliorum Græcus interpres fuit, historiam pau-

paucis attingit Chronicograph⁹. Ejus verba, quia non percepit *Raderus*, exponenda sunt. Ἀκύλας ἐγνωρίζετο, ὃς ἦν πενθερὸς Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως. Ἦν δὲ ἕλλην ὡς Ἀδριανός, ἀπὸ Σινώπης τοῦ Πόντου ὁρμώμενος, id est, *Aquilas qui socer erat Hadriani, cœpit clarus haberi. Erat autem gentilis, seu paganus, uti & Adrianus, Sinope urbe Ponti oriundus. Raderus* τὸ Ἕλλην interpretatur *genus Grajus*, & refert ad Hadrianum; quod ideò falsum est quia Adrianum Afrum fuisse, è Dione constat; & cum eô quoad natales Aquilas Sinopensis convenire non potuit. Superstitione verò Adriano Ἕλλην Aquilas similis quia nec Judæus, nec Christianus. Sub a. 4. Olymp. 234. de Consulibus Braduâ & Varô: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐσφάγη Αἴλιος Ἀντωνῖνος ἐν Προικοννήσῳ, ὢν ἐτῶν ξζ. *His COSS. cæsus est Ælius Antoninus in Præconneso: vixit an. LXVII.* illustris rei literariæ IIViri *Scaliger* & *Salmasius*, ille *anim. ad Euseb. f. 202.* hic *not. ad Julii Capit. Antoninum Pium* istud ut *portentum fabulæ*, ut *falsum & absurdum* traducunt. Et ita esse in propatulô est si de Æliô Antoninô Imp. quem sua morte in villa Lorio duodecimo ab urbe in viâ Aureliâ miliario obiisse historici *Capitol. Eutropius Cassiod.* consentiunt, intelligamus. Sed scriptoris hanc ῥῆσιν de Antonino Pio non esse ex adjecto annorum ætatis numero, LXVII. quem decem integris annis superavit Imperator (natus quippe a. U. 839. Domitiano XII. & Dobabella COSS. defunctus a: U. 916.) evincitur. Quia enim de annis ætatis ejus sententiæ variant, dum alii LXX. alii LXXII. alii LXXIII. alii LXXIV alii LXXV. alii LXXVII. eidem tribuunt; ad neutrum a. horum cum suo calculo accedit noster, sed ab omnibus dissentit, de aliô quodam hoc loco non de Imperatore, egisse existimandus est; & tentanda igitur quovis modo compositio, quàm error imputandus immerenti. Monstrabo ad hanc viam; eâ incedat me duce, cui videbitur. Librariorum facinora in libris veteribus & supinitas in enotando plus-satis nota sunt; insuper quàm fœcũda *errorũ mater sit similitudo*. Cum igitur duas lineas, quæ similibus & consonantibus aliquâ vocabulis constabant, in quarum una de Arrii Antonini cæde in Proeconneso a. æt. LXVII. altera de Ælii Antonini Imp. obitu in villa Lorio a. æt. LXXVII. erat perscriptum, in prototypo legerent, unam tantum nim. priorem expresserunt, nomine Ælii, quod notius esset, & quòd de Imperatore solo utramque loqui existimarent, ex altera repetito. Constituto autem, juxtà conjecturam hanc, lectionem primitivam talem fuisse: Ἐπὶ

Digitized by Google

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐσφάγη Ἄῤῥιος Ἀντωνῖνος ἐν Προικοννήσῳ ὢν ἐτῶν ξζ.
Ἐπ' αὐτῶν τῶν ὑπάτων ἐτελεύτησεν Αἴλιος Ἀντωνῖνος ἐν Λωρίῳ ὢν ἐτῶν οζ.

& quàm facile errare notariorum oculi hic potuerint perſpicuum eſt. & ita ſuppleta lacuna de portentoſâ narratione excuſatur autor. Fuiſſe autem Antoninum quendam Proconſulem innuit his ipſis Conſulibus *Caſſiodorus* & qui hunc exſcripſit *Marianus Scotus*; apud quos tamen duo paria COSS. quæ inter *Braduam & Varum*, itemque inter *M. Aurel. Anton. Cæſ. III. & L. Aurel. Cæſ. II.* nominant abundare alii Faſti omnes Græci & Latini ἀπὸ μιᾶς adſerunt, & Proconſul cum Conſulibus ſcripturæ vitio confuſus eſt. Iſti *Antonino Proconſuli* nomen fuiſſe *Arrio* inde colligere licet, quod eodem Arrium Antoninum Procos. Aſiæ, Nerva imperante, *Victor in Nervâ & Plin. l. 4. Ep. 3.* avum maternum Antonini PII, itemque alium æquivocum itidem Aſiæ Procos. ſub Commodo *Lampridius* memoret; & ſic qui ex eadem familia eandem Provinciam, ſucceſſivè rexerunt, idem nomen habuerint; cumq; Prœconneſus ad Aſiam ſpectaverit, adparet cujus provinciæ Proconſulem egerit. Hac indagine opus non fuiſſet, ſi aliunde de iſto in Prœcoñeſo quacunq; de cauſſa trucidato Proconſule expiſcari potuiſſem: ſilent a. hic mihi oracula omnium, quos conſulere potui, hiſtoricorum; Fortaſſe alius felicior erit in iſto inveniendo, in quo quærendo me fruſtrà eſſe defatigatum conqueror; & de quo nunc opinari ſolùm licet, id verò tunc ſolidum ſciemus. Convenire verò cum *Capitolino*, qui anno ætat. ſeptuageſimo periiſſe Antoninum ſcribit, numerum quem in Chronico noſtro legimus ξζ. LXVII. quod *Cl. Salm. l. d.* ait, fateor me non percipere; diſſident enim apud me toto triennio; & à XII. Domitiani cum Dolabella usque ad Braduæ & Vari Conſulatûs annum emortualem Antonino annos ſeptuaginta cucurriſſe, omnes editi Faſti refutant. Exactiſsimus *O. Panvinii* calculus *comm. in l. 2. Faſt.* ſeptuaginta quatuor repræſentat. Unde è *Capitolino* numerum minorem *quarto* ſive alium proximum excidiſſe videri poſſet; & huc collimat *Caſaubonus* qui de numero ut in editis eſt *Capitolinum* falſitatis arguit. Omninò ſuſpicor totam illam narrationem ex illis paucis eſſe, quæ in hac ſola Collectione leguntur, alibi non temerè occurrentes.

Sub annô conditi orbis M M M D C C C X X X V I I I. decem plagas Ægypto ob contumaciam Pharaonis immiſſas enumerat:

γ' διὰ τοῦ Ἀαρὼν ἐν τῇ ῥάβδῳ. αἷμα, βάτραχος, σκνίψ.
καὶ β' διὰ ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς κυνόμυιαν, θάνατον, ἕλκη.
καὶ μίαν διὰ χειρὸς Μωϋσέως συνυπουργοῦντος αὐτῷ τοῦ Ἀαρὼν
καὶ ἄλλας τρεῖς διὰ Μωϋσέως μόνου. μία διὰ ῥάβδου, καὶ μία διὰ
τῆς χειρὸς αὐτοῦ χάλαζα, ἀκρὶς σκότος.
καὶ μίαν τὴν τῶν πρωτοτόκων διὰ ἑαυτοῦ ὁ Θεός.

Ipſa Scriptura pœnas quas Aaron ſolus, ab iis quas Moſes ſolus, & ab iis quas uterque ſimul ad divinum mandatum, & ab iis quas Deus ipſe ſine adminiſtris immiſerat diſtinguit: & has cap. 8. Ex. ℣. 24. & c. 9. ℣. 9. numerat duas, inſectorum colluviem ac pecorum mortalitatem; ulcera verò Moſe & Aarone agentib⁹ in corporib⁹ Ægyptiorum pullulavêre. Quare in ſecundô ordine vox ἕλκη ad tertiæ lineæ finē trajicienda eſt; ineptam verò loco qui mendoſus videbatur reſtitutionem *Raderus* adhibuit, dum notam numeri quæ ſana erat movit, aliâ, quam verba Scripturæ non admittant, ſuppoſitâ. Videre utiq; poterat, ſi rem diligentiùs excuſsiſſet, in ordine tertiô plagæ nomen deficere, quod in ſecundô abundaret. Quin & in quarta linea pro *μία διὰ ῥάβδου* legendum eſt *δύο*, ſcil. grando & locuſtæ per ſublatum à Moſe protenſumque ſcipionem productæ ſunt, ut patet è ℣. 13. c. 10. & 23. c. 9. tenebræ verò per extenſam in cœlum manum c. 10. ℣. 22. *Philo l. 1. de vita Moſis* ſuaviſsimè philoſophatur; tres è terra & aqua, Aarone: tres ex igne & aëre, Moſe adminiſtro; ſeptimam, ambobus operantibus prodiiſſe; tres reliquas eſſe *δημιουργηθείσας δίχα τῆς ἀνθρώπων ὑπηρεσίας.*

Sub a. 3. Ol. 285. de ſecta Vitalianorum, cujus autor Vitalis quidam presbyter partium Meletianarum Antiochiæ: *Ταύτῃ τῇ αἱρέσει καὶ Ἀπολινάριος ὡς Ἀνδολαϊκεὺς τῆς Συρίας Γραμματικοῦ υἱὸς περιέφη*; Raderô interprete; *Hac Hæreſi infectus fuit & Apolinaris, quemadmodum Andolaicenſis Syrus Grammatici filius memoravit.* Græcis corruptis, Latina non meliora exiêrunt; Utriſque providebimus recenſendo rem ab ovô, ut ajunt. Apollinaris Alexandrinus in Syria Beryti & Laodiceæ Grammaticam profeſſus, ad Homeri, Evripidis & Platonis imitationem multa è ſacris ſumto argumento ſoluta & ligata oratione ſcripſerat, & cum fidei orthodoxæ videretur ex animo addictus locum in Eccle-

clesia Laodicena cum filio homonymo meruerat; Ab ejus verò unitate sparsô dogmate de anima Christi, quem corpus è Virgine matre adsumsisse adfirmabat quidem, sed loco animæ Verbum seu Deitatem in eô fuisse docebat, è qua & corpore constaret, quæq; faceret eadem in Christo, quæ ratio in nobis consulit & operatur, pôst discessit, filium habens ὁμόδοξον & in Asianis Ecclesiis adprobatores quàmplurimos, dictos inde *Apollinaristas*. Horum heterodoxiam Vitalis iste amplexus & Antiochiæ hæreseôs suæ sectatores nactus est quos *Vitalianos* adpellarunt. E quibus adparet in Chron. nostro ita legendum esse: Ταύτῃ τῇ αἱρέσει καὶ Ἀπολινάριος ὁ Λαοδικεύς Ἀπολιναρίου τῆς Συρίας Γραμματικοῦ υἱὸς γεγονὼς προέστη, quę interpretor; *Huic hæresi Apollinarius Laodicenus Apollinarii in Syria Grammatici filius præfuit.* Sub a. 4. Ol. 289. de Imp. Theodosio, quòd templa ubique repurgata Orthodoxis reddiderit, καὶ διώξας ἐξ αὐτῶν τοὺς λεγομένους ἀριθμοὺς Ἐξωκιονίτας, τοὺς δὲ ναοὺς Ἑλλήνων κατέστρεψεν ἕως ἐδάφους: *expellens ex iis Numeros seu Manipulos dictos Exocionitas.* Arianos ita adpellatos fuisse Constantinopoli ex Alarici Gothi descriptione hac, ἦν δὲ Ἀρειανὸς τῷ δόγματι ὁ ἐστιν Ἐξωκιονίτης, & *Cedreni in Justiniano* verbis colligitur. Causa adpellationis à loco ubi sacrorum causa convenirent & plurimi habitarent, qui Ἐξωκιόνιον; quod erat χρύσεον τεῖχος παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κτισθέν. Ἔξωθεν δὲ ἵστατο κίων ἔχων στήλην τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ τούτου χάριν λέγεται Ἐξωκιόνιον: *Codin. Orig. Const.* Numeri Exocionitæ sunt cohortes è Gothis qui in Exocionio separatim à Græcis & Latinis morari Impp. concessione solebant, lectæ. *Fr. Dousa* à sex columnis ἑξακιόνιον adpellat; sed ego *Codino* hic credere malim. Sub a. 3. Ol. 296. COSS. Arcadio Aug. VI. & Probo: ἐπὶ τούτων ὑπάτων ἐκάησαν αἱ θύραι τοῦ ἱππικοῦ σὺν τῇ πρανδιαρίᾳ καὶ προσπαρακειμένοι ἔμβολοι: *His COSS. ostia Circi cum prandiara & circumpositis porticibus conflagrarunt: Raderus.* Putarim ganeas nominatas esse πρανδιάριον quod ibi prandia pro adventantibus & aliis sine lare proprio viventibus pararentur venderenturve, quas alibi ἐργαστήρια τὰ ἔχοντα βρῶσιν καὶ πόσιν adpellat. Πρανδιοπράται his scriptoribus sunt caupones qui vendunt prandia, & excipiunt cœnaturientes. Sub a. 4. Ol. 298. de reliquiis Josephi Patriarchæ & Zachariæ patris S. Johannis Baptistæ per scalam Chalcedonensem translatis Constantinopolin: βασταζόντων

τι αὐτὰ λείψανα ἐν γλωσσοκόμοις δυσὶν Ἀπίων πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καὶ Μωϋσέως ἐπισκόπου Ἀνταράδου Φοινίκης καθεζομένων αὐτῶν ἐν βυρριχαλίοις: *Rad. sedentibus ipsis in Burrichaliis:* Exponit autem Burrichalia navigii genus; Eam glossam quia nullo autore idoneô adminiculata est juste reprobamus; Βυρρίχαλια autem de equis, sive equorum stratis intelligimus. Βούρριχος, *mannus*, in vet. gl. Mannis autem seu caballis minutioribus & mulis uti consuevêre personæ sacræ ne seculari equitantium pompa delectari viderentur. *Hieron. in Eccles. 10: Dignitate prælati vias publicas mannis terunt, quos vulgò buricos vocant.* Ex iis, quæ sub a. 3. Olymp. 319. COSS. Johanne Scythopol. & Paulino qui fuere a Chr. 498. referuntur de orto à Prasinorum factione tumultù, igne à populo Chalcæ hippodromi injecto, emendari potest *Victor Tunnun. Chronico*, ista sub COS. Probo, qui fuit a. 513. commemorans ita; *incendium in urbem miserunt, combustaq; est civitas* ἀπὸ τῆς κιλυῆς *quod vocant usq; ad Constantini forum suprà longitudinem plateæ columnarum XCIV.* ubi Χαλκῆς reponendum. Et mox *Vitalianus cum manu valida Barbarorum Constantinopolim veniens in Sosthene sedit;* leg. *Sostheneo;* hoc enim nomine vic⁹ CPoli, in quo templum archangeli Michaelis. *Ced in Bas Maced.* olim Λεωσθένειον. De proximi anni Consule Ἰωάννη Κυρτῷ ridere licet Interpretem, quòd *Curtum* adpellat, quem omnes alii Fasti Latini *Gibbosum; Vict. Tunn.* autem *Gibbum.* Sub a. 3. Ol. 324. narrat noster Anastasium Imp. vidisse in somnis astare sibi virum λευχείμονα (vocem λευχήμων, quę in *Raderi* editione est, non admittit analogia; λευκοχήμων tolerari posset) *albis indutum* & prolato evolutoque codice & lecto Imperatoris nomine, dicere, Ἴδε διὰ τὴν ἀπληστίαν σου ἀπολείφω ιδ, *Ecce propter inexplebilem avaritiam tuam deleo XIV. annos;* & numer digito delevisse. Visum a. seu somnium hoc mors Imperatoris paulo pòst comprobavit. Sed cum res Anastasi examinantur nihil commisisse propter quod avaritiæ notam subire debuerit deprehenditur: Contrà fuisse munificentissimus, quòd tributum χρυσάργυρον dictum, βλάσφημα τῆς αἰσχροκερδείας, quod non tantùm homines liberi, servi, mendici, scorta, ὑπὲρ σκυβάλου κοπρηροῦ καὶ δυσοδμίας ἔργου, sed & de equis, mulis, asinis, bobus, canibus fisco, à Constantinô M. inde, *Zosim. l. 2.* pendere cogebantur, tabulis publicis inspectante populo exustis aboleverit: *Zon. t. 3. Const. Man. ann. p. m. 119.* quòd Eccle-

Eccleſiam C Politanam reditu ſeptuaginta librarum auri dotaverit eũ in finem ut exequiæ ſine ſumptũ privatorum & gratis fierent, edita in hanc rem ſanctione quę ſexta lex eſt *C. de ſacroſ. Eccl.* & quòd Theodoſio Cœnobiarchæ in Palæſtina congiarium triginta librarum auri in pauperum & fratrum ægrotantium uſ9 obtulit: *Baron. ſub a. 511. è Cyrillo Palæſtino.* Inventum autem χρυσοτελείας ſeu aurariæ pro præſtatione tironum penſionis, quod in eum referunt *Evagr. l. 3. c. 43.* & *Niceph. Call. l. 16. c. 44.* imprudentis potiùs quàm avari principis fuit, cum adæratis capitib⁹ indictorum tironum & venditis militaribus ſtipendiis delect⁹ negligerentur & non eæ copiæ numeriq́ue eſſent Imperii quæ Barbaris reprimendis ſufficerent. Et quod canonem annuum tributorum etiam pro iis quos fames, peſtis, bellum vel attriviſſet vel abſumſiſſet aliquando coëgit præſtare vicinos, eam iniquitatem ſtatus REIP. & Barbarorum inſolentia videtur ſive ſvaſiſſe ſive exegiſſe, à quibus quia ferro ſummoveri non poterant auro pax fuit redimenda. Aliud igitur fuit, cujus iſto viſo inſimularetur Imperator nim. κακοπιστία quam *Zonaras* exprimit, execrabilius multò crimen, propter quod etiam nomen ejus e ſacris diptychis eraſum eſt. Fovit enim hæreſin Synchyticorum ſeu Eutychianorum de confuſione naturarum in Chriſto, Acephalorumq; , vel Hæſitantium, Manichæiſmi etiam reus, ac adſertores Concilii Chalcedonenſis Orthodoxos variè adflixit. Prætereà, ſi *Vict. Tunnunenſi* & *Lucæ Tud.* credendum eſt, *Evangelia tanquam ab idiotis compoſita Evangeliſtis reprehendit & pravè correxit*: cujus impietatis ſe veriſſimum vindicem Deum expertus eſt; nam de cœlo contrà eum dimicatũ eſt, ipſeque fulmine tactus interiit, ut à majore Hiſtoricorum parte traditur. Non diffiteor tamen potuiſſe etiam avaritiæ vitium Anaſtaſio imputari à nonnullis, quos noſter fuerit ſecutus; quòd in Principum vitam moresq́; fama inclementior ſoleat eſſe, notatumq́ue ſit in iis qui cupiditatibus omnium, præſertim ſacri ordinis, ſemper obſecuti non eſſent, etiam levicula, etiam ſilenda omnia fuiſſe in culpam tracta ab hominibus in utramque partem nimis vehementibus, & qui præ ſtudio verum interdum videre aut nequibant aut nolebant; unde illæ, ut cauſſæ ſaltem inſerviretur & animi acerbitati odioque ſatisfieret στηλιτευτικαὶ & Invectivæ in Principes cæteroquin ſatis commodos & qui obſequiis ac cultu, quem etiam peſſimis debebant illi, mitigandi,

vel piè fortiterque tolerandi erant, non exacerbandi animorum impotentiâ & contumeliis.

Sub a. 3. Ol. 325. de regis Lazorum, cum à Justino Imp. suscept⁹ in tutelā, sacro fonte lustrat⁹, regno auguraretur, habitu: *Φορέσας στέφανον Ῥωμαίων καὶ χλαμύδιν ἄσπρον ὁλοσηρικόν, ἔχον ἀντὶ πορφυροῦ χρυσοῦν βασιλικὸν ταβλίον ἐν ᾧ ὑπῆρχεν ἐν μέσῳ στηθάριον ἀληθινὸν μικρὸν τοῦ βασιλικοῦ χαρακτῆρος Ἰουστίνου.* E *Rad.* versione nemo rationem ejus vestitus arripuerit, ita mire turbat. Hoc verò significant Græca; *Gestans coronam Romanam*, qui Imp. Rom. de cætero pro domino agniturus erat, *chlamydem albam holosericam, prætextam, loco purpurei, aureo regio clavo &* (*Ταῦλιν* enim & *Ταβλίον* non *palla* ut visum *Radero*, sed rotundus clavus est quô tunicæ Imperatoriæ solebant inoculari:) in cujus medio *thoracetenus expressa ad vivum imago* (hæc enim *στηθάριν ἀληθινόν*) Imperatoris Justini sive adfixa sive insuta; cui simile est in moribus nostris quod Principum quorum beneficiis & servitiis vivimus *πορθμὰς* ex auro vel effigies thoracidas anaglyphas, sed collo dependentes gestamus, perinde ut heraldi & pedites in exercitu insignia Principum suorum colobiis insuta. *στηθάριον* etiam est quodcunque iconisma, staticulum, instar seu statua *μέχρι στήθους* efformata, non perfecta, sculpta, cælata, fusa. Ita noster sub a. 3. Ol. 298: *ἀφιερώθησαν στηθάρια γ' ἐν τῇ Συγκλήτῳ Ὀνωρίου καὶ Θεοδοσίου Αὐγούστων καὶ Πουλχερίας Αὐγούστης ἀπὸ Αὐρηλιανοῦ δὶς ἐπάρχου τῶν ἱερῶν πραιτωρίων καὶ πατρικίου.* Anno quintô imperii Justiniani cum à factione Prasinorum gravissima in Circo Constantinopolitano exorta esset seditio *ἡ Νίκη καλουμένη*, descripta à *Procopio L. 1. Pers. f. 39. & l. de ædif. Justin. f. 2. & Zonarâ*, qua non tantum ædificia nobilissima quàmplurima, templa, palatia, Xenodochia, porticus conflagrasse, sed & hominum quadraginta millia intra urbem mactata fuisse produnt, Imperator ad sedandam eam in Circum prodiit, occupatoq; tribunali manibus Evangelium gestans, de remissione hujus offensæ populo, modo paulisper quiesceret, juravit. Isti promisso etiamsi juramento firmato non ab omnib. habita fuit fides; sed ab insana plebe Imperatori acclamatum fuit, *ἐπιορκεῖς Σγαύδαρι*, *pejeras Sgavdari*, ut vertit *Raderus*. Popularis istius convitii significationem hactenus ignotam è *Procop. l. ἀνεκδότοις* videor eruisse; Is Justinianum à dicace & semper querulo vulgo Constantinopolitano

ὄνο

ὄνον Asinum agnominatum fuisse scribit, quia subinde auriculas, quas fortasse majores extantioresque habebat, similis regis Frisiæ nepoti Autindelino, qui ob idem *γενικὸν πάθος Rex Ezeloer* cognominatus est, *Joh. de Leidis Chron. Holl. l. 1. c. 12.* asinorum more, *τῶν τετραπόδων ἐδὲν ἧττον*, motitaret. Fecerant idem Ægyptii Ocho regi Persarum, ultos se satis rati, si *παχυτάτων καὶ ἀμουσοτάτων* ob Typhonis memoriam execrabilis animalis nomine hostem, & mox victorem exosum incesserent; sed quos iste falsè repressit; *atqui*, inquiens, *iste asinus vestrum bovem devorabit Plut. l. de Is. & Osir.* Idiotismo igitur quodā suo Constantinopolitani asinum *γαύδαρον*, sive *γαύδαρω* adpellaverint; sed unde hic ipsis natus, vel e cujus gentis linguâ petitus, acutiores videant. Si vocabulum, quod alibi his literis & syllabis non legitur, hoc loco menda inquinatum esse liceret suspicari mihi, adferrem adpellationem contumeliosam & furori plebis & Imperatoris actionibus convenientem, arreptam ex Italicismo, qui inter Europæorum linguas Constantinopoli fuit usitatissimus semper, hanc: *Ἐπιορκεῖς Σγόνδαρι*, i. e. *Falsò dejeras latitator*, fugitive, furtive. Imperator cum videret in Circo tumultuantes & tàm contrà se quàm contrà optimates domus Augustæ procaciùs vociferantes, cedens tantisper insanientibus, quos in Anastasium Imp. simili *σάλῳ* saxa conjecisse meminerat, in regiam se abripuit. Cum verò immissis in eos militaribus globis & trucidatâ innumerabili multitudine nullus tamen turbarum finis esset, & his pejora metueret (videbantur enim in palatium irrupturi) die Dominica adscendit in Circum & manu gestans Evangeliorum codicem, super quo jurare solenne erat, oratione leni & juratâ impunitate illos demulsit. Eam verò non adtendentes isti, neque sacra reveriti, sed facti cæde suorum efferatiores, Imperatorem impudentiùs convitiari incipiunt, quasi qui pridie fugisset, & quæsivisset præ metû latebras; hoc enim Itali *asconder* adpellant, nunc verò verbis in speciem blandis rem confecturus quam violentiâ curare tentaverat proreperet. Sed quod non intelligo, id nec mutare meum est. Quare de edita lectione stabilienda omnibus modis laboremus; & fortasse non erimus frustrà.

De *Illo* qui ædem S. Eirenes extruxit, Zenone imperante, cujus l. d. mentio fit, *Radero*, quis fuerit, quærenti, ista; *Hillo* patricio Basiliscus Anti-Cæsar belli contrà Zenonem summam commiserat ut & Trocun-

conferebantur numus pondere 12. scrupulorum h. e. semiuncialis. Γραμματα ἓξ enim seu scrupuli sex didrachmo æquivalent. *Raderi* interpretatio, sex literis insignitum fuisse istum numum, *ἰνα ἀμαθίας Καύκασον ὑχ ὑπερβαίνει*; Exhibent enim antiquarii numos Impp. CPolitanorum, qui utrinque ὁλογραμμάτους voces præferunt, non siglas. Sub a. 14. Heraclii Ol. 351. Sergio Patr. Constant. sedente institutum esse scribit, ut caneretur cum sacra mysteria percepissent omnes, tàm clerus quàm laici, ἐν τῷ μέλλειν τὰς κληρικὰς ἐπὶ τὸ σκευοφυλάκιον ἀποκαθιστᾶναι τὰ τίμια ῥιπίδια, δισκάρια, καὶ ποτήρια, καὶ ἄλλα ἱερὰ σκεύη: i. e. *cum jam in armarium reposituri essent venerandas sportulas* corbes, *lances*, *pocula*, *& alia sacra vasa*. Ῥιπὶς vas est è vimine, ἐκ ῥιποῦ contextum; unde ῥιπίδιον corbis, canistrum, sporta è calamis seu virgis plexa, ἐν ᾗ τὰ φορτία, quicquid portari de loco in locum solet, ἐπιτίθεται. Usum talium fuisse in sacris Ecclesiæ veteris *Hieron. Ep. ad Rusticum monachum de Exuperio Tolosæ Episcopo* docuerit; *Nihil*, inquiens, *illo ditius qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro*. In talibus panis mysticus ad ægrotos deferri solebat, ut hodiè in pyxide argentea deaurata. Hîc cartalli seu cophini, in quos componebant sacram supellectilem, cum à mensa in sacrarium referenda esset, intelligendi sunt; aliàs ῥιπὸς etiam φόρμιον, ψίαθον, storiam, seu tegiculũ de scirpo factum, quo pavimenta, sellæ, mensæ insternuntur significat. Sed ea notio huc nihil pertinet; uti nec illa qua ῥιπίδιον muscarium exponit *Raderus*. Cui enim usui in administratione sacræ Cœnæ μυοσόβαι, quæ propterea ἱεροῖς σκεύεσιν adnumerarentur? Reliqua hujus ῥήσεως leviter adhuc corrupta sunt; sed quæ emendabimus alio loco. Παρατραπέζιοι, *admensales*, videntur fuisse qui inter sacræ liturgiæ actus mensæ velut ministri adstarent; nostris etiam moribus noti.

Κοινωνικὸν est hymnus qui sub administratione Cœnæ cani solebat. *Meursius*, puto, fallitur, qui *post communionem sublato sacro pane psalli solitum* sic vocatum fuisse docet, *Gloss. p. 318*. Adparet enim è textu, quem è *liturgia Chrysostomi* producit, chorum cecinisse κοινωνικὸν postquam sacerdos manum admovisset sacro pani, πρὸ τοῦ ποιῆσαι τὴν ἁγίαν ὕψωσιν. Fiebat autem ὕψωσις ista ante sacerdotis ac cleri participationem seu sumptionem ac populo distributionem, & pars erat actuum sacræ Communionis, ipsa nim. benedictio sacerdotalis. In Latinâ vers. liturg.

Digitized by Google

turg. Chrysost. quam Leoni Thusco adscribunt ita est: *Hac oratione dicta dicit Diaconus*: Attenti simus. *Et sacerdos se inclinans suscipit portionem quæ est in sancta patena & modicum sustollens dicit*: Sancta sanctis. Peracta verò Communione nihil restabat de sacro pane, quod tolli oporteret, ut visum Meursio; & tum hoc troparium canere mos erat: Πληρωθήτω τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεως, Κύριε, ὅπως ἀνυμνήσωμεν τὴν δόξαν σου ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς τῶν ἁγίων σου μετέχειν μυστηρίων. Τήρησον ἡμᾶς ἐν τῷ σῷ ἁγιασμῷ ὅλην τὴν ἡμέραν μελετῶντας τὴν δικαιοσύνην. Ἀλληλούια. *Repleatur os nostrum laude, ut celebremus gloriam tuam, quòd nos sancta tua mysteria participare dignatus es. Conserva nos in sanctificatione tua toto die meditantes justitiam tuam*: quorum cognitio vel ideò delectet, quia ritum Collectæ & Cantionis post sacram communionem in Ecclesiis nostratibus à tanta antiquitate repetitum esse docent. Ita nunc repertam in Chronico isto τὴν Αὐγείου βουστασίαν εἰ δὲ μὴ πᾶσαν, ἀλλ' εἰς δύναμίν γε τὴν ἐμαυτοῦ ἀνακαθήρας, ὀλίγους ὅσους τῶν κοφίνων ἐκφορέσας, ἐπειρασάμην. reliquam ἀμέτρητον ἴνα τὴν κόπρον, cum videbitur, similiter egesturus.

CAP. XVIII.

Medicinaliter dicta in Poëtis & Historicis observata atq; exposita: in Aristophane καρδάμων βρῶσις, nasturtii cibus: in Polybio σκοτωματίζω; hinc lux Lambino & cõmentatoribus aliis circà Plautum: in Strab. & Plut. ποδάγρας ψελλισμός: in Svetonio charta plumbea: item arenarum remedium & arundinum; in Luciano de carnibus asininis: Gariopontus emendatus: de victu Alexandrinorum: in Capitolino tiliaceæ tabulæ: Cinesiæ cognomen Φιλύρινος: Imaginum in pupillis oculorum disparentia lethale signum: in Lampridio tumor circà inguina: Herniosi & calvi suspecti veteribus, derisiq; galericulus inventus pro calvis: in vita S. Walpurgis tripediæ: in Palladio πύρεσις: in Olympiodoro ἡμιμυτιαῖος: in Zonara, mictio versus faciem; linteum imagini Crucifixi prætentum: ἀὴρ nova notione quid: in Psello ὑγρὸς ὕδερος: in Elmacino giummari palmarum; item caro leonina: in Gregorio Turonensi frigoritici: in Homero hasta Achillis è fraxino: in Glossario τετπάναθρον, tentipellium.

In co-

IN eodem pratô bos herbam depascitur, ciconia ranam quærit, puella florem colligit. Similis ratio est lectionis nostræ cum communes autores pervolutamus. Haurit enim ex eorum singulis quisque, sed suo vase & pro judicii sui modo, & quicquid sanguinis spiritûsque habent purioris apis Matinæ more modoque exugit; semper verò avidiùs sectamur & arripimus lætiùs, & tenaciùs servamus τὸ μὴ ἀσύμφυλον, symbolum habentes ad succos nostros sive κεράσιν particulas, & quicquid instituto ac doctrinæ generi nostro convenire quovis modo videtur. Antiquissimorum quorumque & ab incunabulis literarum hoc studium fuisse percepimus. *Philippus Mendæus* omnia loca Mathematica quæ in operibus Platonis, Præceptoris sui, leguntur, singulatim excerpsit & exposuit: *Clearchus* τὰ ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ μαθηματικῶς εἰρημένα: *Palaphatus* ἀπίστων scriptor λύσεις μυθικῶς εἰρημένων: *Galenus* ὁ θαυμασιώτατος, amicis hortantibus, ea quæ in Timæô Platonis ἰατρικῶς λεγόνται se aliquando explicaturum esse promisit *l. 8. de scitu Hipp. & Platon. n. 13*: *Telephus Pergamenus* Grammaticus figuras Rhetoricas in Homero collegit, conscripta etiam Rhetorica Homerica: *Oenomaus Gadarensis* philosophus Cynicus Homericam philosophiam elicuit tradiditque, teste *Svida*, cum divinô poëmate longè plura & præstantiora omnium artium & scientiarum, ipsi etiam Ἡγεμονικῆς seu Βασιλευτικῆς præcepta contineantur: hinc libri X. *Porphyrii* de eo, qui fructus ex Hom. sit capiendus regibus. Horum exempla satis valebunt, puto, in defensionem ejus, quod medica nonnulla, elegantia eruditionis & raritate æstimabilia, apud poëtas & Historicos observata selegerim, facturus pro copia mea ut & hi è quibus enotantur beneficium illustrationis, & illi, quorum usibus ista parantur, τῆς ἐπὶ τὸ πολυμαθέστερον προκοπῆς, si quidem hanc velint sentiant.

In confesso apud medicorum filios est, nasturtium, sinapi, erucam, sisymbrium & cognatas herbas reliquas esse θερμαντικὰς καὶ δριμείας; maximè verò semina earum caliditate & acrimoniâ pollere; unde aperire obstructa, attenuare, incidere & dissecare humores crassos consequitur. Tantum hac facultate præstat nasturtium, ut à nasi tormentô nomen accepisse *Varro*, *Dioscorides* ἔμμηνα κινεῖν, *menses ciere* l. 2. c. 175. εὔζωμον verò seu erucam esse θερμικὸν c. 170. scripserit: huic verò quoad potestates simile esse semen nasturtii, c. 175. *Aristophani*

igitur, qui apud *Svidam* quendam quòd herè nasturtium comedisset stranguriam inde pati querentē inducit quid faciem? ? Persarū qui ut quàm rarissimè emungerentur, spuerent, mejerent, temperantia in disciplinam versa crebroq; nasturtii usu profecerant, experimentô factū est ut id urinas supprimere crederetur & sputa; idq; ob vim siccantē qua materiam absumeret vel dissiparet vel quòd eam diverteret accidere potuit. Propriâ igitur virtute remorantes urinas, & quicquid in earum viis hæret propellere; aliena, τῇ καὶ ἄλλο, cohibere & parcum earum fluxum præstare dicendum fuerit. Sic Aristophani medicos conciliabimus. Non enim suffecerit κάρδαμα ἐπισχετικὰ τῶν οὔρων καὶ πτύσματος fuisse populari persuasione, eamque secutum Poetam, cum medicos idem profiteri audiamus. Sic enim de nasturtio *Theodorus l. de diæta c. 10*: *Calidum est, corpora extenuat, & urinæ difficultatē facit*; quorum sensꝰ intrusa præpositione *ad*, quasi ad urinæ conclusionem solvendam dari velit nasturtium, non est corrumpendus. Respexit n. *Theodorus* ad eos ipsos quos *Svidas* in Κάρδαμα & στραγγουριῶ ejꝰ doctrinę autores habuit.

Apud *Polybium* l. 5. de Antiocho Juniore, Selevci Callinici f. est quòd ei σκοτώματί τινα ἐπιπέπτωκε. Interpres doctissimus & literaturæ Græcæ princeps de vertigine exponit; & est, quod nemo nescit, id genus vertiginis, in quo circulos patiuntur aut *ante oculos adsiduè caliginosa volumina volare sibi vident & quasdam vertigines nigras* laborantes, scotoma, & scotomia Barbaris, ea ratione, qua e σκλήρωμα, σκίῤῥωμα, fecêre *scleromia* & *scirromia*. Sed cum adfectus iste, quem significantiùs σκοτόδινον, σκοτοδινίαν, σκοτῶδες, tenebricosam vertiginem adpellāt, ob inordinatum & circularem spirituum animalium motum in cerebro fiat, nihil in oculis mali hærente, & ferè non nisi se moventibus contingat; Antiochus autem oculorum adfectu propriò fuerit oblæsus, ut probabitur, secessionem faciendam esse censemus. Est verò in Polybio σκότωμα, obfuscatio seu hebetudo visus, quam ἀμβλυωγμὸν Græci Latini Caliginem, *Celsus* offusas oculis tenebras vocat, imperfecta & falsa visio sine circumrotatione, modò à spirituum, modò à tunicarum, modò ab humorum vitiis orta, & varios oculorū morbos consequens debilitas. Ejusmodi adfectu quodam laborasse Antiochum Comicus *Pœnulo a. 3. sc. 3.* insinuat, ubi *molliter regi oculos curari solere* Collybiscus ἰατρολογεῖ. Pervertunt enim viri docti mentem Comici καὶ

ἐπ-

ἐν δυοῖν τρία ὁρῶσι, qui per *oculos* regis consiliarios & præcipuos aulæ intelligunt, & metaphoram adfingunt voci propriissimè accipiendæ. Fuit etiam aulæ Persicæ propria ista βασιλεοπατέρων adpellatio, ut dicerentur *Oculi*; hic autem de Syriæ rege sermo est, quem Persicis moribus aulam formasse suam quis nobis verosimile faciat? Delicatam igitur oculis hebetibus regis adhiberi consuetam ut discuteretur caligo & acutiùs cerneret medelam, suæ cuticulę adplicat iste & optat ei mollitie adparatuq; alio similem in lustro sibi contingere. Quin quod *Polybius* subdit de consilio medicorum (inter quos Apollophanes ὁ ἀγαπώμενος ὑπὸ τοῦ βασιλέως διαφερόντως) dato regi σκοτωμένῳ nim. δεῖν ἅμα φωτὶ ποιεῖσθαι τοὺς περιπάτους ὑπὸ τὸ ψῦχος: h. e. *eos imperasse ut luce prima, dum adhuc rigidiusculus aer, prodiret ambulatum*, planè isti morbo, caligini oculorum competenter excogitatum est. Commendat enim in hoc curando cursus, exercitia infernarum partium, frictiones, & *deambulationes in locis umbrosis* è *Demosthene* & *Galeno Aetius tetr. 2. s. 3. c. 44. & 48.* quas vertiginosis præscribere inutile fortasse fuisset, vel certè non tàm præsentario adjumento.

Plutarchus narrat de Sylla, quòd Athenis versanti ἄλγημα ναρκῶδες μετὰ βάρους εἰς τοὺς πόδας ἐνέπεσεν, *dolor quidam stuporque cum gravitate pedes invaserit*. Eum verò à *Strabone* vocari ποδάγρας ψελλισμόν; *Interpres* reddidit, *podagræ balbutiem*. Dolor, molestia in sensu objecti improportionati à solutione continui in membranis, excludit stuporem; & stupor qui sopitio vel labefactatio sensûs est sive ob partis cōstitutionem ita vitiatam, ut à spiritu animali adfici nequeat, sive ob spirituum sensui destinatorum defectum, dolorem vicissim; veluti sensus, sensus privationem, & contrà. Unde morbum Syllæ qui à dolore & stupore simul describitur, complicatum fuisse, non unum simplicem, & illius quidem caussam in membranis, hujus in ligamentis, tendinibus, musculis & nervis hæsisse colligitur: fortasse etiam caussæ ipsæ diversæ fuerunt & quæque suum subjectum peculiariter adfecit; una solvendo continuum circa juncturas, salinæ proprietatis; altera instrumenta sensuum mercuriali & narcotico sulphure adficiendo, quarum læsionum utramque in pareticis à scorbuto & colica hodiè observamus. Podagrici ab humore frigido & crura tumentes, de quib⁹ Plutarchum exponit *H. Gabucinus comm. de Podagra* p. 38. dolore quidem non tàm

acuto tentantur, sed eo μετ' βάρους & gravante potiùs quàm lancinante; cum tamen νάρκην, quæ sensus abolitio est, adpellare non licet sine impropriissimæ locutionis vitio. Aptè verò *Strabo* ποδάγρας ψελλισμὸν, *podagræ compedes* (*balbutiem* enim suam Interpretibus remittimus) vocavit adfectum, à quo & dolere pedes & mot⁹ impedimentum hæsitantiamque à stupore velut injecta ponderosa pedica sentiret Sylla. Ψέλλιον enim in hippocomice est torques ferre⁹ in freno, quo mentum equi substringitur, maximi ad retinendum effusi s currentē momenti. Hinc ποδοψέλλον circulus sive ferreus sive ligneus cui fugitivorum damnatorumve crura inseruntur: qui inde ἐγκαλιοσκελεῖς & δεδεμένοι ἐν τῷ κύφωνι *Athen. l. 8.* Tacticorum scriptoribus munimenta crurum manuumque, quæ inter militum σκευη numerantur, sunt ποδοψελλα & χειρόψελλα σιδηρᾶ ἢ ἐξ ἑτέρας ὕλης, pericnemides & manicæ. In *Strabonis* Γεωγραφικοῖς, quæ sola restant, ista hodie no legim⁹; vel igitur ex ejus ὑπομνήμασιν ἱστορικοῖς, quorum l. 1. ipse meminit, sublecta sunt, vel e *l. 7. Geogr.* in quo immanem lacunam, quæ quomodo suppleretur nondum repertum est deprehendimus.

Neronem Principem citharœdis, histrionibus, phonascis & cæteris id gen⁹ artificibus, qui voce exercerentur & rem factitarent in theatris operam dedisse adeò diligentem, ut nihil omitteret eorum quæ istos conservandæ vocis causa vel augendæ, vel varie formandæ sive agere sive pati edoctus esset. Hoc consilio porrò sæpissimè usus est, quod voci splendorem adferre ex oleô comesum sciret, Plin. l. 19. c 6: l. 20. c. 6. eodem *plumbeam chartam supinus pectore sustinere* & clystere vomituque purgari & abstinere pomatis cibisque officientibus, ut voce λαμπρᾷ λευκῇ καὶ σαφεῖ, canora plena, cum gravitate tinnula leni suavique esset, consuevit: autor *Sueton. c. 20.* Charta plumbea, χάρτης μολίβδινος laminam seu tabulam è plumbô in latum ductitatam significat: Diosc. l. 5 ἐλασμὸς μολίβδινος & πέταλον; qualia ex aliis etiam metallis liquefactis funduntur, vel malleo figurantur. Tales πτύχες inscriptæ literis Arabicis, quæ continerent pœnitentiæ regis Israelitici Salomonis historiam in monte Illupolitano regni Granatæ nuper inventæ sunt. Ita interpretatur *Plin. l. 34. c. 18.* ubi de plumbo, *Nero.* inquiens, *lamina pectori imposita sub ea cantica exclamans alendis vocibus demonstravit rationem.* Eam à Medicis gymnastices professoribus qui non tan-

tantùm vociferationibus & cantibus agonistarum modum præscribebant, sed & vocis variâ exercitatione morbos præcavebant & persanabant, petiisse veteres & inter ipsos σωμασκητὰς traditam propagatam & frequentatam fuisse verosimile est. Ejusmodi autem adminiculo opus habuit Nero, quòd *voce exigua & fusca* esset, procul dubio vel ob primæ partium vocalium, laryngis, tunicæ arteriæ cartilagines succingentis, pulmonum, ista vocis vitia prodentem, conformationis rationem, vel ob τὰ περὶ τὰ ἀγγεῖα γιγνόμενα πάθη, ob affectiones quæ vasis organisve vocis accidere solent; quas caussas varietatis in voce tradit *Aristot. lib.* περὶ ἀκουστῶν. Quæ verò in eô φωνῆς μελαίνας καὶ νεφώδους, *vocis nigræ & nubilæ*, simul exilis, caussa proxima fuerit ex his, nullibi προσωπογραφίας ejus expressum quidem est; sed remedii consideratio de adfectionis caussa aliquid docuerit. Nimirum, cum arteria esset & humectiore & arctiore, pulmone etiam parvo, qui nec multum aeris reciperet, nec validam ejus explosionem pro voce magna & plena suppeditaret, contentione supplebat & impulsione; à qua ne in rupturam vasorum vehementiùs concussorum incideret, thoracem lamina plumbea, æstuantes à validiore motu ejus partes refrigeratura & sanguinem in arteriis venisque ejus effervescentem cohibitura substrinxit. In veterum monumentis conspicimus athletas fasciis robustis frontes, pectora & costas ligatos, venis, ventribus, & scrotis magnoperè inflatis; qui tàm pertinaci spiritus retentione se ostentarent in vincula ipsorum priùs quàm vasa in ipsis rumperentur: an ad similem anhelitûs compressionem, quæ vocem etiam reddit amplam validamq;, proficere Neroni potuerit tabula plumbea, definire non licet, quòd adplicatæ gestatæ ve modus obscuriùs traditus sit, & parcior narratio conjecturas ulteriores præcidat. Ex hisce tamen res, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, satis clara est.

Idem *Sveton. Augusto c.18.* quô descripta forma & statura de corporis ejus notis geniti vis & adscititiis & adfectionibus agit; *Coxendice*, inquit, *& femore, & crure sinistro non perinde valebat, ut sæpe etiam inde claudicaret, sed remedio arenarum atq; arundinum confirmabatur.* Arenarum remedium ψαμμισμὸν vocat *P. Ægin.* l. 3. c. 48. alii ἀμμοχωσίαν, cum ægroti vel super arena litoralem marinam fluvialem ve sive à Sole calentem sive ignidam decumbere, vel in eadem profunda deambulare jubeban-

bantur: vel cum corporibus eorum in arena defossis obrutisque novam subinde calentem adaggerabant; quod remedii gen⁹ hydropicis ad exorbendas aquositates adhibuerunt *Celsus l. 3. c. 21: Dioscor. l. 5. c. 167: Aet. t. 3. s. 2. c. 28. & t. 1. s. 3. c. 9: Gariop. l. 5. c. 11. Plin. l. 31. c. 6: Arena litorum maris præcipuè tenuis & Solibus ardens in medicina est siccandis corporibus hydropicorum & rheumatismos sentientium.* Augusto, quia rheumatismo ad coxam sinistram tentaretur familiariter, tàm ad epotandam fluxionis materiam, quàm ad roborandum articulum, laxitate ejus per arenæ vim siccatoriam correctâ, arenationem conduxisse oportuit. Et hoc rectè à Persiis animadversum est; sed in harundinum remedio ἀλλαοσκοπὶη est Lynceorum. Quod enim ad *Plinium l. 17. extr. & Catonem c. 160.* ubi contra luxata membra carmen, ἐπῳδὴ verborum barbaricorum, jungendum fissuræ harundinum, *luxū uti excantet*, docetur, nos remittunt, quod *remedium harundinum* fuerit non videntur percepisse. Excantatio quippe propriè non est remedium, & magicâ vi verborum potiùs apud male credulos quàm naturali potestate simplicium experientia ac ratione cognitâ conficitur. Satius igitur fuerit de radice harundinis, quam luxatis & spinæ doloribus, ob vim extractoriam, mederi si trita cum aceto illinatur tradidêre *Diosc. l. 1. c. 115. & Plin. 24. c. 11.* intelligere. Cum enim destillationes, anniversarias & certo tempore recurrentes valitudines, expertus sit Augustus, *Plinio, Svetonio, Dione, Solino* testibus; ob crebriores autem catarrhi ad coxam decubitus & dolorum ὑποτρομασμὸς articulos adeò debilitari ut luxetur & excidat os femoris mucoribus supervenientibus, *Hipp. 6. aph. 59.* constet, medicinâ ex arundine trita adplicare locis oblæsis & minitantibus ἐξαρθρισμὸν non inconveniebat. Potuit etiam subclaudo ex imbecilli & luxo crure arundo ea ratione in remedium expeti, quod σχινδαλμοὶ seu assulæ ejus fissæ manu repositum in sedem suam caput femoris continere aptæ natæ essent, si commodè per habenas additas alligarentur; quod corticib⁹ arborum vel lignis excavatis alii præstiterunt. Sanè materies harundinum gratissima fabricis & sectiles earum laminæ ad quæcunque liberet opera aptissimæ fuerunt: *Plin. l. 16. c. 36.*

Asininis carnibus autoritas aliquando fuit, quòd ex jure sumtæ phthisicis benefacerent: meminit *Plin. l. 28. c. 17. & Q. Serenus.* Earum usu sanatum Bathylin Cretensem jusso à Deo Serapide est apud *Ælian. l. 11.*

de

de anim. c. 35. In cibum verò receptos fuiſſe onagrorum pullos in Africa, & aſinarum inſtituto Mœcenatis è *Plin. l.* 8. *c.* 43. *&* 44. notum eſt. De domeſticis doſſuariis iiſque vetulis rarius eſt, ſed à *Luciano* tamen proditum. Ita enim is de aſino in ὁμωνύμῳ· Εἰ μήτε βαδίζειν ἐθέλει, μήτε φορτηγεῖν ἀποσφάξατε αὐτὸν, καὶ τὰ μὲν ἔγκατα τοῖς κυσὶ δότε, τὰ δὲ κρέα τοῖς ἐργάταις φυλάξατε: quod ab Ægyptiorum menſis repetitum eſt etiam apud *Apul. l.* 7. Alexandriæ enim aſinina plurimùm veſcebantur teſte *Galeno* 1. *de alim. fac. c.* 10: 3. *c.* 1. *& l.* 2. *de arte cur. ad Glauc. c.* 11. quem locum exſcripſit *Gariopontus l.* 5. *c.* 5 de elephantiâ his verbis: *Hæ & harum ſimiles cauſæ* (i. e. morbi) *abundant maximè in Ægypto & Alexandria ex aëris vitio & ciborum præſumtione, quia materiam & lentem continuam, & ſalſamenta multa & cochleas & carnes aſininas edant & alia talia, quæ craſſum & melancholicum humorem nutriant vel augeant*: In quibus τὸ *materiam* corruptum eſſe palàm eſt, & mutandum in *farinam*. Eodem enim ordine *farinam elixatam, lentem, ſalſamenta, cochleas*, & ὄνεια κρέα in victu Alexandrinorum nominat *Galenus l. d. & comm. in aph.* 20. *l.* 2. addit ταρίχη τε καὶ πράσα ἐσθίοντας, *ſalſamenta & porra comedentes*, ἐπιπίνειν ζύθον: qui victus planè pravus erat & caudicali provinciæ præfectis fuſtitudinibus, foſſoribus, remigibus, & ſordidis miniſteriis aliis potiùs quàm urbanis ſellulariorum corporibus, quæ Alexandriæ plurima, competebat.

Imperator M. Antoninus Pius, quem ob proceritatem & rectitudinem corporis notabilem utramque & Agamemnoniam regiamque verè κανονίαν adpellare placet, cum ſenuiſſet *tiliaceis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, ut rectus incederet*, inquit *J. Capitol.* Ex *Hippocratis* officina eas acceperat; hic enim ad curandos & retinendos gibbos σανίδας φιλυρίνας μὴ λεπτὰς adhibere juſsit *l. de artic.* non quòd caliditate ſua ſenibus quippe frigidis quidquam opitulari eas, ut *J. B. Egnatius* credidit, ſciret, ſed quia molles flexileſque ſimulque validæ ὄγκους ac extantias membrorum blandè comprimerent & detinerent extuberatura, vinculis adſtrictæ: in quem uſum hodiè thoracibus κυρτῶν καὶ μελλοκύφων ferulas è coſtis cetaceorum inſerciunt, vel etiam thoraces ligneos aut coriaceos ὑποξύλους, qualem fuiſſe iſtum Sannyrionis Comici ſimiliter ὑπερκύπτοντας facturum ut firmior eſſet corporis truncus & vox ipſius plenior validiorque *Ariſtophanes Gerytade* tradidit, talibus ada-

ptant. Tiliam pro *γλωσσοκόμοις* seu canalibus, in quos crura fracta conjiciuntur a chirurgis, medicus quidem Pergami elegerat, ut refert *Galen. comm. 2. ad Hipp. l. de fract. t. 46.* & Cinesias Atheniensis dithyrambopœus *σπινιδώδης, λεπτότατος καὶ μακρότατος*, idem quod Imperator fecerat, *ἵνα μὴ κάμπτηται διά τε τὸ μῆκος καὶ τὴν ἰσχνότητα, Athen. l. 12.* inde cognomen nactus, ut *Φιλύρινος* i. e. *Tilinus* diceretur, & crura ejus *καλάμινα*, i. e. arundinea, quo de l. c. 5. In *Suida* tanto literatore non ferenda est hujus rei ignorantia. A pallore verò, qualis in tilia, & quòd vilia carmina, ut tiliæ lignum leve est, cuderet, sic adpellatum fuisse Cinesiam, narratio est *ὅτι τε γῆς φασὶν ὅτι τε ὀργάνου ἀπολομένη, καὶ παντὸς λήρου ὑπερπέπταται.*

Odio aulicorum, qui erant Commodiani ministri, in Helvium Pertinacem Imp. factum est ut militibus armatis facto cuneo ad ædes Imperatorias venire licuerit; & cubiculo perrupto circà lectum fugientem confodere; addit *Capitol.* inter signa interitus ejus; *Ea die qua occisus est negabant in oculis ejus pupillas cum imaginibus quas reddunt spectantibus visas*: quo augurii seu præsagii figmento nihil ridiculum magis adferri poterat. Observarant medici, à pupillis eorum, qui chronico morbo attriti obituri tandem essent, paulò antè mortem, præter oculorum hebetudines & perversiones, non reddi idola aspicientium & hanc imaginum in oculis disparentiam inter ea, quę instantem denunciarent, habuerant; Hinc *Servius ad Virgil. Physici dicunt*, inquit, *pupillas, quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere, quibus non visis est summa desperatio.* Et hoc nostrâ etiam adseveratione verissimũ est. Qui in mortuorum etiam pupillis imagines conspexisse jactant & hinc observationis illius vanitatem probare posse putant faciunt ut quod nos vidimus ne viderimus, & sunt fortasse nobis oculatiores; sed quærem ex illis an tunicarum in oculis mortuorum lævitatem & nitorem eundem esse quem in vivis observamus adserere seriò cogitent? Neminem tàm absurdum fore speramus, qui dissipatis exhaustisve vitæ principiis adfectiones, istas tunicarum vitiari negaverit. Benè igitur veteres cum pupillæ in ægrotis non redderent imagines, quod vitiata lævitate corneæ (in hac enim vel in aranea crystallini humoris repræsentatio ista fieri videtur) ac splendore, quô species transmitteret reflecteretq; accidit, mortem timendam esse augurati sunt. Vulgus a. hanc auditionẽ malè perceptam etiam iis qui violenta morte perituri erant adpli-

plicare cœpit & hinc ſigna futuræ paulò pòſt cædis in Pertinacis oculis conſpexiſſe nugati ſunt. *Capitolino* quòd fabulam è trivio commentario ſuo inſeruerit ignoſcimus; non n. aliter poterat niſi comperta, ſive vera ſive falſa eſſent, ſcribere cui hoc propoſitum erat, quæ de Imperatorib⁹ ferrentur oſtiatim in literas mittere. Non abſimile vero eſt è voluminibus ſive *Marii Maximi* ſive *Junii Cordi* quem frivola cuncta, ridiculè ac ſtultè multa, ad fabellam uſq; omnia compoſuiſſe notat ſublegiſſe ineptias iſtas, ſecurum de earum examine, quod medicam quandam divinationem ſapere & niti ſapientum experientia viderentur. De *Caſaubono* miramur & ipſum falli potuiſſe. *Servius* enim de accidente in oculis ἀπεγνωσμένων e medicorum ſententia loquitur, in quib⁹ pupularum ἀφάνεια vel tunicarum exiccationem & corrugationem vel abſumtionem ſpiritus & caloris, à quo lumen & ſplendor in tunicis & humoribus, ſequitur, quos Pertinax tum ſanus valensque naturales ac integros habuit. Nihil igitur ad hunc ille.

Lampridio ubi de Imp. Commodo ait fuiſſe *validum adhæc, aliàs debilem & infirmum, vitio etiã inter inguina prominenti, ita ut ejus tumorem per ſericas veſtes populus Romanus agnoſceret*, variæ conjecturæ inferri poſſent: eſt enim obſcurior. Sed quod fuerit ἀτύχημα illud, acclamationes Senatus & populi ſtrangulatō Commodō novo Auguſto factæ exprimunt. Adpellant enim τὸν μονομάχον, τὸν ἁρματηλάτην, τὸν δέξιστερόν, τὸν κηλήτην, *gladiatorem, aurigam, ſcævam, herniosum; Dion in Pertin* Id verò mali contraxiſſe portentum hominis nemo mirabitur qui quàm circà labores omnis generis fuerit ταλαίφρονος, quàm inſano venationũ in theatro, luctarum in palæſtra, & gladiatoriæ ſtudio arſerit cogitaverit: *Dion* Senator tum & ſpectator uno die centum urſos jaculis confeciſſe, & ſolum ſiniſtra manu duodecim millia hominum confeciſſe, quod coloſſo inſcribi juſſerat, affirmat. In hernias autem, perinde ut in capitum levitates, tanquam ſcævos mores eæ ſignificarent, & peculiarem intemperantiam proderent, acerbè jocari easque jurgiis objectare ſoliti ſunt Orientales Græci & Romani; etiam ſic adfectis non nimis conſueſcere. Unde, quò probrum amolirentur tales, fecerunt ut *cæcum ilia ſubter vulnus lato balteus auro protegeret*; cal vitium a Φενάκη ſeu galericulus qualem Alexander Abonotichites Paphlago, impoſtor quantũ poſt homines natos fuit omnium nequiſſimus, imperantibus Divis Fratri-

bus geſta verat, à medicis tandem, cum caput dolenti embrochas vel lotiones adhibituri comam adpoſititiam removerent, calvus deprehenſus: *Lucian. in Pſeudomante*. Habent quem imitentur quibus calvities ſua tædioſa eſt.

Palladius è Johan. Chryſoſtomi diſcipulis, Helenopoleôs Epiſcopus, vitas Sanctorum & anachoretarum in Ægypto, Syria & Aſia, quorum pleroſq; noverat viſitaveratq; ipſe, deſcripſit ad Lauſum, quas ut Græcè legere poſſemus curavit è Biblioth. Palat. *Cl. Meurſius*; Latinam verſionē ante annos octoginta dederat *Gentianus Hervetus Aurelianenſis, tomū Biblioth. SS. Patrū* hodiè inſertam. Ej9 hiſtoriæ *caput 63.* eſt de Innocentio montis Oliveti Presbytero & miraculoſæ curationis dono, quo adoleſcentulo cuidam dæmoniaco & adeò convulſo ut quandocunq; exſcrearet ſeipſum in dorſo conſpueret ſubvenit. *Ἠνέχθη αὐτῷ νεανίσκος ὑπὸ τοῦ πνεύματος ληφθεὶς καὶ παραλύσεως*, inquit; & mox; *τὸν δαίμονα ἐξελάσας ὑπ' αὐτοῦ καὶ τὴν παράλυσιν ἰασάμενος*: Item, *Τοιαύτη δ' ἦν ἡ παράλυσις ὡς πτύοντα τὸν παῖδα ἐπὶ τὸν νῶτον ἑαυτοῦ πτύειν. οὕτως ἦν ἐκστραφείς.* Editori doctiſsimo viſum eſt morbum hujus *δαιμονολήπτου* & calamitoſi fuiſſe *παράλυσιν*; & hoc nomen utrobique *τοῦ παραλύσεως* ſubſtituit propterea. De priori quidem non repugnamus; adparet enim hominem reſolutione, convulſione, artuumq; omnium inſolenti planè diſtortione & contractura ſimul à primo ortu laboraſſe; & has actionum motricis facultatis diverſas læſiones uno ſimplice nomine, quod uni ex iis ſolùm competat, adpellare *palladium*; ſed ad editam lectionem accedit propiùs ſi legamus *παρέσεως*; quod quia inuſitatius erat *Meurſio* non ſuccurrit. Eſt autem *πάρεσις* ea paralyſeos ſpecies quando humor morbificus undecunq; regurgitans non ad nervorum principium ruit, ſed tantùm muſculis & tendinibus extremorum ſe inſinuat; quô factô ii contrahi verſus originem nequeunt & membra quorum motui inſerviunt *ἄπρακτα* ignava & ad actionem omnem, ſensû interim ſalvô, inepta, redduntur ac contabeſcunt; qua ratione adfecti *ἀπὸ τοῦ παρεῖσθαι πάρετοι, παρειμένοι, παρεικότες τὰς χεῖρας* adpellantur a Græcis: à Latino-barbaris adfectus ipſe *mollificatio*, quod inſtrumenta motus vitiata naturali ſua tenſione & duritie remollita eſſe & laxata videantur; unde artûs fiunt penſiles, & quaſi *lorum in aqua*, carnibus ipſis vel flaccentibus vel abſumtis malè tecti. Ita diverſam

à pa-

à paralyſi adfectionem etiam adpellatione diſtinguere placuit accuratioribus; antiqui enim indifferenter utraque paralyſeos & pareſeos utebantur, ut in iis apud *Chryſoſtomum*: Λυμαίνονται τῇ σαρκὶ τῇ ἡμετέρᾳ καὶ πυρετοὶ καὶ παρέσεις καὶ ἑτέρων νοσημάτων ἑσμός: *vim inferunt carni huic noſtræ & febres & reſolutiones & reliquorum morborum turba.*

Scriptor vitæ & miraculorum S. Walpurgis, Abbatiſſæ Heidenheimenſis, *Wolffhardus* cœnobii Haſenritani ante annos ſeptingentos monachus, editus à *Caniſio t. 4. antiq. lect.* de Leibolſo quodam *ex utero genitricis parientis ita contracto & curvo nato, ut quaſi monſtrum aliquod cerneretur à cunctis, cum feretro B.* Virginis in Baſilica advolutum, quòd ambulandi facultate deſtitutus eſſet, ejus interceſsione ſanitatem recuperaſſe narrat. In iſtius ῥήσει eſt quod medicos & chirurgos, ſi qui antiquitates artis ſuæ & varias machinas inſtrumentaque quibus curti, claudi, luxati, contracti, obtriti, fracti, aliove quovis modo circà articulos læſi vel correcti vel ſublevati fuerint olim cognoſcere cupiant, delectet & erudiat. Ita verò inquit; *Surgente verò optata diei aurora Baſilicam (ſomnio ſcil. monitus) adiit & ante feretrum Beatæ Virginis beneficium accepturus acceſſit. Circà tertiam verò horam ſubitò palpitando ſe volutare cœpit & in pavimento reflectere. Cum ecce tripediæ, quibus ſua uſus eſt in vita, divinitus è manibus ac ſi evulſæ ante altare projectæ ſunt, ſicq; membris omnibus ſolidatis atq; erectis ſtetit in gradu ſuo & ambulavit, qui prius natibus miſerabiliter repens prioris vitæ curſum laborioſum impleverat.* Cum miſerum iſtum natibus repſiſſe dicat, omnem pedum, crurum & femorum uſum ad ſtandum incedendumque amiſiſſe colligitur. Humi igitur deſidens promovere corpus non potuit, niſi manibus innixus truncum inferiorem immobilem & in plano extenſum propelleret; ne verò manus ſcrupis viarum & ſaxis læderentur, fabricata ſunt ſcabella tripedalia levia & robuſta cum anſulâ ſeu capitello in ſuperficie ad adprehenſionem; Iis non ſolùm utrinque innitebatur cum quieſceret ſed & cum mutare locum vellet ea protollebat ſimulque corpus attractis inferioribus & impulſu ſuperiorum protrudebat. Non ita diu eſt cum Leibolſo iſti geminum germanum in plateis opidi noſtri eodem adminiculo tripediarum repentem ſtupidi & humanæ miſeriæ ingemiſcentes conſpeximus. Ejus ſtructura rudis quidem eſt ac ſimplex, ſed cujus tamen nihil intelligas, niſi à quo mancorum genere quomodo & quan-

quando usurpatum fuerit scias. Id verò sic delineasse me non adeò pudet, cum veterum machinas, maximè pro luxatis inventas, ut quod *Hippocratis scamnum* adpellant, item quod *Fabri* vocatur & *Andreæ instrumentum*, aliasque plurimas à *Galeno, Heliodoro, Oribasio* cum omni adparatû suo descriptas recentiores expolire & usibus nostris adcommodare videam: quarum structuras quicunque ignorant vel scire negligunt quasi res desitas & quibus longe meliora reperta nunc sint, eos frui quidem sua persuasione sinimus; sed in veterum lectione, qua talia subinde occurrunt, nihil adeò profecturos esse sine cognitione hujus antiquitatis prædicimus.

Eadem ratio est medici ergà ministros suos quos *Galen. comm. 5. ad 6. Epid.* ῥιζοτόμους, μυρεψοὺς, μαγείρους, καταπλάττοντας, κλύζοντας, ἀποσχάζοντας, φλεβοτομοῦντας, σικυάζοντας, *herbarios, unguentarios, coquos, chirurgos* vocat, quæ architecti ergà cæmentarios lignariosque fabros, gubernatoris ergà nautas, & imperatoris ergà milites. Quemadmodum igitur architectus asciam dolabramque tignis adhibere, gubernator remos tractare, imperator armis uti & militaria munera obire ipse quandoque solet; ita medicum inservientium sibi artium quamcunque exercere neque absurdum est neque probrosum: & nihilominus distincta officia sunt & habitus diversi circà rem medicamentariam invenire seu præscribere, & componere medicamenta: quo utroque inferius & ignobilius, vendere. Aliquando proprium medicinæ fuisse medicamina conficere *Plin. l. 34. c. 11.* sui verò temporis medicos facta pridem emplastra & collyria tabesque mercium de seplasiis emere indignatur. Quod autem in nostris Rebusp. contrà obtinuit, ei non minus antiquorum consuetudo suffragatur. Nam *Olympiodorus*, philosophus Alexandriæ, cujus medici omnium nobilissimi probatissimique habiti sunt, *comm. in Plat. Gorgiam*: ὁ μὲν ἰατρὸς ἐπιτάττει, inquit, ὁ δὲ πημεντάριος διακονεῖ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐκπορίζων, id non tàm de negotiatore speciario, qui radices, herbas, semina, aromata, metallica & quicquid quovis modo ad ἰατρικὴν ὕλην pertinet, colligit, reponit, & in usus medicos requirentibus promit, intelligendum est, quàm de tali quem nos pharmacopœum adpellamus. Πημέντα, *Pigmenta* sunt παντοῖος φόρτος specierum aromaticarum; ut ab herbis harumq; partibus, & oleribus distinguuntur apud *Theodorum diæta c. 9. &*

20. Ἐπιστημός verò de nemine alio quàm confectore pharmacorum juxtà regulas à medico præscriptas dicitur; cui à potiore objecti parte imponitur nomenclatura *Pigmentarii*. Alia oppoſitio eſt in illo *Caton.* apud *Gellium*: *Itaq; auditis, non auſcultatis tanquam pharmacopolam: nam ejus verba audiuntur, verùm ei nemo ſe committit ſi æger eſt*; & in altero *Max. Tyrii Orat.* 10: μιμεῖται πῶς καὶ Φαρμακοπώλης ἰατρὸν καὶ συκοφάντης ῥήτορα, καὶ σοφιστὴς Φιλόσοφον. qua rerum converſione nihil hodieque frequentius.

Heraclium Imp. hydrope notô ſatis morbi genere obiiſſe *Suidas* & *Zonaras* prodidère; ſed hic addidit inauditum quid & prorſus admirabile: Λέγεται δὲ καὶ τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ στρεφόμενον ἄνω τὸ οὖρον πέμπειν, καὶ εἰ μὴ σανὶς ἐν τῷ ἤτρῳ αὐτοῦ ἐτίθετο κατὰ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐκκενούμενον ἀνεδίδοτο. *Ferunt etiam pudendum ejus inverſum ſurſum urinam emiſiſſe eumq; niſi tabula abdomini opponeretur faciem ſuam comminxiſſe.* Multa ſunt quæ perſuadeant inuſitatum morbi & mortis ex eo genus Imperatori adfinxiſſe vulgus, in vitam mores & obitus Principum ferè iniquius, imperitus & præpoſter⁹ plerorumq; omniū judex. Nam quod Monotheletarum hæreſi favere diceretur, & quod inceſtū, ducta, in uxorem fratris filia juxtà noñullos, Martina, ſe polluiſſet, cū vehementer oderant; & hinc omnia ſive vera ſive falſa quæ de eô ferrentur odio iſti adcoñodabant; utq; hoc divinitus adprobari veroſimile facerent, à DEO ipſo extraordinariam pœnam miraculoſo modo inflictam fuiſſe comminiſcebantur; id quod non obſcurum eſt è *Zonarâ*, qui morbum inuſitatum Hecraclio immiſſum fuiſſe videri ſcribit διὰ τὴν ἔκθεσμον μίξιν τῆς ἀδελφόπαιδος: quaſi divinâ vindictâ ea qua peccaverat parte pateretur. Verùm omiſsô iſtô judiciô ſive vulgi ſive ſapientum, quod utpote de incognitis & inter abdita Juſtitiæ divinæ reſervatis temerarium eſt & fortaſſe fallit, ſi morbum Imp. hydropem conſideremus exactiùs, non ſolùm ſymptoma illud inſolens circà mictionem ab urethra diſtorta eidem ſupervenire potuiſſe facilè credemus, ſed & cauſas ejus naturales & modum generationis, ſepoſito miraculo, doceri poſſe animadvertemus. Cum enim in quibuſdam aſciticis & tympaniticis aquoſus humor & flatus præter abdominis aqualiculum non tantum ſcroti cavitatem occupet idq; diſtendat, ſed & tunicis ejus ſe inſinuet; ligamenta etiam penis ab oſſe pubis exorta quòd cava ſint & fungoſa eum-

eundem humorem & flatum promtè admodum admittant; impletis autem præter naturam cavis spaciis partes naturalem constitutionem amittere, actiones earum depravari, quandoque etiam situm eas mutare experiamur: nemo mirabitur si membro à flatibus distento distortoque, fortè etiam à spiritu flatuoso, ut in priapismo fit, convulso, urethra seu canalis urinarius obliquitatem contraxit & hinc lotium non processit rectà, sed ad cannæ ductum, sursum reflexa etiam glande, versus abdomen effusum est. Non reperimus in historiis hydropicorum à medicis tale quid annotatum; sed hoc rei non derogaverit. Fidem enim faciet vel id quod jam commemorabo. Vidimus hoc ipso anno in viro nobili à viginti annis enterocelico C. F. à G. cujus curationi me præesse contingebat, scrotum monstrosa magnitudine, figura cucurbitæ longiusculæ majoris, pondere librarum minimum octo, ob erysipelas, quod creberrimè invaserat, neglectum, horrendâ sordidâque gangræna ad testiculos usque correptum, quam divinâ juvante gratiâ sanavimus. Ob tumoris verò magnitudinem & pondus tot annis sine fascia conveniente pendulum totum scrotum, in quod magna intestinorum pars defluxisset, adeò distentum erat & penis intrò retractus, ut aliud ejus vestigium non adpareret quàm in hypogastrio seu superiore parte scroti fovea ad glandem intus latitantem pertingens e qua si cum stimularetur ad mictionem tumorem manu leviter reprimeret urinam ejaculabatur; si verò adhibere manum omitteret sensim inde connivente scil. foveâ *aquæ pedum* scaturiebant & per scroti longitudinem molestissimè destillabant. Et hinc etiam vel incurvato modicùm corpore vel conquiniscens mingebat ferè; erecto verò vel reclini idem quod Heraclio accidebat. De hoc igitur non ultrà dubitemus, hydropis ἐπιγέννημα fuisse mictionis depravationem; morbum verò magnum cum rarò symptomate pro gravioribus delictis supplicium creditum pietati & simplicitati Christianæ.

Idem *Zonaras* de Alexio Comneno Imp. aliquando difficulter ægrotante ut defecturus esse morbi vehementia videretur, ἐν τούτῳ δὲ, inquit. τοῦ σωτηρίου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκτυπώματος, ὃ ἐν τῇ Χαλκῇ ἀνεστήλωται, τὸ θεῖον πέπλον, ὃ πρὸ τῆς εἰκόνος ἠώρηται κομισθὲν, ἐφηπλώθη τῇ κλίνῃ ἐφ᾽ ἧς ὁ κάμνων κατέκειτο, καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα περιεκάλυψε; *tunc divinum salvificæ imaginis Servatoris nostri, erectæ in Chalces Basilica, peplum,* quod

quod ante imaginem pendebat, allatum ſuper lecto in quo ægrotus cubabat expanſum eſt & corpus eo involutum; quo facto remiſiſſe morbum addit, ut æger iterũ moveretur, adſideret, loqueretur, cibumq; poſceret; & exinde, deſperat⁹ paulò ante, planè convaleſceret. Curatio iſta miraculoſa eſt, & extrà ſphæram potentiarũ & actionum medicarum; proceſsit autem apud eos qui cum firma in Eum, qui & medicus noſter eſſe, & languores noſtros ſolus tuliſſe dicitur fide, velamini ſacroſancti Crucifixi, ut reliquiis indubitatis aliis, divinam virtutem & ſanationum prodigia tribuerent; qua de re etſi non omnium ob partium diſsidia ſit ſententia, novimus tamen à piis & minimè ſuperſtitioſis hominib⁹ linteũ ſeu mappam, inſtratam menſæ ad quam ſacra Domini Cœna celebrata & in qua corpus Dominicum repoſitum fuerat, paroxyſmo epileptico, aliis remediis inexpugnabili, ſedando ægrotis ſuperinjici, eaque totos contegi; idque factum non inutiliter meminimus, etſi effectus cum cauſa connexionis modum ignoremus. Ab eodem more eſt, in alium tamen finem, quod in Eccleſia Græca Latinaque vetere contrà faciem moribundorum ſacerdotum tenderetur *ἀὴρ*, h. e. ſindon ſeu velamen quô *τὰ ἅγια*, panis & vinum, in liturgia ſacra tecta fuerant, ut eſt in *Euchologio*: & factum S. Caſsio Epiſcopo Narnienſi refert Gregorius Magnus hom. 37. in Evang.

Æſchati lapidi *τοσοῦτον τὸ πλεῖστον* (ita enim legendum eſt pro eo quod edidêre, *πλεῖον*) *τῆς ξηραντικῆς δυνάμεως, ὡς καὶ ὕδωρ ἀναπίνειν δύνασθαι καὶ κενὸν ἀγγεῖον ποιεῖν*, *tantam tàmq; inſignem vim ſiccandi ineſſe, ut & aquam exhaurire & vas vacuare poſsit* ſcribit *Pſellus tr. de lapid.* & inde *τῷ ὑγρῷ ὕδρωπι ἀντίθετον εἶναι*, *humidæ hydropiſi adverſari. Cl. Mauſſaco* quid ſit humida hydropiſis dubitanti *Galenus comm. ad aph. 11. l. 4.* reſponderit. Ibi docet ab Hippocrate *ξηρὸν ὕδρωπα*, hydropem ſiccum adpellari eum tumorem abdominis, qui à flatu craſſo, *ἀέρι φυσώδει*, inter meſenterii & inteſtinorum tunicas collecto & concluſo; *ὑγρὸν* & *ὑδατώδη ὕδρεον* verò, qui ab humore aquoſo iiſdem locis ſtagnante ortum habet; Illum *τυμπανίαν* à ſonô tympani quem edit percuſſus turgidus venter; hunc *ἀσκίτην* à ſimilitudine diſtenti utris vocarunt poſteriores.

Georgius Elmacinus autor Arabs. ſed quantum colligere poſſum Chriſtianus, qui ſucceſsiones Califarum & Imperii Saraceniſi progreſ-

ſum

Digitized by Google

ſum à Muhammede inde per annos ſexcentos ad ſua usque tempora deſcripſit, publicatus ab *Erpenio*, de Harone Raſchido quinto ex Abbaſidarum familia principe, cujus in rebus Caroli M. utpote coætanei meminerunt Latini, ſed corrupto nomine, narrat eum *laboraſſe aliquando profluvio ſanguinis; medicum autem ſuaſiſſe eſum gjummari palmarum*: & mox; *ut gjummarum palmæ edit, convaluiſſe l. 2. hiſt. Sarac. c. 6*. Etsi omnes palmæ partes acerbæ ſint & ſtypticæ, ut quæcunque ex iis dyſenterico exhibita fuerit, non interſit magnoperè; præſtat tamen ſcire, quam potiſsimùm ad compeſcendam ſanguineam dejectioné in perſonâ illuſtri elegerint; id verò ex interprete non licet adſequi, quia Arabicam adpellationem retinuit. Dactyli palmarum maturi, immaturi, recentes, ſicci, nuclei etiam eorum ἱκανῶς σύφουσι καὶ στέλλουσι vehementer adſtringunt & cohibent. *Gjummarus autem, gſummaar, algjemar* eſt flos dactylorum in vagina adhuc contentus ſicut cucumer dulcis comeſtibilis. Involucrum iſtud florum Græci φοίνικα ἐλάτην adpellant, & ex ipſo caudice inter primos ramos natum inſtar veſicæ dependet, cum vere dehiſcit oſtendit flores numeroſos in modum racemi, è quibus dactyli virides, caryotæ ſeu nucales palmæ prodeunt. De elates decocto *Dioſc. l. 1. c. 151.* quòd κοιλίαν τε καὶ ὑστέραν ῥευματιζομένην *ventris & uteri fluxiones ſiſtat*. Ejus meminit etiam *Avic. l. 2. Can. c. 359.* his verbis: *Jumar, giemar, notum eſt: frigidum in ſecundò & ſiccum in primo: Eſt ſtypticum: confert aſperitati faucium, conſtringit ſolutionem & fluxum ſanguinis* Fallere igitur videtur *autor expoſit. nominum Arab. veteris*, qui *gumera* interpretatur *meſpila*; nam his facultas leniendi fauces ſcabras, quam *Dioſc. l. d. c. 149.* caryotiin, h. e. nucatis palmis adſcribit, non ineſt, & alio apud Arabas nomine, ſcil. *alzaror* apud *Avic. l. d. c. 735.* cenſentur.

Idem *Elmacinus l. d. c. 10.* Haroni Wacico nono ex Abbazæis Califæ ſeni contrà ἀπραξίαν μορίων & augendæ ad Venerem potentiæ remedium poſtulanti Medicum ut *carnem leoninam quantitate trium drachmarum ſumeret* conſuluiſſe; eum verò mactato leone & cocto in aceto (*ſ. vino*) rubro, in potu ſuô uſum eſſe refert. Cum ad perficiendum coitum tria, flatum, calorem, & ſemen requiri Philoſophi & Medici conſentiant, intentioni calefaciendi corpus ſenile frigidum & ſiccum calidiſsimi animalis carnes adpoſitæ ſunt, eòque reliqua pro malè cal-

Digitized by Google

lè calceatis ſeu impotentibus diæta ſolet collimare: an verò prætereà eædem, ut ſcincorum, ad arrigendũ extimulandi, vel ſemen generandi augendiq; vi occulta polleant, Europæis negatum eſt experiri; neque in Arabum medicina, quæ tamen circà hoc genus apud *Avic. l. 3. fen. 20. tr. 1.* ſategit, determinatum eſt; & fortaſſe hoc unico loco medicamenti ſingularis ϛυλκȣ̃, quoad nos rari & ſumtuoſi, mentio. In victũ Orientalium vetuſtiſsimorum carnes leoninas, pantherinas, camelinas fuiſſe prodidit e *Galeno Aëtius* t. 1. ſ. 2 c. 121: mutaverit igitur iſte neceſſe eſt, cum hæ medicamenti vice in noſtrô eſſe cœperint.

Gregorius Turon. l. 5. hiſt. Franc. c. 1.. de Patroclo monacho in termino Biturico presbytero ſcribit quod *frigoriticis puſtulis laborantibus vel reliquis morbis ſæpé per orationem remedia* contulerit: Ita quidem editio *Freheri* curata ab Aubrianis; ſed quæ ſint *frigoriticæ poſtulæ* nemo docuerit. Diſtinctione 2. adpoſitâ *frigoriticos & puſtulis laborantes*, h. e. febricitantes & ſcabioſos ab eô ſanatos fuiſſe intelligimus. Frigores ſunt febres, quę faciunt homines frigere; *Balbo Catholico*: à qua læſione etiam Germanicè denominamus eam harum ſpeciem quæ cum horrore vel rigore in vadit ex inter vallis. Inde typo Græcanico frigoritici, quos *Pallad.* l. d. c. 14. ῥιγαζομένους vocat h. e. à febre rigentes; alii φρικιῶντας.

Inter magneticæ vulnerum curationis exempla notiſsimum hodiè eſt quod à fraxini balſamicô tempore cæſæ ligno petitur: res non eget indice: ſuntque ejus experientiæ plures τῶν ἑαρινῶν φύλλων: Eam verò famam fraxino haſta Achillis, à Chirone & Peleo accepta, àttuliſſe videri poteſt, quam fraxineam fuiſſe *Homeri* teſtimonio adſtruxit *Plinius l. 16. c. 13.* Quod enim iſte Telephum regem Myſiæ ea vulneraſſet, eademque poſteà ſanaſſet aliis incurabilem, unde proverbio apud Græcos, ὁ τρώσας ἰάσεται, *Qui vulneravit ſanavit*, origo; ligni virtute factum eſſe vulgus exiſtimavit. Pictura quidem vetus, qua Achillem rubiginem ex haſtæ cuſpide cultello decutientem in vulnus Telephi expreſsêrunt, de qua *Plin. l. 34. c. 15.* oſtendat de rubigine ſenſiſſe veteres quod vulneri conſolidando adhibita fuerit; ſed cum alii itidem antiqui Achilléa, ab inventore pòſt ſic dicta herba, ſanationem peractam fuiſſe voluerint, *Plin. l. 25. c. 5.* neglectò quod de rubigine inſinuabat pictura, liberũ eſſe reor ab utriſq; diſſentire, & aliud æquè probabile de fraxino comminiſci. Certè quod *Evripides* apud *Plut. l.* περὶ τοῦ

ἀκέειν, Τηλέφου τραῦμα πριστοῖσι λόγχης ῥινήμασι. *Telephi vulnus ſerratura* h.e. ſcobe ſeu ramento ſectili *haſtæ* ſanatum eſſe dixit, non à cuſpide, quæ ferrea ſeu ærea fuerat, ſed à manubrio ligneo medicinam prodiiſſe indicavit; eôque ipſo pictorum ignorantiam; quibus propterea nihil in hoc negotio tribuendum eſt, quòd falſæ perſuaſioni de Achille artem commodaverint.

Doctiſsimus L. *Creſollius*, cum Oratoris ſui naſum format *l. 2. Vacat. autumn. c. 6. ſ. 3.* τετάνωθρον exponit inſtrumentum cuti naſi & faciei extendendæ rugiſque ejus explicandis aptum. Id Latinè diceretur *tentipellium*; quâ voce *Afranius Promo* utitur & *Artorius* calceamentum ferratum quo pelles extenduntur interpretatur. Hoc verò, quod inter organa ſutorum calceariorum eſt, faciei rugoſę explanandæ cauſa adhiberi nemo ſuſtinuerit. Medicamenta quæ rugas exterunt, lævoremque ac nitorem conciliant cuti, quia τετανὸν, σίλβον, καὶ ἀρρυτίδωτον τηροῦσι τὸ πρόσωπον, eodem nomine adpellantur. Ita enim *Gloſſæ*: Τετάνωθρον. φάρμακον πρὸς ῥυτίδας: quale è farina fabacea cum ſucco è cornu cervi decoctione elicito ſubacta deſcribit *Aët. t. 2. ſ. 4. c. 4. & t. 4. ſ. 4. c. 112.* inter ſimplicia *Dioſc. l. 4. c. 123.* ſemen cacaliæ: & *l. 5. c. 174.* terram Chiam commendat: & hoc genus in animo habuiſſe *Creſollium* puto, etſi prius illud calamus præcipitans deliraverit.

Coronis huic capiti non ſuppetit aptior alia, quàm ſi moneam de verſibus *Menandri* ſuprà c. x 1. præter *Cl. Seldenum* tentatis, quid intereà ſuccurrerit: nim. verbum ταπεινῶσαι apud Comicum medicinale etiam eſſe, & de tumorum ſedatione exponi poſſe; ſed tum vox χάριν ſubintelligenda erit: τὴν Θεὸν ἐξιλάσκοντο τὰ ταπεινῶσαι οἰδήματα χάριν σφόδρα, *precati ſunt Deam valdè ut tumores ſubſidere faceret.* Ita verò utitur verbo ταπεινόειν *Hermippus* apud *Laert. de Heraclito*; qui cum aſcite laboraret quæſivit è medicis, εἴ τις δύναται ἔντερα ταπεινώσας ὑγρὸν ἐξᾶραι, *an quis poſſet viſcera tumida deprimendo exhaurire humidū*. & *Dioſc. l. 2. c. 185.* de naſturtio: σὺν μέλιτι ἢ σπλῆνα ταπεινοῖ καταπλασσόμενον, *cum melle impoſitum ſplenem turgentem extenuat.* Utram igitur lectionem expoſitionemq; nunc ſequaris nihil intererit; recto enim ſtat utraque talo; Per me verò regnet Seldenica, quia prior abortivâ meâ.

FINIS LIBRI SECUNDI.

THOMÆ

THOMÆ REINESI D.

VARIARUM LECTIONUM

LIBER III.

CAP. I.

Glossaria Hesychii, Isidori, Meursij, Lydij nonnullibi emendata & illustrata, nonnullibi etiam aucta. Ἀββάναι, simiæ. Ἀρχοϊζιανός: Is. Tzetzes in Lycoph. emaculatus. Alistrare, balistrare. βάλλειν, βαλλίζειν, βαλλάζειν, balistrū. Ἀρετῖνος, ereting. Fulgentiq Gramm. explicatus. Ἀρχιστράτηγος. Brachinum. brasium, bratium, brasiarium, braxare. Ceidra, mastra, mensuræ genera. Catapanus: Conservatores Cameræ U. Romæ: de Catapanis Capacio & Meursio contradictum. Capitinata, regio Italiæ. Esca. ἶσκαι, ὕσκαι. Fanon. Fara, arnese, hernasium. Fasma Firma. Gepa. Granea, granica. scevra, scura, σκέβρελον. Hedinus. Honor pro territorio. Iperperia. Λάμβδα, zappulo Λιθοσωρεῖαι. Malcampus. Namum. Παλικάρης, miles. Parcus, silva muro cincta. Plastrum. Porisma pro substantia seu bonis. Regratarii. Σάκχουρας; Rabb. Zehiri i. e. magus. Scaccarium, i. e. fiscus regius; item quævis cista: de eo Polyd. Virgilii & de scaccariis qui sint R. Reineccl error. Sir. in eo explicatus Svidas Σίτλυβαι, σίτυλαι, σίτλαι, situlæ: à Salmasio circa Hesychii emendationem dissensum. Σύμανδρον, Σήμαντρον: de ejus etymo notatus Magius. Trebuculus, machina bellica. Historia Australis à Freb. edita correcta.

DE Glossariorum apud vetustissimos tàm Græcos quàm Latinos, quib⁹ barbarorum, peregrinorum, inusitatorum, obscurorum & difficilium vocabulorum cujuscunq; generis ἐξηγήσεις continentur, argumento, compositione, forma, omniq; adeò ratione & eorum autoribus tradere occuparunt Varrones nostri seculi *Casaub. anim. ad Athen. l. 3. c. 7. l. 9. c. 7.* Wower. *de Polymath. c. 9. & Ph. Jac. Mausiacus Dissert. Crit. notis in*

 Harpo-

Harpocrationem præmiſſa noviſsimè; qvorum laboribus in hoc genere abſolutiſsimis uti frui juventutem, ſi qvæ ſolidam eruditionem amat, jubem[9]. Utilitas talium ſuprà commemorationem noſtram eſt & cujus vis fidem; æternumq; beneficium illorum, qvi vel veteres qvorumvis ſeculorum Gloſſographos ſitu erutos purgatosqve produxêrunt, vel ipſi quarumvis gentium temporumqve gloſſas collegerunt; qvos nominare nunc non attinet: ſunt enim nominatiſsimi omnes & præclariſsimorum de literis meritorum. I. *Druſium* ſummo inter Criticos ſacros loco in hoc genere reliqvatorē habemus; & expectamus etiamnum ejus *Cadmum*, qvi voces ex Oriente in Occidentalium lingvas traductas; itemqve *gloſſas*, qvæ Perſicas in Græciam receptas, qvales à LXXII. Interpretibus uſurpatæ qvàmplurimæ, explanent: ſpem fecit ipſe *Comm. ad voc. Ebr. N. T. priore. & Fragm. vet. interp. Græc. ad Pſ. 45.* De Gloſſario Latino-Barbaro toties MeursI promiſſa legimus, itemqve de Græco-Barbaro locupletiore multò & meliore; ſed res ſimiliter lenta eſt; neqve repræſentavit, qvod ſcimus, *M. Antonius Petilius* JC. Neapolit. qvi RigaltI & MeursI gloſſaria illuſtrare & dimidio aucta dare recepit. Cl. Mauſſacus qvoque *ἀναβάλλεται τὴν προθεσμίαν* Gloſſarii Barbari; qvos Viros pro idoneis debitoribus nos habuimus ſemper & habebimus; ſaltem *τὸ ὑπερήμερον* fœneos & defectos apud impatientes moræ arguere ſolet. Dum verò iſti ſua excocta promant, de penu noſtro in anteceſſum, qvæ emendandis & augendis Gloſsis olim invenimus & recondidimus, pauca *τῶν ἅπαξ ὁ καιρὸς ὑπέβαλλε*, huc conferemus; lectorum erit *τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν.*

E gloſſematis *Heſychij*, qvi hoc ſcribendi genere plurimùm præſtitit, viri docti producunt hoc: *Αβράνας, Κελτοὶ τοὺς κερκοπιθήκους.* Celtarum adpellatio apud vetuſtiſsimos Græcos communis fuit non tantùm omnibus in Europæ continente populis ſed & diviſis freto Hiſpanis & inſularum Britannicarum inſulis. Poſteriores verò eadem ſolùm Germanos Gallos & Illyrios comprehenderunt; & ex his aliqui cum Κελτοὺς nominant, Germanos tantùm intelligunt, & per Κελτικὴν, ambitum Germaniæ: à cujus propria & vera denominatione, quam antiquiſsimi quoque Latini ſuam fecerant, Græcos abſtinuiſſe, ignotum qua religione, cap. 14. l. 1. docui. Cum ergò Κελτοὶ *Heſychio* h. l. ſint Germani, de Gloſſæ rectâ lectione & interpretatione judi-

judicare promtum eſt, nim. eum noſtrate Affen / quo ſimias ſignificamus, per τὸ Ἀββάνας; ita enim legendum eſſe pro certiſsimo tenemus, expreſsiſſe. In ejuſdem ſive cognati animalis nomine Germanico alio alter Græculus *Jſ Tzetzes notis ad Lycoph. p. 158. edit. P. Stephani* corruptus quoque eſt; Πίθηκος ἢ μιμῶν (vel μιμώ) καὶ ὁ λεγόμενος παρ' ἰδιώταις δερκοΐζιανὸς, inquit. Vox ultima, quam πίθηκον *ſimiam* apud vulg⁹ Grçcorum ſignificare dicit, à Germanis deſumta & litera initiali ſive conſuetudine Græculorum ſive librariorum culpâ mutilata eſt. Nos enim ſimias caudatas nominamus Meerkatzen / q. d. feles marinos h. e. peregrinos, cum quicquid ex Africa Aſiaque ad nos infertur, marinum agnominare conſuevimus. Ex iſto vero Germanicô Græci faſtidio ſuæ linguæ & exoticarum ſtudio fecêre μαρκοΐζιανὸς vel μερκοΐζιανὸς. Iſtas è lingua populari Gloſſarum Græcarum explicationes fortaſſe contemnent Germani, quibus externa ſolùm admirari inſitum eſt; ſed mihi vôlupe fuit in Græcia linguæ gentilis uſum reperiſſe & gentem quæ aliis omnibus linguæ elegantia & felicitate præſtare videri voluit idiotiſmis Germanorum non potuiſſe facere ut careret; Philologis exteris hæc non intellecta Græcorũ magiſtrorum gloſſemata è noſtrate lingua percipere nunc tàm non ingratum erit, quàm ineſſe iſtis collectionibus omnium nationum, eòque etiam Germanorum vocabula, notum eſt.

Iſid. gloſ. Aliſtrare, humectare. Ex ordine ſecundo in primum traducta eſt hæc gloſſa, truncata capite. Leg. *Baliſtrare.* Βαλλίζειν & Βαλλάζειν, miniſterium balneare, quod eſt, περιαντλεῖν καὶ βάλλειν ὕδωρ, notat. Inde Βαλλᾶς, aquariolus: Βαλλαςεῖον *ballaſtrum, balneum,* eidem *Iſidoro.*

Ἀρῄτινον, *aretinum* ſignificat terreum, fictile; ab Aretio Italiæ nobilitatem habens, ut Samium à Samo. Ὄςρακον ἀρῄτινον, teſta è luto Aretino. Aretiam Jani uxorem, quæ & Veſta, matrem omnium finxêre gentiles; interpolato, quod ab Ebræis acceperant, de terra communi omnium alumna, Γαῖα παμμήτειρα *Orpheo* apud *Porphyr. Ep. ad Anebonem*, referente *Euſeb. l. 4. Præp. Evang. c. 9.* quæ ארץ *Æretz* ipſis, dogmate. Grammaticus *Fulgentii* nomine hactenus notus, *de priſcô ſermone, eretinas mentes* apud veterem ſcriptorem (ſit is ſane Varro, ut conjiciunt) per teſteas & argillaceas interpretatus ad ertham, quæ Germanica terræ adpellatio eſt, reſpexiſſe potiùs quàm ad Aretinas teſtas vide-

detur. Hæ enim ſemper in laude ob materiæ in ſuô genere præſtantiam; de mentibus hominum verò quas ut humiles, terræ ſordidis concretionibus adfixas, nihil alti, puri, divinique ſapientes ſermone iſto putat flagellari, alia omnia dicere voluit: indignatur quippe & imprecatur hiſce verbis: *Fabrè compactum animal hominem quis ferat ſic pecuatum ire & averruncaſsit igitur tam eretinas hominum mentes? Arietinas* autorem ipſum ſcripſiſſe veroſimilius eſt ob præcedens *τὸ pecuatum:* idq; in exemplari mſcr. repertum adprobat *Cl. Barthius.* Tò eretinas igitur à *Fulgentio* eſt.

Ἀρχιστράτηγος Græcorum recentiorum idiomate eſt S. Michaël archangelus, quem ſacræ militiæ ordinum ductorem & ſummum *τῶν ἄνω τάξεων* imperatorem crediderunt. Id Suidæ ſimiliumque ſcriptorum interpretes Latini ignoraſſe deprehenduntur. Hinc *τὰ ἀρχιστρατήγου μέρη* exponunt *archiſtrategi prætorium* cum deberent *vicina templo S. Michaelis archangeli:* & *ναὸν ἀρχιστρατήγου Νατολίας*, *edem archiſtrategi Natoliæ*, quæ templũ S. Michaelis in Soſthenêo fuit à Studio COS. & Pr. Urbis erectum. Idem templũ abſolutè Ἀρχιστράτηγον vocant, ut *ἁγίαν Σοφίαν, τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, τὴν ἁγίαν Εὐφημίαν, τὰ πέριξ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, δημόσιον τὸν Ἀχιλλέα, templum S. Sophiæ, SS. Apoſtolorum, S. Eupaemiæ, loca in circuitu templi S. Theodori, thermas ſeu balneum publicum Achilleum dictum.*

Brachinum & Bratiarium, officinam cerviſiæ coquendæ adpellarunt ſemi-Latini: Breuhauß. Extat illud apud *Ingulphum hiſtoriæ monaſt. Croyland*, inſulæ Anglicanæ ſcriptorem; ibi de Egeltrico Abbate: *Fecit etiam novum brachinum & novum piſtrinum, omnia de lignorum pulcerrimo tabulata*; & de Thoroldo conſiliario: *Coquina brachini & piſtrini vaſa ac utenſilia monachis contulit univerſa.* Hoc in ſupplice ad Carolum M. libellô monachorum Fuld. apud *Brow. l. 3. ant. Fuld. cap. 12.* à bratio. *Bratium* autem & *Braſium*, hordeum aquatum toſtumque eſt; Statuta Gildæ ſeu ſocietatis Burgenſium in Scotia c. 39. *Nulla mulier emat in foro avenas ad faciendum braſium ad vendendum plus quàm unam celdram:* ubi *Celdra* ſignificat menſuræ genus pro aridis, eſtque fortè eadem cum maltra, quę quatuor modios continet. Hinc *braſiare*, quod & *braxare* Poëtæ anonymo in laudibus Harlemi apud *Joh. de Leidis Chron. Belg. l. 1. c. 11:*

Quin

Quin & cervisiæ varium braxat genus, aptè
quod solet ad multas utribus ire plagas: *brasiatores*, & *brasiatrices*: de quibus Davidis I. regis Scotiæ Constitutio quædam est *in legibus burgorum c. 69*. Sunt verò ista ab Anglis & Scotis scriptoribus usurpata vocabula è lingua nostrate, & levi pronunciationis varietate ad Latinæ modulum revocata.

Catapanum è magistratibus minoribus Neapoli adpellarunt constitutum sopra i panettieri, beccai, pesci vendoli, bottegai di frutti, & altri venditori di qual si voglia cosa pertinente alla grascia della città, *Zappulo dell' historie di Napoli c. 9* il quale anticamente imponeva l' assisa à venditori di essa, *Summ. 1. hist. Neap. c. 7.* ad quem cura carnis, salis, olei, vini, obsoniorum, panis, omnisque adeò annonæ studium pertinebat, ut & suppeteret civibus, & incorrupta esset, & justo pretio venderetur; Ejusdē fuit ponderib. & mensuris adtendere, iniqua corrigere, minores frangere, quod officium ædilium plebis, & aliquando sub dispositione annonæ præfecti erat; hodiè in alma Urbe *Conservatoribus Cameræ* dictis, præter amplissimam operum publicorum, artificum, negotiatorum & venalitiariorum curam, *in vendentes ad victum necessaria animadvertere* incumbit; *Stat. Urbis Romæ l. 1. c. 15. & l. 3. c. 4.* Olim qui panis & cæterarum rerum venalium in urbe & municipiis sollicitudinem haberent jussu decurionum *Episcopi* adpellabantur, *l. 1. D. de muner. & honor.* à Græcis *ἀγορανόμοι, οἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες*; hodiè sunt *Judices victualium*, & in Rerumpub. Germanicarum nonnullis Marcktmeistere/Marcktvoigte/Schätzer. A potiori verò parte curæ, nim. frumento in panem, Neapolitani videntur *Catapanū* vocasse, qui aliis *maestro di grassa, & grassiero, q. d. annonarius*. Eo ipso vocabulo *Catapani* ducem Imp. in Italia vicarium, quem olim Exarchum dixerant, ab Italis significatum fuisse, additô etiam etymo, *quòd super omnia constitutus esset παρὰ τὸ πᾶν* tradit *J. C. Capacius l. 2. hist. Neap.* Sed respondemus ei *τὸ τοῦ Φιλοξένου χαμαιλέων*; neque enim vocis Græcæ in compositione ratio talis est, ut *τὸ Catapanus* ex ea fieri queat. In historiis Italicis linguâ populari scriptis reperi *Catapanum* adpellari eum qui Imperatoris CPolitani vices gereret, vel rei gerendæ causâ ab eodem in Italiam missus esset; sed vocabulum hoc sive è Græco *Κατεπάνος*, de cujus significatione & etymo paulò pòst dicturus sum, sive è La-

tino *Capitaneus* vulgus corrupit; eademque ratione *Catapanatam*, nominavit quandam Apuliæ planæ partem, quæ aliis *Capitinata*, *Capitanata*, & *Capitinata*, quòd Capitaneus quidam nomine Bojanus, quem Imp. Basilius circà a. Chr. 1020. in Italiam destinaverat, in istis Apuliæ campestribus opida nonnulla, Trojam, Dragonaram, Florentinum, & Civitatem condidisset, & habitatoribus undecunque invitatis complevisset, ut e *Chronicâ Casinensi l. 2. c. 51.* refert *Summ. l. d. c. 13. p. 450. Cl. Meursius Gloss. p. 289.* in Constitut. quadam Alexi Comneni junioris *καπεπάνους* interpretatur redemtores tributorum & vectigalium; Verba constitutionis ista sunt: *Ἀργήσει δὲ καὶ ἡ μέχρι νῦν ἐπισκωμάσασα ὑπὸ τὰς καθ' ὑμᾶς μονὰς ἀκινήτοις τοῖς μὲν τὸ θέμα Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας διακειμένοις ἀπαίτησις τῆς πραιτωρικῆς καὶ καπεπανικῆς χρείας, ἢ καὶ λινοπτερίου καὶ ἀξουγγίου ἐξώνησις ἢ ἀπαίτησις*: quæ si rite expendantur, nihil de tributorum redemtoribus continere adparebit: *Cessabit etiam*, inquit Imp. *quæ hactenus bonis seu tenementis* (hæc enim sunt τὰ ἀκίνητα) *monasteriorum vestrorum, in partibus seu territoriis Thraciæ & Macedoniæ sitis, irrepsit*, imposita fuit, *exactio rei quæstoriæ & annonariæ, simul etiam lini & axungiæ redemtio, aut collectio*: nimirum certum canonem fusionem seu tributum glebale in salaria Quæstoribus & Præfectis annonæ eorumque officio, adsessoribus, subadjuvis de schola agentium in rebus, adparitoribus, & familiaribus præstare tenebantur ii ad quos loquitur Imperator; isto verò onere hac ipsa Constitutione sublevantur, & insuper à lini & axungiæ tàm redemtione quàm collatione immunes esse in posterum declarantur. Certè quia jungit in sequentibus Prætores, Quæstores, Catepanos & eos qui lini axungiæque, in rem navalem puto, intributioni vel solutioni pro utroque in ære præfecti sunt, hinc constare potest de magistratibus in provincia verba fieri. *Χρεία* igitur *πραιτωρικὴ* officium Quæstoris; *χρεία καπεπανικὴ* officium Præfecti annonæ & omnis utriusque causa & sustentatio est, quæ in stipendiis seu annonis & capitationibus à Provincialibus præstari consuevit, ut de salariis officio Pr. Pr. Africæ & Ducibus Africæ solvendis Justinianus constituit *l. 1. & 2. C. de off. Pr. Pr. Afr.* quarum præstationum relaxationem promulgat h. l. Alexius. In verbis verò *Johannis Curopalatæ*, quæ etiam producit *Meursius*, *ὁ καπεπάνος τῆς Ἰβηρίας ὁ Ιαοσίτης*, regulus, præfectus, seu domicellus Iberiæ est, voce vel e Slavonico

pan

pan eo modo quo ζουπάνος, de quo plura l. 1. c. 14. vel è Latino *Capitaneus* à Græcis, per similem alteri ab Jtalico vulgo factam corruptelam, formata.

Escas quamvis materiam ustioni partium seu καυτηριασμῷ expetitam, quæ ignem ob raritatem concipere facilè & continere aliquandiu valeat, adpellant Latini medici; *Theod. Prisc. l. 2. seu Logico c. 21.* de cura phthisicorum: *Et si sub proxima desperatione jam nos obsederit naturæ fragilitas, escas & cauteres partibus thoracis infigo*, scil. sive avertendo ab internis catarrho, sive exiccandis pulmonibus ulcerosis. Veteres in hunc usum fusos è buxô oleo ferventi intinctos: lignum quercus, fic⁹, myrti & fungos adhibuerunt: medullâ ligni nucis juglandis, quod pharmacum *hiscas* adpellent, in diuturnis oculorum fluxionibus tempora inuri memorat *Aet. tet. 2. s. 3. c. 89. Trallianus*: αἱ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἴσκαι καλούμεναι. *Paulus de Ægina* quid sint ἴσκαι omnium optimè declarat: Εἰσὶ δὲ ἀπογλυφάδη τινὰ σώματα αἱ ἴσκαι ἐν τοῖς δρυσὶ καὶ ἐν ταῖς καρύαις γινόμεναι τοῖς βαρβάροις μᾶλλον ἐν χρήσει καθεστῶτα. In Etymologico ὕσκα est.

Essonium, *Exonium*, impedimentum significat; & videtur esse nostrate ein säumniß. Assisæ Regis Henrici factæ in Clarendun, apud *Hoved. ann. P. post. f. 549*: *Nulli liceat neque in burgo neque in villis hospitari aliquem extraneum ultrà unam noctem in domo sua, quem ad rectum habere noluerit, nisi hospitatus ille essonium rationabile habuerit, quod hospes domus monstret vicinis suis, & cum recesserit coràm vicinis recedet & per diem.* In stabilimento Communiæ Rothomagi & Falesiæ & Pontis Audomari, juncto *script. rerum Normann. ab A. Duchesnio* publicatis: *Nisi qui tenet curiam hanc exonium justum habuerit, quod Major & duo Eschivini sciant.* Ibid. *Si quis recesserit à Communia causa hospitandi vel alterius rei sine licentia Majoris vel sui corporis exonio.*

Fanon, nostrate Fahne / quo velum linteumque ex hastili dependens significamus, pro panno lineo ponitur in *Leg. Alemann. c. 57.* de percussionibus & vulneribus in capite factis: *Si a. testa transcapulata* (i. e. scissa) *fuerit, ita ut cervella adpareant, ut medicus cum pinna aut cum fanone cervella tetigit, cum XII. solidis componat.* Errat *J. Lydius* qui *fanonem* exponit *specillum vulnerarium*; glos. Latino-b. Nic. Clem. opusculis adjecto. Sic n. ibid. Lex Alam. tit. 84: *Levant illam terram præsente Comite, & commen-*

mendent in sua manu. Ille involvat in fanone, & ponet sigillum ubi de specillo cogitare nemini relinquitur. *Rup. Tuit. de divinis offic.* mappulam, seu *sudarium* quo sudor & aliæ sordes detergentur inter vestimenta sacerdotalia numerat, *quod usitato nomine fanonem vocamus*; aliàs faciale, & orarium: *autori anon. hist. de conscriptis fratribus ap. Gold. t. 2. script. rer. Alem.* facitergula.

Fara, Langobardorum idiomate, lineas vel generationes notant teste *P. Diac. l. 2. de rebus Long. c. 9.* Videtur etiam *fara* præter familiam significare masariam, supellectilem & cuncta quæ mobilia adpellam[9]. In LL. Long. l. 3. tit. 13: *quod cum fara migrare permissum est*; nostratia Wahre / Fahrniß / & Fahrende Habe eò alludunt; *Roger. de Hoved. l. d.* sub a. 1192. hernasium vocat: *Missus ab eo cum hernasio suo in Angliam. Arnesi ricchi*, suppellex preciosa in gemmis & auro.

Fasma, lingua seu idioma, à fando, vel ἀπὸ τοῦ φάσκειν: sanè ipsa forma verbalis nominis Græcanica est. *Ethelw. hist. 4. c. 3.* de Aelfredo Rege Saxonum: *Ex Latino rhetorico fasmate in propriam verterat linguam volumina numero ignoto.*

Firma, pro fortalitio apud *H. Huntind. l. 6. hist. de Wilh. rege Angl. Rex erat ad firmam suam in Salopesbyre. In Chirographo Rothom. sub a. 1203.* castella seu burgi adpellantur *forteritiæ*: à *Rob. de Monte* sub a. 1174. *firmitates*. Est etiam sive feudi sive oppignorationis quædam species, cum pro censu & servitute certâ res immobilis alteri traderetur, apud Anglos usitata. *Paris hist. Angl. maj. f. 14. edit. Tigur. Rex Ecclesias & monasteria defunctis pastoribus retinens instar firmarum laicis commendabat.* F. 358. *qui habent Ecclesias Romanorum ad firmam.* Fol. 787: *Misera Wallia quasi ad firmam traditur dare volentibus census incrementum.* H. Huntind. l. 7: *Episcopatus & Abbatias aut vendebat, aut in manû sua retinens ad firmam dabat.* Henricus I. in literis ad vice Comites, quibus exactiones injustas rescindere profitetur, se *sanctam DEI Ecclesiam liberam facere ita quod nec eam vendat, nec ad firmam ponat, nec mortuo Archiep. Ep. aut Abbate aliquid accipiat de dominio Ecclesiæ vel de hominibus.* Hinc *Firmarii*, qui rem catallum sive possessionem in firmam accepissent, nihilo meliores colonis ut *Ecclesiæ firmarii* apud *Choppin. l. 3. de Polit. sac. for. t. 1. n. 3.*

Gepam lingua Gothica tardum & ineptum adpellat: *Joh. Magn. l. 1. hist. Goth. c. 15. Jornandes*, nisi menda in eô est, vocat *Gepanta*: Convi-

vitium totidem literis in fatuos vappas & nauci homines hodièq; nostratibus familiare.

Granea, granica, locus granis recondendis, Romanis granarium & horreum à farre. *Lex. Bojoar. c. 1. t. 13. §. 13: Ad casas dominicas, stabulum, fœnile, granicam, tuninum reparandum petoritas rationabiles accipiant. Joh. Lydius* l. d. malè granicas interpretatur limites, quos Grängen adpellamus; glossa enim e Latino explicanda fuit. Alemannis, apud quos ratio in ipsis agris triturandi exoleverat, granea, scuria, & spicarium distincta in curtibus loca fuisse *e tit. 80. Legis Alem.* colligere est. *Spicarium* erat, in quod mergites seu manipulos culmorum, quos garbas adpellarunt etiam in Normannia & Anglia, ut est apud *Order. Vitalem l. 13. hist. Eccl. f. 899. & Paris. l. d. f. 727.* convehebant: *Granea*, in qua excussa semina servabant: *Scuria, Scevra*, à qua Græculorum σκέβριον, in quâ animalia stabularentur, sive bostar, dicta ab obscuritate, ut videtur. *Legis Salicæ t. 19: Si quis scuriam cum animalibus vel fœnile incenderit*: quæ tàm nostris moribus quàm Latinè loquendi consuetudine, qua horreum seu granarium cum spicario confundimus, Germanicum verò Spetcher de granario, sceuram de spicario usurpamus, hodiè mutarunt.

Hedinus in Hispaniæ provinciis est magistratus seu justitiarius Judæorum qui exercet compulsiones & mandat sententias executioni: *H. Blancas comm. rer. Arragon.* Vox ab Ebr. דן, *dan*, judicavit: דין *din*, judicium causa; articulatione He cum nomine הדין *dejan*, judex, vel participio דן *dan*, judicans coalita. Apud Burgundiones rex generali nomine *Hendinos* adpellatur; teste *Ammianô Marcell.* l. 28. Non ausim quidem dicere quòd ab Ebræis acceperint; & aliud tamen non succurrit.

Honor, principatum, terrasque in feudum acceptas aliquando significavit. In catalogo feudorum Normanniæ ed. ab *A. Duchesnio* nominantur *Milites de honore Montis fortis; Milites de honore Pontis Audomari. Wilh. Gemmet. l. 8. hist. Norm. c. 34: Wilhelmus primogenitus honorem Sorcii à patre regendum suscepit. l. 7. c. 16. Omnem honorem quem ipse pro nequitia segnitiaque sua perdiderat, concessit. Ord. Vit.* l. d. f. 903: *Propter honores quos in utraque Barones possidebant regione.* & l. 8. f. 717: *Ivo paternum honorem in Anglia aliquandiu tenuit, sed postmodum Roberto Con-*

suli invadiavit. Paris. f. 313: cujus terras & honores omnes rex sub Justitiarii custodia deputavit. Transiit hac significatione ad Italicismum; unde dominatus suprà Sipontum & montem Garganum in Apulia *la Signoria dell honore del Monte S. Angelo* dictus fuit, quod in signum honoris Rainulfo Comiti Aversano ob fortiter in bellis gesta concessus esset.

Iperperia; numi genus usitati in insula Creta: *P. Justin. l. 4. hist. Veneta* refert, Senatum Jacobo Mudacio, quod rebelles Insulanos ad fidem & obedientiam Venetis, legitimis dominis, præstandam admonuisset, receptâ insula, circà a. 1360. *quingenta iperperia quotannis dum viveret è fisco solvisse.* Is ab Impp. CPolitanis cusus, & per totam Natoliam monetæ publicæ vice fuit, non ultimis temporibus ejus Imperii, ut volunt, sed ante annos etiam quingentos; Cum Imp. Emanuel Comnenus neptem suam è fratre Theodoram circa a. 1060. Balduino III. regi Hierosol. desponderet, *dotis quantitas*, inquit *Wilh. Tyrius l. 18. hist. belli sac. c. 22. erat in centum millibus hyperpyrorum justi ponderis.* Aureum a. fuisse ex eodem *Tyrio* c. 24. adparet, ubi Imp. Regi *viginti duo millia hyperpyrorum, & tria millia marcarum argenti examinatissimi largitus esse dicitur:* æqualemq; in auro Solato Francisco *Scaligero* adsentimur, dubitamus in argento habuisse. Nam quadringenta hyperpyrorum millia sive in aurô sive in argentô putentur non efficient quingentas septuaginta marcas argenti, ut *Vinc. Belvacensis* æstimat: Quare cum in ej⁹ calculô error sit, non possumus esse certi, an tot hyperpyrorum in auro potestatem ad marcas in argento tradere, an quod putat *Scaliger* argentea hyperpera in marcas argenti resolvere voluerit. Quis primus sit inventor ejus numi, & unde ipsi hoc nomen, non magis invenias quàm si quæras quis primus sternutaverit aut screaverit.

Λαμβα. Gl. Latino-Gr. *Sappula*, Λάμβα. Iterum alibi. *Sappulo*, Λάμβα: Hæc totidem verbis *Meursius Gloss.* p. 376, sed quæ nihil nos doceant, nisi emendentur & explicentur. Latet a. in iis eruditæ antiquitatis unio quidam. Extremo cap. IX. l. 1. docui ex *Helladii chrestomathiis* Cypseli regis Corinthiorum matrem ab Apolline Pythiô Λάμβδα vocatam fuisse, ideò quia claudicaret: quod etiam *Ptol. Hephæstio* l. 5. *καινῆς ἱστορ.* apud *Phot. C. 190.* tradidit. Italis autem *Zoppo*, *Zoppulo*, & cum extenuare vitium pedum volunt, *Zoppertino*, claudum significat. Autor igitur istius glossæ aut ad Cypselum cujus mater Λάμβδα, aut quod

vero-

Digitized by Google

verosimilius est ad τὸ Zoppo, quod cognominis Λάμβδα interpretamentum est, respexit; Post hoc indicium meum quid Glossa sibi velit & quomodo corrigi debeat cuivis manifestum esse arbitror. *Zoppula*, Λάβδα. *Zoppulo*, Λαμβδα.

Λιποσωρεῖαι apud *anonymum de castramet.* ubi junguntur βουνίταις μικροῖ ἢ λιποσωρεῖαι, exponuntur *à Meurs.* l. d. p. 319, *tumuli, colles*. Bene: hi enim βουνοὶ, & Celtis *duni*: sed glossa unâ literulâ π mendosa est. Λιθοσωρεῖαι sunt λίθων σωροὶ, i. e. saxorũ manufacta strues quæ signum esset militibus factarum in campo fallendis & instar ferarum intercipiendis hostibus, maximè equitatui, fossarum.

Maicampum scriptores rerum Francicarum semi-Latini vocant generalem Curiam, placitum seu conventũ, quem reges è Merovingis quotannis ad Kalendas MaI indicere ob regni necessitatem, & ad quẽ frequentes negotiis boni publici & privatis controversiis componendis convenire solerent cum optimatibus subditi. Pompam venientis in Maicampum loco destinato regis ridiculam ἀπῳδὴν τῷ βασιλικῷ ἀξιώματος describit *Ursperg. Chron. f.* 170. Ista consuetudo habendi certis temporibus maicampos seu comitia cum Franci Imperium arripuissent simul illata est, & viguit: Ita *annal. Franc. à Freh. ed.* sub a. 776. *Maicampus ad Wormatia:* sub a. 770. *Maicampus in Saxonia ad Bedebrunna:* sub a. 779. *Maicampus in Dura.* Alius annalium Franc. scriptor à *Pithæo* editus *Martii Campum* adpellat, vel quòd Athenis dicasterium in quo δίκαι φονικαὶ dijudicarentur, & in quo causa Martis homicidæ primùm cognita fuisset, Ἄρειος πάγος vocaretur; vel quòd Romani Campum Martium extra urbem, in quo reges magistratusque creare, & delectus habere fas erat Comitiis celebrandis destinassent; quorum simulacrum erant Placita Francorum. Fere hoc genus scriptores sua ad Græcas Romanasque antiquitates exigunt, & has adfectant interdum valdè putidè.

Namum, à nostrati Nehmen / idem quod rapina seu præda est. In Capitulis Synodi Claromontanæ Arvernensis circà a. 1090. apud *Order. l. 9. Ut nullus homo alium assaliat, aut vulneret, aut occidat, nullus namum vel prædam capiat.*

Πάλληκας & Παλληκάρια in scriptoribus Τακτικῶν Viri docti exponunt calones & servos militum, infimi ordinis & viles homines, adestra-

stratis & impedimentis militaribus deputatos. Est tamen ubi παλη-κάρης militem honoratum, & fortasse ductorem ordinum significat. Sic Phortius l. 1. περὶ στρατιωτικῆς πραγμα]. Εὐγενεῖ καὶ πανευφήμῳ Ιακώβῳ τῷ Λαπκάρη ζωνίῳ παλικάρη: ubi πανεύφημος est ἐπαινετὸς, laudabilis. ζώνιος, strenuus & signo honoris cingulo militari conspicuus: quod de galeario intelligi die ive nequaquam potest.

Parcus, murô cincta vel sepe inclusa silva est, περίβολ@, θηριοτροφεῖον, & vivarium, ubi feræ omnis generis servantur ad culinas. *Chron. Norm.* sub a. 1160. de Henricô II. rege Angliæ: *Parcum & mansionem regiam fecit juxtà Rothomagum. Fazellus l. 8. dec. poster. de rebus Siculis* ubi de Panormo: *Palatio pomarium extrà urbis mœnia adhærebat, Parcum h.e. circus regius adpellatum*; cujus interpretatio generalior aliquantò est. Utuntur promiscuè Itali *Parco*, Galli *Parque*, Hispani *un parc*. in eadem significatione pro loco consepto, ut quorum propria vox sit, nescio.

Plastrum, pavimentum saxô stratum seu stratam lapideam; item figninum, h. e. calcetum factum ex arenâ, calce, & cæmento de silice significat; Est verò vox Germanica Pflaster. Extat in *Arnulphi l. 1. de S. Emmerammo: Cæpit evomere cruorem cum sanie, quâ cum plastrum horribiliter esset pollutum.* Eam verò Germani à Græcis qui πλάκας adpellant quicquid latû planumq; est mutuati sunt; unde & tabulas è lignô, crustas è saxô, ferrô, ære & omninò quicquid in latitudinem extensum ac æquabile est, Plat/ Platten adpellant, & secundû eos Latino-barbari *platonias* sive *platomas*, pro quibus nos ad Græcorum modulum *placomas* l. 1. c. 13. fecimus.

Porisma; pro eo quicquid quovis modo adquisitum est, & in bonis habetur: πόρισμα: *Order. l. 6: XXX. marcas argenti de porismate meo libenter erogavi.*

Regratarii sunt μεταπράται, παλιγκάπηλοι, dardanarii, qui res coëmunt, ut possint pluris vendere; Vorkauffer; Belgis & Anglis, Hucksters/ nobis Höcken. Rex Scotiæ David I. *In legibus burgorum c. 77: Regratarii qui emunt & vendunt ad lucrum in burgo, non emant aliquam rem ad revendendum ante tertiam pulsatam.* In statutis U. Romæ l. 3. c. 6. sunt *recatterii*. Revenditore & rivendirolo Italis: regratier, & regateador Gallis: regaton, Hispanis; ῥωποπώλης, minutus & miscellaneæ mercis institor.

Zar-

Σαχχύρας: *Jamblichus dramaticô*, quo amores Rhodanæ & Sinonidis describit apud *Photium Cod. 94.* Babylonium se esse profitetur & cum de variis divinationū & magiæ speciebus egisset, ἐγγαστριμύθων seu ventriloquum, vatem ex alvô, à Græcis Ευρυκλέα, à Babyloniis Σαχχούραν adpellari ait. Hæc glossa linguæ exoletæ & scriptoris antiquissimi (Trajano enim & proximis convixit) ex Arabicô *sahara*, quod est, *incantationibus & præstigiis illusit*, exponi potest. Ab eodem fortasse est זהירי *Zebire* quo Rabini *magum*, oculis hominum alia pro aliis subdititia ostentantem, adpellant; extat in *Codice Thalmudico*, Gemaræ Sanhedrin c. 7. §. 10. ubi interpretem & commentatorem doctissimum *Johan. Coccejum* vocem Rabbinicā in versione Latina retinuisse, habitam scil. pro nomine proprio viri, miror. *Zebiri*, inquit, *venit Alexandriam, emit asinum, eumq; potum duxit. Responsum illi est publicè; nisi Zebiri esses, nihil tibi solveremus: Num quis quid emit hic loci, quod non exploret ad aquas?* Narratio est de mago, qui à venditore simili sibi delusus non videbatur habere quòd de dolo jure conquereretur: debuisse enim magum opus artis magicæ, trabem ligneam pro asino suppositam agnoscere; refusum verò esse precium, decreto Judicum, in favorem artis & annexam deprehendendis & detegendis præstigiatorum fraudibus utilem cautelam, explorationem animalium ad aquas, quæ solvat magiæ vincula, ut mangones equos κωδωνισμῷ, tintinnabulorum sonitu, & venalitiorum in lapide valetudinem accenso gagate experiri solebant. Adpellativô igitur nomine sive magi, sive joculatoris, sive agyrtæ reddendum erat τὸ *Zebiri*. In Hispaniis genus quoddam hominum est, qui venas aquarum & metallorum, thesauros, cadavera in sarcophagis & alia in terræ visceribus oculorum acie perspiciunt; eos adpellant *Zahuris*. *Delrio*, qui *l. 1. disquis. magic. c. 3. qv. 4.* interpretatur *Lynceos*, è Germanica linguâ petitam esse istam adpellationem putavit; in hac enim essent Seher. i. e. *videntes*. Sed cum isti Zahuris de pacto cum Diabolo, ἀρχοντι τῆς ὕλης, principe tenebrarum & abyssorum sint suspecti, & magis meritò annumerentur, ex Arabico & Rabbinico *Zebiri* eorum denominationem apud Hispanos, quorum idioma ex Arabismo accepit quamplurima, manasse credibilius est.

Scaccarium fiscus regius, arca seu ærarium publicum in regno Angliæ, ejusq; scriptoribus, quantum observavi, tantum usitata adpellatione. *Paris f. 25. Thesaurarius sedens ad Regis Scaccarium;* & f. 563. Reditus omnes de Scaccario meo vix mihi sufficiunt ad simplicem victum & vestitum. *Th. Smithus l. 2. de Rep. & administr. Angl. c. 17: Fiscus principis seu ærarium publicum lingua plane mihi incognita Scaccarium, quod nonnulli primis temporibus statarium dictum autumant, locus est in quem census & reditus principales referuntur.* Quod de statario dicit *Smithus* ad *Polydorum Virgilium* referendum est. Sic enim hic *l. 20. hist. Angl. Incenso statario, quod vulgus schacarium vocat, pleno antiquarum tabularum quibus monumenta regni continebantur.* Iste vero melius, qui vocabulū etsi incognitū non corrumpit. Est autem id à Germanis petitum, qui quamvis pecuniæ collectionem Schatz i. e. thesaurum, & è censu provenientem Schatzung/ & locum in quem congeritur Schatzkammer appellamus, ut Bohemi *Bernam*, ubi pecuniæ extra ordinem indictæ Berne dictæ, & *generalis steura*, non etiam ordinariæ regni obventiones, census ac tributa, ut arbitrabar l. 1. c. 14. colliguntur & conservantur. Præfectos ejus Curiæ in Anglia *Scaccarios* nominant, & *Barones Scaccarii, Paris f. 505. Milles l. de Nobil. Polit. & civ.* f. 116. *Judices Regis Fisci,* qui universam pecuniam publicam administrant, causasque fisci audiunt & discutiunt, quod in Rep. Romana aliquando Quæstorum, aliquando Comitum sacrarum largitionum cum suis officiis, Præpositis Thesaurorum, Rationalibus summarum, magistris rerum privatarum, Comitibus metallorum, &c. fuit. *Reineccio,* qui *not. ad annales Caroli M. l. 4. fol. 61. scaccarios* exponit *missos,* à Germ. Schicken deducto nomine, & *Knichenio* qui hūc sequitur *l. de jure territ. c. 4. n. 84.* nemo adsentietur, qui de Scaccariorū dignitate & officio ita senserit; uti nec *Gervasio Tilburiensi*, de Scaccario tabula quadrangula nuganti: id saltem notabile est, quod Curiā scaccarii à temporib. Wilhelmi Regis Conquæstoris dicti cæpisse, *sumtâ tamen ejus ratione à scaccario transmarino* scribit *Cambd. Brit p. 107.* ubi de tribunalibus Angliæ. Inde enim firmiter concluditur, ejus instituti rationem & appellationem à Ger-

manis

manis deſumtam, & in Angliam è partibus transmarinis traductam eſſe, quod Normanni, è quibus iſte Wilhelmus, Germanicæ fuerint originis & conſuetudines patrias in terras alibi adquiſitas attulerint. Eſt tamen etiam ubi *Scaccarium* quamvis ciſtam ſeu loculum, in quo aliquid reponi poteſt. ſignificat, *Rog. Hoved. ann. P. poſt. ſub Rich. 1. Portantes in humeris ſuis unum ſcaccarium magnum valde, ſuper quod poſita erant regalia inſignia & veſtes.*

Sir magna urbs & populoſa; & princeps gentis Illyriorum; ita interpres Latinus *Suidæ*. Dum è Græcô textû, quô etiamnum careo, de priore ſignificatô gloſſæ ſtatuero; (nam & ipſum ſuſpectum eſt: niſi Sirin ſeu Sirium, quod Italiæ opidū eſt, velit) de poſteriore certò pronunciare poſſum, τὸ *Sir* h. l. eſſe gloſſam Italicam, qua dominum ſive principem adpellant Itali & Italiotæ, quorum adpellatione etiam vicini Italis Illyrii cenſentur ab Heſychiô, & Græcis poſterioribus aliis. *Ser, Sere, Sire, Signore* συνώνυμα ſunt adpellativa & principem ſignificare indicat Suidas, non gentis Illyriorum, ſed idiomate horum: Σὶρ, ἄρχων Ἰλλυρίων, ſcil. διαλέκτῳ. Manifeſta igitur alucinatio eſt interpretis Latini, qui pro nomine proprio principis Illyriorum habuit, quod nuſquam hoc genere extat.

Inter fragmenta Heſychiana, quæ hinc inde colligere, cum integri operis copia nondum mihi facta ſit, inſtitui aliquando, etiam hoc mihi notavi: Σιτλύβαι, δερμάτιναι ςολαί. τὰ μικρὰ ἱμαντάρια. *Cl. Salmaſius*, cui illuſtri nomini adſurgimus lub. mer. & in his literis principatum deferimus & gratulamur παμπληθεὶ, ultimum mutat in ἱμαλιάρια. Nobis aliud videtur; ſcil. ultima iſta ſic ſatis benè habere, ut edita ſunt; at cum gloſsâ Σιτλύβαι non cohærere; excidiſſe verò voculam Σίτυλαι vel Σίτλαι, *Situlæ*. i. eſt hauſtra, urceoli aquarii, ἄμαι, amulæ, vel urnulæ ſive ligneæ ſive coriaceæ; Hoc enim ſignificant τὰ μικρὰ ἱμαντάρια ἀπὸ τοῦ ἱμᾶσθαι, ab hauriendo dicta. *Gregorius Dialogus d. l. 1. de vitis Sanctorum*: τοῦ ὕδατος ἐν πληρωθέντος ἀπῆρε τὸ ἀνδράποδον αὐτοῦ ὕδωρ μετὰ ξυλίνης σίτλας. Conjecturam noſtram ipſa Heſychii ῥῆσις comprobat; qui cum duo vel plura ſignificata unius gloſſæ tradit, præpoſitionem καὶ vel ἢ, & vel *aut* ſolet interponere; quod cum hîc

neglexerit, duo interpretamenta unius glossæ h. l. non esse & propterea alteram, cui ultima verba respondeant, culpa descriptorum perisse certum est; & nos igitur eam restituimus. Ab isto ad continendas aquas usu etiam scyphi potorii situlæ dicti sunt; sic enim legimus apud Etymologum: Σίτλα, σκύφος, κρατήρ, κισσύβιον; & Germanicum mensuræ minoris nomen Seidel σιτλα sive situla est. Id verò vocabuli quod *Salmasius* substituit, τὰ ἱμαλίδρια, ipsa analogia & modulus formationum Græcanicarum non admittit; e voce enim ἱμάλιον per ὑποκορισμὸν fit ἱμαλίδιον, & ἱμαλιδάριον, quod in *Aristophanis Babyloniis* legit *Aristot. l. 3. Rhet. c. 2.* non ἱμαλίδριον. In Hesychio igitur ita ordinamus glossas: Σιτύβαι. (ponimus enim hoc, non adserimus) δερμάτιναι στολαί. Σίτλαι, τὰ μικρὰ ἱμάτια.

Simandrum. Συμανδρον instrumentum ligneum, quo, campanarum ex ære usu abolito, homines ad sacra convocantur, quàm latè Turcicum Imperium patet, Græci, cujus descriptionem è *Magii lib. de tintinnabulis* petere licet, ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν idem deducit: Sed est σήμαντρον potiùs ἀπὸ σημαίνειν, à *significando*, cum & mallei, quibus utrinque percutitur, σημαντῆρες adpellentur, & signum quod editur sono emisso σημεῖον.

Trebuculos scriptor historiæ Anglicæ *Matth. Paris* inter machinas bellicas, quibus muri & portæ burgorum urbiumque pulsantur franguntur & evertuntur nominat. Sic enim f. 297: *Turris crebris ictibus trebuculi aliquantulum concussa fuit.* F. 31. *Petrarias*, trebuculos, & mangonellos, quibus crebros lapides emittebant: & f. 45. *cum petrariis & trebuculis molares maximos & lapides damnosos ad mænia dirigentes, ipsa debilitabant.* Scriptor Gallus fragmenti de gestis Ludov. VIII. Franc. Regis à *Pithæo* editi, *trabucheta* variata vocis ex aliena lingua pronunciatione adpellat: *machinæ eriguntur, trabucheta, petrariæ, mangonelli parum proficiunt; quia ii qui intus erant viriliter se defendunt.* Istam machinam, cujus structura nos hodie latet, Germanos primùm adinvenisse ex adpellatione ipsa Treibbock q. d. *aries urgens & impellens*, adparet. Sic enim anonymus autor fragmenti historici ed. ab *Urstisio t. 2. hist. Germ.* sub ao 1212. de expeditione Imp. Othonis adversus Hermannum Landgravium

Digitized by Google

viam Thuringiæ & expugnatione opidi Wizenſee: Ibi *tunc primùm cœpit haberi uſus inſtrumenti bellici, quod vulgò Trybock adpellari ſolet*: quæ totidem verbis repetit *Naucl. generat. 41.* Eodem μαγγάνου genere ad oppugnationem urbis Gunſæ in Ungaria uſus fuit ao. 1289. Albertus dux Auſtriæ: ſed ejus nomen in hiſtoria Auſtrali apud *Freherum tomo 1. ſcript. rer. Germ.* corruptum hinc emendandum eſſe non fugerit attentum lectorem. Ita enim in editô: *Tandem machina quadam, Priapus dicta, muro civitatis magna parte interrupto cum exercitus Ducis violenter intraret, adhuc Ungari interius lanceis & ſagittis, gladiis & ſecuribus, lapidibus quoq; & luto locum fortiter defendebant.* Nomen iſti helepoli antiquorum æmulatione impoſitum fuit, qui κριὸς, *arietes* propter duriſſimam frontem ferro ſolidatam, qua muros ſubruerent, vel ab impetûs modo, quô ferirent objecta, adpellarunt: ſaxorum autem emiſſione in oppoſitas moles communitionesque præliata eſt iſta, quam ideò arcû ferreo valido fune attracto & remiſſo, ut in baliſta fulminali veterum, verbere nervorum torta, vel funda ferrea, ut in onagris & ſcorpionibus, effectam fuiſſe veroſimile eſt. Iiſdem temporibus Albertus Imp. Bingam obſeſſam cepit diſſipatis per admotam molem, quam *cancrum* adpellabant, mœnibus: ſed eam regebant incluſi milites (feruntur enim in iſta fuiſſe quingenti: *Chron. Colmar. ſub ao. 1300.*) & viribus concitis validiſſimam & ponderoſiſſimam trabem ferro præfixam muris impingebant, planè ut de ariete Tyriorum & Carthaginenſium *Vitruvius l. 10. c. 18.* memorat. Et hæ ſunt noſtræ Gloſſariis magnorum virorum αἱ τῶν λαχάνων προσθῆκαι quæ nunc erant in manibus; quas in ſchedis hinc inde diſperſas & fugitivas offendemus, eæ retractæ, etſi ſupernumerariæ, & ipſæ libris ſequentibus comparebunt.

Hoc capite prætermiſerunt operæ, quæ huc rejicere oportuit, ad p. 311. ubi de *Eſſonio*, pertinentia iſthæc: Elegantius eſt & fortaſſe verius Gallos ſuum *eſſoine*, à quibus Latino-barbari *Eſſonium* transſumsêre, è latino *Sontis* & *Sontici* vocabulo, quod reum deculpatumque ſignificat, per proſtheſin formaviſſe; unde *Sontia*, *Sondia*, & *ſonnia* αἰτία, cauſa, culpa. Hinc *morbum ſonticum* JCtorum filii, non tantum comitialem, qui ἐπιλήπτους

 & cadi-

& cadivos facit, ſed & quemvis vehementiorem & qui juſtam excuſationem adferat, quò minus quis coram Judice compareat, exponunt.

CAP. II.

Pluſquam ſeptuaginta diverſorum autorum loca, quæ maculæ in nominibus propriis maximè virorum fœdarunt, purgata. Suſpectum nomen Sylli Epicurei & Dionyſii Perſicorum ſcriptoris à correctorum manibus vindicatum in Cicerone; in eodem reſtitutum C. Carbonis: Aſtyoches in Apollodoro, ubi de libris 24 Bibliothecæ ejus, itemq; ætate: Clarenatium in Plinio & Strabone Stentoris & Zoili in Plutarcho ubi de ætate hujus Vitruvi error indicatus: Cardiani in Luciano: Æſionis in Harpocratione & Svida, qui de Æſione notabili loco ſuppletus: Pylæmenis, quod commune regibus Paphlagoniæ, in Juſtino. Cynicorum in Diog. Laertio. Heraclidæ & Chamæleontis in Tatiano è conjectura; ubi nova de Chamæleonte obſervatio: Apollophanis, Philonidæ, Cerybionis in Athenæô, ubi Alexis emendatus & Athenæi interpres notatus: M. Salvii Juliani, Sexti Gordiani è Quintiliis, ubi illuſtratus Galenus; Eructi Clari in Dione; gens Fructorum apud Romanos confuſa cum Erucüs à Joh. Maria Catanæo: Hippyos Chronicographi in Zenobio: Ityli in Helladio: Petronii Secundi & Ninnii Quadrati in Lampridio: Majoris ſeu Majoriani in Porphyrio: Hippomedontis Ægei, Thymaridæ, Euphranoris & Timæi Locri in Jamblicho ubi Ritterhusi & Meursi error quidā oſtenſus: Licymnii & Nymphidis in Stobæo ibi de poſteriore cum Cl. Voſsio diſputatum, & de ætate Philonis autoris περὶ θαυμασίων conſtitutum: Herennii Graniani in Euſebio: Cyrilli in Ephræmio: Samii Poëtæ Aſii in Heſychio: Aſcletarionis & Jacobi Pſychochriſti medici Imperatorii Conſtantinopoli in Chronico Alexandrino dicto: Marini in Victore Tūnunenſi: Philochori & Julii Africani jatroſophiſtæ in Fulgentio: Sari in P. Diacono: ubi error quidam Johan Magni Gothi tactus: Mauritii in Photio: Photii in autore vitæ Ludov. Pii: Eudonis in autore collectionis chronol. à Caniſio edita:

Digitized by Google

editæ: Clasſis in P. Diacono & Rheginone: Ophliam impoſitum Jacobo Apoſtolo, & Friſeæ equæ in Orderico Vitali: Lombardiæ, Marcæ Anconitanæ, Veneti piratæ, & Piſani naucleri in Pariſio: Mainardi de Gortze in Rigordo: myrrhæ Troglodyticæ in Garioponto: Philoxeni Leucadii, Rhodanæ & Simonidis, Cebetis & Euclidis. Icarienſis, Illyriorum, Maſaniſſæ, Simocattæ Theophylacti, Candidi, Calliſtrati, Coryphes, Leſchenorii, Apollonidis, Æthonis Theſſali, Anaxarchi & Democriti, Clidemi, Phoſthoniæ in Svidâ: Roberti Polani in Nauclero: Evmetidis in Lil. Gyraldo: Pigretis in not. Nunneſii ad Phrynichum: Carcini in Fazello: Comitis Pictavii in L. Marineo Siculo: Dudonis à S. Quintino in Cambdeno: Euni in notis Caſau. ad Laertium, Alexini in Mauſſaci ad Harpocrationem. Apollonii Biblæ in Wovverio de Polymathia: Ennii in Hygino, ejecto Evemeri, quod Cl. Barthius ſubſtituerat: Suniæ & Fretelæ virilia apud D. Hieron. nomina habita pro muliebribus à Cl. Riveto: contrà Elephantidis muliebre pro virili à Joh. Bapt. Pio & J. Cæſ. Capacio.

Οὐκ ἄνευ σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους κεῖσθαι est apud *Platonem*. Pro re igitur quæ levis videri poſſit imperitioribus, ſi seriò juvare literas & antiquitatem fugientem ſiſtere velimus, perinde moliri oportet, quaſi in ea ſalus literarum omnis verteretur. Sunt enim profectò in his literis plurima, quæ rectè Silenos Alcibiadis adpellaverimus, prima fronte rejicula, ſed quæ cognita ob elegantiam admirari fas ſit, & ſi neſcias, aditum magnarum rerum & eruditionis ſolidæ præſtructum tibi eſſe ſentias, minimùm autores, quos legis, non intelligas. Eſt in his diſquiſitio de nominibus propriis, quorum quàmplurima illuſtrium hominum in autoribus hodie dum vitiata legi hoc capite oſtendemus & viris præclaris ſua nomina, exempta memoriæ, & ſcriptoribus ſuum genium nitoremque hac parte fortaſſe redhibituri.

Verba *Ciceronis* 1. *de nat. Deor.* quibus Epicuri ſociorumque ingenia aſpera & mordendi alios, qui in Philoſophia quoquo modo diſ-

do dissentirent libidinem tetigit, interpunctione laborantia feliciter restituit diligentissimus *P. Victorius l. 24. Var. lect. c. 18.* exposuit etiam contumeliosæ nominis perversionis, quâ Zeno *Chrysippum* adpellare soleret *Chesippum*, rationem satis luculenter; sed cum quærere jubeat, an in verbis quæ ibidem leguntur istis: *Zeno quidem non eos solùm, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæterosque figebat maledictis, sed Socratem ipsum, parentem Philosophiæ, Latino verbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat,* macula sit, & semper eum locum valdè suspectum habuerit, quod ejus disciplinæ *Syllum* quendam vocatum fuisse nusquam legisset, eum ad inquisitionis incudem revocabimus. Cum Zenonem nominari audit quidam calidiusculus, quod genus solet esse παράδοξον & pronunciare antequam rem penitus cognoscat, αὐτοβοεὶ te Cittieo isto, qui cum esset vir summo ingenio *Cic. pro Muræna* peculiaris sectæ Philosophorum Zenoniorum ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ Πεισιανακτείῳ καλουμένῃ διατριψάντων autor celebratur, sibi persuadet; & cum ex auditoribus ejus *Erillum Carthedonium*, τὸν τὸ κατ' ἐπιστήμην ζῆν τέλος εἶναι ὑποθέμενον *Clem. l. 6. Strom. Lact. l. 3. c. 7.* impugnatum propterea à Cleanthe itidem Stoico, ut est apud *Laert. in hujus vita,* fuisse è *Cicer. l. 2. de finibus: 5. Tusc. Quæst. 1. de offic. & Laertii l. 7.* lectione reminiscitur, hunc ipsum à *Tullio* significatum fuisse augurari incipit. Id verò parum consideratè; Disputat enim Cicero in persona Cottæ Academici cum Vellejo Epicuréo, & cum antiquissimos hujus sectæ nominasset, transit ad notum sibi & quem ipse docentem Athenis aliquando audivisset Zenonem. Sanè Zenone Epicuréo sene suorum acutissimo, & Phædro ab elegantia & humanitate laudato, magistris se usum fuisse juxtà cum Attico fatetur *2. & 5. de fin. 3. Tusc. & 1. Acad. Quæst.* Unde de ætate ejus satis liquet circa Ol. 174. annum U. C. 670. quo Cicero ætatis vigesimum primum attigerat vixisse; Zenonem vero Stoicum Olymp. 130. senem & Persæum Erillumque familiares ejus & inventorum æmulos Antigono Gonatæ dicto, Asiæ primùm, tum Macedoniæ regi fuisse contemporaneos pariter notissimum est, & cognominem igitur Zenoni Stoico Epicuréum post centum annos Athenis floruisse, & cum Erillo nec quoad tempora nec quoad professionem

quid-

qvidquam habuiſſe commune ſequitur. Is verò Zeno, quem quærimus, Sidonius erat, teſte *Laertio*, Apollodori ejus, qui κηποτύραννος, quòd Epicuri Scholam in hortô ſuſcepiſſet, cognominabatur, diſcipulus, in præceptorem malè dicax & ingratus; quem Poſidonius Apameenſis, νόμῳ Rhodius, Stoicus integrô volumine convicit, ut perpetua eſt Stoicorum ad Epicuréos contradictio, teſte *Proclo Comment. 3. in 1. Euclidis.* Hujus συμβιώτην & ſodalem fuiſſe Syllum quendam adfirmanti *Ciceroni*, quàm dubitanti *Victorio* & nomen ejus habenti pro ſuſpecto ideò quod nuſquam legerit, Epicureæ diſciplinæ aliquem Syllum fuiſſe, credemus magis, cum nomen Σύλλος non fuerit inſolens, eoque quendam è Pythagoreis Crotoniatis adpellatum fuiſſe è *Jambl. l. 1. de vita Pythag. c. 28.* didicerimus; & qui περὶ σχολῶν, περὶ δοξῶν, περὶ αἱρέσεων, & τὰς τῶν φιλοσόφων διαδοχὰς elucubrarunt omnes nominare nec potuerint nec voluerint, ſed tantùm γνωριζομένους, cum interim ἀγνῶτας τε καὶ ἀνωνύμους πολλοὺς in quavis ſecta fuiſſe ſit veroſimilimum: *Jambl. d. l. c. 36. In Laertio*, qui ſucceſſiones Epicureorum & Stoicorum à primis ipſorum incunabulis enarrat, non reperimus Timagoram, Philodemum, Syronem, Canium, Hermonem, quos tamen *Cicero & Lucianus* laudarunt. Idem in Stoicorum familia Athenodorum Tarſenſem, TiberI, Chæremona Alexandrinū, Neronis magiſtrum, Cornutū, Muſoniū, Euphratē, omiſit, omnes nominatiſſimos apud *Svidam*. Syllum igitur non fuiſſe, quòd ejus præterquam à *Cicerone* nulla fiat mentio, κατὰ ταυτὰ τοῖς νηπίοις concludit *Victorius*: nos Viri doctiſſimi lapſum in rem noſtram vertimus ut cautiùs dicamus ſententiam & non niſi excuſſo omni negotii ſinu,

Idem *l. 1. de nat. Deor.* Cyro dormienti viſum eſſe Solem ad pedes & cum eum ter manibus fruſtrà adpetiviſſet ſe convolventem elapſum eſſe; hôc annos triginta regni ei portendi reſpondiſſe magos. profert è *Dionyſii Perſicis libris*. Nobilem hiſtoricum, unum è vetuſtiſſimis, quippe Herodoto Halicarnaſſéo priorem, æqualem civi ſuo Hecatæo Mileſio, Dionyſium Perſica ſcripſiſſe, dialecto Ionicâ, ſcimus è *Svida*: Nihil igitur cauſæ eſt cur *Dionyſium* hinc ejicere & *Dinonem, cui cæteroquin Romani plurimum de rebus*

Digitized by Google

Perſicis, teſte *Corn. nepote. crediderunt*, ſupponere velimus. Ii verò qui in membranis ſe *Dionis* reperiſſe ajunt, & hinc effingunt *Dinonis*, de fide iſtarũ docere nos debebant priùs; Sanè *Aldus* exactiſſimus Ciceronis interpres, qui codices manuſcriptos, ex illuſtriſſimis Bibliothecis conquiſitos. ad triginta vidit, contulit, & διορθωματα curiosè adnotavit, nullum hoc loco agnoſcit: cui propterea, quod unam hanc rem, Ciceronem nobis dandi quàm purgatiſſimum, pænè per omnem vitam egerit, tutiùs adſentimur, quàm uni ſingulari, qui membranas, quas nemine alio conſcio conſpexerit, oſtentat, & Ciceroni non eandem operam, ſive legendo, ſive emendando, ſive commentando, impendiſſe perſpicitur.

Idem *l. IX. Ep. 21.* ad Papirium Pætum: *Præter hunc Cn. Carbonem, quem Damaſippus occidit, civis è Rep. Carbonum nemo fuit.* Prænomen Carbonis Cn. in Cal mutandum eſt. Lucius enim Damaſippus Prætor, cum factio Mariana urbem teneret, & Cnæus Carbo Cos. ex Italia in Siciliam pulſus eſſet, C. Marii Junioris Cos. Præneſte obſeſſi voluntate. omnem quæ in urbe erat nobilitatem *Liv. l. 86 epit. Flor l. 3. c. 21. Appian. 1 ἐμφυλ.* & in his C. Carbonem Prætorium. Q. Mut. Scævolam Pont. Max. P. Antiſtium ædilitium in curiâ Hoſtilia, & L. Domitium in foribus trucidavit, a. U.C. 671. Cnæum verò Carbonem Cos. fugatô Perpenna, cepit Pompeius in Sicilia, & abductum à tribunali interfici mandavit, *Plut. Pomp & Liv. l. 89.* De hoc *Cicero* ibidem: *Hoc verò, qui Lilybæi à Pompeio noſtro interfectus eſt, improbior nemo meo judiciô fuit.* Ante emendationem noſtram fratres Carbones, Cos. & Prætor, qui Vir fuit eloquentiſſimus, ſed civis perniciosſus, ambo uno fuerunt prænomine, quod erat contrà conſuetudinem ὀνοματοθεσίας Romanæ.

Apollodorus l. 2. biblioth. cum Heraclidarum pro reditû in Peloponneſum obtruncato Evryſtheo molitiones deſcribit, earumqꝫ infelicitatem à vate quodam ad ipſos miſſo prædictam eſſe; addit, τοῦτον βαλὼν ἀκοντίῳ Ἱππότης ὁ Φύλαντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους τυχὼν ἀπέκτεινε: *hunc Hippotes Phylantis Antiochi ex Hercule nati filius jaculô percuſſum interfecit*, interprete *Ben. Ægiô.* At nec Phylantem, regem

regem Theſprotorum, Antiochi filium, nec Antiochum aliqvem Herculis fuiſſe quiſquam mythologorum adfirmavit; ſed Phylas pater erat Hippotæ iſtius, & prætereà Aſtyoches, è qua Hercules Tlepolemum ſuſcepit, *Apollod. ib. Hygin. fab. 162.* Ita ergò in *Apoll.* conſtituenda lectio: Ἱππότης ὁ Φύλαντος τοῦ Ἀστυόχης τῆς Ἡρακλέους, i. e. *Hippotes Phylantis ejus, qui Aſtyoches Herculis nuptæ pater, filius.* Interpretis autem idem παρόραμα eſt quod ejus qui *Cononem* apud *Phot. Cod. 187.* vertit; in cujus *narr. 38.* Harpalus ὁ Κύρου redditur *Cyri filius*, cum tamen ejus præfectus eſſet. Hoc loco Φύλας ὁ Ἀστυόχης, Aſtyoches patrem, & Ἀστυόχη ἡ Ἡρακλέους, Herculis conjugem ſignificat, ſuppletâ ellipſi ex hiſtoria, quæ docet non quod interpres, ſed quod nos diximus. De bibliotheces ſeu hiſtoriæ de Deorum & Heroum origine libris non ignorari debet, fuiſſe viginti quatuor *Phot. Cod. 186.* eosque ad concinnandas ἐκλογὰς διαφόρους adhibuiſſe & excerpſiſſe Sopatrum Apameenſem. *Id. c. 161.* Vigeſimum Apollodori περὶ Θεῶν σύγγραμμα fuit περὶ τοῦ ᾅδου ex eôque nonnulla de fluviis inferorum refert *Porphyrius* ἐν τοῖς περὶ Στυγὸς *ap. Stob. Ecl. phyſ. c. 40.* Nobis hodiè tres ſoli ſuperſunt, iique initio & fine mutili. Super ætate ejus Apollodori nihil temerè dixiſſe *Cl. Voſſium* exiſtimamus quòd eum temporibus Ptolomæi Phyſconis Evergetæ II. adſcripſit *l. 1. de hiſt. Græc. c. 21:* Sed *Caſtori* τῷ συγγράψαντι τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα non debuit præponi; ut factum à *Cl. Voſſio l. d. c. 24.* videmus. Scripſiſſe enim priorem *Caſtorem* hinc colligere eſt, quod *Apollodorus* eum *librò ſecundò* alleget; ambos verò ſimul vixiſſe inde, quod Caſtor etſi Apollodoro prior ſcripſerit, ad Cæſaris principatum tamen vivendo pertigerit, quod vel *Cicer. Oratio pro Dejotaro* probat; quibus temporibus Apollodorus quàm proximus fuit, ſi ea non attigit omninò. Certè ultrà Ptolemæum VIII. vitam produxiſſe oportuit, cum obitum Carneadis Academici etſi de tempore ejus falſus (refert enim ad Ol. 162. apud *Laertium* quem Ol. 170. accidiſſe ſupputant recentiores *Petav. Exerc. miſc. c. 8.*) commemoraverit.

Vindelicorum, qui ultra Danubiana, quantum eorum Ilarus, Licus, Iſarus emetiûtur, coluêre & nationes quatuor ex inſcriptio-

ne trophæi Alpium, quarum gentes Drusus & Tiberius devicerant nominat *Plinius l. 3. c. 20.* *Consuanetes, Virucinates, Licates, Catenates.* De priorum duarum sedibus, quæ fuerint ipsæ, & quæ sint hodie, frustra laborabitur; sunt enim omnia incerta: *Licates* Lici accolæ etiamnum noti sunt; *Catenatium* nomen depravatum esse perinde ut Κλαυληναλίων apud *Strabonem* videtur. Sunt autem genuina adpellatione *Clarenates*, Κλαρρηναλιοι, Clarennæ incolæ: Eam *Tabula Pentingeri*, itinere Alcimoenni seu Ulmâ per Danubii ripam ad Oeni confluentem usque, nominat; unde vetustissimam esse, & à qua populus Vindeliciæ aliquis vocari potuit, sequitur. Hodiè priore syllaba truncatam *Rainam* nuncupamus ad Lici trajectum, Danubio non ita procul, celebre opidum, quod Acha fluvius interfluit & infrà Lici εἰσβολὰς in Danubium præcipitat.

E Ctesibio ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας refert *Plutarchus*, Demosthenem Calliæ Syracusani opera τοὺς Ζήθου τοῦ Ἀμφιπολίτου λόγους, *Zethi Amphipolitani orationes* nactum in iis se exercuisse. Cum in serie veterum oratorum & scriptorum artis Rhetoricæ, quam satis diligenter tradidêre, nemo hactenus *Zethum* aliquem repererit; immò ne quidem in quôcunq; autorum catalogo alio, miror viris doctissimis, qui *Plutarcho* adfuêre, vitium non suboluisse. Adsignatio verò patriæ *Amphipolis* in veri nominis notitiam me deduxit. Ea Zoilum etiam dedit, Philosophum rhetorem & grammaticis contra Homeri poësin scriptis illustrem hominem: Is cum auditor Polycratis Atheniensis ejus, qui condiscipulo Alcidamante Eleate Gorgiam Leontinum sectatus est, & ad quem *Hermippus* apud *Laertium* Socratis accusatoriam refert, fuerit, *Æliano & Svida* teste, optimè temporibus convenit, ejus orationes quippe novas à Demosthene clàm conquisitas fuisse & lectitatas. *Halicarnass.* etiam *Dionysius* Oratores veteres hac serie nominat; Antiphonta Rhamnusium, Thrasymachum Chalcedonium, Polycratem Atheniensem, Critiam τὸν τῶν τριάκοντα ἄρξαντα, & Zoilum, τὸν τὰς καθ' Ὁμήρου συντάξεις καταλιπόντα *in judicio de Isæo*: & in *de gravitate Demosthenis* Antiphonta, Theodorum, Polycratem, Isæum, Zoilum, Anaximenem; qui omnes inter Olymp. 94. qua decreto XXX. Tyrannorum condemnatus proditionis & interfectus fuit

Anti-

Antiphon, & Ol. 112. Athenis vixêre; ultimi verò tres etiam visi fuêre Demostheni quippe an. 3. Ol. 114. in fano Neptuni Calavriæ defunctô. Errat igitur manifestò *Vitruvius* & qui hunc sequuntur Zoilum Macedonem, Homeromastigem dictum, qui à nostro istô non est ullus, Ptolomæo Philadelpho supparem facientes, cum centum annis prior, Socratis plerisque familiaribus Isocrati & Platoni, in quos similiter strinxit calamum, æqualis fuerit. Et quia Zoilus ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον, ut loquitur *Strabo l. 6.* vel ut *Suidas* ὁ τὸν Ὅμηρον κακίζων Anaximenem Lampsacenum seniorem rhetorem instituit, *Suid. in* Ἀναξιμ. hic autem Alexandro M. magister datus & ad eum à civibus suis Ol. 112. victo Dario missus legatus fuit, qua de re *Pausan. l. 2.* de ætate ejus ultrà quærere supervacaneum est. Id vero certissimū, eum usq; ad Monarchiæ Græcæ initia vivendo pervenisse, quia ἱστορίας ἀπὸ Θεογονίας ἕως τῆς Φιλίππου τελευτῆς usque ad obitum Philippi, qui in a. 4. Ol. 110. incidit, descripsit; *Suid.* in Ζωΐλος. Emendationem nostram præter adductas à temporum personarumque συγχυσία rationes *Suidæ* testimonio roborare possumus. Is enim vel vetusto incorruptoque codice *Plutarchi* vel iisdem quibus *Plutarchus* scriptoribus usus ita de *Demosthene*: Τοῖς λόγοις ἐχρῆτο Ζωΐλου τοῦ Ἀμφιπολίτου, σοφιστεύοντος ἐν Ἀθήναις καὶ Πολυκράτους καὶ Ἀλκιδάμαντος τοῦ Γοργίου μαθητοῦ: quô pro nostra de Zoili nomine in *Plutarchum* reponendo & de ætate ejus sententia nemo poterat dicere aliquid aptius.

Idem de Eumene Cardiano, uno è familiaribus Alexandri M. & archigrammateo refert *in ejus vita*, quòd cum regis castra sequeretur, & Hephæstion ædes quas ministri ejus priores occuparant, Evio tibicini adsignasset, ἐλθὼν ὑπὸ ὀργῆς πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἐβόα μετὰ Μέντορος ὡς αὐλεῖν εἴη κράτιστον ἢ τραγῳδεῖν, τὰ ὅπλα ῥίψαντας ἐκ τῶν χειρῶν, *indignabundus Alexandrum adierit & cum Mentore vociferatus fuerit, præstare abjectis armis tibia canere vel tragœdias agere*, quod militi strenuo tibicinem inutilem & qui solas aurium delicias profiteretur ille prætulisset. Ex hac narratione colligimus, Hephæstionem, cui uni plurimum tribuebat Alexander, militibus viandi ordinem & stativas disposuisse, quod Romana consuetu-

dine magistri militum vel officiorum dicti per mensores, quorum erat domos singulis deputatas notare & nomina hospitaturorum postibus adscribere, facerent: Mentorem verò qui Evmenis querelarum de interceptis hospitii commodis & collatis tibicini socius esset fuisse. At nec opus erat Evmeni ad quem solum ista injuria pertinebat, socium adsciscere indignationis & implorationis suæ; nec eô nomine quenquam in comitatu Alex. tum fuisse ullibi historicorum legimus. Fictum igitur nomen *Mentoris* est à librariis; *Plutarchus* autem ὡς ἐμοίγε δοκεῖ, scripserat, ἐβόα κατὰ Στέντορας, *vociferabatur Stentoreâ voce*, Stentoris in modum voce intentâ, ad significandam indignationem suam & exaggerandam ignominiam tumultuabatur; & fuit profectò vox ejus paulò liberior & incandescentis, & invehentis in regem eumque contra Hephæstionem incitantis. De Stentore autem μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ, qui tantum voce voluit ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα, *quantum alii quinquaginta*, res vulgata est ex *Hom. Il. ε.* In istius Evmenis ἐθνικῷ corruptus etiamnum est *Lucianus*: appellat enim, cum ejus *epistolam ad Antipatrum* de rebus Alex. M. ad Issicam pugnam spectantibus, ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσηγορίᾳ πταίσματος allegat, Σαρδιανὸν, qui Cardia Thraciæ urbe ortus erat.

Val. Harpocration Lexicô è X. Rhetoribus confecto in ἀμφιγνοεῖν laudat *Lysiam* ἐν τῷ πρὸς Ἀσίωνα περὶ τῆς τῶν βιβλίων κλοπῆς. Spicam hic legemus neglectam à *Cl. Maussacô* cujus elegantissimis notis cum ipso *Harpocratione* quàm emendatissimo datis subinde delectamur. *Æsion* Atheniensis quidam fuit, ᾧ συνεφιλολόγησεν ὁ Δημοσθένης: *Suid.* in Δημ. Ejus de Oratoribus tam priscis quàm æqualibus suis judicium ex *Hermippô* recitat *Plut. in vita Demosth.* Et quia Lysias adolescentem Demosthenem vidit; hic verò Æsionem; eundem esse utriusque indubium est, & *Harpocratione* ejiciendum Ἀσίωνα. In eodem nomine corruptum etiam *Suidam* emendabimus & supplebimus simul glossa mutilum. In ἄξιος post testimonium *Menandri* addit, καὶ αὖθις καὶ τὸ τοι οὐκ ἄξιον δόξαι ἂν βασιλεῖ. Ὅτι Δημοσθένης συνεφιλολόγησεν Αἰσίωνι i. e. & *rursum, Et hoc non videbitur conveniens regi.* Sequentia, ὅτι Δημ. &c. alius glossæ exemplum sunt. Excidit enim libra-

librariorum inadvertentiâ isthæc: *Αισίων, ἴνομα κύριον*: quam si inseras & mox subjicias *ὅτι Δημ. συνεΦιλόλ. Αισίωνι τῷ Ἀθηναίῳ* rectè & plenè *Svidam* intelliges. Ex argumentô Orationis Lysianæ discimus, ambitionem vix natâ inter Græcos literaturâ furtis tegi consuevisse, & fuisse jam tùm, tàm qui alienis operibus sive sua sive alia illustriora nomina præscriberent, vel alios ad verbum descriptos non nominarent, quàm qui fucos ejusmodi indicarent à judicii *ἐυστοχία* Critici dicti; dubito etiam, antiquiorem ejus rei testem extare, quam tamen posteriorum plurimi summâ solertiâ tradiderunt. *Plinius in præfat.* aperte insimulat autores proximos, quod veteres ad verbum exscripserint, nec nominent; *Clemens ὁ πολυμαθέστατος* toto sexto Stromatum libro hoc agit ut quid posteriores a prioribus mutuati & quem quisque imitatus sit ostendat: de furtis Ctesiæ, Herodoti, Theopompi Aretades *ἐν τῇ περὶ συνεμπτώσεως πραγματεία* & *Valerius Pollio Alexandrinus ἐπιστολῇ πρὸς Σωτηρίδαν*: *Latinus* quidam sex libris *περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρε*: *Lysimachus* duobus *περὶ τῆς Ἐφόρε κλοπῆς* commentatus est: è *Porph. l. 1. Φιλολ. ἀκροασ. Euseb. l. 10. προπαρασκ. Ευαγγ.* c. 3. de Eratosthene, quòd libros X. *περὶ νήσων* scriptos a Timosthene inq; epitomen ab autore volumine uno redactos, itemque alium singularem quendam, in quo *ἀπόδειξις τῶν καλουμένων σταδιασμῶν* erat, transcripserit *βραχέα τινὰ προσθεὶς, ὡς μηδὲ τῷ προοιμίου τῷ μνημονευθέντος ἀποχέσθαι ἀλλ' αὐταῖς λέξεσι κακεῖνο τῷ οἰκείου προθεῖναι συγγράμματος*, narrat *Marc. Heracleotes epit. geogr. Artem. Ephesii.*

Justinus epitomes historiarum Trogi Pomp. l. 37. narrat Nicomedem Bithyniæ regem amicum Pop. Rom. cum inita cum Mithridate Ponti societatè Paphlagoniam invasisset, Senatus a. gentem in pristinum statum restitui jussisset per legatos, quoniam se tueri jure non poterat, justo regi se redditurum respondisse; mox *filium suum mutato nomine Philomenem, Paphlagonum regum nomine, adpellasse, & quasi stirpi regia reddidisset, regnum falso nomine tenuisse.* Solenne omnium ferè populorum fuit reges duces aut magistratus suos vel communi nomine, quod potestatem summam indicaret, vel proprio alicujus principis insignis adpellare. Hinc apud

Roma-

Romanos Augusti, apud Persas Kosravi vel Kosroæ, apud Thracas Cotyes, apud Edessanos Acbari, apud Cilices Trachiotas Tevcri aut Ajaces, apud Arabas Arethæ, apud Damascenos Adadi, apud Mauritanos Xarifes vel Seriphii, apud Turcos Sultani, nomine in quemcunq; imperium transeunte. Paphlagones autem quòd ducem Pylæmenem plurimi ad bellum Trojanum secuti fuissent, nomine benefici felicisque principis, amissi bello, successores ejus, quasi ut regni ita felicitatis hæredes, vocaverũt. Quin & ipsã gentem *Pylameniam* aliqui dixerunt *Plin. l. 6. c. 2.* Mentio Pylæmenis Paphlagonum regis apud *Evtropium* & *Sextum Ruffum l. de Conf. Rom.* Unde quid cum *Philomenis* adpellatione apud *Justinum* fieri oporteat liquet.

In *Diogenis Laertii* l. 10. de Epicuri in omnes pœnè philosophos contumeliis ῥήσει etiam post absolutissimas hominum doctorũ curas ista hodiè legimus: Τὺς ἢ Κυζικηνὺς ἐκάλει ἐχθρούς τῆς Ἑλλάδος, καὶ τὺς Διαλεκτικὺς πολυφθονερὺς. Cur Cyzicenos philosophis aggregaverit Epicurus nemo percipiat, & est absurdum planè. Cynicos verò eum traduxisse tanquam hostes Græciæ, ex ipsis ejus dogmatibus colligitur, cum sapientem ὐδὲ πολιτεύσεσθαι, ὐδὲ τυραννεύσειν, ὐδὲ κυνιεῖν, decrevit: quibus omnibus Cynicorum Stoicorumque placita reclamant; ponunt enim σοφὸν κυνιεῖν: *Laert. Zenone,* καὶ τὸν κυνισμὸν εἰρήκασι σύντομον ἐπ' ἀρετὴς ὁδὸν, *id. Menedemo.* Cynicos igitur calumniatus est Epicurus, perinde ut Dialecticos, non Cyzicenos.

Tatiani λογῳ πρὸς Ἕλληνας inter eos qui de genere, ætate, & poẽsi Homeri scripserint, cum Ephoro Cumano nominantur Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, Μεγακλείδης τε ὁ Χαμαλαιέων οἱ Περιπατητικοί. ita habent editiones omnes, etiam novissima quæ Parisiis ao. 1615. apud Sonnium adornata est; ultimus ex his *Gesnero* est *Megaclides Chamalaensis.* At cum Chamalæa quædam, quæ Megaclidem aliquem tulisset, nuspiam fuerit. ὁ Χαμαλαιέων non erit nomen gentile: refragatur etiam vocabuli modulus. Nos de re admodum obscura conjecturas nostras promemus, facturi electuris, quod volent, copiam. Heraclidẽ Heraclea Ponticum, Platonis & Aristotelis auditorẽ, duos περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδυ ἡλικίας libros scripsisse; item-

ſe; itemq; à Chamæleonte cive ſuo propterea, quaſi eos aliunde ſurripuiſſet, accuſari è *Laertio* ſcimus; Videntur igitur apud *Tatianum* à librariis duo ſcriptores in unũ conflati eſſe, legendũq; poſthac Ἡρακλείδης τε καὶ Χαμαιλέων, qui de Homero ambo tractaverint. Chamæleon Heracleotes περὶ Σαπφοῦς, περὶ Σιμωνίδου, περὶ Ανακρέοντος, περὶ Αἰσχύλου laudatur ab *Athenæo* paſſim & περὶ Θεσπίδος à *Svida* in Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον; unde βιογράφον Grammaticũque & de Homero & in eum commentatum fuiſſe, colligitur; Heraclidem verò in aliquibus exſcripſiſſe patet inde, quod quæ de Artemone, cognomento Περιφορήτῳ habet in l. περὶ Ανακρ. apud *Athen. l. 12.* ea ipſa *Plut. in Pericle* ex Heraclide Pontico autore referat. Et hinc ſatis fit veroſimile, cum *Laertius* Heraclidi & Chamæleonti commentarios de Homeri ætate tribuat, etiam Tatiano, iiſdem autoribus quibus iſte uſo, eandem fuiſſe mentem, emendandumque, uti diximus, propterea. At quia *Svidas* in Αθηναίας laudat *Megaclidem* ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου, quia *Athenæus* l. 12. *è Megaclide* aliquam multa producit, quibus oſtenditur è Poëſi Homeri eum delicias & luxuriam vitæ frugi & temperantiæ antepoſuiſſe probari poſſe, non temerè adſerimus Megaclidem in Tatiano tolerari debere; articulum verò ὁ inſinuare, vocabulum Χαμαιλέων, quod gentile non eſt, ejus ἐπώνυμον aut ἐπίθετον eſſe, ut ſit *Megaclides cogn. Chamæleon*: idque nemo adeò mirabitur, qui veteres, maximè Athenienſes in talibus fuiſſe liberos nimis, crebros admodum, opidò quàm feſtivos plurimùmque dicaces noverit; Nobis hoc omninò perſvaſum eſt, & è collatione *Tatiani Laertii & Svidæ* erutum primùm ſcriptorem quem Chamæleonta adpellant *Laertius in Heracl. & Platone*, *Athenæus* paſſim, *Clemens Alex. Svidas in* Αρίστος κύκλωψ, in οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, *M. Apoſtolius* in ἀπώλεσας τὸν οἶνον, *ſchol. Argonavt. Apollon. l. 2.* cum ipſum eſſe quem *Tatianus*, *Athenæus* loco ſingulari, & *Svidas* Megaclidẽ vocant, & hoc nomen ejus Philoſophi verum propriumq;, etſi nondũ repertum alibi, illud cognomen ejus, quacunque occaſione impoſitum, & quo ipſo fuit notior, eſſe. Cum enim Chamæleon Heraclidem de Homerô ſcribentẽ arguerit, ut è *Laertio*; cum περὶ Ἰλιάδος tractaverit, ut è *ſchol. Apoll.* diſcimus, quod de enarratione iliados Homeri tali qvalem Zenoni, Antiſtheni, Perſæo, aliiſque Philoſophis

losophis tribuunt *ei πολυμαθεῖσ*, intelligendum est; Megaclidem autem de eodem argumento laudent *Tatianus*, *Athen* & *Suid.* expresse ejus τὰ περὶ Ὁμήρου, Megaclidem & Chamæleontē eundem hominem fuisse ἀπεῖξ tenemus. Adparet præterea ex observatione Megaclidæ quam *Suid.* annotavit ista, *fœminas Athenienses ab Atticismi studiosis non dici Ἀθηναίας ob reverentiā Numinis quod Ἀθηναία dicebatur*, eum etsi Philosophiæ Peripateticæ sectator esset, ἐξηγητικὴν & κριτικὴν Grammatices partē simul in Homero exponendo exercuisse; de loquendi enim modis, alios quidam adprobando, alios culpando, monere Grammaticorum Criticorum est. De Heraclide igitur in *Tatianum* reponendo non cogitemus ultrà; prohibetque hoc ipsa ejus ῥῆσις. Cum enim eos, qui in Homerum aliquid condidissent, ordine quo vixerunt nominet, Theagenem, Stesimbrotum, Antimachum, Herodotum & Dionysium Olynthium: tum Ephorum Cumanum, Philochorum Athenienscm & Megaclidem Chamæleontem ultimò: Philochorus autem sub Ptolomæo Epiphane floruerit; consequens est ei postpositum reverà posteriorem fuisse & de Heraclide qui audiverat Platonem centum annis priore non posse intelligi; Imò quia Megaclidem *Tatianus* Peripateticis accenset; Heraclides autem nominatur *Platonicus à Strab. lib. 12.* Platonis auditor & discipulus à *Cic. 1. de divin.* quæstio omnis de Megaclide in Heraclidem refingendo exolescit.

Athenæus l. 7. Aphanem γνώριμον τοῦ Ἀρίστωνος Χίου, ὃς ἦν εἷς τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς citat qui ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρίστωνι præceptoris sui Aristonis Φιληδονίαν, quasi non consentaneam dogmatibus Stoicorum, quibus placuit sapientes μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν μήτε παρ' ἄλλων τὰ πρὸς ἡδονὴν προσδέχεσθαι traduxerit. *Casaubonus* Athenæi vindex maximus *Aphanem ex omnibus antiquis nullum se novisse* ait; *Aphareum fuisse olim nomen usitatum; sed videri* Ἀφάνης *per compendium scriptum pro* Ἀπολλοφάνης, *aut* Ἀριστοφάνης, *aut* Ἀντιφάνης. Ritè conjicit vitium scripturæ esse in Aphane; deficit, cum vel Aristophanem vel Antiphanem jubet substituere. De neutrô enim horum, inter Aristonis discipulos & Stoicorum sectæ addictum fuisse probare poterit. Apollophanem autem Stoicum Philosophum

Iosophum Asibe, i.e. Antiochia, quæ & Mygdonia, ortum celebrat *Steph.* in Ἀντιόχεια: quem eundem esse cum isto Aristonis discipulo planè nobis persuademus: & hinc è Stephano Athenæum emendamus. Erat quoque in aula Antiochi, Selevci F. quidam Apollophanes ὁ ἰατρὸς ἀγαπώμενος ὑπὸ τοῦ βασιλέως διαφερόντως, teste *Polyb. l. 5.* ad quem malagma quoddam contra stomachi & jecinoris duritiam, descriptum à *Galeno l. 8. de comp. med. sec. locos c. 9.* & *Paulo Ægin. l. 7. c. 18.* memoratum *Aetio tetr. 3. s. 3. c. 18.* Apollophanium dictum referimus: Eum ipsum esse Philosophum illum Stoicum audacter adfirmamus, quòd & hic & ille eodem tempore, nimirum sub Ptolomæis Evergete & Philopatore, vixerit; diversos autem esse nemo dum docuerit nec dicturus sit fortasse. Zenonis enim Ol. 130. admodum senis auditor fuit Ariston; hujus Apollophanes, qui cum Eratosthenem condiscipulum habuerit; hic autem temporibus Selevci & Antiochi circa Ol. 140. floruerit, Apollophanem Aristonis & Antiochi eundem fuisse planè necessarium est.

Idem l. 15. Φησὶ, inquit, ὁ Μυρωνίδης ἐν τῷ περὶ μύρων καὶ στεφάνων. Philonidem de unguentis & coronis tractasse, fuisse verò medicum, eodem l. docet *Athenæus.* Constat ergò de emendatione. Philonidem τὸν Σικελὸν τὸν ἀπὸ Ἔννης de hellebori medica potione scripsisse est apud *Dioscor. l. 4. c. 145* & *Herrn. l. 2. meth. p. 232.* Ejus *librum 18 de medicina* laudat *Galenus 4. de diff. puls. c. 10.* Celebratur etiam à *Stephanô* Philonides Dyrrachenus; huicne an Siculo opus de unguentis tribuendum sit, nequit definiri: ipsi verò etsi eodem pænè tempore vixerint satis distincti sunt, quòd Siculus Herophili, Dyrrachenus Asclepiadæ discipulus fuerit.

Apud eundem l. 8. *Euphanes* (nisi & hoc ψευδογράφημα est) *Comicus* induxit Phœnicidem parasitum, qui conspecta patina fervente plena piscium gulones famosos omnes provocaret, his verbis usum;

Τίς ἐκ μέσου τὰ θερμὰ δεινὸς ἁρπάσαι;
Ποῦ Κόρυδος ἢ Φυρόμαχος ἢ Κοίλου βία;
Quis e medio ferventia abripere valet?
Ubi Corydus est, ubi Phyromachus?

Ex istô cœnipetarum grege Corydum *Alexis Pancratiaste, Demetrio, Titthe; Timocles* etiam & *Machon* comici celebrarunt; Phyromachum sodalem ejus *Lynceus Samius* ἐν τοῖς ἀποφθέγμασι: tertius hoc loco malè nominatus est. *Interpres Athenæi* aliam lectionem secutus vertit, *è publico victitans*, quasi reperisset κοινῶς βιῶν; cujus ἀποτυχίαν non opus est indicare pluribus. *Casaubonus* Κοίλου βίαν interpretatur *Cœlum*; quasi Cœlus quidam de ingluvie & mensarum adsectatione in scenis fuerit notatus. Sed iste πῦ κεῖται? Neque probabile est, quod de Cœneo insinuat; nos tentabimus adferre verosimilius; ei tribuat quisque quantum videbitur. Κηρυβίων, vel commutata vocali prima cum secunda Κυρηβίων, nobilis Athenis scurra fuit & planè istorum planorum geminus *Athen. l. 6.* hujus nomen quàm adsonat. quàm convenit, quippe totidem penè literis & syllabis, isti quod editum est, Κοίλου βία? Eum nominat *Alexis l. d.* addito sive epitheto sive cognomine: Verba Comici in rem nostram ista sunt; sed ut planum faciemus trunca;

Πρῶτον μὲν ἦν σοι Καλλιμέδων ὁ κάραβος,
Ἔπειτα Κόρυδος κωβίων, Κηρυβίων
ὁ σκόμβρος: ἡ σεμίδαλις.

Callimedontis carabi dicti etiam meminit *in Mandragorizomene*, item *Timocles* ἐν πολυπράγμονι *ap. Athen. l. 8.* Corydus gobius agnominatus, paulò ante productus fuit: Cerybion scomber adpellatus est uti & duo Chærephili filii, teste *Athen. l. 8.* & Damasus rhetor illustris Trallianus, *Strabo l. 14.* q. d. τάριχος vel ἅλμη quæ tetrum virus exhalat. nobis quæsitus: quem de cœnis scripsisse *Callim.* ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραφέων πίνακι adnotavit. Quarti igitur qui σεμίδαλις cognominatus nomen excidisse animadvertit quisque. Nos Phyromachum τὸν πάντα φαγεῖν βορὸν, ut in eum lusit *Posidippus*, sanè ad istum σύλλογον personam idoneam, isto loco infarcimus, quòd is socius Corydi apud Ptolom. Philadelphum fuerit, ut patet è *Lynceo* l. d. *Interpres* verò *Athenæi*, qui quæ nos pro cognominibus exponimus in ῥήσει *Alexidis*, nomina propria trechedeipnorũ esse putavit, fallitur. Consvevisse enim parasitos ab obsoniis & eduliis quæ vel sectarentur avidiùs vel scitiùs fœdiusve devorarent agnominari ex *Alexidis Isostasio ap. Athen. l. 4. discemus*; ubi sic de talibus:

ἔψων

- - - ὄψων ὀνόματα
καὶ σιτίων ἔχοντες. ὄψον, Κάραβος,
καὶ Κωβιὸς, καὶ Σεμίδαλις. quæ epitheta quorum fuerint jam docuimus.

Dion Nicænus, cujus epitomen à *J. Xiphilino* confectam legimus, in vita Imp. Commodi, ἀπέκτεινε δ' ὁ Κόμμοδος, inquit, καὶ Ἰουλιανὸν τὸν Σέρβιον, καὶ τὸν Πάτερνον. Quia in Serviis apud Romanos nulli Juliani fuerunt, sed in Didiis, Salviis, Antoniis, & Claudiis, *Servii* nomen quod h. l. legunt *H. Stephanus Leuncl. Sylburg. & Xylander*, dispungimus, substituto *Salvii*. Salvius enim cum Didio Juliano conjurationis in Commodum reus factus fuerat, teste *Spartiano*; & filium Salvii Juliani qui exercitibus præerat ad impudicitiam tentatum à Commodo scribit *Lampridius*: fuitque M. Salvius Julianus is quem anno ante imperium Commodi sexto consulem cum Pisone exhibent Fasti, Salvii Juliani JCti, Præf. U. & bis Cos. ad quem perpetuum Edictum referunt autores, filius, avus maternus Didii Salvii Juliani post Pertinacem Imperatoris.

Ibidem traditur occidisse etiam τοὺς Κυιντιλίους τόν τε Καρδιανὸν καὶ τὸν Μάξιμον, qui & doctrina & scientia rei militaris, concordiaque & opibus erant illustres. Fratres hos fuisse qui simul a. U. C. 904. Coss. simul ab Imp. Marco bello Scythico præfecti, simul τὰ Γεωργικὰ quæ relata sunt in Eclogas rei rusticæ scripserant, planè adsentimur Viris doctis; & cum Consulum eorum alterutri consentiente omnium tàm Græcorum quàm Latinorum Fastorum scriptura, nec ipso *Casaubono* nesciò, Sexto Gordiano nomen fuerit, cur patiemur τὸ Καρδιανὸς, ut edidère apud *Dionem*, τὸ Κονδιανὸς, quod frustrà adseruit *Casaubonus*, adprobavit *Salmasius not. ad Lamp.* τὸ *Cocidianus*, ut in *Lampridii Commodo*, τὸ *Condicianus* ut in cod. Palatino est, corruptum illustrissimi viri nomen, nobis obtrudi? Fasti Græci Siculi, quibus unis nititur *Casaubonus*, edit. Ingolst. ao. 1615. p. 602. Καρδιανὸν καὶ Μάξιμον: ubi K pro Γ typorum vitio irrepsit: Eusebius Μάξιμον καὶ Γορδιανὸν adpellat istos è Quintiliis fratres Coss à Commodo strangulatos & alterum anno ante obitum M. Antonini Philosophi Consulem cum Bruttio Præsente, Γορδιανὸν, qui Fastis Latinis Quintilius Gordianus. Idem

 nomen

nomen Γορδιανοῦ restituendum est *Dioni* cum *ibid.* Κονδιανὸν Σέξτον τὸν τοῦ Μαξίμου υἱὸν nominat: de cujus astutissimo facto quo Imp. violentiam (nam & ipse ad cædem quærebatur) elusit, videatur *Dion*. Iste Sextus est cujus morbum & curam à se institutam describit *Galenus l. de prænot. c.* 10. & malum factum propterea eum de filio Marci Imperatoris, cui Sexto Vero nomen, exponi à *Casaubono not. ad hist. Aug. f.* 92. Fuère enim Imperatori tres tantùm filii, Antoninus, Commodi geminus qui obiit quadrimus, & Verus, qui & Verissimus *Herodiano l.* 1. *c.* 1 quem sub ipsis profectionis primæ Marci in Germaniá ad Marcomannicũ bellum diebus imperitè execto à medicis sub aure tubere obiisse septennem scribit *Capitolinus* cui Sexti prænomen perperà adfingitur. De Sexto enim ægroto suo dicit *Galenus*, Φιλόνικος ὢν ἐσχάτως, *extremè contentiosus erat*; quod ego capio de ejus circa medici monita refractario ingenio, contradicendi & redarguendi eum studioso; sed hoc in puerum septennem non cadit. Quæ verò *Amato Lusit. in Schol. curat.* 78. *cent.* 1. *Casaubono* & *Salmasio* (nam & hic Sextum quendam Marci Imp. filium, cujus apud *Galenum* fiat mentio, sed à Vero alium facit, *not. ad hist. Aug. f.* 114.) persuasisse videntur, ut ista *Galeni* de filio Imperatoris caperent, nullius momenti sunt & ex ipsâ narratione refutari possunt. Scilicet erat Sexto illi Pitholaus cubicularius, qui pòst Commodo educator datus, familiaris; & Sextus ipse ob patrem Maximum, patruumque S. Gordianum summæ autoritatis viros in aula optimè notus; & propterea de ejus morbo & medico quo uteretur vel quærere è cubiculario Imperator, vel cubicularius ad Imp. referre potuit. Hinc simul de tempore, quo ista cum Sexto contigère nobis constare potest; nim. cum solus Marcus Romæ esset, Lucius abesset in Oriente, primis imperii eorum annis: *V. Galen. l. de libris propriis.* Illa verò, Σέξτον Ἀντωνίνου υἱὸν, legi apud *Galenum* impudentior adsertio est: certè non leguntur. Sed quod in fine ejus narrationis de morbo Sexti addit *Galenus*, illam prædictionem suam circà Sexti morbum medicis vulgaribus visam fuisse admirandam, quæ reverà talis non esset, quemadmodum & curatio ipsius pueri Commodi (eam c. 12. accuratè describit) quæ pòst mortuo Lucio Vero fratre secundùm absente belli

belli Germanici causa Imperatore contigerat, id per transennam inspectum, tam absurdæ sententiæ occasio fuit. Vidit *Cl. Salmasius*, non posse subsistere, quod fuerat visum *Casaubono* de Sexto Vero Imp. Marci filio, qui diebus profectionis Marci ad bellum Marcomannicum obiisset septennis; *erat enim adhuc in vivis Marcô agente apud Marcomannos*, inquit, uti è relatione *Galeni* adparet; & hinc verba *Capitolini, cum fratre Severo*, è quibus *Casaubonus Sextum Verum* fecerat, rectè resolvit in ista, *cum fratre suo Vero*; sed de Sexto apud *Gal.* quis fuerit non pervidit omninò; fuisse verò Marci Imp filium pravè vidit. Fuit enim Sextus Quintilius Gordianus, de quo apud *Dionem* quærebatur.

Anni, quo Commodus in balneo à Narcisso gladiatore strangulatus est, Coss. *Dion* adpellat Ερύκιλιον Κλάρον καὶ Σόσσιον Φάλκωνα. Hic Sosius Falco fuit; ipsi etiam *Dioni in Pertin.* Φάλκων: est ubi Falto scribitur. Ille Βρύκιος, Bructius seu Fructus; C. *Julius Fructus Clarus* uti ejus nomen *Inscr.* 1. f. 209. & 4. f. 475. expressum est & eidem ὁμόφυλοι Q. Sosius Fructus, inscr. 1. f. 280. M. Cassius Fructus 8. f 677. C. Terentius Fructus, 2. f. 625. Minicius, T. F. Fructus, magister in vico Rasciliani majoris, Adriano Imp. f. 251. Fructi Bructii & Bructiones distincti sunt ab Eruciis; utrique tamen cognomine Clarorum; quod quia nescivit *Johan. Maria Catanæus*, Erucium seu Euritium illum Clarū, ad quem epistola quædam *Plini* est l. 1. quique consul cum Cl. Severô a. U.C. 897. Præf. U. virum morum & literarum veterum studiosissimum, *Gell. l. 8. c. 16.* patrem hujus Clari a. 946. cum Falcone Consulis fuisse pertendit, cum ille Eruciorum, hic Fructorum gentilis fuerit.

A Zenobiô parœmiographô in proverbiô, Δῶρον δ' ὅ, τι ἐῶ λῃς ἐπαίνει, quod oraculi Myscellô Rhypensi, Crotonis conditori, dati καλλάριον est, citatur Ἵππυς ἐν τῷ περὶ χρόνων. Is Hipys Rheginus est qui Persicis temporibus floruit, veteribus non indictus scriptor: Eum Chronica libris quinque tradisse *Suidas* autor est; eaq; hîc laudat *Zenobius*.

In Excerptis χρηστομαθειῶν *Helladii* Grammatici Ægyptii, quæ Codicem 279. Myriobibli Photianæ constituunt, est de Philomela Pandarei Dulichii filia, quod Zetæ regi Thebanorum nupta filium

filium, tanquam conscium adjutoremq; furtivorum parentis concubituum. *Ἄκτυλον* interfecerit. Non insimulare licet tam eruditum Grammaticum erroris, qui fabulam decantatiss. apud *Hom. Odyss.* 7. & à *Didymo* repetitam è *Pherecyde* pravè imbiberit; mendum igitur nomini ejus quem occidit mater sua inhærens vel Photio exscriptori vel librariis imputandum est. Adpellant autem isti *Ἴτυλον*. Parallelon huic rei est, quod de Ity Terei filio, quem mater Progne concisum in epulas struxit marito, è Poëtis traditur. *Apollod. l. 3. bibl. Ovid. 6. Metam. Hygin. fab. 41. & Conon narr. 31.*

Lampridius de Commodô, *& Paternum, & Julianum, & Vitruvium Secundum Paterni familiarissimum, qui epistolas Imperatorias curabat*, quantum videbatur paratæ necis Commodi conscios, *interfecit*, inquit. Paternus, Tarrutenus vel Tarruntius Paternus, Epistolarum Latinarum D. Marci magister; pòst Præf. Pr. sub Commodo: Julianus iste Salvius est, de quo suprà: Pro Vitruvio *Casaubonus* l.d. f. 94. Victorinum, cujus cædem narret *Dion*, substituit. Malè. Nam Victorinus hic, cum prænomine Marci, è gente Aufidia (Aufidius enim Victorinus vocatur à *Capit. in vita Marci Anton. Philosophi*, qui contrà Cattos ab Imp. Marco missum fuisse scribit, quod consentit cum *Dione*, à quo Germaniæ præfuisse traditur.) morte sua obiit, quod *Dion* expresse: *Mortuo*, inquiens, *Victorino, qui fuerat Pr. U.* bis Cos. M. Corn. Frontonis Oratoris, *magistri Imperatorum Luci & Antonini*, gener, fide lapidis inscripti apud *Grut* 2. f. 369. *statua posita est; etsi eum Commodus sæpenumerò interficere voluerat*: & initio rerum Commodi apud eundē *Dionem* legere potuit *Casaubonus*, occisos fuisse à Commodo primates, quos parens ipsi transmiserat, præter Pompejanum, Pertinacem & Victorinum, omnes. Stet igitur edita lectio, fide omnium codicum roborata. Suspicabar aliquando *Petronium*, quod in Petronia gente *Secundi* cognomen usitatum. Ita sub morte Domitiani Petronium Sec. Pr. Pr. fuisse noveram: nunc tamen amplio.

Jul. Capitol. de Imp. Marcô Anton. Philosopho: *Bonorum maternorum partem Mummio Quadrato sororis filio (quia illa jam mortua erat) tradidit.* Scriptura in membranis reperta *Muninio* (quam perinde ut editionum *Mummio* nemo cui rationes familiarum

Digitized by Google

Roman. notæ ſint probaverit: Muninii enim inter eas nulli, nec Mummii cum iſto cognomine fuerunt) facit ut legere jubeam *M. Ninnio* proclivi mutatione, litera u quæ pro puncto irrepſerat diſpuncta. *Quadratorū* etiam προσηγορία genti Ninniæ familiaris, notusq; è *Dione l. 38.* eſt L. Ninnius Quadratus, qui legibus à Clodio latis pro Cicerone intercesserat, & tertio poſt anno Trebonianam rogationem impugnaverat, è *l. 39:* & nec de *Numidio*, quem *Caſaubonus*, nec de *Vmidio*, quem *Salmaſius* præfert, doceri poterit fuiſſe *Quadratum* cognomine. Numius autem, quod placet *Caſaubono*, prænomen eſt; ut Numius Albinus, Didii Salvii Juliani Aug. frater, apud *Spartianum* & 2. Inſcript. p. 459. & Numia Vara (ita enim legendum eſt ibid. in lapide 2. & 4. pro VARIA, cum fuerit Vibii Vari Cos. a. u. c. 886. neptis & συμφυλέτις) Vibiæ Salviæ Varæ Conſule modò dicto natæ, filia. Sic enim lapis Brixiæ: VIBIA L. F. SALVIA. VARA. CUM. NUMIIS. ALBINO. ET. VARA. ET L. ROSCIO JULIANO PROCULO. (in excuſis eſt, JULIANI PACULO; ratio noſtræ lectionis mox adparebit,) SALVIO. JULIANO FILIIS: è quô ſtemma Didii SalvI Juliani Aug. quod ſatis perturbatè deſcriptum ab Hiſtoricis eſſe queritur *Caſaub. not. ad hiſt. Aug. f. 110.* nec extricat tamen, luculenter cognoſcere eſt. Matrem Imperatoris ejus *Æmiliam Claram* adpellat *Spartianus*: in lapidibus Brixianis l. d. *Vibia Vara* eſt, quæ *Salviæ* nomen à materno avô Salvio Julianô accepit: Ejus filii quatuor, Numius Albinus, Numia Vara, Roſcius Julianus Proculus, & Salvius Julianus; hic quia fratrem Numium Albinum habuiſſe dicitur, is ipſe eſt qui poſt Pertinacem imperavit, è gente Didia. Roſcius autem Julianus Proculus ille eſt quem Didium Proculum, fratrem Sal. Jul. Imp. vocat *Spartianus*. Unde conſpicimus corruptos eſſe hujus codices, & è lapidibus emendari nomina matris & filiæ oportere. *Didiam Claram* filiam Didii Salvii Juliani Aug. Corn. Repentino Pr. U. nuptā nominat; ſed ea *Didia Vara* fuit, nomine patris & aviæ familias ſonante. Nemo iſta in *Spart.* pro ſuſpectis habuit hactenus; tandem è lapidibus, in quos non tantum potuit vetuſtas, quantū in chartas deſcriptorum lubricæ manus, mendas nos indicamus; & *damnabit quis noſtra tempora hujus infelicitatis, ut nunc demum nihil* vel

creſcat vel antè ignotum innoteſcat? Natales Didii Juliani Aug. è lapide, quem honori Conjugis JUBENTII Celſi ſecundùm Coſ. a. u. c. 881. dedicavit Vibia mater eô puerô, cognoſcemus certiùs, quàm è *Spartiano* & *Eutropio* qui ab iſtis temporibus remotiores audita tantùm & aliena in ſcripturas retulerunt: iſta verò de filiis ſuis & reliqua adfinitate Vibiorum cum Jubentiis narrat, quam una omnium optimè noſſe potuit. De Roſcio Juliano Proculo, fratre Didii Aug. interpretor *Inſcriptionem* 18. *ſ.* 10. ubi POSSESSIONES ROSCIORUM PROCULI JULIANI (malè excepit *e Verderii* ſchedis *Gruterus*, PAUCULÆLIANI: pejùs exponit *Facuvium Ælianum*: hoc enim inane ſomnium eſt) & BASSÆ, FILIORUMQUE EORUM, nominantur. In eo *Didius*, nomen gentile: *Lucius*, prænomen: *Roſcius* adpellatio ex adoptione: *Julianus* à familia matris: *Proculus* cognomen, à συντυχίᾳ φύσεως: de quo tàm multa ab hiſtoricis præterita lapides nos docuere. Neq; hoc fruſtrà eſt, quod ſaxa iſta, quæ in hanc rem produximus, Brixiæ & vicino ad Mellam amnem caſtello Conceſio extant. Cum enim Didii Mediolanô orti, fuerintque pecunioſiſsimi; (utrumque conſtat è *Dione.*) in iſtô Lombardiæ trans-Padanæ tractû amplos fundos poſſediſſe & clientum libertorumque magnam manum, qui patronorum honori iſta dedicarent, conſentaneum eſt. Nunc igitur Didiorum ſtemma paulò plenius emendatiusque poſt *Caſaub.* dare poſſumus tale: †

Porphyrius, non inferior præceptore ſuo Dionyſio Caſſio Longino, magno dicendi magiſtro & maximo æſtimatore ſcriptorum veterum, diſcipulus, libros τῆς Φιλολόγου ἀκροάσεως, *de erudito auditû* ut vertit *Franc. Vigerus Rothomag. Soc. Jeſu*, editor nuperus librorum Euſebi προπαρασκευῆς Εὐαγγελικῆς, cum ἀκρόασις eo loco *diſceptationem* ſeu *narrationem* ſignificet, unde *Suidas* ἱστορίαν Φιλόλογον adpellat, quinque, plenos variæ eruditionis ſcripſerat; ſed eos unà cum aliis ejus operibus obliteravit vetuſtas. Apud *Euſebium* qui omnes bibliothecas antiquorum excuſsit & immenſas varigeneris doctrinæ opes congeſsit l. 10. c. 3. extat è primo illuſtre fragmentum, quo de furtis veterum convivæ, ad celebrandam Platonis memoriam de more convocati à Porphyrio, diſſeruerunt

† Salvius Julianus è colonia Adrumentina Afer. *Forst. hist. Jur. Civ. Rom. l.2. c.73.* malè Mediolano ortum esse dicit, confundens scil. hunc cum pronepote ejus Didio Jul. Augusto: Bis Cos. Pr. U. JCtus, *Spart.* autor Edicti perpetui, *Eutrop.* Impp. Adriano, Pio, & Divis Fratribus clarus: *Rivall.*

Didius Severus Insuber Mediolanensis.

FILIA: — C. Vibius Juventius Varus Cos. a. u. c. 886.

Didius Severus:

Salvius Julianus, avunculus Didi Salv. Jul. Aug. *Spart.* Pr. Pr. *Dioni*: Exercitibus præfuisse scribitur à *Lamp.* Occisus à Commodo, *Dion. & Lampr.* Hunc cum Salvio Juliano avo JCto confundit l. d. *Försterus.*

Vibia Salvia Vara: *Inscript.* Clara Æmilia juxtà *Spart.* falsò. — Petronius Didius Severus.

FILIUS: cujus pudicitiam tentavit Commodus: *Lampr.*

1. Numius Albinus: *Spart. & Inscr.*

2. Numia Vara: *Inscr.*

3. Didius Proculus *Spart.* L. Roscius Julianus Proculus: *Inscr.*

4. P. Didius Salv. Julianus Severus Aug. natus a.u.c. 890. — Manlia Scantilla Augusta: *Spart.*

Filius: cui à Did. Jul. Aug. secundum Spart. desponsa fuit

— Didia Vara, Augusta: *Spart.* Didia Clara: uxor — Cornel. Repentini Pr. U. juxtà *Spart.*

ruerunt. Inter eos cum Nicagorâ sophista, Apollonio Grammatimatico, Demetriô Geometra, Prosene Peripatetico nominat etiam

 quen-

quendam Μαιόραν, *Maoram.* Μαϊώρας, κύριον ὄνομα, Latina adpellativi vox *Major* eſt; idem cum *Majoriani*, quô Conſulem quendam Romanum Faſti, pòſt Imperatorem Occidentis, qui Ravennæ imperium mortuo Avito Arverno arripuit a. Chr. 458. commemorant *Caſiod. P. Diaconus*, alii: apud *Greg. Turon. l. 2. hiſt. Franc. c. 11.* ſcripturæ vitio *Martianus eſt.* Panegyricum Majoriano *Sidonius*, epitaphium condidit *Ennodius.* Ad iſtum Majorianum, ſive medicus fuit hoc nomine, referendum eſt empaſma, quod locis podagricorum adfectis prælotis inſpergere & adfricare manibus ad exorbendas humiditates juſſerunt, *Siccum Majoriani* dictum: deſcriptum ab *Aetio tetr. 3. ſ. 4. c. ult. Svid.* Μαϊώραι, οἱ πρεσβύται; ſeniores & majores pro magiſtratibus & judicibus. *Sidon. l. 2. Ep. 3: Gaudeo, Domine Major, te ampliſsimæ dignitatis inſulas conſecutum eſſe:* Hinc *majeri opidorum*, i. e. προστάται, προεστῶτες, præfecti, præſides, adminiſtratores: *Majerus palatii*, al. magiſter & major domus è Latino corruptum à Germanis. *Tilius comm. de rebus Gall. l. 2.* origine Germanicum eſſe putat, & Germaniæ inferioris dialecto ſignificare ſuperintendentem; ſed fallitur Epiſcopus Gallus in re & adpellatione Germanica. Eſt enim Meyer/ qui *major* cadente Latinitate Romanis & Romanè ſcribentibus nationum quarumvis hominibus.

Inter diſcipulos Pythagoræ, quos ἀκουσματικοὺς, diſtinctos à μαθηματικοῖς vocarunt, à *Jamblicho l. de vitâ Pythag. c. 18.* nominatur Ἱππομέδων ἄγρειος Αἰνεύς, *Hippomedon ruſticus Æneus.* Suſpectum eſt nomen gentile Αἰνεύς. Ab Æno Thraciæ opido dicendus fuiſſet Αἴνιος; quomodo Python & Heraclides, qui Cotyn patriæ tyrannum interfecerant, Αἴνιοι πολῖται vocantur à *Demoſth.* κτ̀ Ἀριστοκράτους & *Plut. l. de laude ſui*; ſed cum Ægis, quæ ſunt in Locride, ortus ſit Hippomedon, Αἰγαιεὺς vel Αἰγεὺς adpellandus eſt, vel Αἰγεῖος, ut cap. 36. in indiculô Pythagoréorum juxtà patrias digeſtorũ inter Αἰγείους recenſetur Hippomedon. Ib. c. 36. inter Sybaritas nominatur Εὐάνωρ: ſed is Εὐφράνωρ eſt, quô nomine Pythagoricum quendam fuiſſe qui περὶ αὐλῶν, *de tibiis* ſcripſerit, habet *Athen. l. 4.* Inter Parios Εὐμαρίδιας in capite nominis à deſcriptoribus noxam, niſi fallimur, paſſus eſt; Fuit enim Θυμαρίδης, cujus

mentio

mentio cap. 33. & alterius Tarentini c. 28. ex *Androcydis comm. de symbolis Pythagor.* Verosimilius autem est nomen unum uno loco potiùs corruptum esse quàm duobus, & ex his igitur emendandum illum. Non diffitemur nomen *Eumaridiæ* ἀπὸ τοῦ εὐμαρέος quod est εὐχερὲς, *expeditum, aptum* deduci posse & certam significationem insinuare; sed cum sine exemplo sit; alterum verò *Thymaridæ* ἀπὸ τοῦ θυμαρέος, quod est, *animo placens & gratum* formatum, etiam apud *Stobæum*, teste *Photio Cod. 167.* reperiatur, hoc præ illo recipiendum. Catalogô Locrensium Pythagoreorum post Τιμάρην, qui & Τιμάρατος c. 30. excidit unus vel inter primos nominandus, Τίμαιος. Non enim solùm ejus sectæ nobilissimus & à Platone cultus fuit sed & vitam magistri Pythagoræ in literas retulit; testis *Suidas.* Τίμαιος ἱστορεῖ, inquit *Malchus in vita Pythag.* τὴν Πυθαγόρου θυγατέρα καὶ παρθένον οὖσαν ἡγεῖσθαι τῶν παρθένων ἐν Κρότωνι, καὶ γυναῖκα τῶν γυναικῶν. Ea Timæo Siculo adscribit *C. Rittershusius*: *ex Italicis* ejus petita esse adseverat *Meursius notis ad Nicom. l. 1.* Uterque conjectura sola, nullo argumento alio. Liceat igitur mihi absentire, & *Timæo Locro* ista tribuere, qui & ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου Πυθαγόρου filiæ ejus non potuit non meminisse & cujus librô *Malchum* de eodem argumentô tractaturum, quippe Philologum & antiquitatis admiratorem, (vitas enim antiquissimorum Philosophorum digessisse & in Platonem ejusque tempora desiisse notat *Eunapius initio Βίων*) usum fuisse longè faciliùs à me adfirmabitur, quàm negabitur ab aliis. Eidem tamen Locro Lexicum vocum Platonicarum, quod vidit *Photius*, adscribere *Meursium*, factum nolim: quomodo enim Timæus iste Platone senior sparsas in Platonis scriptis, quæ nondum vivo eo publicata erant, voces collegisset? Meliùs *Cl. Vossius*, qui junioris cujusdam, & alius ab utroque Timæo, esse suspicatur *l. 4. de hist. Græc. c. 8.* cui accedimus lubentes meritò.

J. Stobæus l. 1. Ecl. Physic. c. de statu animarum post exitum ex *Apollodori l. XX. de DIIS* recitat de fluviis apud Inferos Acheronte Styge, *Pyriphlegethonte* & Cocyto nonnulla, sed quæ Porphyrium ἐν τοῖς περὶ Στυγὸς tradere nota marginalis significat: Ibi testimonio Melanippidæ Milesii Comici, cujus Δαναΐδες & Μαρσύας ab *Athen.*

 l. 14.

l. 4. laudantur, ſubnectit iſta: ἐπεὶ καὶ Λικύμνιος φησὶ, Μυρίαις παγαῖς δακρύων ἀχέων τε βρύει. Nomen Poëtæ antiquiſſimi & paucis noti eſt Λικύμνιος; Eum *Ariſtot. 3. Rhet. c. 12.* inter dithyrambopœos refert, eôq; teſte c. 3. ac 13. utitur præterea, quaſi artis Rhetoricæ præcepta tradidiſſet. Conjiciebam aliquando, quod è *Svida* in λιγνὺς ſcirem, Evripidis tragœdiam quandam Λικυμνίου fuiſſe, cujus ὑπόθεσις Licymnius Electryonis & Mideæ filius occiſus à Tlepolemo Herculis, *Apollod. l. 2. p. 78. & 123.* excidiſſe vocabulum Poëtæ & legi debere Εὐριπίδης ἐν Λικυμνίῳ: ſed omnem prorſus dubitationem de Licymniô Poëta emovit animo, quòd à *Photio Cod. 167.* quô excerpta Eclogarum Stobæi in libris quatuor traduntur, in ſylloge Poëtarum, è quibus ſua accepiſſet iſte, Licymnius αὐτοῖς ῥήμασι nominetur. Ibid. de aquâ Stygis, quòd nullô vaſe aliô quàm cornu aſini Scythici contineri poſſit; pertundere enim omnia cujuscunque generis & perfluere; citatur Φίλων ὁ Ἡρακλειώτης ἐν τῷ πρὸς Νύμφιν (pravum in editionibus eſt τὸ νύμφην) περὶ θαυμασίων. Interpres *Gv. Canterus* iſta ἐν τῷ π.ν. omiſit; ſed quæ docent ad Nymphin hiſtoriæ ſcriptorem Heracléoten, qui à civib9 ſuis legatus & quidem princeps inter alios, ad Galatas regnum Mithridatis Cappadocis divexantes miſſus teſte *Mémnone hiſtor. c. 25.* iſtam περὶ θαυμασίων, *de mirabilibus* πραγματείαν ſive miſſam, ſive ſcriptam fuiſſe à Philone: id quod etiam ætatem hujus de quâ *Cl. Voſſius l. 2 de hiſt. Gr. c. 10.* non conſtituit, uti nec l. 1. c. 16. ubi de Nymphide, cui tanquam γνωρίμῳ jungi oportuit, indicat. Non committendum tamen, ut iſta Philonis θαυμάσια cum τῷ περὶ τῶν ἑπτὰ θαυμάτων *de ſeptem mundi miraculis Philonis Byzantii* confundantur; hic enim recentior ſcriptor eſt, olim in bibliotheca Diegi Hurtadi à Mendoza Cæſarei ad Venetos Oratoris viſus *Cardano l. 17. de rer. var. c. 98.* Iſte verò Nymphis eſt qui res patriæ ſuæ Heracléæ libris XIII. illuſtravit; Duodecimum allegat *ſchol. Ariſtoph. in Aves.* ſed cujus verba mutila *Cl. Voſſium* induxêre ut *l. 4. de hiſt. Gr. p. 416.* Heracleoten quendam, quaſi à Nymphide Heracleote alium qui res Heracleenſium deſcripſerit, adſignaret. Ita enim verba Scholaſtici ſupplenda eſſe opinamur: Τίς δ' ἐστιν οὗτος ὁ θεός, Νύμφις ὁ Ἡρακλειώτης περὶ Ἡρακλείας ἐν τῷ ιβ' φησὶ, quod rectè factum à nobis nemo negabit; vel ſanè in Heracleote Nymphis ſubintelligendus,

Evſt-

Eusebius l. 4. hist. Eccl. c. 8. & 9. & in Chron. sub a. 9. imp. Adriani narrat Imperatorem à Serenio Graniano Procos. Asiæ per literas fuisse admonitũ, ne pateretur ultrà Christianis vim inferri; iniquissimum esse sine ullo crimine nominis tantùm & sectæ reos fieri; persuasum etiam hac Procos. suggestione Minutio Fundano, successori ejus, scripsisse, ne sine cognitione causæ posthac quisquam Christianorum condemnaretur. Exemplum ejus epistolæ Latinum esse apud *Justinum apol. ad M. Antoninum Imp.* & inde excerpere Eusebium, scribit *Baron. t. 2. ann. Eccl. sub a. Chr. 128.* Aliud ab eô quod *Baronius* producit, minùs elegans, sed eodem pænè sensu recitat *P. Diaconus l. 10. hist. misc. c. 8:* è Græco in quod Latinam Eusebius verterat, translatum esse videtur. Nomen Procos. variè depravatum est. *In Ep. Adr. Imp. ad Min Fundanum* Serenus Granianus adpellatur: *Ivoni Carnotensi, Mariano Scoto, Order. Vitali & Ursp.* Serenus Grannius legatꝰ: aliis Serennius. Solus *Zonaras ann. t. 2.* alio integriore Justini codice usus Herennium Granianum vocat. Non puto contradicturos esse viros doctos, si Severũ Herennium, quem Ol. 220. imperante Trajano. Consulem fuisse scribit *Suid.* in Φίλων, Herennii Philonis Byblii Grammatici & historici, qui & hinc denominatus est, patronum, hunc ipsum esse de quô quærimus cum cognomine, de cujus tamen ratione non liquet, Severum Herennium Granianum adfirmavero. *Sylburgius notis ad Just.* etiam de Herenniô suspicatus est; sed quòd Licinium Granianum, quem Inscriptiones nescio quæ nominent, simul adponit, rem perplexam magis implicat; quod nos probavimus, satis apertum est, & temporibus personisque convenit. Et quia Fasti istum Herennium in serie Consulum ordinariorum non nominant, inter suffectos fuisse consequens est: quales in lapidibus, historiarum luci maximæ, alibi non offendendos, reperimus plurimos, & producemus alibi.

Ephramius, ὃς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀντιοχείας θεσμῶν ἡγεῖτο, qui ritibus sacrorum divinitus institutorum Antiochiæ præerat; (*Interpres Photii Cod. 229.* de sacris Antiochiæ legibus nescio quid nugatur, & minùs attento etiam mihi aliquando imposuit.) fuit enim ab a. Chr. 526. πατριάρχης Θεουπόλεως, ut est apud *Phot. C. 228.* quo nomine Justinianus senior Antiochiam adpellavit, *Evagr. l. 1. hist. Eccl,*

Eccl. c. 3. & 13. Concilium Chalcedonense, quo ὀρθοδοξία de duabus naturis in Christo, de naturarum proprietate, idiomatum communicatione & personæ unione contrà Marcionem, Valentinum, Manetem, Apollinarem, Nestorium, & Eutychem tradita fuerat, libro singulari ad Domnum & Johannem, monachos Ciliciæ secundæ, quam aliàs Trachiotida vocant, acerrimè propugnavit; Verba ejus, postquam hæreticorum objectionem quandam, articulum ὁ vocabulis naturarum, Θεὸς & Ἄνθρωπος, præfixum, duas personas & hypostases significare, produxisset, ista sunt: Ἀλλὰ τὸ ἀναιδὲς τούτων Ἀθανάσιός τε καὶ οἱ Γρηγόριοι, καὶ Ἐπιφάνιος, καὶ ὁ Χρυσόστομος, καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος καταισχύνουσιν, ἴσαις φωναῖς καὶ ὁμοίαις καὶ αὐτοὶ πολλαχοῦ χρησάμενοι: interprete *A. Schotto; Verùm hanc impudentiam Athanasius, Gregorii ambo, Epiphanius, Chrysostomus, & ipse Dominus confutant, similibus penè & æqualibus ubiq; usi vocibus;* Mirum, si cum Ecclesiæ Doctoribus Κύριον *Dominum* censeat *Ephræmius*, iisq; in enumerando postponat? Κύριλλος legendum est. De Cyrillo, Alexandrinô Episcopo, qui Synodo IV. Ephesinæ, a. Chr. 431. præsedit & post annos 14. obiit, autore celeberrimorũ XII. anathematismorum contrà Nestorium eorumq; apologiæ, nemini historicæ Ecclesiasticæ perito obscurum est, ejus certamina, libros & doctrinas à Patribus 630. Synodi Chalcedonensis repetitas, illustratas, & adprobatas fuisse; quam quia contrà Severitas & Acephalos defendendam sumsit Ephræmius non potuit non Cyrilli ceu primarii Doctoris testimoniis in isto negotio uti. Quin & ex *Eulogii Alex. Ep.* librô contrà Theodosium & Severum Acephalos apud Phot. C. 226. adparet, B. Cyrillum eadem omnia pro fide Catholica sensisse & scripsisse, quæ *Ephræmius* loco nostro proponit; ut hic alium à Cyrillô scriptorem nominare voluisse non existimandus sit. Quid quòd in dictâ apologiâ è tredecim Cyrilli scriptis testimonia mutuatus est; Cyrillum igitur nominavit, & quidem ultimò quod reliquis omnibus vixisset posterior: sed is in Κύριον à librariis fuit depravatus. Circà Ephræmium hunc mirè turbat *Possevinus adpar. sacro;* Præterquam enim quòd non omnia Ephræmii scripta enarrat, ut manifestum fit consulenti ipsum *Photium;* etiam de Baradato refert, fuisse hæreticum Severianum trisagitam & propterea ab Ephræmio reprehendi; quod falsum est,

Bara-

Baradatum enim, Symeonem Styliten & Jacobum monachos *θαυμαστοὺς τὸν βίον ἄνδρας* adpellat. & quod fidem Concilii Chalcedonenſis propriis ſubſcriptionibus roboraverint laudat præter *Evlogium lib. 9. Ephræmius*: itemque eoſdem *ἐπ' ἀρετῇ ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν βεβοημένους ἄνδρας* jubet imitari *Epiſt. ad Callinici* (nomen, ni fallor, oppidi ſive cœnobii eſt.) *deſertores*; quomodo ergò ejus in Baradatum invectiva aliqua fuerit? Neque Baradatum triſagitam traducere ponit *Ephræmius*, quia *in Epiſt. ad Zenobium ap. Phot. C. 228.* utroſque de ſuis ad Triſagium additiunculis excuſat, diverſô reſpectu & hos & illos rectè facere, neque eſſe rationem cur alterutri reprehendantur, docens.

Inter miniſteria virilia apud Barbaros, Græcos, Romanos fuit *ἀναβολεὺς, ὁ εἰς τὸν ἵππον ἀνάγων καὶ ἔποχον ποιῶν*, *Euſthat. ad Odyſ. α.* Hi *ſtratorem* adpellarunt qui in eqvum conſcendentes ſublevabat: ex equô deſcendentibus idem ſervitium aderat; *Greg. Turon. l. 6. hiſt. Fr. c. 46.* de Chilpericô rege; *Dum de equô ſuſciperetur, & unam manum ſuper ſcapulam pueri retineret, adveniens quidam eum cultro percutit ſub aſcellam.* Etiam in Samo inſula fœminarum tale fuiſſe miniſterium, quæ nobiliores in eqvum currumve nitentes manu ad illarum lumbos admota adjuvarent & ſuſtollerent, ex *Heſychiô* obſervat *Caſaub. anim. ad Athen. l. 6. c. 16.* Ita verò iſte: *ἐπωστρίδες αἱ κατὰ Σάμον ταῖς γυναιξὶ τὴν δεξιὰν ἐπέχουσαι κατὰ τὴν ὀσφῦν.* Non repugno ſenſum verborum *Heſychii* eſſe quem dat *Caſaubonus*; ſed nec diſſimulare poſſum, videri ea una literula corrupta & legenda, *κατὰ Σάμιον*, h. e. *juxtà Samium* poetam, Aſium. Ita enim idem *Athen. l. 3.* de voculâ *κνισοκόλαξ* teſtem laudaturus; *κατὰ τὸν Σάμιον ποιητὴν Ἄσιον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον*, inquit: ejuſdemq; carmina de luxû Samiorum è *Duride* recitat l. 12. p. 525. Ipſa verò adpellatio iſtarum ſine dubio vel ſyllaba una diminuta eſt; & quas editi *ἐπωστρίδας* vocant, *ἐπωθιστρίδες*, *ἀπὸ τοῦ ἐπωθίζειν* ab impellendô; vel literulâ unâ auctior, & *ἐπωσίδες* à præt. paſs. *ἐπέωσται* vel *ἐπῶσται* fuerunt nominatæ. Certè caninæ literæ nullus in voce *ἀπὸ τοῦ ὠθεῖν* locus eſt.

Chron. Alex. d. a. 4. Olymp. 218. de Imp. Domitianô: *ἐφόνευσε τὸν περιβόητον Ἀσκληπιὸν, ὃς προεῖπεν αὐτῷ ὅτι σφαζόμενος τελευτᾷ.*

πλευϊᾷ. Casum Mathematici, qui Imperatori genus & tempus mortis prædixerat mirabilem è *Dione* & *Const.* Manasse cognoscere est; itemque e *Sveton.* c. 15. qui Ascletariona adpellat; cujus fide *Chronicon* corrigendum est.

Ib. sub a. 4 Ol. 311. est Jacobum quendam Cilicem, ἀρχιητρὸν τῆς πόλεως, quem ob medicæ artis singularem peritiam Leo Imp. fovit; Senatus autem Constantinopoleos etiam statuis in Zevxippo positis honoravit, cognominatum fuisse ψυχειςον. E *Svida* constat patrem ejus Jacobi Hesychium, pariter medicum Alexandriæ & in italia per annos novendecim peregrinatum; ἐπίκλησιν autem fuisse ψυχόχειςον; cujus rationem esse reor, quòd ægrotos frigidâ lotos ungi jusserit; quod medicationis genus videbatur insolentius, cum alii medici calentibus sive in humido sive in sicco, unctiones adhiberent. A novis autem, quæ vel sunt reverà vel videntur esse, cognomina imponi solent. Ille ipse est ad quem *Gariopontus l. 4. Praxeón* refert inventionem medicamenti purgantis ex hermodactylo & diagridio quod cum insigni successu podagricis exhiberi *in tantum ut à sella sine alterius adjutorio ad proprium redeant lectum* tradit. Ejusdem Jacobi, cum cognomine Psychristæ meminit *Aetius tetr. 3. serm. 4. c. 43.* ubi cerotum quoddam ejus calidas podagras seu inflammationes pedum paregorizans & discutiens describit. Fuerit igitur verum ejus ἐπώνυμον ψυχοχειςὴς, vel elisa syllaba, ψυχειςὴς; hæc enim terminatio nominis verbalis actionem significat, non illa in ος altera. Hinc ejus quod de ætate & conditione Aetii à doctis constitutum est, fuisse Arrii complicem, Evnomii magistrum, Diaconum Antiochiæ Constantio & Juliano imperantibus, falsitas conspicitur. Vixit enim Aetius medicus post Jacobum Psychristen: hic, uti dictum est, Leone seniore Imp. qui a. Chr. 473. obiit, ut fortasse non peccet, si quis ad Justiniani tempora referat.

Victor Tunnunensis Chron sub Consulatû Probi, qui fuit a. Chr. 513. AnastasI Imp. 13. Platonem Urbi Præfectum & *Maximum* Logothetam nominat, qui edictum Imperatoris de clausula, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, hymno Trisagii contra Ecclesiæ Occidentalis & CPolitanæ consuetudinem, quæ Theopaschitarum id esse docebat,

bat, adjicienda, è loco superiore promulgaverant: quâ de rē etiam videndus *Zonaras t. 3. annal. P. Diac. hist. misc. l. 15: Marcell. Com. sub* COSS. *Paulo & Musciano.* Nos secuti *Baronium*, qui historiæ Eccles. scriptores, Theod. Lectorem, P. Diaconum, Cedrenum, Nicephorum, autores laudat, *Marinum* pro Maximo substituimus.

A *Fulgentiô mythol. l. 1.* ubi de lauri virtutibus, *dormientibus eam, si ad caput posueris, vera somnia esse visuros*, inter illos qui de interpretatione somniorum scripsêrunt nominatur *Antiphon Philocrus, & Artemon, & Serapion Ascalonites.* Ita *Micyllus* edidit, *Antiphonta Philocrum* pro unô singulari autore, quo *Fulg.* utatur, reputans. Nos & distinguemus, quòd duo diversi sint, & alteri suum nomen reddemus. Antiphon Atheniensis quidam fuit ὀνειροκρίτης, & de arte suâ teste *Svida* scripsit. Philochorus verò cum μάντις καὶ τερατοσκόπος prodigiorum inspector & conjector esset, itidem περὶ μαντικῆς libros quatuor: Ex eorum aliquo desumtum est, quod de lavrô promittitur.

Idem l. 3. fabulam de Thetide, quæ Achillem è Peleô conceptum contrà omnes labores munitura & filium præstitura invulnerabilem aquis Stygiis intinxerat, solo talo intactô, interpretatur physicé, venas in talô ad renum, femorum & virilium rationem pertinere; à quibus etiam aliquæ venæ ad pollicē pedum tendant; unde *emplastromentaticum, quem stisidon Aphricanus in Astrosophistes vocavit, pollici & talo imponendum præcepit. Nam & Orphevs illum esse principalē indicat libidinis locum.* Eadem opera multa typorum errata de re utilissima cognitu emendabimus. Entatica medicamenta, *intensiva* Latinis, (malè apud *Cœlium Aurelianū* mutant in *incensiva* vel *incentiva*: hæc enim aliunde formantur.) sunt quæ ad ciendam tentiginem & ignaviam genitalium corrigendam adhiberi solent; meminit hac adpellatione *Paulus l. 3. c. 58.* Ἔντασις, arrectio, intensio ad concubitum & instantia, ut loquitur *interpres semibarbarus* Κυρανίδος βίβλου *edit. nuperrimæ Lips. p. 55. & 154.* Id verò præstant vel intrò adsumta, vel extrà adhibita. In his sunt illitiones & emplastra non tantùm ipsarum adfectarum ἀσύτων languidarumque partium; sed & pollicum in pedibus: quorum consensus cum virilibus veteribus quibusque medicis notus fuit. *Aetius*

tetr. 3. f. 3. c. 35. pollicem pedis dextri oleo cui ſtellionis cinis infuſus & ammixtus ungere jubet, ex *Oribaſio*: repetit *Paulus l. d. P. Bayrus diſt. 16. tr. 1. c. 2.* cantharidas in oleô huic uſui diſſolvit. Emplaſtrum entaticum ad digitum pedis majuſculum habet *Orib. l. 3. Synopſ. & Paulus l. 7. c. 17.* Id verò ab effectu ϛυσίδλω, ſcil. ἀπὸ τῦ ϛύματος, adpellare licuit Sexto Africano Jatroſophiſtæ. Iſte ſic dictus ideò eſt quòd libris τῶν Κεςῶν, quos viginti quatuor *Suidas*, *Photius* quatuordecim, *Euſeb. l. 1. Chron.* novem fuiſſe ſcribit, πραγματείαν ιατρικῶν καὶ Φυσικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ χυμικῶν περιέχουσαν δυνάμεις, itemque ſanationes mirabiles per incantamenta & characteres ſuperſtitionis & vanitatis paganæ plenis, tradidiſſet. Ex hiſce Ceſtorum voluminibus eſt quod h l. adnotavit *Fulgentius*; ex iiſdem collegit συναγωγὴν γεωργικῶν ἐπιτηδευμάτων *Vindanius Anatolius Berytius*, ap. *Phot.* C. 163. Etiam Zoſimus, ſive alius autor vetus περὶ τῦ ὅλι πάντα περὶ μιᾶς βαφῆς λελάληκεν ἡ τέχνη *in volum. manuſcr. Græcorum Chemicorum Biblioth. Duc. Altenburg.* cum Democrito, Cheme, Pebechio, Agathodæmone *Africanum* nominans, eos ipſos Ceſtorum libros, ut qui χημικὰ quoque continuerint, indicat; produntque iſta omnia ſcriptorem fuiſſe gentilem, & vel ideò à Julio Africano Chronicographo, qui Chriſtianorum primus chronologiæ fontes recluſit, diverſum, contrà quàm viſum *Photio Cod. 34.* cujus ἀκρισίαν detexit *Ill. Scal. not. ad Euſeb. chron. p. 263. & in animadv. p. 212.* Nos porrò faciemus, cum de Africanis ad *Voſsium de hiſt. Græc.* commentabimur in ſequentibus, ſed aliô argumentorum genere. *Photius* enim in hoc non potuit ſequi *Euſebium*, ut vult *Scaliger*, cum Euſebii Chronicon non viderit; quod inde colligitur firmiter, quia reliquorum Euſebii operum cod. 9. 10. 11. 12. 13. & 27. meminerit, Chronici nuſquam.

Stilico, Patricius, Occid. Imperii tutor & de duabus filiabus ſocer Honorii Imperatoris, ad reprimendos Italiæ incubatores Gothos, Gothum quendam Saulum nomine in partes Honorianas pertraxit, eique belli ſummam contrà Alaricum commiſit; qui etiam ipſo Paſchatis feſto Gothorum caſtra ad Pollentiam, Aſtæ in Lombardia cis Padana vicinam, haut ita procul fontibus Urbis fluvii, fortiter magis quàm feliciter adortus eſt a. Chr. 407. Ita

P. Diac.

Digitized by Google

P. Diac. l. 13. hist. misc. Ex *Olympiodori hist. Zosimi l. 6. & Jorn. de regn. succ.* constat Sarum fuisse ἡρωϊκὸν ἵνα ϛ̓ ἐν ταῖς μάχαις ἀναγώνιςον, Alarico quantumvis gentili infensissimum. Unde corrigenda in *Paulo* vulgata lectio, quæ *Johannem Magnum Gothum* induxit, ut ex adpellatione Saulis Ebræum hominem fuisse colligeret; *l. 5. hist. Goth. c. 9.* id quod nimis quàm frivolum est. Præterquam enim quod expressè *Paulus* ducem paganum vocat, non est credibile à Christianis Judæum, cui instituto suæ gentis legisque patriæ custodia bellis alienis abstinere conveniebat, rei gerendæ præfectum fuisse.

Photius Cod. 230. inter Evlogii archiep. Alex. orationes narrat fuisse quandam titulo *Decretum in Samaritanos editum*; ejusque occasionem & argumentum recenset; sc. quosdam Prophetam illum de quo dixit Moses: *Prophetam excitabit vobis Dominus DEUS ex fratibus vestris ut me,* dixisse esse Jesum Nave; quosdam Dosthen seu Dositheum quendam Samaritanum, æqualem Simoni mago: Utramq; factionem libellos pro sua sententia obtulisse: Sanctum verò Evlogium cum Synodo frequentissima judicem his præsedisse; tum addit; Μαρκιανὸς ἢ τηνικαῦτα ἐς τοῖς Ρωμαϊκοῖς ἐνίδρυτο σκήπτροις· ἕβδομον ἔτος ἦνυε τῆς βασιλείας: *Marcianus susceptum Imp. Romanum septimum jam annum administrabat.* Id verò nequit subsistere. Cum enim Evlogius in Alexandrina sede successerit Johanni a. Chr. 581. defuncto, immanis προχρονισμὸς est, quod de Marciani anno septimo h. l. dicit *Photius*. Et cum sederit per annos 27. Imppp Tiberio, Mauricio, & Phoca usque ad a. 608. *Mauritii* anno septimo Synodum in causa Samaritanorum celebratam fuisse sequitur; non *Marciani*. Error manifestus est; Non facile autem dictu, Photióne an librario imputandus, qui ætatem istius Evlogii perperàm assignat; sed eam aliunde quoque definire licet. Dedicavit Evlogius defensionem Tomi seu Epistolæ B. Leonis Pont. Rom. quam Timotheus & Severus Acephali impudenter allatraverant Domitiano Melitenes Armeniæ metropoleos Episcopo: hunc autem ab Imp. Mauricio cognato suo circà a. Chr. 590 ad Cosroem Persam cum Gregorio Antiochiæ Præsule legatum fuisse, & Romanos ad fœdus cum Persis & Cosroe contrà Baramen

men feriendum impulisse scribit *Theophyl. Simoc. hist. l. 4.* De Evlogio isto similiter fallitur *Interpres Photii Cod. 226.* quòd eum volumen quoddam suum Pontifici Leoni inscripsisse ait. Græca n. hoc volunt; *præmitti libro Evlogii beati Papæ Leonis Tomum:* περιέχεται δὲ αὐτῷ τοῦ ἐν ἁγίοις Πάπα Λέοντος τόμος ἐπηρεαζόμενος μὲν καὶ συκοφαντούμενος ὑπὸ Θεοδοσίου καὶ Σεβήρου. Leo autem d. Magnus Pont. Rom. obiit a. 460. ante Evlogii Patriarchatum centesimo vigesimo primo.

Vitam Ludovici PII Imp. autore anonymo Corpori historiæ Franc. acceptum è *P. Pithæi Francicis* inseruit *M. Freherus.* Ejus *c. 28.* legatos ab Adriano II. Papa ad Basilium Imp. Constantinopolin habendo Concilio generali Octavo directos fuisse dicto; *Synodo* addit, *convocata exortum schisma de Ignatii depositione & socii ordinatione sedaverunt, socium anathematizantes & Ignatium restituentes.* Quis non videat de Photiô sermonem esse, qui Senator urbanus de foro in Ecclesiam translatus & dejecto Patriarchæ Ignatio suffectus; post annos undecim per nefas occupato Patriarchio cedere coactus fuit, & acta ejus omnia rescissa. Vid. *Schottus prolegom. in Phot. Biblioth.* Scriptura vetus *fotii* non intellecta fuit descriptori.

Henr. Canisius JC Prof. Ingolstad. tomo 2. antiquæ lectionis sex libros Collectionis historicæ Chronographicæ, autore innominato, sed qui Carolo M. æqualis & Gallus fuerit, è Codice Bavarico mscr. edidit: quæ ultimum eorum constituunt, ea Fredegario Scholastico tribuit *Freherus l. d.* quòd ita reperirietur in Cod. Nazariano. Utrique constet beneficii quo adfecêre literas & studii bono publico egregii gratia. Illa quæ Codex Bavaricus quippe plenior solus exhibet initio corrupta sunt; sed quod uterque editorum dissimulavit. Gesta anni Chr. 742: *Interea* mortuo Carolo Martello *rebellantibus Gvvasconibus in regione Aquitaniæ cum Chunobaldo Duce, filio Theudone quondam Carlomannus atq; Pipinus germani Principes congregato exercitu Ligeris alveum Aurelianis urbem transeunt, Romanos proterunt usq; Biturcas urbem accedunt.* Evdo, Dux Aquitaniæ, hostis Caroli Martelli, adscitis in societatem Saracenis sæpè cum eo conflixit; *ann. Franc. Fuld. sub a. 725.* ejus filius Chunobaldus, al. Hunaldus, hæres ducatus filiis Caroli, dominis suis pariter rebel-

Digitized by Google

rebellis, ab iis ducatu pulsus ad Vascones confugit; hujus successor Waifarius Pipino juramenta de faciendis Ecclesiarum justitiis & restitutione ablatorum mentitus, ab eo coercitus & subactus est a. 768. Nemo a. miretur Aquitaniæ duces & populos vocari *Romanos*; Cum enim Gallia hinc à Gothis, inde à Francis laceraretur, aliæ Gothorum, aliæ Francorum esse cœpêrunt possessiones; aliæ Romanorum seu Gallorum indigenarum, & quilibet horum suis regibus paruêre. Distincti igitur à Francis & Gothis tunc Aquitani seu Galli indigenæ, non potuêrunt nisi Romanis accenseri, qui duabus reliquis factionibus semper inferiores ab alterutra tandem consumti sunt. Ex his faciendum editoribus in Collectore fuisse, ne falsum nomen Thevdone, pro verô *Evdonis* obtineret, patet.

Regino, Chronicorum scriptor sub a. Domin. incarn. 655. de Liutprandô rege Longobardorum: *Idem rex Ravennam obsedit, classem invasit atq; destruxit*: ita est in edit. Wechelianâ *J. Pistori*. Si adpellativè *classem* capias, nescias quid velit: sin partem urbis Ravennæ proprio nomine *Classem* intelligas, idque insinuat *P. Diac.* edit. *Frid. Lindenbrogii*, cujus verba *l. 6. Long. c. 49.* h. l. exscripsit *Regino*, rem ritè tenueris. Ea verò sic vocabatur, quòd ibi castra hyberna & stativa classiariorum & portus maris superi, ad Italiæ tutelam, institutô primùm Cn. Pompei M. tum D. Augusti, commodus, qui classem CCL. navium tutissima statione recipere posse crederetur: indeque *Classici Ravennates* apud *Tac. l. 3.* Docet *Jorn. de rebus Get.* ubi de Ravennæ situ: *Trino siquidem urbs ipsa vocabulo gloriatur, trigeminaq; positione exultat, id est, prima Ravenna, ultima Classis, media Cæsarea, inter urbem & mare plana mollicie arenaq; munita, vectationibus apta.* Eadem menda *P. Diac. l. 3. c. 19.* etiamnum insidet: *Hujus sanè Droctulf* Suevi Longobardorum ducis *adminiculo sæpè Ravennatium milites* à partibus Imp. *adversum Longobardos dimicaverunt, extructaq; classe Longobardos qui classe Urbem tenebant, hoc adjuvante pepulerunt*: legendum enim *Classem ll.* Imperiales præsidiarii Ravennam & Viam Cæsarem duas urbis partes tenebant; Longobardi Classem, à Faroaldo duce Spoletano proditione captam & expilatam; qua ut depelli possent classis instruenda &

mari

mari res tentanda fuit Romanis; & ſcripturam veterem hanc fuiſ-ſe, ex epitaphio Droctulfi, quod ibidem legitur, elucet:

Inde etiam, retinet dum Claſſem fraude Faroaldus,
vindicet ut Claſſem claßibus arma parat.

Jacobum Apoſtolum, minorem dictum, fratrem Domini, & primum Jeroſolymis Epiſcopum, cognomento *Obliam* fuiſſe adpellatum, *quod interpretatur munimentum populi ex Hegeſippo l. 5.* vel potiùs ex *Euſebio l. 2. hiſt. Eccl. c. 23.* acceptum tradidit *Ordericus Vitalis* inter ſcriptores rerum Normann. ab *A. Duchesnio* editos, *l. 5. hiſt. Eccl.* f. 405. Idem repetiit *Jobius* monachus *commentar. l. 9.* apud *Phot. C. 222.* qui Ωβλίαν περιοχὴν καὶ σκέπην τοῦ λαοῦ. & *M. Ant. Marſ. columna de Eccl. redituum orig. & jure P. 1. c. 2.* qui *murum* exponit. Sed cum prima conſonantium b nimis abludat ab ea, τῇ פ, quam in adpellatione Ebræa, עָפְלְעָם *Ophleam*, refert, Ophliam dictum fuiſſe, & ſic interpretamento Hegeſippi planè ſatisfieri putamus. Doctiſs. Anglorum *Fullerus l. 3. miſc. ſacr. c. 1.* cognomen Apoſtoli petitum è *comm. ult. Pſalmi 29.* & Ωζλιὰμ, *Oz-leam*, i. e. *robur populo*, pronunciandum eſſe contendit; itaque *Euſebium* & *Jobium* emendare jubet Acutè, & doctè, ut ſolet. At quia Judæis uſitatum fuit cognomen *Ophliæ*; hoc enim Matthiam, Simonis atavi ſui filiũ *Joſephus l. de vita ſua* commemorat; non erit inconveniens τὸ ΩΦλιὰμ ab עֹפֶל & עָם q. d. *arx populi*, Δημοσθένης, Λεωκράτης, vel τὸ *Ophlias* Ebr. עָפְלִיָה quod eſt, ὀχύρωμα τοῦ Θεοῦ vel ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, *munitio DEI, præſidium à DEO*, retinere. Neminem autem turbet quod Matthias iſte à *Joſepho* ὁ ΗΦλίου λεγόμενος, ab Interprete *cum Aphliæ cognomine*, adpellatur. Aſpirationem enim ע *Ain* & cum raſura quadam gutturis proferendas literas Græci & Latini, ob barbarum & inſolentem ſonum, plerunque corruptè proferunt, ut fatetur *D. Hieron. com. in Ep. ad Titum*, audimusque modò per Latinorum vocalem primam, modò per ſecundam, modò per quartam geminam ſeu apicatam, hellanico ω reſpondentẽ exprimi. At cur apud *Joſephum* ΗΦλίου eſt, non ΩΦλίου, inquis? Id factum ideò quia is vocalem longam Cholem neglexit ſolam aſpirationis poteſtatem repræſentare contentus; uti Chaldæi quoque eam ipſam vocalem cum camets latô permutare ſolent,

lent. Non in dulgere nimis ingenio ſolemus, aut conjecturis ludere; ſed promere tamen hîc non inutile cenſemus, videri ab Ebræa iſta adpellatione Judæos helleniſtas & gentiles Græcos nomen Ὀφέλλας Ἀπελλῆς & Ἀπελλᾶς, Romanos nomē *Opeliorum* τῷ פ Phe, in P. non aſpiratum reſoluto, & cognomen Ofellarum detorſiſſe.

Ejuſdem *Orderici* deſcriptoribus hanc facetiam debemus, equam quandam generoſiorem adpellari *Fariséam.* De Baldvino, Gotefridi Boullionéi regis Hieroſolym. fratre & ſucceſſore Ramulâ, quam obſidebant Saraceni, Hieroſolymam proficiſcente, ſermo ejus *l. 10. hiſt. Eccl. f. 794.* talis eſt: *Iſte, tantorum heróum hortatibus, licet invitus, adquievit & celerem equam fortiſſimamq. quam Fariséam adpellant cum uno milite adſcendit.* Vera procul dubio adpellatio & lectio fuit *Friséam.* Equi enim Friſii habebantur etiam tum inter nobiliores, uti Phaſiani & Niſæi olim: omninòque conveniens eſt Balduinum ejus generis equos in Palæſtinam conduxiſſe, quia Friſonum pænè fuit vicinus, quippe Leodius, ſive Flander, Comes Boloniæ, quæ ad Belgicam ſecundam olim pertinebat, & Tarvannenſis in Arteſia hodiè, ſtotariarumque apud eos curam haberi maximam non ignorare potuit. Ordericus etiam iſte, etſi in Angliæ vico quodam Attingesham natus, de quo malè dubitant eruditi (teſtatur enim ipſe extr. l. 13.) à pueris in ultimis Normanniæ clauſtrum Uticenſis monaſterii per annos LVI. inhabitaverit, peregrinatione tamen Cameracum ad Fulbertum Abbatem Cœnobii S. Sepulcri aliquando pervenit, *extr. l. 3.* & quòd è Friſia equi ad militiam agriculturamque peti ſolerent juxtà non neſcivit; Ecquis alius igitur *equam Fariséam* nobis dederit quàm homo præ ſtupore inſigni lepidus librarius?

In literis clarigationis, quibus Fridericus I. Imp. Selaaddinum Sultanum de reſtitutione Terræ ſanctæ interpellavit, eique bellum denunciavit, nomina ſubditarum gentium, quas in aciem ſe educturum eſſe minatur, pleraque fœdè corrupta ſunt; Extant eæ apud *Pariſium hiſt. Angl. maj. ſub a. 1188. & Hovedenum annal. P. 2. ſub Henr. II.* & quà videntur corrigi debere, hoc tenore: *Et tu quidem, Deo autore, intelliges quid noſtræ victrices aquilæ, quid cohortes diverſarum nationum, quid furor Teutonicus etiam in pace arma capeſſens,*

quid procerus Bavarus (Hoved. *Bamuarius*) *quid Suevus* (Hov. *Swanus*: l. Swavus) *astutus, quid Franconia circumspecta* (*Hoved.* ista infercit, *quid Anglia provida & ingeniosa, quid Albania, quid Cambria.*) *quid in gladio ludens Saxonia, quid Thuringia, quid Westfalia, quid agilis Braibantia, quid nescia pacis Lotharingia, quid inquieta Burgundia, quid alpinæ salices* (leg. Alpini salaces vel *fallaces*) *quid Frisonia in momento prævolans* (Hoved. in amento: *nos*, in armento prævalens; est enim boum equorumque alumna Frisia:) *quid Bohemia ultrò mori gaudens, quid Polonia suis feris ferior, quid Austria, quid Stiria, quid Burgesia, quid partes Illyricæ, quid Leonardia*, (l. Lombardia) *quid Tuscia, quid Archaritana* (*Hoved*: Amonitana Narcia: *nos*, Anconitana Marchia.) *quid vetus Proretha* (*Hoved.* Venetus pirotaus: *nos*, Venetus pirata: Venetorum enim θαλαττοκρατία, quà tot regna insulasque adquisivêrunt, bellis contrà Sultanos, & Gennenses notissima est) *quid Spinacius navclerus.* (leg. Pisanus navclerus: Pisanorum enim Resp. arte navigandi, navesque fabricandi semper plurimum potuit, & quinquaginta triremes instructas Friderico Barbarossæ ad bellum hoc sacrum misit.) Eodem stylo exarata est epistola Frid. II. Imp. ad regem Angliæ, de irruptione Tartarorum in Poloniam Bohemiam & Ungariam, apud *Paris. sub a. 1241.* è qua, quæ emendationes nostras juvent, excerpimus ista: *Ultrò furens ac fervens ad arma Germania, strenuæ militiæ genitrix & alumna Francia, bellicosa & audax Hispania, navalis Dacia, indomita Italia, inquieta Apulia, cum maris Græci Adriatici & Tyrrheni insulis piraticis & invictis, Creta, Cypro, Sicilia &c. suam electam militiam alacriter destinabunt.*

Mag. Rigordum, Regis Francorum Philippi Augusti d. qui a. 1223. obiit, chronographum, professione Physicum, cur *Cl. Vossius l. 2. de hist. Græc.* adpellet *Gallum* alia potiùs ratio reddenda fuerit, quàm à patria sic dictum esse autumare. Fuit enim, ipsô teste, *natione Gothus; Is in volum. gestorum Philippi sub a. Dn. 1192.* de Richardo Rege Angliæ è Palæstina repatriante & ventis in partes Istriæ inter Aquilejam & Venetias delato naufragô, captoque eâ occasione à duce Austriæ Leopoldo juxtà Viennam; *Quidam autem Comes*, inquit, *Mamardus de quorre & populus regionis illius audito quod in terrâ erat rex Angliæ, insecuti sunt eum intendentes, ipsum captivare.* Regem

facto-

Goritia | in |

facto in mari Adriatico naufragio nonniſi per Foro-Julianos, Carnos & Carinthios, ſuperatis Alpibus Noricis, tranſitòque Dravo fluvio in terras archiepiſcopi Saltzburgenſis & hinc in Auſtriam deveniſſe certum eſt. Carnis autem & Carinthiis, quin & Foro-Julio tum Comites à Caſtro Goritia dicti imperabant, cum axiomate Palatinorum Carinthiæ; *Lazius comm. Reip. Rom.* l. 12. *ſ. 6.* c. 2. è quibus Mainhardus quidam fuit, Henrici II. filius, à Friderico II. Imp. Styriæ Ducatui præfectus. Hunc ipſum *Mainardum de Gortze* nominare ſive voluit ſive debuit *Rigordus*, qui Richardum naufragum vagumque fuerat inſecutus: ejusque nomen his ipſis literis expreſſum eſt in Ep. Henrici VI. Imp. quâ caſum Richardi regi Franciæ ſignificat, apud *Hovedenum l. d. f. 721.*

Gariopontus inſolente nomine medicus Latino-barbarus, excerptor merus & deſcriptor veterum eſt; non vetus ipſe, ut opinabatur *Cl. Barthius Adverſ. l. 8. c. 14: l. 35. c. 1: & l. 45. c. 4.* Sanè *Theodorum Priſcianum* archiatrum, cujus libri tres medicinales, è Græcis ab ipſo autore Latini facti (eorum primus *phænomenôn euporiſtôn*, alter *Logici*, tertius *Gynæciorum* titulo inſignitus eſt) à Gelenio Baſil. a. 1532. editi circumferuntur, ad verbum deſcripſit: reſpondetque Gariopontí *caput 12. l. 2. de aſmaticis & ſuſpirioſis*, capiti 25. libri ſecundi Theodori: *caput 7. l. 5. de hydrophona*, capiti octavo l. 2: *caput 14. l. 5. de Ictericia*, capiti 27. libri ſecundi: *Libri 5. caput 11. de hydropiſi*, è Theodoro l. 2. c. 35. tota ſerie deſumtum eſt: ſimiliter *caput 71. de Satyriaſi & gonorrhæa l. 3.* è l. 2. c. 11: *l. 1. c. 14. de lethargo*, è cap. 3. l. 2. quod nos indicare primos non ferent æquo animo quidam ſive οἰόσοφοι ſive οἰησόσοφοι. Veterem autem quî nominare liceat, qui ſeculô infelici ante annos quadringentos, cum medicina à Græcis tradita, locupletata ab Arabibus, Græcorum Arabumque propriis vocabulis ad Latinos modulos revocatis doceretur, vixiſſe convinci poteſt vel è ſolis Græcis? Ea enim adeò corrumpere ſolet, ut barbarum & rude omnis Græcitatis, quô fuit, ſeculum manifeſtò prodat. *Libro 3. c. 70. apoximeron* adpellat *inoperationem partium quæ impoſſibiles ſunt in rebus Venereis. Silvaticus* Pandectarum medicorum ſcriptor qui eodem ferè tempore circâ a. Chr. 1300. floruit c. 52. *aprocimeron: aproximeron*, & *approximon*,

Digitized by Google

***impotentiam actus Venerei & aggregationem membri ita quod nec ſemen emittitur nec membrum erigitur*, exponit: *Valeſcus de Taranta*, annô Dom. 1380. Monſpelii famoſus medicus *l. 6. Philonii c. 2. approximeron* interpretatur *coitus defectum*: Vox ipſa quàm monſtroſè corrupta eſt & contorta è Græco ἀπραξία μορίων, i. e ignavia genitalium? apud *Paulum l. 3. c. 58.* ἄπρακτα μόρια. Ψώραν adpellat *Lib. 5. c. 6. ſloran*: ψωρίασιν, *l. 3. c. 55. ſporiaſin.* ἀσφυξίαν, *l. 1. c. 22. affixiam*: μακρονοσίαν, *l. de febr. c. 14. macronoxiam*: ληξοπύρετα, *l. ſintomatum c. 9. lixoperitum; Silvat. c. 513. lixopericum, medicamentum infrigidativum*: ἀτονίαν, ſeu imbecillitatem *l. 3. c. 59. attoniam*: pharmacum ſeu unguentum διὰ δαφνίδων χλωρὸν, viride è laurô, *l. 3. c. 67. diaphnidon cloron*: φύγεθλα, tumoris bilioſi genus, *l. 5. c. 31, 32, & 37. figelta*: μεταχέτευσιν, derivationem humorum, *c. 40. metaceuteſin*: ἀντίσπασιν, revulſionem, *ib. & l. Sintom. c. 17. antipaſin*: epithema ἐξ αἰγείας κόπρου, è ſtercore caprino, *c. 12. egiſus copras*: quæ Græcorum corruptela ſeculis ab hoc tribus adeò ſolennis fuit ut qui doctiſſimi tum habebantur eam pro lege loquendi ſrequentarent & à nemine propterea reprehenderentur; Iſte, cujus ætas in gratiam eruditorum ſic conſtituta eſto in anteceſſum dum plura de eo commentemur, *Gariopontus l. 2. c. 62.* quod eſt *de ſirrexi hepatis*, antidotum quoddam ad vulnus purgandum proponit; *quod recipit myrrhæ trocliten. drachmam unam.* E myrrhæ, quæ arboris in Arabia lacrima eſt, generibus probata fuit quam maximè Troglodytica καλουμένη ἀπὸ τῆς γεννώσης αὐτὴν χώρας. *Dioſc. l. 1. c. 78.* A Troglodytis, qui Æthiopum pars ſunt eam petere Sabæos refert *Plin. l. 12. c. 15.* antidotis convenientiſſimam eſſe *Galenus l. 2. de antid. c. 27.* Ea conſuetudine poſteriorum, vel ἐκτροπῇ quadam vocabuli, vel ἀπὸ τῶν τρωγλῶν, Τρωγλῖτις adpellata fuit, ut populus ipſe, quod in ſpecubus habitaret, Τρωγλῖται. *Pandectario*, qui c. 548. *myrrham trochiten* exponit *rotundam* ἀπὸ τροχοῦ, jure optimô quis dixerit, quod Homero ſacrificantib. in trivio ſupervenienti olim ſacerdos Cereris, Ἄνερ ἀπὸ τῶν ἱερῶν. Græca n. neſcivit & docere tamen voluit; abſtine, mea Juventus, à tali doctore; auſculta, non audi. Antiquo illo locali nomine, quod ad præſtantiam ſignificandam myrrhæ fuerat impoſitum, non intellecto recentiores Græ-

res Græculi petroselinum Cilicium, Σμύρνειον ideò quod semen ejus gustum perinde adficiat ac myrrha, *Diosc. l. 3. c. 79.* & quòd è radice ejus succus myrrhæ stactes odore ac sapore manet teste *Theophrasto*, dictum, adpellarunt. In glossis iatricis: Σμύρνια Τρωγλῖτις, τὸ πετροσέλινον. Id verò caret ratione, absurdumque satis est quod in Cilicia tantùm provenit id ab Æthiopia denominare. Herba à succo ad radicem concrescente verè fuerit ob adfectiones similes myrrhæ σμύρνια; non tamen Τρωγλῖτις. Si quis quærat, ecquos, veteres an recentiores, secutus fuisse videatur *Gariopontus*, veteres respondebimus, & per *myrrham trocliten* Troglodyticam myrrham insinuare voluisse. Cum enim hujus vim κολλητικὴν, ξηραντικὴν, συπτικὴν glutinare, siccare, adstringere prædicet *Diosc. l. 1. c. 78* apostema autem curandum ea omnia indicet: smyrnium verò sive semine sive radice istis indicationibus minimè satisfaciat; antidoto ad ulcus in hepate sanandum optimâ ratione miscebitur. Idem l. 5. c. 38. herpetis ulcerati à succo bilioso crasso, & diuturni curatione jubet uti medicaminibus quæ possint valdè siccare causam & loca adfecta, *quale est Musa vel Andronium, vel paßidonis, vel polidis, vel alia quæq; talia.* Per *Musam* pastilli Antonii Musæ D. Augusti medici vi urente & styptica maligna destillantia & serpentia ulcera compescentes intelligendi sunt: similes composuit *Andron:* quem de aciniis coronis citat *Athen. l. 15.* Utrorumque formula est apud *Galen. 5. de comp. med per gen. Aetium tetr. 4. s. 20. 50. Paulum l. 7. c. 12;* item *Pasion,* & *Polyides;* vid. *Celsus l. 5. c. 20. Aet. & Paulus ll. dd. Fallop. de ulcer. p. 82.* Hinc medela Garioponti vulneribus. *Polidis* vitiosa adpellatio in *Polletis* reformanda esse videri poterat; Polles enim Ægiensis scripsit ἰαμάτα ἐν βίβλοις β: è secundo producit *Aetius tetr. 4. s. 3. c. 14.* emplastri Elephantini & Geranii descriptionem, & alium Polletis contrà cruditatem pituitam distensiones & litem alvi siccitatem, *tetr. 3. serm. 1. & 24.* Verùm *Polyidis* rectum est. Πολυΐδου σφραγὶς recensetur à *Galeno 5. de comp. med. per gen. c. 6.* ex Asclepiade, & paulò aliter concepta c. 8. ex Andromacho; eaq; h. l. indicatur.

In farragine lexica & historica κατὰ στοιχεῖον, copiosa & varia, eòque penu quodam eruditionis & preciosissimarum quarum-

Digitized by Google

vis rerum, quæ *Svidæ* cujusdam nomen præscriptum habet, etsi unius autoris non sit, sed plurium, è diversis omnium ætatum scriptoribus collecta, & subinde aucta, post *Æmilii Porti* conatus & labores doctorum hominum aliorum, quibus meliorem locis multis factam esse scimus, multa etiamnum restant, in quibus hærere & nihil videre etiam perspicacissimi Critici fatebuntur, usque adeò ἀπλέκυτα καὶ φλοιῦ μεςὰ sunt pleraque. Quæ in ea circa nomina propria præterita sunt & emendari tamen postulant, hîc indicabimus. De Philoxeno φιλίχθυϊ ὀψοφάγῳ & ganeone nobili simulque Poëta dithyrambico ita loquitur ut Levcadii filium fuisse credas; Atqui fuit quidam Philoxenorum Levcade, opido peninsulæ Levcadiæ in sinû Jonio, *Plin. l. 4. c. 1.* natus: Legamus igitur: Φιλόξενος Λευκάδιος καὶ ὄνομα παρασίτου. Philoxenum Levcadium nominat *Athen. l. 1.* eique adscribit τὸ ἐπιγραφόμενον Δεῖπνον, ludicrum convivii ab ipso faceto homine confecti; quod l. 4. & 15. ad Philoxenum Cytherium refert, ita ambiguè tamen, ut Levcadio non abjudicet planè: saltem inde constat fuisse jamtum de autore τοῦ Φιλοξένου Δείπνου, etiam *Aristoteli* noti, à Criticis dubitatum. Parasito autem nomen Philoxeno fuisse indubium est, imò parasitis, ut patebit. Sunt ista de Philoxeno apud *Svidā* excerpta ex *Athenæo*, sed indiligenter disposita & sine judicio, quod aliis sexcentis locis quoq; factum probabimus alibi, convasata. Quæ enim de diversis eodem nomine Philoxenis, qui tamen omnes cupediarum culinarumque adseclæ fuissent, narrat *Athenæus*, ea *Svidas* omnia uni adscribit, quem parasitum facit & si *Athenæum* rectè descripsisset, dithyramborum poëtam simul. Priores autem duas narrationes è *Clearcho* repetit *Athenæus* de Philoxeno qui dithyrambopæus simul fuerit, non addita nota, cujas. Tertia de Philoxeno Eryxidis filio est, quem è *Plut. 4. Symp. 4. & l.* περὶ τοῦ λαθὲ βιώσας quoque novimus & quidem à Cytherio distinctum: quarta è *Phaniâ* de Philoxeno Cytherio, Dionysi Siciliæ tyranni suavi compotore; quem inter dithyrambicos Athen. l. 8. & M. Apost. prov. 70. Cent. 7. censent. Præter illos sive duo sive tres singulares fuerint; τὸ γὰρ ἀληθὲς ἴσως ἄληπτον ἔν γε τούτοις; *Svidas* Eulectidæ filium, dithyramborum 14. scriptorem & prætereà Lyricum,

cogno-

cognominatum μύρμηκα quendam Philoxenum, itidem Cytherium nominat. *Plutarchus* etiam alium rei maritimæ ab Alex. M. præfectum, & *Athen. l. 6.* alium cum Πτερνοκοπίδος cognomine gnathonem ἐπὶ γελοίοις δόξαν εἰληφότα è *Menandro, Axionico, Lynceo & Machone Comico*, juniorem prioribus: loquuntur enim hi de eo ceu ſibi noto viſoque. Dictis poſteriores. non pauciores fortaſſe, ἀλλὰ μὴ τοῦ αὐτοῦ ἤθους, Philoxenos omittimus. *Caſaubonus* Philoxenorum res non diſquiſivit accuratè ſatis; non enim Cytherio τὸ Δεῖπνον abſolutè tribuiſſet *c. 11. l. 4. anim.* Quin & labore emendationis quē tollenda negativa in ῥήσει *Phaniæ* de Philoxeno, mullum adpoſitum auri admovente, ſubiit, *l. 1. an. c. 6.* carere poterat, ſi *Svidam* conſuluiſſet h. l. quo vetus & vera ſcriptura *Athenæi*, τὴν δὲ ἐρρωμένην vel ἠρωτημένην ἀποκεκρίσθαι, omiſſa negativα οὐκ, ſervata eſt; tantum debemus excerptis ſcriptorum veterum, ſi ſana ſint à deſcriptorum mangoniis. Par amantum, quos argumentum Babylonicis ſuis delegit *Jamblichus*, nominibus Ροδινὸς καὶ Σινωνὶς adpellat *Svidas*; in altero verò nos fallit. Fuit enim ὁ Ροδάνης; teſtis *Photius Cod. 94.* Quod Vir ſummus P. I. *Mauſſacus* non tantùm nomina ſed & ſexum iſtius paris commutat, Simonem ac Rhodanem marem ac fæminam pro Sinonide & Rhodane fœminâ & mare ſupponens *not. ad Harp. p. 156.* oſcitantia eſt intolerabilis: Φέροντες γὰρ καρτερεῖν Φιλοῦμεν τὰ τῶν ἰδιωτικῶν ἀποβλεπτήματα, τὰ δὲ τῶν λογικωτέρων ἡμᾶς ἀνιᾷ. Et quod iſtud Jamblichi drama Μιλησιακὰ adpellari à doctis adnotat, in hoc ipſi cum doctis non convenit; hi enim vocant Βαβυλωνικά. Mileſiacorum autem adpellatio & Mileſiarum ſcriptis intemperantibus, laſcivis & feſtivis ob notam gentis luxu perditiſſimæ mollitiem ac procaciam impoſita fuit, non amatoriis fabulis ſimplicibus. Stilpon Megaris ortus & Megaricus, id eſt, τῶν ἀπ' Εὐκλείδου Μεγαρέως, philoſophus fuit; malè igitur in *Svidâ* edidêre ſine nota diſtinctionis: Στίλπων Μεγαρεὺς φιλόσοφος, cum & patriam & ſectam ſimul dicere voluerit. Eum diſcipulum Paſiclis Thebani fuiſſe; Paſiclem verò Cratetis Cynici fratrem, & auditorem *Dioclidis*, additur. Nomen ultimum mendoſum eſt & ab editorum παρχείρῳ φαντασίᾳ, qui concoquere non poterant eundem hominem in duabus

conti-

continuis lineis bis nominari. Sed non adverterunt, in ῥήσει priore agi de Pasicle, qui præceptores habuerit Cratetem & Euclidem; in posteriore, Οἱ δ' Εὐκλείδου τοῦ Πλάτωνος γνωρίμου: *Quidam ipsum discipulum faciunt Euclidis,* de Stilpone, qui magistro usus fuerit Euclide. Expressè *Laertius* de Pasicle, μαθητὴς Εὐκλείδου; de Stilpone; διήκουσε μὲν τῶν ἀπ' Εὐκλείδου τινῶν. οἱ δὲ καὶ αὐτοῦ Εὐκλείδου ἀκοῦσαι φασίν. Dioclidem igitur confinxêrunt isti. De Thespide tragicorum principe tantæ æstimationis ut Heraclides Ponticus à se compositis tragœdiis ejus nomen præfixisse consueverit, sufficere id commendandis populo ratus, ita *Svidas*: Θέσπις. Ἰκαρίου πόλεως Ἀττικῆς. Interpres *Icarii filium è quodam Atticæ opido*, nobis exhibuit. Uterque valdè negligenter sacra antiquitatis Atticæ tractavit: neque n. Icarium urbs Atticæ agnoscitur, neque Icarius quispiam Thespidis pater. Ἰκάριος, mons in Attica, ap. *Plin. l. 4. c. 7*: ab eo nomen populo inter CLXXIIII. illustrissimos haut ultimo, tribus Ægéidis, Ἰκαριεῖς: horum δημότης Thespis. Nemo è veteribus populos Atticæ per πόλεις expressit; Legamus igitur ἐξ Ἰκαρίου ὄρεος vel χωρίου Ἀττικῆς; vel ut rhapsodo suum improprium loquendi genus constet, Ἰκαριεύς, πόλεως Ἀττικῆς, & interpretemur, è *civibus Athenensibus*; uti suburbani Romæ civium Romanorum jure censebantur. Docet Alpes esse ὄρη διορίζοντα Γάλλους καὶ Αἰλούρους, in Ἄλπιον. Hic locus theatra Geographica una gente Ælurorum auxit; sed necdum definiverunt quæ ea fuerit, in quam abierit, ubi consederit, quis Alpium tractus à Gallis eam disterminaverit. *Herulos* gentem Gothicam Scythicamque, Langebardorum, Rugorum, Gepidarumque in Svevici maris litore ad ostia Vistulæ adfinem, nomine barbaro, *ex Ablavio Senatore* historico Gothorũ *Jornandes de rebus Geticis Heluros*, quòd ἕλη, h. e. paludes Mœotidas insedissent, ineptâ ostentatione Græcæ doctrinæ nominavit. Hæ nugæ inter Latinos simpliciores tum obtinere aliquandiu potuerunt: sed Græci, quibus genius suæ linguæ meliùs cognitus, etymon derisissent; & omninò non credendum est, quod *Ortelius* putat, etiam *Zonaram in Justin.* Herulos adpellare Αἰλούρους; σφάλμα enim eo loco sedet legendumq; Αἰρούλων, quod verum nomen est & *in Galieno* ab eodem Zonara repetitur: sunt

Proco-

Procopio, Agathia, & ſcriptoribus Græcis quibusque ſemper, perinde ut Latinis omnibus, Ἔρυλοι: *Herulia*, pro toto gentis corpore apud *P. Diac. l. 1. Long. c. 20.* Non negamus fieri potuiſſe ut Græci recentiores in nomine barbaro commutarent liquidas (admisêre enim hoc frequenter in linguarum barbararum vocabulis) & pro *Herulis* dicerent Αἰλούρους; *Svidam* autem qui cum *Procopio* & *Agathia* plurimùm fuit (exſcribit enim & laudat utrumque frequenter) adpellationem pravam præ recta elegiſſe & h. l. Αἰλούρους pro Herulis poſuiſſe non eſt credibile, præſertim cum recta ipſi fuerit quàm notiſsima. Sic enim alibi: Ἔρυλοι, ὄνομα ἔθνους. Reſtat igitur vel transponendas eſſe liquidas etiam h. l. & legendum Αἰρούλους; habitâ vêre enim aliquandiu trans-Alpinas partes, cum Odovacar Rugus Oreſte interfecto & pulſo Auguſtulo Imperare Italiam per annos 14. *Jorn. & Evgip. vitâ S. Severini c. 32.* teneret, Heruli: vel *Svidam* de Illyriis, quos ipſos etiam Alpium quædam partes à Gallis ſepararunt, exponi debere & leg. Γάλλους καὶ Ἰλλύριους. Ἰλλύριοι enim etiam Ἴλλυρες, *Illyres, Illures*; & hinc Ἰλλουρες, Ἴλλουροι. Sed hoc ultimum timide propono; *interdum, fors eſt, rectum video; eſt ubi peccem.* Vocis ἀναβολεὺς pro ſtratore uſurpatæ exemplum dat his verbis; ὁ δὲ Μασσίας γηράσας ἵππου χωρὶς ἀναβολέος ἐπέβαινεν. Maſiniſſa rex Numidarum etiam poſt nonageſimum ætatis annum robuſto corpore & ſaluberrima conſtitutione fuit; Ejus ſignum quòd ſine adminiculo eqvum valeret conſcendere & anno ætatis octogeſimo ſexto filium nomine Sthemban generaret, parens cum moreretur ſexaginta filiorum, *Evtrop.* Legendum igitur, ὁ δὲ Μασσανάσσης. Sic enim ſemper apud *Polybium*, è quo iſtam ῥῆσιν deſumſit *Svidas*. In ἀνάστασις ejuſdem regis nomen in Μασσανα corruptum eſt, inſolenti abbreviatione librarii. Ibi Polybius; Μασσανάσσην δὲ Καρχηδόνι αἴτιον τῆς ἀναστάσεως γενέσθαι πάντων αὐτὴν ἀσθενῆ Ῥωμαίοις ὑπολιπόντα; quæ *Interpres Svidæ* non intellexit, ut patet ex addita formula N. L. Hoc autem volunt, *Maſiniſſam in cauſa fuiſſe ut everteretur Carthago quòd eam ante debilitaſſet, & Romanorum bellis imparem reddidiſſet*, regnum paternum, Syphace victo, Carthaginenſibus extorquendo. In ἀποκναίειν, quod *turbare, vexare* ſignificat teſtimonia duo è *Theo-*

phylacto, cujus historiæ rerum à Mauritio Imp. gestarum libros octo integros (*Photius* enim *Cod.* 56. excerpta solùm exhibet) edidit cum versione sua *Jac. Pontanus Soc. Jesu.* producit; sed cognomen ejus, quod erat Σιμοκάτης in Τιμοκράτου depravarunt. *Svid.* Θεοφύλακτος, σοφιστής, ὁ ἐπώνυμος Σιμοκάτης. Item, Σιμοκάτης, ἐπώνυμον Θεοφυλάκτου τοῦ σοφιστοῦ. Ejusdem *Simocati Oecumenicam historiam* in bibliotheca Mendozeana mscr. vidit *Cardanus.* In Χειρίζω de immensa vi pecuniarum in bellum contra Vandalos insumta à Leone Macelle Imp. citat Κάδδον ἰσοριογράφον: eumque hoc nomine in Bibliotheca recenset *Simlerus*. Sed Κάνδιδος est, Isavrus natione, professione tabellio & Christianus, qui historiam annorum 34. à Leonis initio usque ad Zenonis mortem libris tribus contexuit; eorum epitome & censura est apud *Phot. C.* 79. *Callisthenem* tribus locis allegat *Svidas*; de eo quòd carcerem adpellet ἀνώγεων in ἀναγκαῖον & ἀνώγεον; iterùm de significatione verbi ἀναρᾶσθαι, esse scil. idem ac *imprecationem factam dissolvere.* At cum præter Callisthenem Olynthium familiarem Alex. M. discipulum Aristotelis, & alterum Sybaritam, incertæ ætatis, veterem autem, teste *Scal.* 1. *Auson. lect. c.* 3. qui scripsit Γαλατικῶν libros, nemo præterea hoc nomine fuerit; neutri verò ista Grammatica tribui queant, malim pro Callisthene *Callistratum.* Fuit sanè nobilis Grammaticus Callistratus, quem *Harpocr.* in ἀπλᾶς laudat, & inde noster *Svidas*, quòd ἀπλᾶς exposuerit τὰ μονόπελμα τῶν ὑποδημάτων, *calceos unicam soleam suppactam habentes*; & noster rursus, quod ἐπιφυλλίδας dixerit esse *minusculos racemulos ipsis foliis in vite vel adnatos vel contectos*: cum quibus observationibus priores istæ planè ejusdem generis sunt. & autorem λέξεως παντοίας ἀθροιστὴν ἐξηγητήν τε & Lexicographum produnt. Nihil autem prohibet existimare hunc ipsum Aristophaneum Callistratum esse, qui in opere quodam suo Aristarchum incessit maledictis, quòd eruditioni ejus vestis non congrueret, quasi & hoc ad doctrinam nonnihil conferret, ἐῤῥυθμόνως ἀμπέχεσθαι: *Athen. l.* 1. Sed & hoc amplius, ne quid indictum relinquamus huc quoquo modo & *Svidæ* illustrando faciens, *Callistratum*, qui de Philoxeno Lyrico, fuisse Heracleæ Ponticæ natum, non ut alii

ut alii voluêre Cytheris, tradidit *Domitium Callistratum* esse, cujus libros de Heraclea sæpè advocat *Stephanus*, & *Nat. Comes l. 9. mythol. c. 5.* In ἱππεία Ἀθηνᾶ eam Neptuni filiam esse, inquit, καὶ Πολύφης τῆ Ὠκεανοῦ φασίν. Hæc glossa ex *Harpocratione*, quem totum, ut & Hesychium & Helladium, in hanc Συλλογὴν transscripserunt, solùm omissa autorum, quos ille laudat vetustissimos multos, mentione, petita est; sed utrobique corrigendum τὸ Πολύφης. Coryphe mater Equestris Minervæ fuit; quam Coryphasiam Arcades *Cic. 3. de nat. D.* quo loco Coriam legit *Nat. Comes l. 4. mythol. c. 5.* dixerunt, *vel à Coryphæ matris signo vel quod ex vertice summo Jovis parmam ferens emicuit atq; armorum accincta terroribus: Arnob. l. 4. Clemens* in προτρεπτ. Messenios Κορυφασίαν ἀπὸ τῆς μητρὸς denominasse scribit. Hisce autoribus *Phornutum* quantivis pretii Philologum oppedere; docet enim ἐν θεωρίᾳ περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως, *Minervam carere matre*, ex ignorantia historiæ fabularis fieri notamus; vel confundit sanè Jovialem ἀμήτορα & Neptuniam Equestrem, quas origo sua distinguit. In λέσχαι è *Cleanthe* refert Apollinem inde à quibusdam λεσχηνόριον adpellari. *Harpocrationis* etiam ista sunt, sed apud quem edidêre docti Λεσχηνόριον; quod probamus. Λεσχήνωρ & Λεσχηνόριος dictus est Apollo διὰ τὸ τὰς ἡμέρας ταῖς λέσχαις καὶ τῷ ὁμιλεῖν ἀλλήλοις συνέχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους τὰς νύκτας ἢ καθ' ἑαυτοὺς ἀναπαύεσθαι, inquit *Phorn. l. d. quod homines de die confabulationibus & mutua conversatione detineantur, noctibus verò quiescant vel condormiant;* quæ interpres *Jod. Velareus* malè, *quod diem tractandis nugis & mutuæ conversationi exhibeat, ac noctem depellat Apollo*, exposuit. Semel monuisse sufficiat, hoc solenne esse *Suidæ*, quod res hominum cognominum perpetua serie recitet; quo fit ut quæ diversorum fuere uni adscribi videantur & in historiis turbentur omnia, nisi narrationes secernas & advertas quàm diligentissimè. Commisisse id deprehenditur in Εὐμένης. Encomium quod ibi legimus & narratio reliqua de Eumene rege Pergami Attali I. filio, intelligenda sunt; huic enim tres fuêre fratres Attalus, Philetærus, & Athenæus, *Plut. l. de frat. amore*, qui satellitum officio apud eum fungebantur; Ultima verò periodus, qua Eumenem hunc ab Antigono subla-

tum esse traditur, de Evmene Cardiano, Cappadociæ satrapa, Macedonum hoste, *Appian. in Syr.* qui istum alterum centum annis præcessit. Idem fecit ubi de Attalo. Describit Attalum Evmenis fratrem regem à beneficentia ergà amicos, à fide ergà socios, à bellicarum rerum gloria, à conjugii felicitate; Hic Attalus I. filius Attali ex Antiochide fuit, & patruum habuit Evmenem, itemq; filium, non fratrem, ut *Svidas.* Addit, hunc Attalum imperio potitum animi & instituti sui specimen edidisse eo, quòd Ariarathem Cappadocem regno dejectum restituerit; hoc ad Attalum II. filium I. fratrem Evmenis pertinet, qui Stratonicen Ariarathis filiam, fratris qui insidiis Persei Macedonis interfectus putabatur conjugem, uxorem duxerat; *Plut. l. A.* Ultima verò ῥῆσις, Attalum Apolloniæ maritum obiisse & fidem fecisse oraculo, quod liberos solùm & nepotes Attali I. regia dignitate fore prædixerat, ad Attalum III. Philometorem dictum referenda est; sed quod Ἀπολλωνίας ἄνδρα adpellat, duplici errore intricatus facit. Nomen enim fæminæ Ἀπολλωνιὰς quam alibi rectè Attali, patris Evmenis, scil. II. γαμετὴν vocat; *Plut.* Ἀπολλωνὶς Κυζικηνὴ: è plebeia facta regina & maritus ejus Attalus avus fuit, non nepos ultimus regum Pergamenorum. Horum successiones è *Telephi* Grammatici libris quos de regibus Pergami scripserat quinque discere poteramus; sed illi perierunt. E *Strabone* igitur, *Paterculo, Appiano, Justino, Floro,* & *Evtropio* eruimus, quæ pro ratione sit emendationum nostrarum in *Svida,* regum Asiæ Pergamenæ genealogiam talem:

Philetærus Tianus, evnuchus, ὁ θλιβίας ἐκ παιδὸς; præfectus thesaurorum regis Thraciæ Lysimachi Pergami, ab eô defecit; regnat Pergami annos 20.	*Evmenes:* frater Philetæri:	*Attalus*—Antiochis, Achæi filia.
	Evmenes I. rex ann. 22. Hunc *Laertius in Arcesil.* filiū Philetæri videtur adpellare.	*Attalus I.* rex a. 44. Socius Roman. bello Macedon. I. contrà Philippum *Flor. l. 2. c. 7.* Vixit annos 72. *Svidas* Evmenis fratrem facit. Ei ex uxore Apollonide Cyzicena nati ☞

NN. Pel-

NN Pellex. Ephesii citharistæ filia: *Just. l. 36.* concubinam vocat *Eutr. l. 4.*

Eumenes II. rex a. 39. *Paterc. l. 1.* fratrem Attali & successorẽ facit tempore belli Maced. II. quod contrà Perseũ gessêre Rom.

Stratonice, filia Ariarathis Cappad. regis.

Attalus II. natu major inter fratres Eumenis, ducta uxore fratris Eumenis, quem interemtum nunciaverant, liberos ex ea suscepit multos: regnat mortuo fratre per a. 21: tutor filii ejus: *Plut.*

Philetærus.

Athenæus.

Aristonicus spurius, ὁ τοῦ κιθαρῳδοῦ Plut. *in Q. Flã.* mortuo Attalo III. regnum invasit, sed victus à Perpenna est, *Just. l. 36.*

Beronice e jus sponsa: *Just.*

Attalus III. Philometor: Ei virilem ætatem adepto Attalus patruus tutor regnũ cessit & diadema imposuit præteritis propriis liberis: *Plut.* Obiit regni a. 5. & Romanos instituit hæredes.

De Attalo ultimo dissensus est *Justini*, quem sequitur *Helvicus in theatro*, à *Strabone* l. 13. & *Plutarcho*; scribit enim Attalum eum à patruo Eumene regnum accepisse, quasi hic, non Attalus ejus tutor, ipse verò Attali non Eumenis filius fuisset; sed nos horum causam potiorem esse judicamus. Ἄιθων, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, quod est splendere; fervere: urere; adjectivè significat candentem, rutilantem, politum; item pro virili, bellicoso, impigro, vehemente & actuoso usurpatur. Hinc aquilæ quæ Promethei ad Caucasum

ligati cor exedebat apud *Hygin. fab.* 31. & uni equorum Solis, *fab.* 183. nomen Æthoni. *Callim. in hymnô Cereris* λιμὸν ἄγριον αἴθωνα καρτερὸν dixit cum famem magnam, ingentem, inexplebilem indicare vellet. Ad *Callim.* respicit glossa apud *Svidam* ista: Αἴθων. ὁ βίαιος, λιμός. ἀπὸ Αἴθωνος ἡλίου τινὸς ὃς τὸ Δήμητρος ἄλσος κατέκοψε καὶ τιμωρίαν ὑπέστη ἀξίαν καὶ διὰ τοῦτο ἐλίμωττεν ἀεί. *ab Æthone quodam Solis filio qui Cereris lucum concidit & pœnas suo scelere dignas sustinuit & propterea fame semper laboravit.* Ista quidam sic dicuntur ab interprete; sed quo autore inter Solis filios Æthonem reponit? Fabula est Erisichthonem sive Myrmidonis ut *Hellen. Athen. Ælianus*, sive Triopæ filium, ut *Ovid.* 8. *Metam.* & *Tzez. ad. Lycophr.* sacrum Cereris, ut P. Turullius in Co insula Æsculapii nemus *Dion. l.* 51. excisis arboribus violasse; iratamque Deam impietati famem homini immisisse tantam, ut quò plus ciborum in alvum demergeret eò plus adpeteret; & cibus caussa cibi fieret. Eum ὅτι ἄπληστος ἦν βορᾶς Αἴθωνα adpellarunt. Fuit autem Thessalus teste *Palæphato, Ovidio*, Hygino & Tzeze. Legendum igitur in *Svida* est: ἀπὸ Αἴθωνος Θετταλοῦ τινός. De Pyrrhone Eléo philosopho narrat fuisse primùm discipulum Brysonis· εἶτα Ἀλεξάνδρου τοῦ Μητροδώρου μαθητοῦ τοῦ Χίου. οὗ διδάσκαλος ἦν Μητρόδωρος ὁ Ἀβδηρίτης: E Metrodori Chii discipulis nullum Alexandrum novimus, sed Anaxarchum; hujus etiam comes ad Magos & Gymnosophistas in Indiam fuit Pyrrhon, teste *Laertio.* Αναξάρχου igitur nomen pro Ἀλεξάνδρου legamus. Ultimum ῥήσεως *Metrodori Chii magistrum fuisse Metrodorum Abderitem*, eodem vitio laborat; neque enim aliquis Abderites Metrodorus fuit neq; fuit præceptor Metrodori Chii. Metrodorus autem Chius condiscipulo Hippocrate Cóo Democritum Abderiten audivit; juxtà *Laert.* secundum alios Nessam Chium. Democritus igitur pro Metrodoro substituendus, ne cum seipsô pugnet *Svidas*, qui in Δημόκρ. insignem Democriti discipulum Metrodorum Chium fuisse ait. Pycnam vocatam fuisse locum Athenis ubi convenirent ad habendas audiendasque conciones ἀπὸ τοῦ πυκνοῦσθαι, quod populus ibi q. constiparetur & coarctaretur, ejus autorem, in Πύκνα citat Κλείδημον. Sed Κλείδημος est, qui Atthidem descripsit; ejus πρῶτον Ατθίδος.

θιδος laudat *Harp. in* Μελανιππώνειον. Non facile eſt dicere an Clitodemus qui pariter res Atticas conſignavit à *Pauſania* ac *Svida* in ἐπὶ Παλλαδίῳ, & Κλειτόδημος à *Plut. l. de glor. Athen.* nominatus idem ſit cum Clidemo; Videtur ſanè hujus nomen ex illo ejecta ſyllaba produſſe. Alcyonei gigantis filiarum ſeptem unam Φθονίαν adpellat in Ἀλκυονίδες. Sed ea Φωσθονία fuit, ut patet ex ordine in literâ Φ ubi ejus nomen inter voces Φῶς & Φωσφόρος medium eſt; & ex *Apoſt. C. 2. prov. 51.* qui *Svidam* h. l. exſcribit & veterem lectionem Φωσθονία exprimit.

Hæc in antiquis ſcriptoribus circà nomina propria peccata fuere & digna viſa quæ hoc capite produceremus; ſequetur nunc χεύτη quædam ſimilium erratorum in recentiorum libris; ſed de quibus typos potiùs quàm autores ipſos accuſare licet. Inter homines ſacros qui bello Albigenſibus circà a. 1212. à Philippo regè Franciæ indicto interfuerunt, *Johann. Nauclerus gener. 41.* nominat *Reginaldum Rothomagenſem archipræſulem.* At cum è *Chron. Normanniæ* conſtet, ab anno 1204. uſque ad a. 1217. *Robertum Polanum* Rothomagenſem rexiſſe Eccleſiam eique ſucceſſiſſe Theobaldum, omninò habendum vel iſtum vel hunc Reginaldi fictitii loco ſcribendum eſſe. Ænigmatum hexametrorum poëtria, filia Cleobuli unius Sapientum Græciæ à *Lil. Greg. Gyraldo dial. 3. de hiſt. Poet.* vocatur *Evmite*; Ea verò Εὐμῆτις apud *Plut. conv. ſept. Sap.* eodemq; nomine Pindari quædam fuit, *Svid.*

Tigreti cuidam Cari Halicarnaſsô orto adſcribitur βατραχομυομαχία, quæ Homeri eſſe dicitur: *I. P. Nunneſius in notis ad Phrynichum.* Iſte Pigres fuit, tàm ſtudioſus Homeri, ut ſingulis ejus hexametris ſingulos pentametros qui ſententiam illuſtrarent vel explerent ſubjiceret: *Svid.* Contrarium alibi peccarunt; Tigres eſt fluvii in Perſia nomen apud Xenoph. l. 2. Κύρου παιδ. cujus primam T pro Π legerunt & in Latinis exemplaribus Pigretem dedere; Sic *Tzezes ad Lycophr.* Πελόπων qui eſt Triopas. Illuſtribus Agrigentinis *Th. Fazellus dec. pr. de rebus Sic. l. 6. c. 1.* accenſet Archinum tragicum poëtam qui ſexaginta fabulis editis inclaruerit. Sed Carcinus fuit, teſte *Svida* centum & ſexaginta verò tragœdiæ Carcini Athenienſis. *Luc. Marinéus Sic. l. 8. de reg. Hiſp.* ſub Ramiro monacho, Arragoniæ rege quinto, cum cum ſuſcepiſſet regnū,

Comi-

Comitis Peitei filiam duxisse uxorem & ex ea genuisse Petronillam scribit; eadem iisdem verbis *Franc. Tarafa de reg. Hisp.* sub Alfonso VIII. Frustrà inquisivimus in istum Comitem antequam emendam in nomine subodoraremur; leg. verò *Comitis Pictavii*; è *Rod. Santio P. 1. c. 13. & P. 3. c. 30.* E Dukone de S. Quintino, quem à *J. Stovvæo* Antiquario Londinensi habuerit, fragmentum de Danorum idolo THUR allegat *Cambdenus in Brit. ubi de Danis*; Eundem sed nomine Dudonis inter scriptores rerum Norm. edidit *A. Duchesnius*; ad annum 900. refert *Pithæus*: Dudonem Neustrium, quia ex Heduis, adpellant alii: Decanum Vermandensem *Ordericus.* *In notis Casaub. ad Laert. Spevs.* inter eos qui morbo pediculari fuissent extincti nominatur *Ennius.* Fatuus sit qui de Ennio Rudino cogitet; *Evnus* fuit, Syrus, servili conditione & fax servilis belli in Sicilia: Vid. *Diod. Sic. l. 34.* *In not. Maussaci ad Harp. p. 228.* pœana contrà Craterum composuisse scribitur *Alexis Dialecticus.* Id docet *Athen. l. 15.* ex *Hermippo* Callimachio ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ἀριστοτέλους, sed *Alexinum* vocat qui Eléus fuit, Evbulidæ in schola Evclidea, quæ Dialecticorum, successor: *Laert. l. 2.*

De Hygini fabularum libro eruditè quàmplurima nos monuit *Cl. Barthius*, quæ nesciri à curiosis horum studiorum non debent. Sunt in isto fasciculo nonnulla quæ vix infimâ Latinitate subsistãt, & trivialem doctrinam sapiant; Eo loco habendum est, cap. 198. Scyllam in piscem Cirin dictum transformatam fuisse; quod nemo Poetarum somniaverat. *Virgilius* integro Poëmate rem omnem describit, factã è Scylla avem cirin, eiq; haliæetum, in quem abierat Nisus, inimicum esse; sed huic θαυματοποιῷ nullo negotio ex avibus fiunt pisces. Cap 221. versus de VII. Sophis invenusti scabri & illatini sunt. Cap. 220. figmentũ de Cura hominem formante & disceptãte cum Jove de nomine quo vocari debeat insulsum est, κουρεακῆς καὶ γεροντικῆς λαλιᾶς τάξιν ἔχει, & à gentiliũ de hominis conditu mythistoriis, quæ Mosaicæ doctrinæ stricturæ quædam sunt, dissentit. *Cura quoniam prima hominem finxit, quamdiu vixerit, cura eum possideat: sed homo vocetur, quoniam ex humo videtur esse factus*; Prius inepta allusio est ad nomen Promethei cui Poëtæ hominis fabricam adscribunt, quod consiliũ, providentiam & curam signifi-

ſignificet; poſterius tritum Latinorum etymon hominis ab humo; utrumque eſt ſrigidus monachiſmus & imperiti literatoris ναυλιώδης πῖνος. Caput 226. cui præſcriptum eſt, *Inſulæ maximæ*, invitiſſima Harmonia huic fabulari materiæ annectitur; Eſt enim fragmentum centonis geographici ab Æthico vel ſimili. Sunt, ὡς ἔπος εἰπεῖν, in iſtum fabularem librum veterum dramatum argumenta, quæ interpretes Poëtarum Grammatici tradiderunt, conſtipata eo planè modo quo periochas in Homeri Iliada & Odyſſéam dedit *Auſonius*, fabularum Menandri hypotheſes *Homerus Sellius* & Grammaticus & metamorphoſeôs Ovidianæ πεζῷ λόγῳ epitomen *Lactantius Placidus* Id verò in Pſevd-Hygino oſtendemus. Caput 107. cujus inſcriptio eſt *Armorum Judicium*, Pacuvii tragœdiæ, quam hoc nomine citat *Sveton. Jul. c. 107: Chariſius, Feſtus* in Reapſe, Referari, Reſes, & Torvitas: Caput 106. cujus titulus *Hectoris Lytra*, Ennii fabulæ quam laudat *Feſtus* in Redhoſtire: caput 103. & 104. quorum epigraphe *Proteſilaus, Laodamia* Nævii tragœdiæ, quæ è *Gell. l. 12. c. 10. & Priſc. l. 6.* nota eſt: Caput 108. cujus lemma *Eqvus Trojanus*, dramatis Livi Andronici, quem Equo Trojano allegat *Cic. l. 7. Ep. ad ſamil. & Nonius Marc. in Opitula*: Caput 125. Odyſſeæ Homericæ: Caput 120. Iphigeniæ Tauricæ, & c. 187. Alopes, quas utraſq; *Evripides* docuit: Caput 29. Alcumenæ Plautinæ argumentum eſt. Caput 181. de Diana & Actæone fabula ipſa ſecunda *l. 3. metam. Ovidii* in epitomen contracta eſt, & αὐτοῖς ῥήμασιν eidem in libris præmittitur. Canum autem Actæonis nomina non aliunde quàm è poëſi Ovidiana ſublecta ſunt, quæ aliquando emendata dabimus, ſunt enim omnia Græca & ab homine ſemidocto mirè corrupta. Quid verò moramur in re non ſatis obſcura, ſed expedita? Capitis 4. lemma eſt, *Inô Evripidis*. fabulam autem hac inſcriptione dediſſe Evripidem apud *Gell. l. 13. c. 17.* legimus. Ejus igitur ὑπόθεσις iſto capite traditur, quam è Græco ſcholiaſtæ alicujus tranſtulit in Latinum Pſevd-Hyginus. Titulus c. 154 *Phaethon Heſiodi*, quid aliud inſinuat quàm res Phaethontis uti eas *Heſiodus* copioſè deſcripſerat eô capite breviter narrari. Idem dicendum de epigraphe cap. 8. iſta: *Eadem (* Antiopa *) Evripidis quam ſcribit Ennius.* Antiopæ fabulæ, cui ab ὁμωνύμῳ regis Bœotiæ filia no-

Digitized by Google

men impoſitum fuerat, ſummam capite præcedente ſeptimo, omiſſo nomine autoris (quem nos M. Pacuvium eſſe putamus, quòd hunc in Antiopa laudet *Cicero 1. de finibus, Feſtus in Torrens. Chariſius l. 1. & Diomedes l. 1.*) tradiderat; nunc ejuſdem fabulæ, uti eam ex Evripide verterat Ennius, periochen capite octavô proponit, perinde ac cap. 2. Inus fabulam, cap. autem 4. Inûs Evripidéæ fabulæ argumentum. Conſtat ſanè de Evripide & Ennio quod fabulas eadem inſcriptione ediderint, & hic ex illius Græcis confecerit Latinas. *Alexandrum* Evripidis allegat *Ælian. l. 2. var. hiſt. c. 8*; Ennii *Varro l. 5. de L. Lat. Gell. l. 6. c. 5*; *Creſphonta* Evripidis *Stob. c. de Pace*; Ennii *Gell. l. 6. c. 16: Feſtus in Quæſo & Redhoſtire*: *Erechtheum* Evripidis *Svidas* in ἀνάςατοι; Ennii *Gell. l. 6. c. 16: Macrob. l. 6. Saturn. Menalippen* Evripidis *Diod. Sic. l. 1. & Dion. Halic. l. 2.* περὶ τῶν ἐσχηματισμένων; Ennii *Gell. l. 5. c. 11. Priſc. l. 10. & Nonius*: *Medeam, Iphigeniam, Hecubam* & *Andromacham* Evripidis hodièque habemus; Ennii Medeæ *Varro. l. 6. de L. Lat.* Iphigeniæ *Gell. 19. c. 10.* Hecubæ l. 11. c. 4. & Andromachæ *Feſtus in Summuſſi* meminit. De Antiopa, quam ſcripſiſſe Ennium ex Hygino h. l. ſcimus, ſimiliter verum eſt, ex Evripidéa expreſſam fuiſſe; citat enim Evripidem ἐν Ἀντιόπῃ *Stobæus l. 1. Ecl. phyſ. c. 7.* & *Cic. 1. de fin.* Medeam & Antiopam ejus. Non igitur permittimus *Cl. Barthio*, ut quod audet l. 20. c. 16. Evemerum pro Evripide h. l. legat, *quia Ennius Evemerum verterit.* Vertit Evemeri libros, quis enim neget? ſed ἱερὰν ἀναγραφὴν, hiſtoriam Jovis & cæterorum qui Dii putantur, quam è titulis & inſcriptionibus ſacris Evemerus contexuerat, natales eorum exequens patrias & ſepulcra dinumerans & provincias monſtrans, *Minuc. Fel. Octavio p. 46.* & in hac eum ſecutus eſt Ennius teſte *Cicer. 1. de nat. Deor*: *Varr. 1. de re ruſt. c. 48.* & *Lact. l. 1. de falſa relig. c. 11.* translationem ſuam eodem *hiſtoriæ ſacræ* titulo inſigniens; quod argumentum ecquid ad Antiopæ fabulam faciat? *Diod. Sic. l. 6.* ſignanter Evemerum hiſtoricum theologumque contrà mythographos Homerum, Heſiodum, Orpheum & cæteros diſtinguit eoque ceu fide digno utitur teſte; *Plut.* tamen *l. de Iſ. & Oſir.* eum omnia iſta de longinqua ſua peregrinatione, de reperta inſula Panchæa, ad quam ſc. nemo hominum præterea acceſſerit,

cesserit, mentiri cavillatur. Evripidis verò Antiopam etiam vertit Ennius æmulum nactus Pacuvium, qui eandem Latino socco induit posterior, ut videtur.

Cum de studio sacrarum scripturarum docent Theologi ab omnibus id curari debere quia tangat omnes cura salvificæ cognitionis quæ ἐρευνῆσαι sedula & sobria meditatione earum quæritur, & neminem ab earum lectione jure excludi, *D. Hieronymi* exemplo id facere videri volunt, qui non solùm fæminas ad eam pietatis partem cohortetur, & ab eâ passim Algasiam, Marcellam, Fabiolam, *Suniam, Fretelam*, & alias commendet; sed & ad diversas virgines & matronas epistolas dederit in quibus varii circà scripturæ intelligentiam incidentes nodi solvuntur; Tales ad Principiam, Marcellam, Paulam, Theodoram, Brisillam, Asellam, Salvinam, Furiam, Cœlantiam matronam, Demetriadem, *Suniam & Fretelam* scriptæ: *Rivet. Isag. ad sacram script. c.13. & 23.* Ipsa doctrina sana est, verbo DEI consonat, & in scholis nostratibus inculcatur vel ad ravim; etsi non recipiatur ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων κωλυσιβίβλων; at probandi genus aliquà vacillat ac deficit. *Sunia* enim & *Fretela* virginū fæminarumq; classe non minus debuere censeri; quàm Tucca, Tarpa, Santra, Planta, Aquila, Sylla, Talna, Spōgia quos viros fuisse non indiget demonstratione: quippe fuêre isti mystæ, presbyteri sive sacerdotes in Bavaria, alter quidem Nideravensis, alter Augusturensis; ita *Aventinus l.3. ann. Boj. p.155.* Incompertum planè est & ἀνύπαρκτον mares in fæminas mutare, nisi si Pythagoras é Pyrandro Callicléa factus est, & ex hac in Alcen scortum abiit; sed rarum solùm & in prodigiis habitum fuit, si fæminæ abirent in mares: *Plin. l.7 c.4.* cui rei præludere dicemus *Joh. Bapt. Piū, & J. Cas. Capaciū*, qui Elephantida Poëtam impudicum fuisse, cujus sive libros sive picturas συνόδων ἢ συνουσιασμῶν καὶ παρχηλιασμῶν varia schemata exhibentes Tiberium Imp in cubiculis disposuisse *Sveton. c. 43.* consignârit, judicavere; Ille *annot. poster. sylloge 3. c. 14.* Iste *lib. 2. hist. Neap. c. 14. & l. de balneis c. 4.* Nominat enim eam cum Salpe & Sotira obstetricibus *Plin. l. 28. c. 7.* ut artem exercuisse, fortasse ἰατραίναν quoque fuisse, secreta muliebrium corporum publicasse & obscœna partium in tabellis exposuisse vero consentaneum sit;

 quam

quam insaniam & turpitudines circa ejusmodi in gentilibus stylo confodere Christianæ honestatis & pudoris magistri graves *Tatian.* ἐν λόγῳ πρὸς Ἕλλ. *Clemens Protrept. & Pædag.* ac *Arnobius.* Sed ἅλις τούτων ὡς δρυός; cavendum enim est nobis Nominalibus, ne fatui nolos inelicium morosorumque Realium, qui hasce elegantias & omne quod exactissimum est in suo genere, quia adsequi desperant, spernunt & abominantur, ventriculos ejusmodi περιεργία ὀνοματοθήρας, nostris interim jucunda suprà exquisitissimas delicias & utili, ad vomitum etiam protitemus.

CAP. III.

De Titulis scriptorum veterum agitur: ex iis restituuntur non pauci, præsertim dramatum Comicorum; quidam etiam explicantur & illustrantur; unde lux Ciceroni de Amalthea Pomp. Attici; de Phædri, de Dicæarchi quibusdam operibus: Plutarcho de Eudoxi peregrinationibus; de Cratini fabula Pytine: Svetonio de Electrâ Attilii: Gellio de Alexidis Pythagorizusa; Harpocrationi de Eupolidis χρυσῷ γένει; *de Lysiæ oratione quadam. Alciphroni de Menandri* Ῥαπιζομένῃ: *Theophilo Antioch. de Apollonidæ Horapionis Semenuthi: Photio de Zosimi Chemicis; Clementi Alex. de Acicari columna; de Orphei Cratere: Laertio de Timocratis sphæristice: de Aristotelis* περὶ κυάμων: *Athenæo de Philyllii Ægeo. de Antiphanis Gergithio, de Æschyli Agamemnone. Julio Firmico Mat. de philosophia ex oraculis Porphyrii: Festo de Nævii dramate Ludo: Prisciano de Aristomenis* Βοηθοῖς: *Fulgentio de Menandri Episatomo, de Mnaseæ Europiacis, de Porphyrii epigrammatibus & de Nævii Philemporo: Svidæ de Cratini* Χείρωσι, *de Menandri Andria, de Pherecratis* Ἰπνῷ *& Rusticis; de Theophrasti* Καιροῖς. *De Pauli Orosii Chronica sententiarum collatio & decisio. De Telephi* Ὠκυτοκίῳ.

THν μὲν ἐξελωτλᾶμεν de aliquot scriptorum, quibus literatura profecit & secula evasêrunt erudita nominibus; ἡ δὲ ἐπιφορέει, de titulis nonnullorum; Neque enim tantâ strage data in autoribus, quorum partem maximam amisi-

amiſimus per tempora, partem fœdè mutilatam, & corruptam habemus, indemnes & illæſi permanſerunt omnes. In *Cicerone l. 13. ad Atticum Ep. 39.* admiſſum tale quid, & nondum adhibita eſt conveniens medicina. Ibi noſter: *Libros mihi, de quibus ad te anteà ſcripſi, velim mittas, & maxime* Φαίδρου περὶ θεῶν & Π Π Δ Δ Δ Ο C. Hic ille Phædrus eſt, doctor Epicureus, Zenonis Sidonii familiaris, quem ſe Attico συμμαθητῇ Athenis audiviſſe fatetur *Cic. 3. & 5. de fin.* & ab elegantia ac humanitate commendat. Convenit autem Epicuréo de Diis ſcribere, quos nullos eſſe ſentiebat & qui ἀυτομαλισμὸν adſtruebat. Corradi conjectura Dicæarchi volumen quoddam hac inſcriptione, Φαίδρος περὶ ὀρῶν τῆς Ἑλλάδος à Cicerone flagitari, ne tantilla quidem probabilitate nititur; in literis majuſculis vetus & vera lectio ΒΊΟC ἙΛΛΑΔΟC occultata fuit. Eum à Dicæarcho Ariſtot. diſcipulo, Meſſenio, viro inprimis erudito, uti adpellat *Plin. l. 2. c. 67.* libris tribus ſcriptũ eſſe è *Suida* ſcimus; legimus etiam fragmentũ ejus quoddam è biblioth. Auguſtana opera *D. Hæſchelii* publicatum hodieq;. Eum ſcriptorem magni fecit *Atticus*, & hujus exemplo *Cicero*; qui ejus περὶ ψυχῆς utrosq;, tres Lesbiacos & Corinthiacos totidem, *1. Tuſc.* quibus animorum mortalitatem adſtruxerat, & καταβάσεως, itemque Τριπολιτικὸν, & epiſtolam ad Ariſtoxenum, ab Attico ſibi mitti petiit, ep. 32. ep. 2. l. 2. magnum hominem & à quo quis multa didicerit, & 1. Tuſc. Qv. delicias ſuas, alibi ἱστορικώτατον adpellat. Κατάβασις quam Cicero nominat, liber περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως quem citat *Athen. l. 13* & ex eo Trophonianam Chæronis cujuſdam narrationem *Cic. l. d.* fuit. Præter Spartiatarum autem Remp. cujus *Suidas* meminit, deſcripſit etiam Pelinæorum, Corinthiorum, & Athenienſium: quod ex *ep. 2. l. 2. ad Atticum* videor eruere poſſe. Lib. 9. Ep. 57. *Inde expecto*, inquit, ΑΛΛΤΕCΑΝ *illam tuam.* Leg. ΑΜΑΛΘΕΙΑΝ. Attici enim opus quoddam hoc nomine fuiſſe adparet è verbis ep. 14. l. 1: *Velim ad me ſcribas cujuſmodi ſit* Ἀμαλθεῖον *tuum, quo ornatu, qua* τοποθεσίᾳ; *& quæ poëmata, quasque hiſtorias de* Ἀμαλθείᾳ *habes, ad me mittas*: itemq; ex Ep. 11. Non ambigendum eſt, Amaltheion hoc Attici aliud ab annalibus ejus ſcriptum fuiſſe; idem verò cum illo, quod *Imagines doctorum virorũ* inſcripſerat. Hoc enim

ex ejus

ex ejus vita *Corn. Nepote* autore fragmentum legimus: *Amaltheion monumentum, in quo versibus qui bonore rerumque amplitudine cæteros Po. Ro. præstitêrunt exposuit ita ut sub singulorum imaginibus facta ma- magistratusque eorum non amplius quaternis quinisque versibus descripserit; quod vix credendum sit tantas res tàm breviter potuisse declarari.* *Plutarchus l. non posse suaviter vivi secundum Epicurum* cum Herodoti, Xenophontis, Homeri, Aristotelis, & Aristoxeni scriptis ob vim & elegantiam gratiamque componit τὰς περιόδους Evdoxi: Eas interpres *de conversionibus Orbium cœlestium exponit.* Verum est Evdoxum scripsisse ἀστρολογούμενα *Arist 11. Metaph. c. 8.* & *Laert* διὰ ἐπῶν ἀστρολογίαν, & ὀκταετηρίδα, *Svid.* sed περίοδοι pertinuêre ad ejus Γεωμετρούμενα; aliàs γῆς περίοδον vocant; *Malchus in vita Pythag.* Evdoxum ἐν τῇ ἑβδόμῃ γῆς περιόδῳ: octavum citat *Harp.* in Αἰπάρχ. Et sane ἱστορικὴ διήγησις, de quô genere scriptorũ agit h. l. *Plutarchus,* magis convenit narrationi observatorum in peregrinationibus quas varias instituit ac absolvit Evdoxus, Cyzicum, in Propontidem, in Cariam ad Mausoli templum, in Ægyptum, Chrysippo Medico itidem Cnidio & Platone, secundum *Strab.* comitibus, ubi ab ipso rege Nectanabi, commendatitiis Agesilai regis, ad familiare colloquium, & conversationem cum Jchonuphide sacerdotum Ægyptiorum sacerrimo & archiprophetâ uti nominatur à *Clem. Alex. 1. Strom.* admissus est. & terræ ambitûs gentiumque ac rituum innumerabilium descriptioni, quàm doctrinæ de motibus cœlestibus, quæ ornatum orationis omninò respuit, simplicissimè propter materiæ obscurum proponi contenta. Ex istis γῆς περιόδων libris desumsit *Aristoteles.* quod l. θαυμασίων ἀκουσμ. de lapidis Machæræ insolente adfectione, qua fortuitò invenientes in furorem agere ferebatur, adnotavit. Idem l. 2. sympos. 1. cum dixisset Comicos dum seipsos quoque vituperant & insectantur, scommatum liberiorum petulantiam & acerbitatem deminuere videri, pro exemplis addit Aristophanem εἰς τὴν Φαλακρότητα in calvitiem, qua erat ipse notabilis & deridiculus, quædam dixisse, καὶ εἰς τὴν ἄγαν οἴνου δίψαν, in nimiam vini adpetentiam Cratinum dedisse fabulam nomine Πυτίνην. Ita enim sublatâ quæ sententiam omnem turbarat, & interpretem ut *Agathonis* nescio

quam

quam *lipsin* nobis exhiberet deceperat, στιγμῇ distinguenda & intelligenda sunt ista. Πυλίνη vas vinarium significat; eâque inscriptione, qua Cratini quoddam drama fuisse è *Clem. l. 6. Strom Polluce l. 10. c. 14: Athenaô l. 3. scholiaste Aristoph. & prisciano l. 18.* cognoscimus, seipsum, ut crimen temulentiæ, quo publicè infamabatur molliret, perstrinxit; Hoc nos *Svidas* docuit, qui fabulæ œconomiam è *schol. Aristoph. ad Eqvites* desumtam luculenter exponit in Κάδιον.

In funerationis C. Julii Cæsaris processu inter ludos cantata sunt quædam ad miserationem & invidiam cædis ejus accommodata *ex Pacuvii Armorum Judicio, & ex Electra Attilii alia ad similem sententiam; Sveton. c. 34.* Cum hæc omnium Codicum lectio sit, & *Cicero 1. de fin.* Electram ab Attilio è Sophocle versam esse dicat, miramur, quòd *Casaubonus* Attilio Attium supposuerit; Ei M. Attilio quintum inter Comicos locum dedit *Volc. Sedigitus l. de Poëtis* apud *Gell. l. 15. c. 24:* Ejusdem meminit *Varro l. 6. de Lat. L. & l. 5. apud Charisium extr. l. 2.* Quæ testimonia non succurrisse *L. Torrentio*, qui nec Electram Attilii se reperisse, ideòque titulum fabulæ è *Svetonio* tollit, nec de Attilio quicquam legere meminisse profitetur, vix caret turpitudinis nota. Ab utroque dissentimus hoc loco, dum ille rationem suæ emendationis, quam nos nullam comminisci possumus, dederit; hic ignorantiæ suæ excusationem attulerit.

Ab esu animatorum Pythagoras instituto peculiari abstinuit, ajunt: eam opinionem veterem & falsam ex Aristoxenô & *Alexidis comœdia, quæ Pythagoræ vita inscribitur* confutat *Gellius l. 4. c. 11.* Titulum Βίος Πυθαγόρου, historicum esse non Comicum videt quisque; & cum Alexin Πυθαγορίζούσῃ laudet *Athen. l. 3.* Pythagorizusam h. l. à *Gellio* nominatam fuisse, & corruptam à descriptoribus perinde manifestum est.

Harpocration in Σιπύα, quæ vas panarium & penum quorumvis edulium significat, allegat Evpolin Χρυσογένει; Sic & *Svidas* in ἀποπάτημα & in Τοῦ Διὸς τὸ σανδάλιον, ut Chrysogenem quendam argumentum fabulæ fuisse putare quis possit. Sed vera Inscriptio fuit χρυσοῦν γένος, uti extat apud *Athen. l. 9. f. 375. & l. 14. f. 657.* & vel aurei

aurei ſeculi conditiones reproductæ fuêre in iſto dramate, vel mores proborum hominum adumbrati. Idem in ἀδύνατων Lyſiæ quandam oratioem περὶ ἀδυνάτου allegat; Integra epigraphe ejus fuit, περὶ τοῦ διδομένου τοῖς ἀδυνάτοις ὀβολοῦ; Corpore mutilatis, aliâve calamitate, qua victum ſibi parare impediebantur preſſis à Senatû examinatis probatisq; quotidie duo oboli ex ærario dabantur Athenis, *Svidas* in ἀνάπηρον ψυχὴν Timarcho ἀσώτῳ καὶ πόρνῳ objecit Æſchines quòd patruo τυφλῷ ὄντι καὶ ἀξιοῦντι μετὰ τῶν ἀδυνάτων τρέφεσθαι *petenti ut cum impotentibus haberetur*, non fuiſſet patrocinatus.

Alciphron, autor epiſtolarum amatoriarum. in eâ quam Glyceræ ad Menandrum adfingit, Menandri comœdias Θαΐδας, Θρασυλέοντα, ἐπιτρέποντας, Ῥαπιζομένην, Σικυώνιον nominat. De ultima & prioribus tribus conſtat, penultimæ nomen corruptum eſt una literula; Ῥαπιζομένην enim Menandri nominat *Svid* in ἀμφορεαφόρος & ἀνέσπακε. *Theophilus Antioch Epiſc. l. 2 ad Autolycum* citat Apollonidem, Horapionis cognomine, ἐν βίβλῳ τῇ ἐπιγραφομένῃ Σεμενουθί. Apollonidem ipsum de Magices originibus ejusque ſtudio & exercitio apud Ægyptios tractaſſe è *Plinio* l. 30. c. 1. ſuprà l. 1, c. ult. diximus. Iſti quia quàm proxima eſt, ſimiliter ab Ægyptiis frequentata & exercita diſciplina, mirabilium è metallis & mineralibus effectuum parens Chemia dicta; Eaque populari Ægyptiorum dialecto Imuth adpellata fuit; videtur, quæ convenientia ipſarum adpellationum eſt. Apollonidæ liber Semenuthi, ejuſdem argumenti fuiſſe cum libris Ἰμοὺθ πρὸς Θεοσέβειαν ἀδελφήν, quos 24. fuiſſe dicit *Svidas*. à Zoſimô Panopolita conſcriptis de Chemia: è quibus nobile fragmentū producit *Scaliger not. ad Euſeb. f.* 243 quod ibi legatur. Eorum meminit quoque *Phot Cod.* 170. nomine χημευτικῶν Ζωσίμου λόγων, quos interpres in *frigida ſcripta*, quaſi ἀπὸ τοῦ χειμῶνος ita dicerentur ridiculè convertit. Χημευτικοὶ enim a Cheme ſeu Chime quodam propheta ex his qui artem invenerunt & amplificarunt omnium ferè primo, & à *Zoſimo* in omnibus pænè ſcriptis ſummè laudato, adpellantur. Præter libros ad Theoſebiam ſororem & Callhergiam, ejuſdem *Zoſimi* liber περὶ χημευτικῆς, περὶ καμίνων

μένων καὶ ὀργάνων: περὶ ἐξαλμώσεως τοῦ θείου ὕδατος: περὶ ποσότητος πυρός: περὶ ποιήσεως χαλκοῦ ξανθοῦ: περὶ λευκώσεως μαργαριτῶν κιῤῥῶν: περὶ ποιήσεως ἀσβέστου: περὶ βαφῆς: περὶ ὀπτήσεως: περὶ ξανθώσεως; βιβλίον τῶν κλειδῶν: χειρόκμητα, & alia ejusmodi artem Chemicam illustrantia hypomnemata circumferuntur.

De Acicari columna, à Democritô Abderite exposita, cujus *Clem. Al. l. 1. Strom.* meminit suprà l. 1. c. 22. quid verosimile videretur dedimus: rem illustrat maximè, quod inter Theophrasti Eresii volumina, quorum indicem texuit *Laertius*, unum offenderimus Ἀκίχαρος; unde & lux conjecturæ nostræ, & de vera adpellatione inscriptionis certitudo. Idem *Clemens* l. d. Κρατῆρα τὸν Ὀρφέως, quem nonnulli ad Zopyrum Heracleotam referant, nominat. Sed id carmen Κρατῆρα, sive ut *Suidas* Κρατῆρας inscripserat. *A Diog. Laert. l. 10.* qui est de Epicurô & ejus sodalibus, citatur Τιμοκράτης ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις εὐφραντοῖς. Sed cum vox ultima neq; Græca sit, neq; quisquā hactenus quomodo legenda sit & quid tandē significet explicaverit; Timocratem autem quendam Laconem περὶ σφαιριστικῆς *de pilæ ludo* scripsisse ex *Athenæo l. 1.* didicerimus, ii qui aliud melius excogitare desperant dijudicent, quæsumus, an hoc præ illo apud *Laertium* legere conducat. Certè literarum ductus in illô non absentiunt, quò minus ex hoc depravatum fuisse à librariis incuriosis dici probabiliter possit. Acutiorum verò in hisce tenebris perspicientiam sollicitamus, ut in iis, ad quæ cæcutimus, ipsorum lumine uti frui possimus. Id saltem rem intricat, quod Timocrates, de quo *Laertius*, Metrodori frater; hic verò Atheniensis fuerit; si rectè ῥῆσις Laertiana constituta & interpuncta est: (*Casaubonus* enim è gentili nomine Ἀθηναῖον, proprium quoddam Ἀθήναιον & hunc à Metrodoro distinctum hominem facit, cui tamen omissa copulativa καὶ contradicit,) alter verò ab Athenæo dipnosophista nominatus Λάκων agnomineur. *Aristotelem περὶ κυάμων, de fabis*, scripsisse è *Laertii l. 8.* ubi de Pythagóra, *Meurs. not. ad Apollon. hist. commentitiam* probare instituit. Sed verba scriptoris eò non avrigantur; hoc verò volunt; quod ad fabas, de quibus paulò antè dixerat è sententia quorundā, eas ἀπαγορεῦσαι Pythagoram, attinet, ideò jussisse ut ab eis se abstinerent

Digitized by Google

sui, ἤτοι ὅτι αἰδοίοις ὅμοιοι ἢ ὅτι ᾅδου πύλαις. De isto circa fabas præcepto Pythagoræ consule *Gellium l. 4. c. 11.*

Athenæus l. 3. & 11. citat Phillyllium, quem malè Φιλύδιον vocant *Clem. Al. l. 5. Strom.* editi libri, ἐν Αὔγῃ. Sed ea Eubuli est, & meliùs *Suidas*, qui in ἀναλφάβητον Φιλύλλιον ἐν Αὔγῃ laudat. *Idem l. 8.* Antiphanem ἐν Γοργύθῳ allegat. Leg. Γεργιθίῳ. Fuit enim Gergithius, unus ex Alexandri M. adsentatoribus; cujus nomine etiam librum inscripsit *Clearchus Solensis* eum parasitum ὑπολαθέμενος, ἀφ' οὗ τὸ βιβλίον ἔχει τὴν ἐπιγραφήν, *id. l. 6.* Et fortasse fuit hæc ipsa fabula quam Alexandro regi aliquando edidisse Antiphanem è *Lycophronis libris de Comœdia* notavit *Athen. l. 13.* Cum igitur ad Alex. usque vivendo pertigerit Antiphanes, obierit autem, ut est apud *Suidam*, septuagenarius, verbis γέγονε κατὰ τὴν ϟγ Ὀλυμπιάδα, de ejus nativitate intelligimus, contrà quàm interpres Suidæ. *Idem l. 15. p. 690.* Æschyli fabulam cum Ἀμύμονος titulo nominat; & fuit Amymone Danai filia, Nauplii è Neptuno mater talis quæ Comico argumentum suppeditaret, ut patet ex *Apollod. l. 2. bibl. & Hygino fab. 169.* Sed videtur quia Ἀγαμέμνονα dedit *Æschylus*, iste hoc quidem Athenæi loco τῇ Ἀμύμονι præferendus esse.

Porphyrii, hostis DEI & Veritatis, libros περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας nominat *Jul. Firm. Mat. l. de errore profan. relig. c. 14.* & sic edidêre apud *Theodoretum* l. X. θεραπευτ. verteruntque *de electorum hominum philosophia.* Nugæ sunt isthæc, & quidem superpueriles: an enim ἐκλόγιοι quos hic legerunt vertentes cum gramiosis oculis, significant *electos?* Τὰ περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, *de Philosophia ex Oraculis* elaboravit *Porphyrius*, ut eorum majestatem adsereret & veræ solidæque sapientiæ plenas esse responsiones eorum omnes, de quo dubitare tum gliscente Christianismo pellucentibus nimiùm imposturis, & de cætero aspernari χρησμοὺς, eorumque vel obscuritatem vituperare vel calumniari simplicitatem etiam gentiles incipiebant, doceret: Ejus scripti ἀποσπάσματα quædam libris Præparat. Evangelicæ inseruit *Eusebius*, ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα γράφοντα.

Festus in Redhostire teste utitur *Nævio in Lupo.* Corrigemus è *Cicer. in Cat. maj.* ubi productum è *Nævii Ludo* καλάζειον legimus. Isti fa-

Isti fabulæ, siquidem eam è Græco vertit, ut Pædion inscriptam, è Menandri Παιδίῳ, quæ apud *Suid.* in ἀπόστα hoc nomine est, apud *Athen. l. 3. f. 94.* corrupto Πεδίον, titulus Παιδιὰ fuit vel Παίγνιον; non confundenda verò cum Erotopægniis, quæ lasciva poëmatia sive Lævii sive Lælii fuêre.

Aristomenis, æqualis Aristophani & Cratino Comici fabula quædam fuit Βοηθοὶ, *Auxiliatores*; quā fortasse *Boethuntibus* expressit *Turpilius.* Istam eo nomine citat *Priscianus l. 18.* itemque *Macrob. l. 5. c. 20. Saturn. Schol. Arist. ad Acharn.* & *Suid.* in ψαμμοκοσιογάργαρα. Fuit etiam ejusdem alia Γόητες, *Magi*, ab *Athen. l. 9: Poll. l. 8. & Harp. in Φορίνης* memorata; in quam *Maussacus not. ad Harp. p. 271.* priorem illam, cujus nomen apud *Prisc.* depravatum esse opinatur, refingit ideò quòd Βοηθοὺς Aristomenis nuspiam præterea legerit. Sed non erat ab ignorantiâ emendationi non necessariæ, etiam falsæ, prætexenda caussa, uti nec modus à nostra scientia statuendus rebus quæ mentes humanas quantumvis capacissimas infinities excedunt.

E Menandri quadam comœdia *disexapoto* circà etymon Bellerophontis, eum quasi βουληφορεῦντα ita dici, testimonium advocat *Fulgentius l. 3. mythol.* Corruptela manifestissima est; obscurissimum quomodo adhibenda correctio. An legendum *Dysexaptos?* Δυσέξαπτος is cui difficulter persuadetur, qui ægrè demulcetur, intractabilis & refractario ingenio; Ita cum Δυσκόλῳ, quam ètiam dedit *Menander*, fuerit vel eadem, vel ad eam sanè oeconomia sua accesserit. An *Epeisacto?* Ἐπεισακτος aliunde in domū adductam & superductam legitimæ uxori significat; estq; titulus aptus Comœdiæ. *Afranius* togatarum scriptor, plerasq; è Menandro mutuatus, judicio *Cicer. 1. de finib. Adductam*, procul dubio è Græca Ἐπισπαστῇ fecit, nisi Abducta est è Græco Ἀρπαζομένη. An *Episatomo?* Etsi Ἐπισατόμον Menandri aliquam fuisse nondum repererimus; cui enim suppetierit tempus, locus, facultas evolvendi omnia? tamen dedisse inde colligitur probabiliter, quòd *Cæcilius Statius* plagiarius Menandri, cujus plerasque transtulit, teste *Clem. Al. l. 6. Strom.* scripserit *Episatomon*: hanc enim ei *Priscianus l 7.* & *Jan. Guilielm. l. 3. Verisim. c. 16.* tribuunt: quam tàm è Menandro, quàm

Titthen, Hymnidem, Harpazomenon, Synaristôsas, Plocium, Hypobolimæum, Potumenos desumsisse videri potest. An *disexapateto?* Δὶς ἐξαπατώμενος, Bis deceptus, cui cū semel os fuisset oblitum iterùm tamen fallitur; ad quem modum *Alexu* Δὶς πενθοῦντι, Bis lugente apud *Athen. l.10.* nisi Δὶ πενθοῦντι legendū est; *antiphanes* autē & *Epicrates* Δίπρατον, q.d. Bis venditum, quæ ab *Athen. l.6 c.8 & 14* nominatur, nisi Δύσπρατος fuit h. l. malè venditus, malè conciliatus; quem *Interpres Athenæi* non considerata significatione vocis *Miserum, Infortunatum* reddidit, quasi Δυσπραγὴς reperisset. An *dysexapateto?* Δυσεξαπάτητος, falli difficilis, suspicax & ad quasvis decipulas attentus: quibus ingeniis seniculos Comici amant producere. Verum fortasse vidi dixique; sed quodnam è quinq; pro vero exponam tuearque nondum video. *Idem l.2.* ubi de Venere, allegat pentametrum Latinum autore *Porphyrio in epigrammatibus*. Poetices tironibus hanc saltem indicinam debemus esse Publilium Optatianum Porphyrium, Poëtam Christianum, vix uni alterique doctorum auditum, qui Panegyrico ad Constantinum Magnum Imp. scripto exilii pœna absolutus fuit; Ejus ad Constantinum Aug. voluminis meminit *Beda. de metris c. de rhythmo*: Idyllium altaris Pythii particulam Poematiorum istorum, satis obscurorum ob vetustatis cacozelian, edidit cum docta exegesi *Fortunius Licetus*: ex iisdem etiam est, quod hic *Fulgentius* producit. Idem minorum gentium Grammaticus in *exposit. antiqui sermonis* allegat *Mnaseam in Cecrope libro*. Rectum est, *in Europæ libro*. Mnaseas enim Patarensis Lycius, præ Locro seu Colophonio, cui cognomen *Salpas*, à varietate ludicrorum quæ scripsit, *Athen. l. 7.* & Berytio Grammatico, qui è *Suida*, & Phœnice alio qui è *Josephi l. 1. contra Apionem* notus est nominatissimus περὶ Εὐρώπης aliquot libros conscripsit. Ibid. pro Nævii Philempoto Philemporus habendus est.

Suidas in ἀνεκὰς *Cratinum* Ἥρωσι laudat Repone Χείρωσι. Sic enim *Laert. in Solone, Athen. l. 11* vel Χείρωνι, ut *Hesych.* vel Χείρωσι, adpellativè, ut *Plut. in Pericle*, quasi et tum Pherecratis aliqua apud *Athen. l. 3.* Apud eundem in ἀνορχευγυμνῶν allegatur Μένανδρος Ὑδρεία. Emenda Ἀνδρεία. Ex hac enim *Terentius* suam ὁμώνυμον elicuit.

elicuit. In ἄξιος Pherecratis fabulæ titulus Ἰπνὸς proponitur. Sed fuit Ἰπνός, Harp. in Ἰπν. & Suid. in ἀπέδρα: quæ aliô nomine Παννυχὶς, Athen. l. 13. In Χαίρεις ejusdem Pherecratis verba ἐν Ἀγροῖς in Agris lecta recitantur. Lege ἐν Ἀγρίοις, ut apud Athen. l. 6. p. 263. & Suidam in Ἄπα, in Agrestibus; vel Ἀγροίκοις, Rusticis, quos Antiphanes quoque docuerat, Athen. l. 6. Theophrastum, ut fuit πολυγραφώτατος καὶ κατέλιπε βιβλία ὅτι μάλιστα πάμπλειστα, duos περὶ καιρῶν composuisse constat ex indiculo operum ejus confecto à Laertio Eorum primum indicat Suidas cum in ἀρχὴ Σκυρία laudat Theophrastum ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς; ἱστορεῖ Θεόφραστος, inquit, ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς, ὀστρακισθῆναι πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα. Interpres malè; in opere de primis temporibus. Secundum in Κυψελιδῶν cum eundem citat ἐν τῷ περὶ καιρῶν β. De argumento ejus scripti nihil adhuc dictum est à quoquam Philologorum. Cl. Vossius l. 1. de histor. Gr. c. 9. refert inter ἱστορικὰ ὑπομνήματα, & videtur consentire id quod Suidas è primo libro adduxit. Sed repugnat inscriptio περὶ καιρῶν, de opportunitatibus, de occasionibus vel de tempestivo observando, & Ethicæ Politicæque scientiæ particulam fuisse arguit. Certè ex hac depromtum est quod de usû divitiarum, & quibus rebus impendenda esse videatur pecunia, & in quas à quibusdam prodigatur, exemplô Dionysî Siculi, circà bellicos apparatus, regum Ægypti circà Pyramidum extructionem & Cypselidarum circà fabricam colossorum docet libro περὶ καιρῶν secundo apud Suidam; ut chronologicum opus fuisse cogitare ineptum sit. Quin quatuor πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιροὺς libri, quos in dicto Theophrasteorum voluminum elencho invenimus pariter prioribus istis duobus vice comentariorū succenturiati fuerūt, & apertè ipsaque fronte profitentur, quod ad Politicen pertinuerint; hi tamen revera ab illis distincti, quod neglectum fuit à Vossio, qui libros πρὸς καιροὺς à Parthenio laudatos cum τοῖς περὶ καιρῶν l. d. p. 426. non adhibita Laertii lectioni mente, confundit.

De inscriptione librorum Pauli Orosii septem; lis calamitates à condito mundi, quibus quævis tempora insignia reddita fuissent, eventusque varios ac mirabiles συνοπτικῶς καὶ ὡς ἐν κατόπτρῳ depinxit & repræsentavit hortatu, quod ajunt, B. Augustini; quam

 fata-

satagunt literati, quàm quisq; ne videatur *Ἀεργος* vel tardior aliquis versat suum dolium! Judicio *Gesneri in biblioth.* Paulus Orosius scripsit *de Hormesda*, Mundi chronicam libris septem. *Cl. Vossio l. 2. de hist. Lat. c. 14.* eò inclinat animus, *Hormathum* scribi debere; *ὁρμαθὸν* enim esse catenam seu seriem; Chronicam autem temporum; vel Hormisdam quendam fuisse libri dominum, ejusque nomen fronte præfixum legi oportere; vel quod maximè placeat, *τὸ Hormesta*, è nō intellectâ inscriptionis quæ fuerat *de miseria hominum* abbreviatione facta à notariis, ortum esse. Eadem pænè via sed diverticulo invento *Cl. Barthio* incedere placuit; suspicatur a. monstrum illud tituli è verbis coalitis, quando vetustissimus quidam Criticus titulum ita concepisset, *P. Orosii omnis historia m.* natum esse: *l. 36. Adverf. c. 17.* Sed cum veterum abbreviandi ratio quam in libris mscr. hodièque intueri licet, vel etiam nostras, id nec adprobet neq; ferat; quomodo enim cumque quis librarius contrahat vel illud Vossl, *de miseriâ hominum*, vel hoc Barthl, *omnis historiæ*, non prodibit tamen quod imperitos legisse volunt *Ormesta*: frustrà videbimur esse si incertis ultrà inhæreamus. Sufficit *St. Pighii* sententiam, qui commentarium *Orosii* vel ab ipso vel à majoribus nostris *Orchestram mundi* nuncupatum fuisse dicit, *in Herc. Prod. p. 112.* stabilire; Est n. rationabilis: *Orosius* libros suos inscripsit *Chronica*, imitatus *Julium Africanum*, *Eusebium*, *Hieronymum*, *Sulpitium Severum*, *Prosperum Aquitanum*, quibus iste titulus arriserat; quòd temporum à creatione mundi historias & eventa varia continerent, temporis serie non interrupta. Magistri claustrales pro suo captû, & quod Græca utrobique, interdum infeliciter, adfectarent, *Orchestram mundi*, idque non indoctè adeò, vocavêrunt; notumque est idem cum præscriptionibus scilicet suis fecisse in scriptoribus aliis. Quemadmodum enim in orchestra omnis generis spectacula seria-ludicra exhibentur; ita in istô commentario ceu in theatro omnis generis historiæ, rerum humanarum vicissitudines, infortunia, bella, cædes, victoriæ, & eventus producuntur & narrantur. Difficultate ista sententiarum (neque enim omnibus persuasimus fortasse) defungeremur dexteriùs si liceret supparem Orosio vel alioqui vetustum scriptorem reperire qui

cô au-

Digitized by Google

eô autore cum inscriptionis mentione fuisset usus. *Gennadius* adpellat virum eloquentem & historiarum cognitorem, *in libris septem pæne totius mundi temporis calamitates & miserias & bellorum inquietudines replicantem*: Cæteri mediæ ætatis, *Sigeb. Gemblac. & Godfr. Viterb.* eum historiographum; *Engelbertus Abbas Admontensis* autor *speculi Virtutum*, infimæ (fuit enim Imppp. Rudolpho Habsb. Adolpho & Alberto usque ad a. Chr. 1340. sub Otthone & Albertô Austriæ Styriæque Ducibus & antiqui scriptoris nomen, quo eum ornant quidam, non meretur.) *Chronicam* ejus librum adpellantes, incertos nos ejus, de quo quærimus, relinqvunt, indiciô extremæ incuriositatis, quòd titulum libri, quo profecissent, annotare eodem tenore omiserint: quantò meliùs nobis prospexêre cum sua Φιλοπραγμοσύνῃ gentiles Philologi, per quos ne vetustissimorū, vel à Nannaco inde, scriptorum memoria, & epigrapharum quamvis insolentium & obscurarum notitia apud nos exolevisse potuerit, egregiè patratum est!

Obsignabimus hoc caput observatione, si παρὰ τῶν περὶ τὰ μικρὰ σπουδαζόντων ἵνα μὴ μικρὰ expectare licet, non nauci. Ex arte medica operi cuidam suo titulum mutuatus est opidò quàm elegantem eruditum & memorabilem *Telephus* Pergamenus Gramm. & historicus Galeni σύγχρονος καὶ γνώριμος. Collecta enim rerum quarumvis epitheta ac synonyma & in libros X. digesta inscripsit nomine ὠκυτόκιος, quod est, *partum accelerans seu facilitans*, quasi quod parturientibus gagates, aetites, jaspis, periclymenon à *Diosc. l. 4. c. 14.* inter ὠκυτόκια nominatum, hoc Græca discentibus ad copiam dictionis & facundiam extemporalem comparandam ista sylloge futura sit.

CAP. IV.

Iterum de C. Plinio Valeriano medico; fuisse scriptorem ethnicum Italum, sed interpolatum variè à Christianis diversarum ætatum, etiam infimæ. Mel sine fumo: Suidæ judicium castigatum. Mustelæ in cibum veteribus ut glires, sciuri. Viverra, foretta ad cuniculos è cavis ejiciendos adhibita; in ejus adpellationis apud Belgas insulanos etymo J. Gryphian-

phiandri lusus. Saccellare; edita lectio in Cœlio Aureliano illustrata & defensa: Saccelli quid medicis: quid gutta: item quid Physicum. Malfieri & malfactiones quid. Figatum, ficatum, i. e. jecur: συκωτὸν, σικόλιον. Diversæ species aloës, ficotina nonnullorum & Soccotorina. Fessæ ovium quid. Albores ovorum. Melæ, specilla, μήλαι. Lana conculcata. Senectus anguium pro tunica quam verno rejiciunt Plinii majoris locutio. Superstitiosa curatio surditatis cum felle porcelli aliter explicata quam Cl. Barthio videbatur. Frigor, moderata perfrigeratio. Borsella. Aratrafrangis, i. e. ricinus insectum. Gera, medicamentum compositum, Hiera. Gira pigra, titulus scripti Satyrici apud Wilh Britonem Poëtam non magnæ rei, cui inde lux illata. Trivectorium vox corrupta è τῷ Trajectorium: travectorium fortasse melius: Barbaro-Latinis Turturolum, i. e. infundibulum. Insanum, i. e. inferius: susanum, i. e. superius. Plinius Valerianus aliquot locis restitutus & illustratus, itemq; Gariopontus uno alteroq; peculiatim C. Barthi emendationes & animadversiones in utramq; notatæ.

OPeram, quæ bonis autoribus emendandis illustrandis & vindicandis insumitur, carpere vel saltem habere contemtim, *οὔτε σωφρονούντων, οὐδε λελογισμένων, οὐδὲ τὰ μαθήματα ἐξητακότων ἐστὶν ἀνθρώπων.* Et quam nos ab hac sententia studioque dimoverit quis, facilius

jusserit aversô fluvium migrare meatû.

Hoc igitur agamus porrò. Cum de C. *Plinio Valeriano* autore librorum quinque parabilis medicinæ quæritur, non de uno singulari homine quæri cogitandum est nec de uno posse ritè responderi: Autor primus fuerit gentilis, non abnuam. Est enim in medio Lapis vetus, quem Comi in æde S. Probini *Apianus*, Romæ ad Minervam J. J. *Boissardus* vidit, I. p. 635. apud *Gruterum* iste: D. M. C. PLINII. VALERIANI. MEDICI. QVI. VIXIT. ANN. XXII. M. VI. D. V. PARENTES. quem ad hunc nostrum referre nihil omninò est quod prohibeat; Christianorum verò hominum monumentum esse æquè nihil est quod adfirmet vel hilum juvet adfir-

mantem. Ex eo prætereà de patria ejus conjicere licet, & hinc familiæ illustrissimorum Pliniorum Cæciliorum in Veronensi & NovoComensi agro amplorum fundorum hæredis quacunque ratione agnatum sine hæsitatione prædicare. Hæc paulò melior ratio est de conditione hominis judicandi, quàm quæ ex ipsô ejus opere petuntur collectiones ἀμφοτέρωσε ambiguæ, cum quædam autor ipse gentilis constituerit, & à gentilib9 antiquissimisq; acceperit aliqua, nonnulla interpolatores, & fortasse non unius seculi, Christiani de suâ professione ac patria alleverint, & cum recentiores sint, mentiantur tamen suis pannis adsutis alithinæ purpuræ vetustos. Talis n. cinnus est illud medicinæ parabilis breviariū, & diximus in hanc rem l. 2. c 8 quia etiam descriptoribus parentheses nonnullæ tribuendæ sint, ἐ τύπῳ λεκτικῷ καὶ πρακτικῷ quæstionem de autore non posse firmiter decidi; Eum tamen nunc sic satis cognitum habemus, & faciemus ut agnoscant intelligantque, si qui volent, participes felicitatis nostræ etiam alii. *Mel sine fumo* quid adpellet noster, benè conjecisse putabamus, exponentes quod esset *sine fuco*, ἄδολον & castum, l. d. p 185. & de menda suspicabamur. Sed *dies diei eructat scientiam & nox indicat nocti*. Optimum quodque in suo genere in receptarum formulas præcipiunt adsciscere medici, interdum nota loci, unde præstantissimum haberi possit, addita. Imperitè & malignè judicat Grammaticus apud *Suidam* in γλάμων, medicos solere τὰς πατρίδας τῶν βοζαιῶν ὑπ' ἀλαζονείας, ostentationis gratia nominare, quod illi consilio & necessitate faciunt. In argentifodinis Atticæ olim velut in alvearibus mel congesserunt apes; cumq; id ex his lectori essent, nō opus erat apes fumo exturbare, sed eximebant obvium & in manus q. decurrens; id ἀκάπνιστον vocabant, ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς σκευασίας: *Strabo l. 9.* A Græcis accepêre Latini; hinc *Plin. l. 11. c. 16.* inter genera mellis servari ait, quod acapnon vocant. Tale non fumosum ocularijs medicamentis indere consueverunt, utpote non infectum fumi maleficâ oculis qualitate. *Demosthenes* medicus apud *Aetium tetr. 2. s. 3. c. 48. & c. 99.* collyrium ad hebetudines & obscurationes *è melle non fumoso* parat: aliud *Kiranus*, quem vocant, *è melle absq; fumo*, p. 42. edit. Lips. Idem fel capræ *cum melle sine fumo*,

inunctum curare caliginem p. 71: fel aquilæ cum myrrha & *melle sine fumo* inunctum omnem obscuritatem & hebetudinem tollere: & p. 114: pro collyrio humido ad oculorum nebulam mittere jubet *mel sine fumo* & unguentô uti. Sed neque sic, *è melle sine fumo*, exit quod volebat iste, *apud veteres mel fumigatum in usu medicorum fuisse*. Tales ϛοχασμοὶ ad Veritatis Solem

ὠκύμοροι καπνοῖο δίκην ἀρθέντες ἀπέπταν.

De *vivaria* apud nostrũ dicere tentavimus l. d. p. 198: nunc quid sit, instructi à posterioribus cogitationibus, docere possumus. *Jecinori prodest*, inquit, *in cibo vivaria porcelli modo massata, stomachoq; medetur*. Menda est, *massata* pro *inassata*; Utitur ea voce composita pro simplice *Plinius* major l. 28. c. 8: *Jecinoris recentis* (hyænæ) *inassati saniæ inuncta glaucomata tolli*. Cap. 10: *carnem vituli si cum aristolochia inassatam edant circà conceptum*: l. 30. c. 10. *stellionem in ligneis verubus inassatum dedère comitialibus*. Iterùm menda *vivaria* pro *viverra*. Sic enim iisdem verbis *Plinius* senior l. 30. c. 6: *Jecinorum doloribus medetur mustela sylvestris in cibo sumta, vel jecinora ejus. Item viverra porcelli modo inassata.* quam ῥῆσιν contraxit noster quia mustelam sylvestrem & viverram pro eôdem animali haberet; quod & *Strabonem* fecisse & *Plinium alibi* adparet. Refert ille l. 3. Balearicos in cuniculorum venatu uti γαλέαις ἀγρίαις, ἃς ἡ Λιβύη φέρει, agrestibus mustelis (in *Scal. ad 2. hist. an. c. 9. apotel. 54.* edidère *catellis* quod typorum vel filii Sylvii descriptoris erratum est) capistratis: propter eundem venatum magnam viverris gratiam esse scribit *Plin. l. 8. c. 55.* quas injiciunt in specus ut inde fugent cuniculos vel cunctantes interficiant. Has tamen à mustelis distingvũt alii; quod rectè videtur fieri. Prochytanos & feris & cicuribus viverris ad venatũ hodièq; uti narrant allatis è Sicilia, quas populariter adpellant *forettas*, quia cavernas, quę sunt multifores in terrâ, cuniculorũ cava, subeunt. *Plinium* ad hanc forettarũ adpellationem respexisse, cum animali (agit autem de viverrâ cuniculorum venatrice) à specubus multiforibus, nomen esse scribit, velim adserere; sed ῥῆσις ejus adeò ambigua est, ut de cuniculo tàm intelligi possit, quàm de viverra. De Belgis, qui in maritimis collibus & Geldriæ nonnullis

cuni-

cuniculorum iſta venatione delectantur, & viverram een Frette nominant, certi ſumus eos vocem ſive Latinam ſive Latino-barbaram *foretta* ita corrumpere: eòque ludo potiùs quàm ſerio dixerit *Gryphiand. r tr. de Inſulis c. 32. n. 117.* à devorando, quod Freeten adpellant Saxones & confines populi, adpellari. Forettam enim & furettum Belgæ ab Italis Gallisq; acceperunt; hi à foribus ſpecuum, quos ſubit, denominarunt.

Saccare, σακκεῖν, σακκίζειν, colare, exprimere, per ſaccum ſeu manicam demittere ſignificat: hinc vinum ſaccatum, *οἶνος σακκίας*. *Saccellare* verò non à ſaccandi verbo eſt, ut putat *Cl. Barth. l. 6. c. 19.* ſed à nomine *ſaccellus* vel *ſaccellum*, utroq; n. genere efferũt, & longè alia poteſtate; ſignificat n. ſaccellos imponere, quod *Theodorus Priſc. l. 2. c. 6. ſaccellis imminere, Gariop. l. 2. c. 30. vaporare ex ſaccellis* dixit. Hoc ſensû ſæpè utitur *Gariopontus*, quem nunc ad manus non eſſe doleo; fidem tamẽ meam de iſto liberabo propediem, & fortaſſe antequã caput hoc abſolvero. Saccella iſta medicamentorum localium pars ſunt, & implendis variis intentionibus imponuntur partibus humida, ſicca, calentia utplurimùm. *Theod. Priſc. l. 2. c. 28.* inter partilia ad ſplenis indignationes medicamenta refert cum inquit: *Saccelli de ſalibus igneis impoſiti proſunt. Gariop. l. 1. c. 9.* de maniæ curatione: Saccellus calidus *ex farina in vinô cocta cum apſinthio capiti imponatur:* l. 3. c. 26: *Panicum torrefactum & cum ſaccello dolori ſuprapoſitum dolores præcordiorum curat. Cœl. Aurel. l. 1. tardar. paſſionum c. 1: Saccelli ex pollinibus calidis confecti*: quam lectionem fruſtrà ſollicitat *Barthius* l. 41. c. 25. emendans *conſerti*. Præpoſitio enim *Ex* verbo *conferciri*, quod nec ipſum legitimum eſt, addi nequit, cum implendi ſignificationi, quæ materiæ additionem ſignificat, repugnet & depletionem potius dicat. *Conficiendi* autem verbo, quod planè medicorum & pharmacopœorum eſt rectiſſimè additur; & de quibusvis medicinarum generibus uſurpatur. Sic *emplaſtrum è trino pipere confectum Theod. Pr. l. 2. c. 25*: c. 23: *Electuarium quod ex lini ſemine conficitur* l. 2. c. 22: *Barbara quæ de bitumine Judaico conficitur*: c. 20: potiones ex origano, thymo, ruta viridi confectæ. *Gariop. l. 3. c. 67: cibi conſtrictivi ex aceto confecti*: l. 5. c. 12: *vaporatione utẽdum ſub umbilico, ubi tenſura multa, ſaccello ex ſale toſto*: c. 25: *ſaccellum calidum ex furfure imponatur; Theod. Pr. l. 2. c. 4: ſaccellis ex cantabrô, ali-*

Digitized by Google

quando ex milio vel salibus calefactis vaporamus. in quibus *conficiendi* verbum subauditur. Aliàs præpositiones *De* & *Ex* in hoc genus scriptoribus frequenter solent abundare; ita *Gariop. l. 1. c. ult. l. 2. c. 13: l. 5. c. 25.* orthopnoicos & paralyticos *ex hiera purgari* jubet; sed hoc ad locum *Aureliani* nihil faciet.

Lib. VII. Adv. c. 8. quid sit *gutta* apud *Plinium* expositurus, *est species, inquit, quædam sive aromatica sive pigmentaria.* Hæc glossa generalior est quàm ut tironem sciendi avidum instruere possit: quid enim si is crocum, si laccam quæ aromaticæ & pigmentariæ species sunt, putet voce *gutta* significari? *Theod. Priscianus l. 1. c. 9: l. 2 c. 26. & c. 28.* gummi ammoniacū sic adpellat; & *Gariop. l. 2. c. 58.* ubi tumorem jecoris curare docet, *guttam ammoniaci pingui* malagmati addit. Fortasse igitur, quod *Plinio* voluit, est ammoniacum.

Physicum medicamentum interpretatur *probatum, & maximè salutare, & cui rationes certæ insunt, non quod ab experientia petitum est: l. 11. c. 21: quod salubre & sanitati conducit: l. 55. c. 10: quod naturæ consonum & exinde probatum: l. 7. c. 8: quod rationem naturalem habet.* Triviale hoc est Φύσιν *naturam* & Φυσικὸν *naturale* significare; Φυσικὰ Φάρμακα verò per naturæ consona non debent exponi. Sunt enim quæ forma & tota substantia, quæ verè natura est, vi occulta suos effectus edunt, àque Tralliano vocantur ἀναιτιολόγητα, auxilia quorum manifestæ rationes non possunt reddi: & quæ experientiâ solùm cognoverunt; quorum censu etiam sunt incantamenta, amuleta, περίαπτα, περιαρτήματα, ἐγκόλπια, ἀποτρόπαια, φυλακτήρια, lustrationes & similes planorum anuumq; superstitiosarum medicationes; cui generi certæ rationes non insunt. Annulos e suspendiosorum catenis & quocunque patibulorum ferro, quibus mirandos effectus tribuebant & gestantibus quævis magnifica promittebant, confectos olim fuisse *Lucianus Philopseude* narrat; Fiebant tales etiam πρὸς δαίμονα καὶ ὄφεις καὶ τὰ τοιαῦτα, *schol. Aristoph. Pluto.* Eos vocabant Φυσικοὺς καὶ Φαρμακίτας. Idem sive alius vetus scriptor apud *Suidam* in ἀλλ' οὐκ ἔνεστι· Ἀλεξιτήριον τῶν δηλητηρίων δείκνυσιν αὐτῷ καὶ βασκανίας ἀποτρεπτικὸν δακτύλιον, ὃν καλοῦσι Φαρμακίτην. cui magico carmine vis inerat fascina & quævis noxia averruncandi. *Gariop. l. 3. c. 25.* in

cura

cura colicæ *phyſicũ remedium probatum* recitat iſtud: *Ex ovis quam lupus in ſilva occidit lana ſine ferro ſublata à duabus ſororibus vel germanis faſcia texatur; quam qui interius ad ventrem ligaverit non ad eum dolor colicus accedit.* φυσικὸν Philumeni ad caſum uvæ apud *Aet. tetr. 2. ſ. 4. c. 40.* tale eſt: *Picem liquidam accipe, eaq; extremum pollicis tui inſice alteraque manu ſincipitis capillos diſtende ac picem illine; recurret enim ſtatim uva.* Contrà ſanguinis fluxum è naribus *Theod. Priſc. l. 1. c. 14.* aliquos faſciolis lineis naturam & teſtes alligando conſtringere, in fœminis verò ligare femora, & in iſtis *phyſicũ* præſens beneficium meruiſſe ſcribit. Ejuſmodi φυσικῶν βοηθημάτων ἐπιτομὴν edidit *Ariſtogenes Thaſius* medicus & *Sextus Africanus* in Ceſtis πραγματείαν ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν περιέχουσαν δυνάμεις, *Euſeb. in Chron.* quam *Svidas* φυσικὰ ἐκ λόγων τε καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ γραπτῶν τινῶν χαρακτήρων ἰάσεις adpellat, & *Kiranus* βίβλον φυσικῶν ἐνεργειῶν, συμπαθειῶν καὶ θεραπειῶν, *librum Phyſicalium virtutũ, compaſsionũ, & curationum.* Quæcunq; igitur operatio à manifeſtis qualitatibus rei non oritur, ſed ab inſita proprietate abſcondita, ea fieri φυσικῶς dicitur; retinuerunt autem terminum Græcum φυσικὸν Latini, quòd *naturale* vim ejus non videretur ſatis exprimere; neque ſanè hac poteſtate ullibi extat. Interpres Aetii *Cornarius*, qui φυσικὸν Φιλουμένου *naturale Philumeni* reddidit parùm cautè locutus eſt; debuit n. medicos Latinos potiùs imitari quos certo conſilio τὸ φυσικὸν voce *Naturalis* non adimpleri putaviſſe agnoſcimus.

Malefactiones ſignificant λειποθυμίαν, deliquium animi, & συγκοπὴν, ſubitaneum virium lapſum cum vitales actiones derepente imminuuntur vel abolentur. *Gariop. l. 5. c. 13.* de Ictericis: *Patiuntur totius corporis laſsitudinem & pruritum cum mordicatione & malfactione* ob bilem ad os ventriculi cordi maximè conſentiens ruentem. Idem *l. Sintomatum* integro capite agit de *malfactionibus ſeu anguſtiis*; alios anguſtiari vel malfieri per abundantiam cholerum: alios per diarriam: alios per diſſenteriam, alios per nimium ſanguinis fluxum: per nimia frigora, per calores intolerabiles: malfieri quoſdam dolore nimio tactos confixos vel vulneratos in nervo; & quibus apoſtema aperitur, & qui vehementer purgantur; mulieres etiam per nimia menſtrua aut per aborſum, aut per

Digitized by Google

dolorem matricum intolerabilem frequenter malefieri & angustiantes deficere: in quibus causæ deliquii animi & diversi generationis modi traduntur *Lib. 5. c. 8.* de hydrophobis: *cum deambulare cœperint cadunt & malfiunt cum immutatione sensus.* Conficta autem vox malfactionum est ex isto idiotismi Gallici, ἔκλυσιν sive ἄκεσιν significante, *lui fait mal:* eamq; κτ̔ λέξιν exprimimus Germani nostro daß einem übel wirdt. *Malfacere* autem dici à Medicis quod nocet aut ægritudinem inducit, ut l. 36. c. 3. docet *Barthius* ejus exemplum velim; sed, puto, vix dabitur.

Ficatum pro jecore est apud *Apicium Polytele cap. 3.* & apud *autorem l. de Dynamidiis c. 28.* ficatum ursinum, ficatum erinacei in pulvere ad caducos. Inventum M. Apici fico arida saginare sues; quibus jecur in im̃ensum inde crescit ut anseribus quoq; fartilibus *Plin. l. 28. c. 51.*; Ab isto pastû nomen omni jecori ut Latini ficatum & sicotum, *Vespa* in carmine quo cocum de artis præstantia cum pistore contendentem introducit; *Sicotum pono Promethei*: pòst Græci ἀπὸ σύκων, συκωτὸν, σικόλιον, σικόλι adpellarent. Hinc factum est, ut, quia veteres aloes quandam speciem hepaticam à colore & substantia dixerunt, semibarbari *sicotinam* & *cicoti* eam nominarẽt; sed eam cum Soccotorina non licet confundere quod facit *Cl. Salmas. Plin. Exerc f. 1319.* Hæc n. à Socotora insula maris Æthiopici è qua omnium præstantissima adfertur in Lusitaniam, teste *Garz. ab Orta l. 1. c 2.* denominatur. *Alpagus* exposit. nom. Arabic. *Sucutri est insula in Persiá in qua nascitur aloë Sucutrinus, i. e Persicus:* estque ea ipsa quam recentiores ignari peregrinæ à loco natali adpellationis *succocitrinam & succotrinam* nuncupant. Expressè verò eas contradistinguit *Mesues tr de simpl. c. de aloë*: Succutrinum aloë quod fit in Sucutri: & Saladinus in compendio aromatar. succum aloës epaticum alium facit à succotrino: & *Silvat. Pand. c. 31.* aloës sicem seu epaticum, & cotorense seu succotrinum separatim quodque interpretatur. Sequitur istos medicorum grex totus; solus *Salmasius* ἀλιμαγελεῖ.

Fessæ ovium, quas *Plinius* cum creta necari dicit, sine dubio sunt pediculi oves infestantes: & quia latiores hi sunt, & ricinis similiores quàm alia pediculorũ genera, designavit hac voce eos qui homini

homini sub alis & inguinum silva proveniunt, *Pezzolada* Vasconibus, *petala Val. de Taranta l. 7. c.36. piattole*, & platulæ, vulgo Gallico *morpions*. Vox autem *fessa* ex Arabico *Fessesis* quod extat apud *Avic. l. 2. Can. tetr. 2. c. 277.* & cimicem significat detorta est, ut lingua Latino-barbarorum ejusmodi hybridis abundat. Non succurrit *Plinio* propria insecti istius adpellatio, & fortasse nec fuit apud Latinos unquam; *κρότωνας* igitur ovibus innascentes ob similitudinem vocavit pediculorum inguinalium & superciliarium in homine genus; simul tamen confundens cimicem & ricinum ovillum ob eandem vocabulorũ inopiam, uti & Arabes platulam zeccam ac cimicem uno nomine vocant *alcorat*, quod & alcarad, è Græco *κόρις*, i. e. *cimex* corruptum. Ita nihil in *Plinio* caliginis. Miram verò abbreviationem, qua pro voce *ferales* scriberetur *fessa*, ex qua *Barthius* hunc locum restituit! Neque enim præter primam & secundam ulla litera est in hac earum, quæ sunt illa. Deinde *ferales* non sunt ovium; sed hominum: qui enim *φθεῖρες* in hominibus *ἄγριοι*, feri & peregrini, *Arist. 5. hist. an. c. 26.* eorum similes ovibus, canibus, bobus, suibus non sunt tales sed proprii & domestici.

E Plinii l. 1. c. 8. hanc *ῥῆσιν* producit *Barthius* l. d. *Item viridis rutæ folia scyphum plenum cum granis sinapis cochlear plenum teris; addis alborum alvorum tantundem ut spissum sit non satis, & exinde linis penna vel mellis, sed non ea parte qua dolet; hoc cum feceris remediabitur.* Non divinare possum quid *Barthius* per *τὰ alborum alvorum*, quæ incorrecta reliquit intellexerit. Erant verò ni fallor emendanda & scribendum ut *Plinium* intelligamus; *alborum ovorum*. Alba ovorum sive albores, sunt quæ aliâs albugines & albumina. De priore non congeram testimonia; de posteriore *Plinius* ipse satisfaciet; nominat enim l. 1. c. 19. *alborem ovi passerini*. Item *Theod. Prisc. l. 1. c. 9. & Gariop. l. 3. c. 29. alborem ovi*. Reliqua trajectione restituit & legit, *ut spissum sit non satis velut mellis. Exinde linis penna*; Nos minore audacia ita: *exinde linis penna vel melâ*. Mela *μήλη*, radius seu stylus ferreus est altera extremitate præfixus capitello, cui imponi possunt medicamenta quæ in oculos, in aures, in vulnerum profunda injici opus est. *Gariop. l. 1. c. 16.* ad extergendas sordes ab auri-

auribus adhibet, *melotidam*, è Græco μηλωτὴ vel μηλωΐς, formatam, vel ἀπὸ μήλης καὶ ὠτὸς adpellatam. L. 2. c. 8. p. 192. *Spathomelam* huic *Plinio* reddidimus, ejecta inepta *spatenula*: quod rectissimè factum esse præterea tuemur è *Theodori Prisc. lib. 1. c. 14.* ubi de fluxu sanguinis narium: *Priùs spatomela in extremo molli lana obvoluta globos sanguinis frequentiùs purgare nos convenit*: & c. 27. de carbunculo veretri: *Lycium melle contritum suppono frequenter per diem & spatomela tentante.* Et hæc *Silvatico* etiam intelligendo facient; cujus glossa obscurior c. 546. ista; *Milotida est tenta cirurgicorum, melotida Græcè spatomelos seu radius*, aliam glossam uberiorem, & clariorem, ut pleræque ceteræ desiderabat. Possemus etiam, *melis*, quod edito propius est. Solent enim hi scriptores plurali numero plurimùm efferre, quod singulari antiquiores & puriores. Hinc creberrimè *sales, pollines, adipes, porros, betas, lactucas, rutas agrestes coctas, plantagines, spargos, blitos, atriplices, erucas* legimus, & apud *Gariop.* l. 5. c. 32. *cutes corporũ*, cum singulari numero res transigi posset. Sic *aera, pulvera, furfura, inguina*, pro aerem, *pulverem, furfur, inguen.*

Caput IX. l. 1. apud *Plinium* de aurium morbis est; ex eô Barth. l. d. excerpit descriptionem liquoris cujusdam, *è quo tepidum infunditur ad vermes* (ita lego, pro *omnes*) *auriculæ*: addit, *sed mox conquiliata lana obturandæ sunt.* Ne liquores auribus instillati effluant non tantùm situ capitis prohibere jubentur ægroti, sed tentæ sive licinia è coto, i. e. bombace vel lana carpta vel linteorum rasura cavitati auris intrudi solent, ut ab his ceu pessulis retineantur. Hac de re intelligendus est *Valescus de Taranta* cum *l. 2. philon. c. 50.* de medicamento jubet *mittere in aurem guttam unam cum tuello & cum coto; semperq; aurem in calore tenere cum coto seu lana succida.* Tuellum, quod & stuellum efferunt idem est quod licinium, tenta, eine wiecke/ qualis medicaminibus illita in cavernas aurium, vulnerumque immittitur. Hoc loco *lanam conculcatam*, h. e. in nodulum contortam & convolutam, σύστρεμμα ἐξ ἐρίων, hapsum lanæ adhibere præcipit, ad obturandam auris paturam, ut papyro commasticata vasorum orificia solent occludi. *Conculcandi* verbo non tantùm de talibus utuntur medici; sed & de humore parti alicui impacto & inhærente tenaciùs, quem *intulcatum* vocant, q. d.

uno

uno loco conclusum, coactum, conspissatum & coarctatum, ita ut exitum difficulter invenire possit. A *Colum*.l.12.c.43. *intercalcari vinacea* dicuntur, qvæ ollis pro uvarum servatione compositis in dolium & distantibus intertruduntur; & ipsæ *ollæ inculcari* vinaceis: l. 8. c. 15. solum stagni, qvod opere signinô consternitur per circuitum, *lapidibus inculcatis* & tectorio muniri: & l.6. c.12. pes bovis claudi ferrô circumcidi sangvisqꝫ expurgari; deindè *pannis aceto & sale & oleo madentibus inculcatis*, mox axungia vetere ad sanitatem perduci. Jubet etiam solo terreno horreorum persosso & amurca madefacto, cùm exaruit, pavimenta testacea supersterni & magnâ vi *paviculis inculcari*, l.1. c. 6. Tractum verò est à calcibus, qvod pedum inprimis ad pavienda, densanda, comprimenda & constipanda ea, qvæ volumus, ministerium sit; hinc ad manus dentesqꝫ, qvibus res raras laxasqꝫ similiter πιέζειν, ἰπτεῖν constringere & condensare solemus, relatum. *Barthio* qvi h. l. legendum esse putat *condiliata lana, qvòd condilos Grammatici nodos exponant*, de verbo *condiliare* causa primùm dicenda erit, qvod tamen fortasse nusqvam reperturus est; à Nomine enim *condilus* (malim *condylus*) vel Adjectivū hoc vel Participiū formari nemo Grammaticorum admittet; deindè *condylus & nodus* nomina sunt partium corporis & morbi; lanæ autem qvocunqꝫ tandem tropo, qvibuscunqꝫ interpretationum fidiculis, non aptabuntur. De *tuello*, qvod etiam apud *Silvat.c.666.* extat, nihil pænè dicere possumus, qvàm videri *tueltrum* è Græco τιλλόν, qvod *Gariop.l.5.c.43.* effert *tiltarium*, Itali hodieqꝫ *tiltaro*, & significat peniculum contortilem, turundam, μοτάριον ἐξ ἄχνης ὀθονίων è derasa linteaminum lanugine, vel è lana carpinata, figurâ cavitatum qvibus implendis intrudendum est, formatum, corruptum esse. *Pandectæ Matthæi Silvatici* editi Lugduni apud Gjunctā anno 1541. singulis ferè lineis monstra παραγραφημάτων, corruptelarum & ἀντιςοίχων ejusmodi exhibent lectoribus, ut in *tuello* l pro t exiisse nemo mirari adeò debeat; Habent isti alioqvin non contemnendum usum ad intelle-

ctum medicinæ Arabico-Latino-Barbaræ, qvæ cum qvinto ferè ab hoc seculo incepit, & à scriptoribus Italis maximè & Gallis, celeberrimarum Salerni & Mompessuli scholarum alumnis, exculta fuit qvàmplurimis.

Ibidem, *Senectus pro pelle, qvam ineunte vere deponunt serpentes, natum è Poëtis non satis benè intellectu*, inqvit. Qvasi verò *Plinius* hic istâ locutione uteretur solus. Deindè an è Poëtis desumserit id, cujus avtorem *Plinium majorem* habere potuit? Sic enim hic l.30. c.8: *Senecta serpentis efficacissima sedis vitiis*; l.29. c.ult.*Senectus serpentium usta instillatur auribus graveolentibus.* At nec *major* cum Poëtis hìc locutus est; sed cum *Aristotele* nihil minus qvàm Poëta. In *8. hist.de animal.cap.23.* extremam cutem in animalibus φωλεῶσιν, qvæ latere certis temporibus solent, γῆρας adpellari dicit; ubi proprium & vulgarem loqvendi modum intelligas, non Poëticum, aut figuratum; Id facere serpentes verno & autumno, viperas, lacertos, cancros non semel sed sæpiùs Bombyces, à primo ortu usqꝫ ad summum incrementum, mensis spacio qvater deponunt extremam cutem. Serpenti ob adfectionem istam à *Dosiada in Ara* epitheton factum est ἐκδύγηρας, & alterum à modo promotionis corporis, qvam flexuosam tractu & impulsu ventris conficit, σύργαστρος: Ejusqꝫ naturam *divinam & immortalem* habitam fuisse apud Ægytios, qvòd; ἐκδυόμενος τὸ γῆρας νεάζει, primus ejus gentis doctor *Taautus* ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς adstruxit, teste *Philone Byblio apud Evseb. l. 1. Ev. Præp. c.10.* De cicadis narrat *Tzetz. ad Lycophr.* qvod ὥσπερ οἱ ὄφεις γεγηρακότες ἀποβάλλουσι τὸ γῆρας, *instar serpentum cùm senuére cutem exuunt*; qvæ perplexa & turbulenta oratio est: nescias enim an de cicadis an de serpentibus pronunciet τὸ γεγηρακότες; falsissima etiam ad utros referas. Cicadæ enim non cùm senuêre, sed μετὰ τὴν γένεσιν, postqvam genitæ sunt, exeunt folliculo seu cute generationis; serpentes autem bis qvotannis, annotini, nondum seniculi, abjiciunt membranam,

ceu

Digitized by Google

ceu circumstantem aliqvem torporem. Adpellatur à *Plinio* etiam *cutis qvam relinqvunt angves*, l. 28. c. 11. *membrana aspidis*, l. 29. c. ult. *angvinæ vernationis membrana*, l. 30. cap. 4. & 12. *angvium vernatio*, cap. 13. qvasi vernô solùm exuerent: *spolium serpentis* apud *Pallad. lib. 12. tit. 7. Val. de Taranta l. 2. c. 50.* & *Bayrum dist. 6. tr. 2. cap. 1.* ut *spolia ceparum, scillæ*, & similium bulborum pro λεπίσι, lamellis, tunicis, pelliculis qvibus constant apud *Silvat. cap. 645.* In stellione *tunicula, & membrana hyberna* apud *Plinium* l. 30. c. 10.

In curatione adfectus auricularis, qva fel lactantis addito grano salis calefactum in aurem instillare jussit *Plinius*, *ita ut mox apertus erit porcellus, anteqvam tangat ipsum fel auferatur*, eam adhibitam fuisse superstitionem putat *Barthius* l. d. ut porcellus post exsectum fel statim è conspectu removeretur, anteqvam tangeret fellis instillatio ægrum. Sed cùm in ista ῥήσει nihil sit qvod respondeat relativo Pronomini *ipsum*, qvàm nomen *fellis*, omninò dicendum est præcipi, ut fel aperto porcello mox, anteqvam id contrectetur, auferatur. Ψηλαφήσει enim seu contrectatione vires herbarum exolescere, qvosdam fructus amariciem contractu ducere crediderunt; nonnullas radices etiam ferro tangere nefas esse putarunt: in renum dolore leporis renes crudos vel coctos *devorari* jubent, *ne dente contingantur*, *Plin. l. 28. c. 13.* qvi tres cytinos solutus omni vinculo, etiam annulo, excalceatus, sinistræ manus pollice & annulari decerpserit, *eosq; ita devoraverit, ne dente contingat*, oculorum imbecillitatem eô annô non incursurum esse persvasi fuerunt, *Plinius major l. 23. c. 6: Alter l. 4. c. 39: Diosc. l. 1. c. 153.* Idem cogitemus de felle qvod indignanti auri erant instillaturi existimâsse, scilicet id execandum una celeri actione, nec tangendum manibus esse; & legendum igitur *anteqvam tangatur ipsum fel, auferatur*. De hisce tamen statuat qvisqʒ qvod volet; mihi qvidem sic satisfactum est.

Ejusdem libri c. 18. è *Plinii l. 4. c. 6.* hanc sententiam recitat: *Ejus* (intellige cucurbitam) *aridæ cortices efficaciter possunt combusta sanare; etenim in cibo redacta eundem qvoq; cinerem didicimus ab ex-*

pertis vulnera in veretro purgare & ad cicatricem usq; perducere: & qvia putaret, interiorum combuſtioni fervente cibo aut potu factæ prodeſſe cortices cucurbitæ in cibos redactos, legit, *combuſta ſanare interiorum in cibos redactas*. Sed cum relativum *eundem cinerem*, de cinere corticum cucurbitæ locutum, jam tum fuiſſe *Plinium* indicet, malim ita, *poſſunt combuſta ſanare etiam in cinerem redactæ. Eundem qvoq; cinerem &c.* De interiorum autem combuſtionibus ſomnium merum eſt; Nam à cibo & potu fervente tantas, qvæ medicina opus habeant, fieri poſſe, easdemq; ſanari cucurbitarum corticibus comeſis nemo Phyſicorum adſentietur *Barthio*, nemo adfirmavit. Externis partibus ab igne læſis ob vim refrigerantem & ſiccantem utiliter adhibebitur cinis cucurbitinus; Hoc enim *Plinii lib.20.cap.3.* teſtimonio conſtat: *Aridæ cinis impoſitus mirè combuſta ſanat*; è qvibus verbis prius periodi colon à *Juniore* collectum eſt, & inde emendari debuit; In poſteriore de eodem cinere cucurbitæ alia experientia ſubjungitur: qva correctione & inde reſultante ſenſu nihil apertius, ſimplicius, verius.

Ibidem è cap. X. de betæ qvalitatibus; *Eſt illis natura frigida, non tamen noxii frigoris, verùm medium temperamentum ſortitæ rigorem præſtant, æſtatis ardorem relevant.* Cum betarum temperata natura pugnat, ſi rigorem inducere dicantur. Eſt enim hic moleſtæ ſenſationis in partibus exterioribus à curſu humorum acrium per muſculos & membranas, ſtimulante expultricem, vehementia qvædam, & à cauſſa præter naturam generatur non ab olere frigido & parum nitroſi in copioſo flegmatico habente. Legam igitur, *frigorem*, h.e. alterationem moderatam & naturæ gratam perfrigerationem. *Frigores* Gloſſatores exponunt *febres*: ſed hoc non eſt perpetuum; ſignificat enim & qvod dixi. *Plinius noſter lib.5. c.31. ſed omnia ſint temperata & magis ad frigorem inclinata.* Cum *Theod. Priſc. lib.2. cap. 29.* inter ſtomachi accidentia nominat *frigorem moleſtiſſimum*, de iis qvibus phlegmatis infeſtatione ſtomachus infrixerit loqvitur, & ſtomachi malam complexionem, infrigidationem & inde ortam indigeſtionem innuit.

Ibidem

Ibidem è lib.4.cap. 23. iſta recitantur: *De virtute ocimi penes medicos Chryſippo criminantur, atq; ejus hæc vitia percenſent, qvod obſit ſtomacho, qvod oculos hebetet, qvod inſaniam faciat*: Qvæ è *Plinio majore lib. 20.c.12.* expreſſa ſunt, ſolùm infercta inutili parentheſi *penes medicos.* Sic enim ibi: *Ocimum qvoq; Chryſippus graviter increpuit, inutile ſtomacho, urinæ, oculorum qvoq; claritati. Prætereà inſaniam qvoq; facere cenſet.* Emendem igitur unica literula mutata: *De virtute ocimi penes medicos Chryſippi,* (numeros enim commutant hi ſcriptores,) *criminantur* vel *Chryſippéi*, ut qvod *major* Chryſippo tribuerat, *noſter* hujus diſcipulis adſcribere videatur. *Barthii* correctio, qvam huic loco infert, nimis operoſa eſt: [nam & trajicit voculam & præpoſitionem in Nomen auctum ſyllaba convertit, & caſum tertium in ſecundum ſic: *de virt. oc. nepotes Chryſippi medicos criminantur,*] eòq; ſuſpecta meritò. ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀφελὴς ὁ ἀληθείας μῦθος. Imò apertè falſa eſt, qvod medicos de virtute ocimi criminentur Chryſippi ſectatores. Increpuit enim Chryſippus ocimum de vitiis percenſitis: Neminem medicorum de ocimo. *Secuta verò ætas acriter* Ocimum contra Chryſippum *defendit; nam id eſſe capras, nec cuiqvam mentē motam: Plinius l.d.* Ejusmodi turbas nobis dant in antiqvis ſcriptoribus excerptores malè ingenioſi & faciunt qvod ſepiæ ſolent aqvis cryſtallo purius euntibus cùm cœnum ſuum offundunt; ſaltem qvorum ſententias mutuati ſunt, eorum qvoq; verba purè integrèq; deſcripſiſſent potiùs qvàm obſtreperent ſuis: absqve enim inſulto iſto *penes medicos,* qvod in *majore Plinio* non legimus, neqve neceſſarium eſt ad intellectum ſententiæ, ſi fuiſſet, non ita contendendum erat *Barthio,* qvi locum explicaret; operam a. non optimè collocaſſe, etſi ſtudioſè ſuſcepiſſet, palàm eſt.

Ibid. è l. 3.c. 23. qvod eſt de apoſtematibus interioribus: *Vomica ſunt privati melle in qvo ſunt apes demortuæ. Barthius* emendat, *Vomica ſitu privatur:* nos hebetes adeò qvid ſitus ſit in apoſtematibus non percipimus, eoq; legere jubemus, *Vomica ſuppuratur melle.* Adſtipulabuntur nobis medici & chirurgi docti, indoctive; qvorum neutris virtus mellis ac mulſæ in maturandis, rumpendis, lavandis, abſtergendis, purgandis, mundandisqve

Digitized by Google

tumoribus, collectionibus, abſceſſibus & eruptionibus incognita eſt: Et nullam pænè compoſitionem reperire licet ex his qvibus tàm interiores, qvàm exteriores ſclirofes, ſyrrexes & helcoſes ſanantur, qvã mel non ingrediatur vel conſtituat.

Lib. eodem cap. 22. è l. 1. PlinI cap. 21. medicamentum ad pilos oculorum reverſatos verſus oculum eumq; pungentes, τριχίασιν hoc ciliorum vitium vocant, ut ſublati non renaſcantur, deſcriptum tale eſt: Cinerem ſangviſugarum teres in mortario, mittes exinde in mortarium parvum cum 2. vel 3. guttis aceti acerrimi, & *teres, donec ſiccum collyrium ſit, tollesq; à borſella pilum cum radice, & in ipſo tantùm punctum cum melle impones de medicamine ſupradicto ter aut qvater in ipſa hora.* Compoſitionis modus nihil habet difficultatis: circa adplicationem hærere nos facit locutio obſcurior & inuſitatior. *Tolles à borſella pilum cum radice*, id eſt, è palpebris evelles pilum qvi non eſt debitâ rectitudine & acie, ita ne abrumpatur, totum. Borſella autem palpebram, ſeu genam, ut *Plinius* appellat, tegumentum oculi, in extremitate pilis vallatum ſignificat; Eſt enim ea βύρσα, hoc eſt, cuticula ſeu tunicula oculi, folliculus membraneus ſeu coriaceus oculum continens, ut oſcheum ſeu ſcrotum teſtes, qvod *burſam teſticulorum* propterea vocant. Evulſionem pilorum inutilium in genis & qvos renaſci non libeat, etiam alii præmittunt; *Plinius l. 28. cap. 8. Avic. l. 3. ti. 3. fen. 3. c. 32. Val. de Tar. l. 2. cap. 45.* tum adhibent prohibitiva nativitatis eorum. *Noſter* de cinere hirudinum cum aceto diſtemperato aliqvid melæ ſeu radio imponere & poro ubi pilus ſteterat inſinuare jubet. Sanè *volſella*, qvam *Barthius* hîc ſuppeditat pro *borſella*, non exprimi debuit, cum vocabulo *tolles* (nec enim aliter pili ciliorum qvàm volſellis prehenduntur & extirpantur,) qvæ ideò dicuntur τριχολαβίδες, ſubintelligatur; qvin etiam præpoſitio *à* locum, unde vellendi pili, non inſtrumentum actionis ſignificat. *Borſella* igitur utrumq; βλέφαρον, τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, cooperculum oculi, qvod nil niſi burſa ſeu membrana eſt. Sed ſit hoc penes arbitros: admitti enim poteſt *volſella*

hoc

Digitized by Google

hoc loco, si Præpositionem μονόγραμμον ἀ expungi concedatur.

Ibid.cap.22.subditur:*Item pro sexu duricia: Ammoniacum thymmatum in vino teriaco teres & oculos inunges.* Caremus libro unde de cujus partis palpebrarumnè, qvod videtur, an conjunctivæ tunicæ, an alterius in oculo duricie loqvatur, cognoscere liceret. Qvicqvid sit, *pro Saxea duricia* legendum esse putamus. Accidunt enim palpebris callus, & nodi. *Thymmatum* etiam, qvod edidit *Barthius*, in *gummatum* mutamus. Ammoniaco enim gummi vis egregia est, grossities, nodos, tubercula & scirrhosa qvævis emolliendi, liqvandi & dissecandi.

De vermiculo *aratrifagi* diximus l. I. c. 16. ext. videri insecti genus illud esse, qvod canum auriculis plurimùm pertinaciter adhæret, eorumqꝫ sangvinem ligurit, ricinus & Zecca nominatum; id tenemus etiamnum inde confirmati prætereà, qvòd *Plinius major* ut pili evulsi non renascantur, vel nondum nati, perunctis partibus, non surgant, *evenire* tradat *sangvine ricini evulsi cani, l. 30. c. 14.* ad qvæ verba procul dubio *minor* respexit. Qvod autem apud eum pro nomine insecti vetere & benè latino *ricinus* barbarum, qvod tamen nunc intelligimus, legamus, hoc interpolatoribus, qvi ex Arabum medicina & lingvis popularibus plurima huic avtori infarserunt, interdum ejectis melioribus, acceptum ferendum est. Elegerunt nimirum isti ἀμαθέστερόν πως, ἀλλὰ σαφέστερον λέγειν, & ut pastor Virgilianus in cantiuncula, modò numeros priorum utrumqve tenerent, verba non curarunt, putantes sua barbara, usitata tum, Romanis doctisqve longè esse concinniora. Eadem ratio fuit scripturæ apud istos tales, qvæ à vetere & pura similiter mutavit. Nemo enim credat à *Plini Valeriani* manu esse, qvod in ejus codice pro *Hiera* scribatur *Gera* vel *Gira*, qvod nomen est confectioni medicinali ex aloë ob effectus salutares & divinos in morbis propulsandis impositum, non unicuipiam sed pluribus. Habemus enim Archigenis, Antiochi, Asclepiadæ,

Ruffi, Themisonis, Andromachi, Galeni, Pacchii, Justi aliqvam; ut sileam qvas recentiores myrepsi invenerunt. Scribendi autem consvetudo secuta est, ut solet vara vibiam, pronunciationem seculis seqvioribus receptam. Id verò è Panegyrico rerum gestarum Philippi Augusti D. Regis Galliarum, qvem *VVilhemus Brito Aremoricus presbyter* Philippidos titulo in libros XII. digestum versu heroico panxit, ediditq; inter Francica P. Pithæus, patet ad oculum. In ejus operis, qvod filio Regis Philippi Ludovico VIII. & Petro Karloto ejusdem notho dedicavit, conclusione exhortativa præter cæteras benevolentiæ captatiunculas, & adsentationes, fore ait, ut, qvæ bella pater (gessit n. acerrima cum Flandris & Anglis) inconsummata reliqvit, ipse sit consummaturus & finalem nacturus triumphum, optatq; vitam eò sibi prorogari, ut facta Regis digna Sophoclis & Lucani heróicâ grandiloqventiâ (hunc enim intelligo per *Hyberam Poësin*) possit describere. Tum addit, effusus in laudes sui temporis Poëtarum, qvos sibi modestiæ causa præponit;

O si Galterus illo vel Egidius esset
tempore, qvàm claro niteant tua bella cothurno!
Totus Alexander & qvi processit ab illo
Antiochus, bis sexq; duces plebs esse dolebunt
respectus splendore tui: succumbet & ipsa
de te composito mordax Gira pigra libello,
horum si similem mereantur habere Poëtam.

Ita enim versus eos distingvendos & legendos esse statuimus. Gualterus qvem celebrat non de populo Poëtam, est *Philippus Gualterus de Castellione*, Insulis Flandriæ natus, qvi circa a. Chr. 1200. Alexandreida librorum novem scripserat, notissimam tum & æstimatissimam eruditis: De eo judicium *Cl. Barthi è l. 9. Adv. c. 11.* l. 31. c. 10. l. 46. c. 2. & l. 53. c. 11. audire præstat. *Egidius* cujas fuerit & qvorum scriptorum parens, nondum liqvet, Gallum tamen hominem vel Gallis addictum fuisse inde colligo, qvia nomen ejus expressit, *Brito* qvod in Anglo & Anglicanarum partium studioso (erant enim, ut bella inter reges Galliæ Phi-

Philippum & Angliæ Johannem & Heinricum III. ita factiones inter eruditos eo seculo Gallos Anglosq; & qvæq; adversariorum qvoqvo modo vexabat & infestabat) non erat facturus: nam nec *Iosephum Devonium Iscanum Britannum* splendidissimo ingenio & facundia tersa elegante ac rotunda Poetam, cum qvo vivebat, expressâ mentione dignatus est. Ægidium istum eundē esse auguror cum eô, *ad cujus vers⁹*, Francorum regis gesta & encomium, ut puto, continentes, *librū unū* scripsit *Gilbertus Legleus*, Huberti Cantuariensis archiep. medicus, σύγχρον⊙ ejus, (qvem *Symphorianus Campegius tr. 5. de medic. scriptor.* etiusē commēdat) referente *Balæo catal. script. Brit. cent. 3. n. 63.* Ita se mordebant invicem Angli & Galli, temporum infelicitatē scriptorū reciprocorū amarulentia condientes: valdè autē vero simile est librum Legléi Angli contra Ægidii vers⁹ elucubratum satyricum in Gallos poëmation fuisse, titulo *Girapigra*: cuj⁹ hoc loco uti recentis sine avtore meminit *Brito*. Dicit insuper Alexandrum ipsum Magnum, cuj⁹ gesta cecinerat *Gualterus*, Antiochū & primos XII. Britannorum reges, qvos ab Antiocho familiā ducere *in Antiochéide sua* docuerat *Ios. Devonius*, principes clarissimos omnes, cū Ludovico Rege comparatos nullos fore, & huj⁹ famā multò illustriorē, ipsāq; in ej⁹ ignominiam compositā satyram *Girāpigram* in fumū ventosq; abituram, si ej⁹ res gestæ sev bella similē istis puta, Alexandréidos & Antiochéidos avtorib⁹ Poëtis, ebuccinatorē, invenerint. Satyrā a. cum inscriptione *Girapigræ* dari nō caret singulari emphasi, & ingeniis ej⁹ seculi præsertim Anglicanis spinosis, adfectatorib⁹ elegantiarū in profundis sordib⁹, optimè cōvenit. Est n. ea liberū poëma asperitatis tragicæ diverticulū vitiis hominū cūm sale multo & acerbitate obtrectans, interdū aperto telo feriens figensq;, interdū tectis verbis objurgans & subsannans, etiā confictarū novitate personarum maledicentiæ suæ venustatem sustinens, & veritatem, ἱερὸν χρῆμα, amaris dictis, ut medici sanitatē apsinthite poculo propinans. Excogitari a. ab alio nemine potuit melius ista epigraphe qvàm à medico cui aloë, & aloëtica, ipsa etiā *hiera piera Galeni & Rhasis* esset familiaris: eoq; nō dubitam⁹ adserere *Legléo* avtori rectè tribui, fuisseq; ἀμοιβαίαν versum Ægidii, & hoc ita voluisse significare *Britonē*, qvod diximus.

Eodem cap.22.*Trivectorium esse fistulam, qvæ tribus foraminibus aut tubis fumigationem fert & vehit* docet *Cl. Barthius*. Usus trajectorij cujuscunq; sive ori sive utero sive auribus sive ano (partibus enim patulis accommodatur.) Id destinari cogitemus, nec admittit, nec reqvirit ut tribus tubis sit instructum, neq; in officinis medicorum chirurgorumq; visa fortasse est syringa aliqva, qvæ liqvori sive fumo transmittendo faceret, trino canalium ordine constans. Trivectorium igitur, qvale depingit, qvia ejus conceptui nihil respondet extrà, confictum aliqvid erit, & cum chimæris censendum. Novimus canales sive fistulas non tantùm τριτρυπήτους sed & πολυτρήτους, in summitate, & in lateribus circumferentiæ pluribus locis perforatas, ut liqvor emitti possit confertim & copiosior, percolatus tamen per minuta foramina in extremis earũ; qvales sunt qvas pro clysterum injectione vesicis aptant; sed eæ uno continuo ductu vehunt: & licet pluribꝰ eiaculentur, trivectoria tamen, qvia tribꝰ nõ vehunt, dici neqvibunt. Dicamꝰ igitur vocẽ esse formatám è latina *trajectorium* trajectione elementorum, qvâ nihil freqventius in lingva latino-barbara. Ita *dimifragia* apud *Gariop.l.2.c.5. & 61: l.5.c.14.* pro δριμυφαγία, qvæ victum ex acrimoniis vel acruminibus, h. e. acribus acutisq; cibariis, qvalia sunt raphani, cepæ, allium, porrum, napi, sinapi, piper & similia significat: *Ipontica* pro *hypnotica* apud *Silvat.* c.375. *Iposacra* pro *hyposarca*, ib. *agripina* pro ἀγρυπνία c. 21: *Idiocri* pro *hedychroi* c.576: *brandispofia* pro βραδυπεψία: *venæ fatigides* pro *sphagitides* c.609. *Perrigomena* pro προηγουμένη, c.583. *Xansifagra* pro *saxifraga* c.700. *Oxisabum* pro *Oxybaphum* c. 574. *figelta* apud *Gariop.l.5.c.31.* pro *phygetla*: Et *mena*(pro qvo *yemena* legendum est; ita enim *Silvat.*c.703. vel *hymena*) *ipozagoga*, qvomodo vocarunt cingulum membranum qvod circundat latera, h. e. membranam succingentem costas pro *hymen hypezocós*, ὑμὴν ὁ ὑπεζωκὼς, uti *Galenus* adpellat: qvem monstrosiore transpositione etiam *epigozotum* è casu qvarto vocabuli ὑπεζωκότα, vocat *Silvaticus* c. 841. Trajectorii verò vocula adeò freqvens est ut loca notare

ta-

tædeat. *Val. de Taranta l.2.c.55.* de modo aqvam in aures illapsam extrahendi: *Ingenietur trajectorium cum qvo pueri aqvam ejiciunt sicut Siringa*: ubi pro siphunculo seu canna, in qvâ stilus versatilis attractioni & explosioni adcommodatus, capienda est, aliumqve immissionis vi qvasi factæ in partem qvandam modum subindicat. Priorem modum nos respicimus, eum instrumentum tale, Latinæ voci *trajectorium* adsonantes, einen Trächter adpellamus, qvod aliàs *infudibulum* ap. *Caton. de re rust. infundibulum, embotum*, etiam *embuba à Silvat. c.239.* & turturolum ab *authore l. de dynamidiis c. antepenult. edit. Venetæ anno 1502.* adpellatur. Si liceret ὀνοματοποιεῖν, qvod aliò fumum, vaporem, liqvorem transvehat *travectorium* non infeliciter, puto, fictâ voce nominaretur.

Ibidem verba *Plinii, linteo vel alude mollissimè superinduces*, satis sic sana sunt; neqꝫ scribendum *alutæ*, ut jubet *Barthius*. Nam πίνον & genium hoc genus scriptorum sapit vocem, qvæ vulgariter apud Latinos primæ declinationis est, sub tertiam referri; mutant nomina apud hos uti numeris & generibus, ita declinationibus qvoqꝫ. Hinc legas *Cardonem* apud *autorem l. de Dynamidiis*, qvem eundem esse cum eo qvi *Gariopontus* dicitur, probabimus alibi, pro *carduum*: *lardonem* pro *lardum*: *Calabres* ap. *Silv. c.657.* pro *Calabri*: *Phlegmon* apud *Gariop. c.5. c.32. & 33.* pro *phlegmone*, φλεγμονὴ *tenasmonē* pro *tenesmum*: *bubonam* pro *bubonē*: *cicadibus* pro *cicadis*: *Pastinaces, Satyriones, sqvibalas*, l.3. c.2: *granatam*, l.2. c.29: 3. c.19: *hymenam* apud *Gariop. l.5. cap.31. pisas* apud *Apic. l.5. c.3. Sputus* apud *Theod. Prisc. l.2. cap.5.* cum alii dixerint *pastinacas, satyrion, scybala, granatum, hymenem, pisa, sputa*; & accusativum qvintæ declinationis Græcorum transformari pænè in omnibus in Nominativum primæ Latinorum. Idem fecerunt in *aluta*, qvæ corium seu pellis aluminata vel confecta est; & commutata terminatione primæ declinationis *uta* in terminationem tertiæ *ud* seu *udis*, dixêre *alud, aludis*: Idqꝫ relinqvendum hoc loco est ut inde scriptorem barbarum ceu è crepundiis alligatis olim expositicios, agnoscamus: Est enim ejus adeò propria ista locutio, ut

ſi ademtâ alterum Latinius intrudere velimus, ipſam autori ἰδιαιτάτην venuſtatem & gratiam detracturi ſimus.

Balneum fieri, neſcio qvibus ægrotis, *ex dulci aqva non ex ſalmacida* jubet *Plinius* l. 5. c. 41. Titubantem de hac aqva *Barthium* videre eſt; extremùm lapſantem. Libro enim XI. c. 8. *ſalſam aut acidam*: l. 58. c. 8. *ſalmacidam* vult, & dulcem marinæ ſeu amaræ miſtam interpretatur. Non tolerabuntur iſta à Phyſicis, aqvam (loqvor ſcilicet de ſimplice: acidulæ verò dictæ ob partium ſalſarum, nitroſarum, vitriolatarum, aluminoſarum variam miſcellam, compoſitum qvid ſunt) natura acidam eſſe & conſtituere, præter ſumma genera dulcium & ſalſarum tertium: deinde marinam amaram eſſe qvibus edictis confecerit ut credatur? Scimus de aqvis Hypareis in Ponto, Trœzene & maris mortui in Palæſtinâ, vehementer amaras eſſe à bituminis ſcatebris, & paluſtres amareſcere, qvia terræ habent plurimum & qvia nulla fit acceſsio aqvæ dulcis, & præterea qvia ultra modum exuruntur; & propterea miſta corpora ſunt è ſimplicibus, & earum adfectio ex horum adfectibus provenit; In Sicilia etiã fontẽ fluere ἁλμιῶδη ἅμα τῷ ὀξει, *ſalinatidum* ſimul ſalſugine & acore præditum: *Athen. l. 2.* ſed ad iſta ſingularia aqvarum an ægrotos amandârit parabilium medicinarum conſultus *Plinius*? Nihil minus. Etſi poſt longas qvæſtiones à Philoſophis decretũ ſit, aqvas maris ſalſas à pluviâ & fluviali dulci ſeu communi non differre ſpecie (ſunt n. marinæ in profundo etiã dulces, qvod eas ſol non depopuletur ut ſuperficiem) Medici tamen ex uſu artis, qvæ nimiam exactionem non ubiq; æqvè utiliter admittit, aqvas dulces ſalſis ſeu marinis ſemper opponunt; unde cum unam nominant, alteram excludi intelligimus. *Noſter* igitur cum è dulci præſcribit balneum, ſalſam prohibet, non acidam qvandam. Eam verò idiotiſmo qvodam ſuo vocat *ſalinaciam* (ita enim legendum eſt) ut non tantum è mari hauſtam, ſed & è fontibus ſalinarum petitam, utramq; ſalſam, includat notabili cautelâ & ſermonis caſtitate, Jucundiſsimum nobis accidit, inveniſſe hanc lectionis veritatẽ, & à *Cl. Barthio* expectamus adſenſum; ἔστι γὰρ ἐπαινετικόν τι καὶ πρὸς τῶν γινωσκομένων εἰς ἔννοιαν τὸ ἀληθὲς, καὶ διὰ

ἡδο-

ἡδονὴν παραδόξως ἑλκυστικόν. In excerptore Plinii cæterorumq́ꝫ *Garioponto* l.5,c.12.hydropicis imperatur *ut laventur in aqva marina vel ſalinacia, qvoniam eos deſiccat & in balneo aqvæ ſalſæ laventur*: ubi tria genera aqvarum ſalſarum, marinæ, è ſalinis hauſtæ, & admixtione ſalium ad naturæ imitationem tales qvæ omnes ſunt εὐπόριστοι, referuntur. Extat eadem vox in Gloſsis, ſed duabus literis in unam pravè coalitis; *ſalmacia aqva*, ἁλμυρὸν ὕδωρ, legẽdum a. ut vel Græca oſtendunt *ſalinacia* vel *ſalinacea*; Ad eandem formã etiam alia adjectiva legimus in iiſdem: *Fontaneam* aqvam, *crocineum* colorem *ſellineũ* corpus in *Gariop.l.5.c.13. terraneã* hederam l.1.c.17.& *l. Sintom.c.9.* & *l.de dynam.*c.73.*Solaneam* lacertã pro *ſolari* in *Theod.Priſc.l.1.*c.16 *bituminea* lavacra l.2.c.19. ut nec inſolentia vocabuli nec emendatio ex eô noſtra ſuſpecta eſſe cuiqvã poſsit. E *Plinio* igitur ita ejecimus *ſalmacidam*; parum abeſt qvin vocabulum ipſum cum omni re Latinorum cenſu expungamus. Habemus enim benè Latinum & cui analogiſmus adplaudit *ſalinacidum* vel *ſalſacidum* ad ſignificandã ſalſedinẽ cum mixtura acoris, Græcis ὀξαλυκὸν, ὀξαλμυρὸν. Sin invitis doctis, qvibus τὸ *ſalmacidũ* placere video, id fiat, οὐ Φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Sciant a. & fateri oportebit ipſos, ſic è græco ἅλμη adſpiratione in ſibilum, qvod freqventiſsimũ eſt, abeunte, & Latino *acidũ* compoſitum eſſe, & inter Latina malè etiam in extrema linea, ſcribi. In *Salmacia* a. qvã à Gloſsis exponi Ἀμφιτρίτην ajunt, & hinc τῷ *ſalmacido* prætexunt velum, ſimiliter falſi ſunt; Eſt n. ea *Salacia* à Salo, *Servius in 1. Æn. Salacia Dea maris ab aqva ſalſa dicta*: Qvomodo igitur τὸ m niſi vi & fuco, irrepſerit? à Salmacide a. ſive fons eſt in Caria, ut *Strabo l.14.Vitruv.l.2.c.8: Ovid.15. Metam.& Auſonius*, ſive Nymfa, ut *Ovid.4.Metam.* aqvã *Salmacidã* derivare incogitantiſsimum eſt: Nomen enim illius nec ab ἅλμη, nec à ſalo, nec à ſale eſt, multò minus acidi qvidqvam reſpit; & hæc Salmacidia vel Salmacidica potiùs dicenda eſſet. Aqvæ ſalinacidæ, cũ mixtæ ſint è ſalſo & acido, androgynis comparari fortaſſe poſſunt; non a. ſunt à Salmaci, qvæ tamen nec ipſa ἀνδρόγυνος, ſed Androgyni, ſecundùm fabulas, mater. Obiter

& incuriosè valdè ista inspexêre viri docti, & allusione vocum decepti sunt ut alienissima conjungerent, & tria viderent ubi ne duo qvidem essent, ut ajunt. Nemo est, qvem non aliqva παραβλεψίας species teneat; hanc contagionem ex ipsa mortalitate traximus.

Sanum non tantùm corporis adfectionem dicit sed & metonymicè qvod sanitatem confert & conservat. Insanum non corporis aliqvod, sed animi vitium significat. *Barthius* tamen l.7.c.8. *Insanum qvod nocet sanitati* exponit; esse etiam apud *Gariop.l.5.c.12.pro adfecto.* Novè hoc & scriptori barbaro non inconvenienter; ludere enim vocabulis pro lubitu, & stribiligine verbisqꝫ maculantibus pleraqꝫ veterum pura & sana conforire solet; sed nos *Gariopontum* hîc aliter interpretabimur, non tamen eximemus culpâ. Verba sunt l. 5.c.12. de hydropicis ista: *Aliqvoties cutem eorum scarificamus, insanas partes, super plantas & circà inguina, & femora, recta incisione.* Hydrops tumor universalis est pedum, crurum, femorum, abdominis, brachiorum, faciei. Qvia ergò insanas partes scarificare jubet; insanæ verò sunt qvæcunqꝫ adfectæ sunt tumentqꝫ juxta *Barthii* expositionem, erunt totô corpore incisiones faciendæ. Atqvi nominat incidendas, *superiora plantarum, inguina, femora* solùm. Per *insanas* igitur non significavit *adfectas*, sed *inferiores*, qvales reverà sunt qvas vulnerari docet; idemqꝫ administrant etiam alii in iisdem ut humor qvi gravitate sua inferioribus præcipuè incumbit de proximo evacuetur, & reliqvum ejus ex aqvaliculo ad easdem derivetur. Hæc significatio vocabuli *insanum* ut sit *inferius* rarior est & huic generi scriptorum soli propria. Ita enim idem c.25.de paralysi capitis: *Caput si paralysis tentaverit, regiones ejus omnes subvertet, os, labium, oculos, cilia & lingvam, & nares. Susanum labium cadet, insanum autem torqvetur*: qvæ ita explicanda sunt; in paralysi faciei accidit tortura oris, ut labrum superius resolutione seu mollificatione, qvæ facit ut longius seipso fiat & dependeat; inferius autem convulsione & distorsione tentetur & adficiatur; qvæ sententia etsi falsa sit, è vera tamen doctri-

Digitized by Google

doctrina Medicorum parum dextrè intellecta orta est, & facit saltem eò, ut qvid *susanum* qvid *insanum* vocent percipiamus; Etsi minus acutis nobis nondum cognoscere licuerit, unde hanc suam mirabilem eruditionem, qva *susanum superius* & *insanum inferius* nominant isti vel desumserint vel accipere potuerint. Sic autem habendum est; in tortura à paralysi pars faciei distorta est pars sana, qvia musculi sanæ partis dum actione sua funguntur trahunt ad se in oppositam partem, resolutos otiososqꝫ: sin fiat tortura à convulsione pars distorta est pars læsa, qvoniam musculi convulsi versus proprium principium trahuntur: Unde pars decurtata sanam attrahit: Ita *P. Salius annot. in l. Altom. c. 15. & Senn. Pr. l. 1. P. 2. c. 27*: Absolutissimè rem totam è *Galeni 4. de loc. affectis & l. de motu musc.* tradidit *Am. Lusit. scholio Curat. 7. Cent. 2.* qvi consuli poterit. Compatiuntur igitur dextra sinistris & contrà; non verò, ut noster de labiis ineptit, superiora inferioribus. Hac operâ nostrâ *Plinio* certissimè benefactum est; itemqꝫ ejus lectoribus: sed veremur ne liber hic mellis parum, apsinthii multum habere videatur, sitqꝫ salubrior studiis Juventutis qvàm dulcior veritatem sine velo nolentibus & stricturas ejus ex obscuro ferientes declinantibus vel manû oppositâ. Qvantum profuturi in hac simus non facilè dixerimus; nostris qvidem acerbissimis doloribus luctui, curis, mœrori, variisqꝫ & undiqve circumfusis molestiis alia nulla potuit inveniri levatio magis idonea, certior, honestior, generosior, qvàm de hisce studiis cogitatio & militia pro VERITATE.

Non dimitto te, *Lector*, dum reliqvum, sed non adeò vetus, tibi exolvam de verbo *saccellare* suprà p. 391. hoc ipso capite factum. Expectas enim ut probem qvod de ejus significatione docebam. Ecce autem! *Gariopontus* l. 1. c. 16. in cura doloris aurium: *Ex furfure in vino calido saccellamus.* Ibid. de cura surditatis: *Qvod si surditas fuerit sine dolore, maximè saccelleutur, & ventrem purgent ex catapotiis & gargarizent. Valescus de Taranta l. 2. c. 51.* de dolore auris à frigiditate: *Torrefiat milium & sal & inde saccelletur auris.* Ib. de oppilatione auris: *Si dolor remaneat fiat saccellatio cum milio & sale.*

sale. Idem usurpat de speciebus qvæ saccellis includi solent l.3. c.50. *Scias qvod usus cimini & anisi & carvi valent in omni surditate à caussa frigida sive comedantur sive saccellentur,* id est, in sacculis adplicentur. Sufficit.

De *gutta* p.392. verè divinavi esse *ammoniacum*: Sic enim de hoc *notha Dioscoridæ* l.3.c.98: οἱ δὲ ἀγάσυλλον, οἱ δὲ κριόδες, οἱ δὲ ἡλιόεις, Ῥωμαῖοι γοῦττα.

In rubrô capitis secundi p.323. est qvod in nigro ejusdem non reperitur, inadvertentiâ typographi, qvi eam de Apollonio Bibla particulam omisit. Hæc igitur eò pertinentia ante observationes de Hygino p.372.insere, mi optime Lectori: Zeno Herophiléus medicus de significatione notarum, qvæ ægrotis *lib.3. Epidem. Hippocratis* adscriptæ sunt, commentarium scripserat; Eum peculiari volumine refutavit Apollonius ὁ Βιβλᾶς ἐπικληθεὶς, *Galen.comm.2. ad3. Epid. t.5.* sine dubio qvòd esset βιβλιακὸς & helluo librorum, uti Didymum βιβλιολάθαν, Συντακτικὸν & χαλκέντερον, itemqꝫ Apionem hominem multis literis præditum Μόχθον cognominârunt. Hinc exemplaria Latina Galeni & *cap.17. de Polymathia I. VVovveri*, qvæ *Apollonium Cycladæ* adpellant, emendanda sunt.

CAP. V.

Infelicitas versionum Latinarum è Græcis. Plinio majori impacta culpa ignorantiæ, necqvicqvam repugnante Scaligero. Itali in vertendis Græcis primi. Iudicium de Ambrosio Diog. Laertii: de Andrea Divo Aristophanis: de Chr. Persona Agathiæ: de Albano Thorino Pauli Æginetæ: de Ioh. Arcerio Iamblichi interprete. Laus P. Leopardi. Autores Græci octodecim locis qvàmplurimis à corruptelis suorum translatorũ vindicati: Herodotus, Apollodorus, Aristoteles, Strabo, ubi qvid Chalcidicũ & unde dictum, & vulgata in Isidoro lectio adserta contra C. Barthium: Plutarchus; Aristides; Ælianus; Lucianus, ubi de ταυρέᾳ, scutica, explicatus Palladius con-

trà

trà G. Hervetum: flagrorum materia multiplex: Rævardi oscitantia in Plinii lectione; emendatus è conjectura Plutarchus: fustis unde: Dion; oscula per digitos: Eunapius, qvid λέξεις κατεγλωττισμέναι: Proclus: Damascius in vita Isidori Philosophi, ubi de historia Philosophica falsò tributa Galeno error Gesneri: qvid orarium, de qvo explicatus Suidas: qvid ἐκμαγεῖον, de eo Plato novè expositus circà usum lienis: qvid ὁμακόειον in rebus Pythagoræ: Photius: Zonaras. In titulo orationis cujusdam Lysiæ vertendo lapsus Cl. Maussaci: qvid σηκὸς; Suidas suppletus & correctus: Epigraphas operis cujusdam Socratis & Telephanis aliter videri interpretandas qvàm à Cl. Vossio in Laërtio, & à Dalechampio in Athenæo factum: τὸ Ἄστυ, Athenæ. Qvid Segumenus, qvid Xerocercus indicatum.

UNam principalem potissimamqve causam comminisci licet ejus, qvòd in omnem Romanorum literaturam, cum floreret maximè, augustissimis optimisqve temporibus tanti errores irrepserunt, fatali successione perennarunt, & ad seqventia secula sub larvâ veritatis perduraverunt; veterum & exoticorum idiomatum, Græci inprimis & Barbarorum vel ignorantia, vel non exqvisita cognitio, ea fuit, sive ex inertissima segnitia τῶν ἐχθροξένων sive è fastidio delicatissimo τῶν φιλοπατρίδων orta. Hinc enim factum est ut in codices à descriptoribus non semper doctissimis illatæ falsæ lectiones non tollerentur substitutis genuinis, conniventibus interim Lyncéis Criticorum oculis, & interpretationes hic ita obtinentibus similes magno numero parturirentur, conseqventerqve de malis Græcis Latina freqventissimè scriberentur deterius. Accidit hoc spectatissimis Romanorum *Ennio, Paccuvio, Atilio*, ut fabulas Sophoclis & Euripidis optimè scriptas, vel male, vel non ita graviter ornateqve redderent. *Ciceronem* qvi judicio nonnullorum & testimonio Aratéorum Φαινομένων ab ipso redditorum, Græcis literis

 fuit

fuit eruditissimus & columen priscæ Latinitatis, in vertendis Græcis aliqvando allucinatum esse *Ios. Scaliger* minimè omnium præceps & falsus rarissimè judicavit. *Plinio* admirabilis industriæ scriptori, conditori naturalis historiæ suæ ætatis doctissimo, *Nicol. Leonicenus* proavorum memoria consummatissimus medicus & adsertor solidæ doctrinæ inter primos Græcarum literarum cognitionem ademit; qvod etsi ægerrimè ferat *Scaliger*, dictumqꝫ adeò nolit, acerrimam PliniI defensionem moliens tribus ad *Franc. Vertunianum* Epistolis, tamen ὁ πρωκτὸς λυτροῦ περιγίνεται. Sæpissimè enim & vel sexcenties in ejus libris, cæteroqvin laudatissimis, adparet, unde *Aristotelem, Theophrastum, Dioscoridem* non intellexisse, colligi possit; minimùm Φιλοπλινίους fateri oportet hac culpa teneri, qvòd vel ab interpretibus parùm idoneis & fidelibus sibi imponi passus sit, vel vitiosos codices, in qvos inciderat, corrigere non valuerit: qvæ simplicitas & impotentia imperfectionem in hoc genere Græcæ literaturæ satis ostendit. Sed eam condonemus viro domi militiæqꝫ summo, & compensari tàm diffusa eruditione & meritis illustribus unicam hanc ignorantiam patiamur. *Hier. Cardanus*, qvi Plinium plebeio imò barbaro convitio *asinum & omnium bonarum artium ignarum* adpellavit, οὐδ᾽ ἐν λόγῳ οὐδ᾽ ἐν ἀριθμῷ hîc nobis; furore enim id fecit, non simplice sive malignitate sive inscitiâ, non sine maxima dignitatis suæ jacturâ. *Matthiolum & Amatum Lusitanum*, qvi *Leonicenum* secuti multa in eo notaverunt, *latrantes caniculas* vocet *Scaliger*; latrarunt ubi latronem vel feram latere sciebant, & hospitem PliniI lectorem de insidiis falsimoniæ monuerunt. Idem suo loco fecit *Iac. Dalechampius*, qvem sanando Plinio immortuum esse dicere possimus, & æterno opere Plinianarum Exercitationum *Cl. Salmasius*, cujus beneficiarius audire velit, si ei redire detur, *Plinius*: & tamen nec sic occupata sunt omnia & indicata, qvæ pravè vel oscitanter ab eo è Græcis versa sunt: cujus rei fidem dubitanti aliqvando faciemus. Infelicitas Latinarum è Græcis translationum seculis subseqventibus fortasse

fuit

fuit major, cum barbaries obtineret; Eam tamen duobus abhinc seculis; tum enim in Italia Lux literis oriebatur & redibat vita; cum æterna suæ gentis laude superare inceperunt Florentini primi, *Marsilius Ficinus, Lapus Castilionius, Laurentius Laurentianus, Poggius, Alemannus Rhinuccinus, Donatus & Zenobius Acciaoli, Cosmus Pactius: Marcel. Virgilius: Iacobus Angelus*; tum *Franc. Philelphus, Angelus Politianus, Gregorius & Lælius Tifernates, Darius Tibertus, Nicol. Perottus: Leonh. Brunus Aretinus, Laur. Vallensis, Gvarinus Veronensis, Petrus Candidus December, Stephanus Niger Cremonensis, P. Paulus Vergerius, Barthol. Facius*, qvibus Latinas classicorum scriptorum versiones debemus, sive sacra sive profana legamus. Horum virorum incredibilem diligentiam imitati proximo seculo *Erasmi, Longolii, Goclenii, Gvinterii, Pirckheimeri, Camerarii, Fichardi, Cornarii, Copi, Gesneri, VVolfii, Xylandri, Cruserii, Budæi, Stephani, Gelenii, Mycilli, Hartungi, Rhodomanni, Porti, Canteri, Rittershusii, Vossii, Crusii, Hœschelii, Sylburgii, Casauboni, Meursii, Heinsii, Maussaci*, multiqꝫ præterea è Gallis & Anglis bono literarum Græcarum nati heróes vel priorum versiones incultiores expoliverunt, vel dederunt novas, vel scriptores è bibliotaphis erutos primùm Latinos legi fecerunt. Italorum, ut ad hosce redeam, in hoc genere fervorem & indefatigabiles animos mirari licet, qvi qvasi signo dato ad opus ruêrunt veriùs qvàm processerunt; nonnulli etjam virium suarum nimium confidentes indecorè rem gesserunt, ad qvam non satis instructi accesserant. *Ambrosius* Camuldulensium Ordinis Generalis sub Emanuele Chrysolore tantum profecerat, ut Dionysi Areopagitæ, ut volunt, de cœlesti hierarchia libros, itemqꝫ Diogenis Laërtii historiam Philosophorum transferre cogitârit; à *Philelpho* tamen traducitur, *non esse eum qvi Græcæ orationis significationem, proprietatem, differentiam & elegantiam teneat; βουλόμενος τὴν φράσιν ἑλληνίζειν, λατινίζει τὸ παράπαν, l. 1. E. 7. & alià ad Lapum Flor*: Qvare utriqꝫ operi limam seqventibus temporibus adhibuêre; illi qvidem *Ioach. Perionius* mon. Benedictinus; huic *Bened. Brugnolus Venetus* proximior, & remotiores ab Ambrosio *Adr. Iunius, & I. Sambucus*, Aristophanis

Comœdias nugatoriâ interpretatione, (verbum enim verbo reddidit & qvod planè ridiculum est Græca non Intellecta Latinis literis expressit, qvasi hoc fuco Latina futura) prostituit *Andreas Divus Iustinopolitanus*, qvæsito etiam illiberalibus ineptiis patrono Cardinali Al. Farnesio, anno 1538. Sed ne & hac parte commoda Juventutis laborarent aliâ & qva melior fieri non poterat dedit *Nicod Frischlinus*. Agathiæ Smyrnæi Scholastici, historici & Poëtæ libros V. de imperio & rebus gestis Justiniani Imp. convertit *Christoph. Persona Romanus*, præfectus Biblioth. Vaticanæ anno 1484. At vitia & errores ejus qvàmplurimos post annos centum detexit *Bonav. Vulcanius* & edolavit non paulò doctiorem interpretationem, ut jam diem posteriorem (sit sanè alio sensû prioris discipulus) prioris magistrum adpellare liceat. *Albani Thorini Vitodur.* medici Basiliensis in vertendis Pauli Æginetæ septem de arte medendi libris conatus satis qvidem laudabilis est; fecit enim de exemplo manuscripto malè habito, confuso, & variè mendoso primus: sed qvàm longè aberrarit nonnunqvam *I. Gvint. Andernacus* & *Gv. Copus* iterato interpretationis labore docuerunt. De *Iohannis Arcerii* operâ in Jamblichi Pythagoricis commentariis locata, ut taceret *Rittershusius notis ad Malchum de vita Pythag.* res ipsa loqvitur, infeliciter ipsi cessisse & planè ἐπὶ τὰ Μανδραβόλου, qvod ajunt, ultima primis etiam turpiùs, tàm cum emendatis, qvàm cum interpretantis partes sibi sumsit. In notandis hoc genus accuratissimus fuit, ὡς οὐκ οἶδα εἴ τις ἕτερος, *P. Leopardus*, & castigationes circà interpretes Græcorum diversos utilissimas doctissimasq; instituit; cujus exemplo circa tales pari curâ, nescimus an successu simili, sategimus, & dabimus hoc capite præteritas ab aliis vitiosarum interpretationum minutias, vel contemtas (κεῖνοι γὰρ θρίπας οὐ θηρῶσιν) in autoribus nobilissimis.

Apud *Herodotum l. 7.* in oratione Artabani, qva Xerxen à bellô dehortatur, pulcerrimam gnomen, παράλληλον sacris, istam legimus: ὁρᾷς, ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ Θεός, οὐδὲ ἐᾷ

φαν-

φαντάζεσθαι. τὰ δὲ μικρὰ οὐδέ μιν κνίζει. Priora ejus l. 2. c. 3 extr. explicavimus: ultima *H.Steph.* reddidit; *Parva verò nihil lædit* Nihilo meliùs *Sylburgius*; *Parva verò ne vellicat qvidem.* Uterq; Accusativum Μιν ceu otiosũ præteriit, & propositionis terminos in posteriore parte converti, ut qvod Subjectũ in priore fuerat hîc prædicati rationem sustineret, non animadvertit, modũ etjam loqvendi, qvo verbum singulare Nomini plurali Neutrius generis jungitur, non observavit; qvæ in tribus verbis plura errata sunt. Hoc autem voluit Artabanus: *Deus fulminat in sublimia & grandia: humilia verò & minuta ipsum non angunt*, non commovent ut de iis curet adeò. Κνίζειν de molesta corporis uredine, qvalis ab urticâ inducitur & prurigine dicitur; tum transfertur ad animum scrupulo, sollicitudine, offensione, & adfectu qvovis ingrato occupatum turbatumq;: ut apud Eurip. *Androm. v. 208.* & apud *Herodian. l. 4. c. 16.* ubi est τῶν σκωμμάτων κνίζειν μάλιστα, ὅσα ἐλέγχει τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀλήθειαν, h. e. *ea dicteria maximè pungere, qvæ delictorum veritatem arguunt.*

De Palladio simulacro Διϊπετεῖ, qvod Juppiter ad preces Ilo, conditori Ilii, signum ostenderat, narrat *Apollod. l. 3. bibliotb.* qvod fuerit magnitudine trium cubitorum, τοῖς δὲ ποσὶ συμβεβηκὸς, *pedibus ita compositum ut ambulare videretur*, interpr. *Bened. Ægio:* qvem seqvitur *Nat. Comes l. 4. mythol. c. 5.* Nos aliter ista interpretabimur, qvia nec de Palladio verum sit qvod vertit iste, nec verba Græca id ferant. Sub initiis artis statuariæ simulacra oculis clausis formabantur, itemq; manibus demissis & ad latera connexis, cruribusq; cohærentibus: parumqve admodum à rudi lignô differebant; ita verò effigiata dicebantur συμβεβηκότα, *indiscretis, non diductis cruribus;* primus Dædalus ἀναπετάσας τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τοὺς πόδας διέστησε, *oculos aperuit & pedes distinxit in statuis;* Suid. in Δαιδ. ποιήμ. Appellabantur διαβεβηκότα, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, qvod est *crura ad formandũ gressũ dispandere & divaricare; Arist. 5. de hist. an.* usurpat de statu elephãtis fœminæ cũ marẽ initurũ susceptura est, ubi interpretes qvam-

Comœdias nugatoriâ interpretatione, (verbum enim verbo reddidit & qvod planè ridiculum est Græca non Intellecta Latinis literis expressit, qvasi hoc fuco Latina futura) prostituit *Andreas Divus Iustinopolitanus*, qvæsito etiam illiberalibus ineptiis patrono Cardinali Al. Farnesio, anno 1538. Sed ne & hac parte commoda Juventutis laborarent aliâ & qva melior fieri non poterat dedit *Nicod Frischlinus*. Agathiæ Smyrnæi Scholastici, historici & Poëtæ libros V. de imperio & rebus gestis Justiniani Imp. convertit *Christoph. Persona Romanus*, præfectus Biblioth. Vaticanæ anno 1484. At vitia & errores ejus qvàmplurimos post annos centum detexit *Bonav. Vulcanius* & edolavit non paulò doctiorem interpretationem, ut jam diem posteriorem (sit sanè alio sensû prioris discipulus) prioris magistrum adpellare liceat. *Albani Thorini Vitodur.* medici Basiliensis in vertendis Pauli Æginetæ septem de arte medendi libris conatus satis qvidem laudabilis est; fecit enim de exemplo manuscripto malè habito, confuso, & variè mendoso primus: sed qvàm longè aberrarit nonnunqvam *I. Gvint. Andernacus* & *Gv. Copus* iterato interpretationis labore docuerunt. De *Iohannis Arcerii* operâ in Jamblichi Pythagoricis commentariis locata, ut taceret *Rittershusius notis ad Malchum de vita Pythag.* res ipsa loqvitur, infeliciter ipsi cessisse & planè ἐπὶ τὰ Μανδροβόλου, qvod ajunt, ultima primis etiam turpiùs, tàm cum emendatis, qvàm cum interpretantis partes sibi sumsit. In notandis hoc genus accuratissimus fuit, ὡς οὐκ οἶδα εἴ τις ἕτερος, *P. Leopardus*, & castigationes circà interpretes Græcorum diversos utilissimas doctissimasq; instituit; cujus exemplo circa tales pari curâ, nescimus an successu simili, sategimus, & dabimus hoc capite præteritas ab aliis vitiosarum interpretationum minutias, vel contemtas (αἰσχροὶ γὰρ θρίπας οὐ θηρῶσιν) in autoribus nobilissimis.

Apud *Herodotum l. 7.* in oratione Artabani, qva Xerxen à bellô dehortatur, pulcerrimam gnomen, παράλληλον sacris, istam legimus: Ὁρᾷς, ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ Θεός, οὐδὲ ἐᾷ φαν-

φαντάζεσθαι. Τὰ δὲ μικρὰ οὐδέ μιν κνίζει. Priora ejus l. 2. c. 3 extr. explicavimus: ultima *H. Steph.* reddidit; *Parva verò nihil lædit* Nihilo meliùs *Sylburgius*; *Parva verò ne vellicat quidem.* Uterq; Accusativum Μιν ceu otiosũ præteriit, & propositionis terminos in posteriore parte converti, ut qvod Subjectũ in priore fuerat hîc prædicati rationem sustineret, non animadvertit, modũ etjam loqvendi, qvo verbum singulare Nomini plurali Neutrius generis jungitur, non observavit; qvæ in tribus verbis plura errata sunt. Hoc autem voluit Artabanus: *Deus fulminat in sublimia & grandia: humilia vero & minuta ipsum non angunt*, non commovent ut de iis curet adeò. Κνίζειν de molesta corporis uredine, qvalis ab urticâ inducitur & prurigine dicitur; tum transfertur ad animum scrupulo, sollicitudine, offensione, & adfectu qvovis ingrato occupatum turbatumq; : ut apud Eurip. *Androm. v. 208.* & apud *Herodian. l. 4. c. 16.* ubi est, τῶν σκωμμάτων κνίζειν μάλιστα, ὅσα ἐλέγχει τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀλήθειαν, h. e. *ea dicteria maximè pungere, quæ delictorum veritatem arguunt.*

De Palladio simulacro Διϊπετεῖ, qvod Juppiter ad preces Ilo, conditori Ilii, signum ostenderat, narrat *Apollod. l. 3. bibliotb.* qvod fuerit magnitudine trium cubitorum, τοῖς δὲ ποσὶ συμβεβηκός, *pedibus ita compositum ut ambulare videretur*, interpr. *Bened. Ægio*: qvem seqvitur *Nat. Comes l. 4. mythol. c. 5.* Nos aliter ista interpretabimur, qvia nec de Palladio verum sit qvod vertit iste, nec verba Græca id ferant. Sub initiis artis statuariæ simulacra oculis clausis formabantur, itemq; manibus demissis & ad latera connexis, cruribusq; cohærentibus: parumqve admodum à rudi lignô differebant, ita verò effigiata dicebantur συμβεβηκότα, *indiscretis, non diductis cruribus*; primus Dædalus ἀνεπέτασε τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τοὺς πόδας διέστησε, *oculos aperuit & pedes distinxit in statuis*; Suid: in Δαιδ. ποιήμ. Adpellabantur διαβεβηκότα, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, qvod est *crura ad formandũ gressũ dispandere & divaricare*; *Arist. 5. de hist. an.* usurpat de statu elephãtis fœminæ cũ marẽ initurũ susceptura est, ubi interpretes qvam-

qvamvis acutiſsimi nihil viderunt; eſt enim συγκαθιέισα καὶ διαβάντα, demittens clunes & crura diſpandens; uti συμβαίνειν coalitis eſſe cruribus & indiſtinctu: cum qvalibus Palladium adparuit Ilo. Iisdem verbis fabulam de Palladio refert *Tzezes ad Lycophr. pag. 64.* ut de vera in *Apollod.* lectione minùs dubitare aliqvis poſſit, aut adprobare, ſi qvis alius συμπεφυκὸς ſubſtituere audeat.

Strabo l. 12. ubi de urbis Cyzici ornamentis, ædificiis, & theſauris, ſcribit habere eam tria armamentaria ceu publicas apothecas: unum qvidem armorum, alterum inſtrumentorum ſeu machinarum, tertium frumenti ad ſublevandam plebis inopiam & famem prohibendam. Ποιεῖ δὲ τὸν σῖτον ἄσηπτον, addit, ἡ χαλκιδικὴ μιγνυμένη. Interpres vertit, *frumentum à putredine defendit Chalcidica adjecta.* Qvænam autem *Chalcidica*? ficusne, qvam *Colum & Plin. l. 14 c. 18.* à triferô proventu commendat; an lacerta, qvam nonnulli apud *Plin. l. 29. c. 5.* reperiſſe putant, cum ſit chalcis, ab æris colore ita dicta beſtia; an gallina de genere gallorum Chalcidicorum, qvos *Varro 3. de re ruſt. c. 9.* ceu pulchros & ad præliandum inter ſe idoneos deſcribit? Nugæ, qvos defecta locutio parit! Frumentis, qvæ non niſi benè exiccata & toſta in penſilium granariorum tabulatis ligneis vel horreis qvorum pavimenta & parietes opere tectorio inducti congerere mos eſt, tàm putredo, qvàm ſitus, qvando conferbuerunt vel humiditate adventitia tacta ſunt, & hinc σαπρότης, ſeu marcor carieſq;, & beſtiolæ, gurguliones, coſsi, blettæ, papiliunculi exitio ſunt. Ἄσηπτον igitur h. l. eſt diuturnum, qvocunq; modo incorruptum & vitio carens, non ſolùm imputridum. Ei rei, ut grana ſint firmiora & ſolidiora amurcam aſpergere jubent: qvidam adfriant Chalcidicam aut Caricam cretam; alii apſinthio id præſtant; alii ſubſtratâ conyzâ vel ammixtis coriandri foliis ætati addunt; *Varro. l. 1. de re ruſt. c. 57. Plin. l. 18. c. 30. Pallad. lib. 1. c. 19.* Græcis qvidem uſitata eſt ellipſis vocabuli γαίας ſeu γῆς, & vel adjectiva tum ſubſtantificantur, vel ῥῆσις per intellectum facilè ſuppletur; Ita ἐργάσιμος pro terra

terra culta; *Μηλία* & *μηλὶς* apud *Plut.* & *Ælian.l.2.c.2.* pro terra è Melo; ut *κεραμῖτις* ap. *Hip.r.de morb.* pro terra figulina: *χωστὴ* & *χυτὴ*, pro terra aggesta sepulchris mortuorum; *ξένη*, pro terra peregrina: *τραφερὴ* pro terra continente; Sed Latini non ita consvevêre. Qvare cum *Varr.* & *Plinio*, si *Strabonem* intelligi Latinè velimus, ita loqvemur: *Frumentum incorruptum servat terra Chalcidica ammixta.* Eandem vim, qvod frumentum corrumpi non sinat, tribuit *Plin.l.d.* Olynthi ac Cerinthi Eυbœæ terræ. Utraqꝫ vi siccandi, qvam omnibus terrarum cretarumqꝫ generibus tribuunt *Gal 9.de simp.med.fac.* & *Diosc.l.5.* id præstiterit. Ex eâ terrâ Chalcide alia a pavimenta fieri solita colligit Cl. *Barthius l.53.c.3.* & inde palatia seu ambulatoria eâdem strata nominari *Chalcidica* putat; sed utrinqꝫ fallitur. In sola domorum sternenda, ceu rudus vel materiam nuclei pultisvé pro strato, crusta vel corio inducendo, acceptum nec *Strabo* nec alius qvisqvam ex iis qvi pavimentorum & solariorum rationes descripsêre dixit; sed adfriatam vel insipatam frumento ad conciliandam diuturnitatem fuisse; qvæ actio qvid ad pavimenta pertinet? Pavimenta granariorum ex argilla, acere è frumento, & amurca, construere vel opere tectorio marmorato loricare jubent, contrà murem & vermem; qvod ad terram Chalcidicam incircumspectè trahitur. Nec igitur *Chalcidica*, i.e. *ὑπερῷα*, palatia, diætæ, meniana, exedræ seu salæ, à pavimenti ratione ita dici potuère. Chalcidici vocabulum extat apud *Hyginum fab. 184. Ausonium perioche Od.1.* & *23. Arnob. l.3.* pro conclavi, habitaculo, stanza. Pleniùs *Isidorus*: *Chalcidicum, foris deambulatorium, qvod & peribulum dicitur* & *iterum*: habens scil. pro solario, *προφόρους ξύλων ἐξοχὰς*, provolante tecto è projectis tabulis composito, qvod per circuitum eminentias qvasdam habere amat ne facilis in præceps lapsus sit; *Salm. not. ad Spartiani Pescenn. Nig.* Id qvòd in eo deambulantes conspicerentur foris, essentqꝫ qvasi extra ædes, vel qvòd super foribus emineret, *foris deambulatorium* dixit; qvod in IOVIS mutasse *Barthium l.22.c.1.* præcipitantiâ factum est & à nemine vel mediocriter intelligente admittetur.

tur. Neq; enim tàm in cœlo, ubi Jovem deambulare tanqvam in ſede propria convenit, oſtendi poſſunt meniana, qvàm in ædificiis hominum uſibus extructis; ea verò ſunt Chalcidica, à Chalcidenſium ædificiorum ratione fortaſsis ſic adpellata, uti meniana à Menio qvodam, qvi primus ſuper columna tectum projecerat è provolantibus tabulis, unde cum ſuis munus gladiatorium ſpectare poſset: *ſic Aſconius in 1. Verrinam.*

Idem l. 17. de Maſſæſyliis in Africa, qvi Nomades à profeſsione paſtoritia dicuntur: Ἀνάγκη δὲ τοὺς τοιούτους εὐτελεῖς εἶναι τὸν βίον καὶ τὸ πλέον ῥιζοφάγους ἢ κρεωφάγους, γάλακτι δὲ καὶ τυρῷ τρεφομένους: *Eſt verò neceſſe tales victû vili uti, plerumq; radices edere, & carne & lacte & caſeo nutriri:* Interpres planè contradicit ſuo autori. Carnium enim eſus non eſt εὐτελέων τὸν βίον, καὶ πλάνητα τὸν βίον ζώντων, qvales ſunt Numidæ iſti & Nomades Scythæ, γλακτοφάγοι, ταῖς διαίταις εὐτελεῖς ὄντες, l. 7. Conjunctio verò ἢ hoc loco electiva eſt, non disjunctiva: τὸ πλέον, *freqventiùs, plùs, magis.* Hoc igitur vult *Strabo*, Scythas magis & familiariùs veſci radicibus, qvàm carnibus; lacte autem & caſeo ali.

Elegantiſsimum ſenarium ſive Menandri ſive Ionis, ap. *Plut. l.* περὶ εὐθυμίας iſtum, Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο, ita reddidere interpretes, *ob inopiam moroſi ſunt qvibus eſt malè.* Qvis credat ægrotantes de paupertate ſua angi, & ideò moroſos ſe exhibere? Implacidi ſunt, importuni, & malè contenti etiam purpurati, qvi ſerico byſſoq; decumbunt, & circà qvos nullius rei, qvantumvis raræ, penuria animadvertitur; non ergò ob inopiam ægrè ferunt conditionem ſuam. Ἀπορία h. l. ἀλογιστίαν, judicii defectum, vel etiam animi abjectionem & perplexitatem, deſperationemq; ſignificat, cum qvâ anxietas, ῥιπτασμὸς καὶ ἀλύκη, corporis jactatio & incontinentia conjungitur; qva fit ut ſubinde deſideria ſua mutent, neſcii qvò ſe vertunt, & nihil tamen iis ex animi ſententia fiat. Talibus *Plutarchus* comparat eos, qvi humanæ vitæ inqvies & ambi-

ambiguum, cujus cuicunq; generi ſua ineſt moleſtia qvaſi congenita, mutatione corrigi poſſe fruſtrà ſperant, cum recta ratio qvemvis præſentem ſtatum boni conſulere, eóq; alacriter ſuaviterq; ſine perturbatione & hæſitatione uti doceat. Sin ἀπορίαν ad morbum qvis referre velit, periculum, ἀμηχανίαν & difficultatem, qva vix eluctaturus ſit æger, ſignificat; ſed qvod prius dixi, videtur verius.

Plutarchus vitâ Themiſtoclis de Xerxe, poſtqvam Themiſtocles exul Athenis ad ipſum confugiſſet, narrat, qvòd apud amicos beatum ſe ob ſummam felicitatem (is enim qvem hoſtem acerrimum habuerat paulò ante, nunc ſupplex eum adorabat) prædicaviſſe, καὶ κατευξάμενος ἀεὶ τοῖς πολεμίοις τοιαύτας φρένας διδόναι τὸν Ἀριμάνιον, ὅπως ἐλαύνωσι τοὺς ἀρίστους ἐξ ἑαυτῶν, θῦσαι τοῖς θεοῖς λέγεται, *& imprecatus, ſemper ut hoſtibus talem mentem, qvo à ſe optimos qvosq; propellerent, inderet Arimanius, Diis ſacrificaſſe feratur.* Aoriſtus κατευξάμενος verbi Deponentis eſt, & regit Infinitivum διδόναι, *optavit, imprecatus eſt, ut daret.* Interpres autem cum Accuſativo Ἀριμάνιον iungi putavit, *precatus eſt Arimanium*; qvod genio Græcæ lingvæ & communi Grammaticorum ſententiæ adverſatur. Κατεύχομαι enim ſolùm imprecandi ſignificationem habet & vel cum qvarto caſu qvi rem indicat, & ſecundo, qvi perſonam; ut κατεύχεσθαι δεινὰ κατά τινος: *gravia alicui imprecari*: vel cum Accuſativo perſonæ, ut κατεύχομαι δεδρακότα, *execror, deteſtor eum qvi fecit:* vel abſolutè ponitur, ut hoc loco; cui ſimile eſt & interpretationem noſtram confirmat, qvod ex *Æliano* habet *Suidas.* Αἱ δὲ κατευξάμεναι τὸν χῶρον πάντα ἐκεῖνον Λακωνικῷ αἵματι κατακλυσθῆναι ἑαυτὰς ἀπέσφαξαν: *Illæ verò, imprecatæ totam iſtam regionem ſangvine Lacedæmoniorum inundari, ſeipſas jugulârunt*: qvæ verba de Scedaſi Bœotii filiabus, qvas Spartani hoſpites per vim vitiaverant, dici putarem, niſi *Plut:* narratio, qvi eas poſt ſolutam Zonam interfectas & in puteum conjectas fuiſſe ſcribit, repugnaret. Certè utræq; & hæ & iſtæ *Æliani* ſtupri contumeliam acerbiſſima qvavis morte

pertulerunt iniqviùs. Nō extant ea in editis *Æliani*: fors ergò est è τῶ περὶ προνοίας, vel è τῶ περὶ θείων ἐνεργειῶν, qvæ *Suidas*, vel è διαλέξει ἰσορικῇ, qvam *Stephanus* allegat, deprompta esse.

Ista *l. de avd. poëtis*, ἐν ταῖς νομαῖς ἡ μὲν μέλιττα διώκει τὸ ἄνθος, ἡ δὲ αἶξ τὸν θαλλὸν. Ἡ δὲ ὗς τὴν ῥίζαν ita reddi debuêre: *in pascuis apis flores captat, capra frondem* seu termites carpit, *sus radicem* qværit. Νομαὶ ἀπὸ τοῦ νέμεσθαι, *prata, agri pascui, florentes*, qvibus *arvi* seu *consiti* opponuntur. θαλλὸς ramus virgulti in frutetis, qvo delectatur genus caprinum. Interpres ἐν νομαῖς *inter pascendum* vertit: qvod etsi non sit inelegans, tamen videtur præter *Plut.* mentem esse. Comparat enim Poëma, è qvo alius aliud observat & discit cum prato uno, in qvo diversa animalia pascuntur, qvodvis tamen peculiare & sibi gratum pabulum legit, non tàm actionem sev lectionem qvàm ipsam prati & poëmatis conditionem, qvæ tàm varia tàm diversis idonea suppeditet, primariò insinuans. Et sic intellexit hanc similitudinem ab antiqviore aliqvo acceptam, *Seneca*, cum *in eodem prato à bove herbam, à ciconia lacertam, à puella florem qværi scribit*; nisi eam ipsam à *Seneca* mutuari *Plutarchum* dicere libeat. E Solonis qvadam elegia *Plut.* hunc pentametrum, qvo varium vulgi ingenium & instabilitas in judicando indicatur laudat: Ἔργμασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπόν. Eum cum interpretes ita reddidêre: *Omnibus in magnis difficile est canere*, nescio qvid cogitârint. Nam & aspiratio & modulus verbi ἁδεῖν docere poterat, *cantionem* h. l. nihili esse, & vertendum fuisse: *In rebus magnis* expediendis *difficile est omnibus placere*. Ἁδεῖν Indefinitum secundum Infinitivi est, cujus præsens ἁνδάνειν.

Aristides Adrianensis in Orat. Panathen. ap. Phoc. c. 245 Postqvam res Atheniensium trium præcedentiū Monarchiarum temporibus gestas enarrasset, ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ μόνη μὲν ἀντέχει, *inqvit*, ἄριστα δὲ ἀπήλλαξε τῶν ἄλλων: hoc est, *Monarchiæ qvartæ* Romanorum *sola restitit urbs Athenarum sed omnium optimè*, tolerabilissimè, *absoluta est*, vel defuncta, cum reliqvæ civitatis Græciæ vel excisæ sint à Romanis, vel tamen libertatem omnem ami-

amiserint & statu suo exutæ in ruderib⁹ suis gemant; ἀπαλλάττεσθαι est dimitti, exitum conseqvi, effugere, eximi, liberari, αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν, turpem exitum habuêre, *Isocr.* Qvid Interpres *Gv.Canterus*, qvi vertit, *optimè omnium liberavit*, velit, nondū intelligo. *Idem in Orat. pro Rhetor. contra Platonem 1.* de ratione adpellationis qva Rhetores vocantur Demagogi: Τὴν ἐπωνυμίαν διὰ τοῦτο εἰλήφασι παρ' αὐτῶν ἀντ' ἄλλου συμβόλου (ita lego pro συμβούλου) μαρτύριον τῆς ἐξουσίας λέγω τὴν τῶν Δημαγωγῶν οὐκ ἐπειδὴ ὑπὸ τῶν δήμων ἄγονται, ἀλλ' ὅτι τοὺς δήμους ἄγουσιν, i. e. *Nomen, de Demagogorum loqvor, acceperunt ab istis, vice alius signi, ceu testimonium eminentiæ* vel potestatis, *non qvod agantur, feranturve à populo, sed qvod populum ducant.* Qvod *Canterus* reddidit, *in signum libertatis*, id minus qvàm decet dicit; non enim liberi tantum sunt, sed præterea agunt qvæ imperii aliqvam speciem & præ populo excellentiam arguunt, Oratores. *Idem Orat. Miltiadis pro Themistocle:* Τοῦτί γάρ ἐμοὶ τῆς ἀπορίας διαλύσαντες, ἕως ἐχέτωσαν τὰς τιμὰς τὰς αὐτὰς τῷ Ἀπόλλωνι, σταθήτωσαν παρὰ τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν οἱ Ἕλληνες ἕως ἐκ τοῦ τοὺς βαρβάρους καταπολεμῆσαι καὶ τὰ ἐκείνων λαβεῖν ἀπὸ τῶν βαρβάρων, ἀνέστησαν. Versio *Canteri*: *Hunc enim si solverint nodum, donec tribuant honores Apollini, juxta Delphicum tripodem, qvem de Barbaris dedicârunt Græci, stanto.* Non laborandum est maximoperè cuiqvam, qvi vitia versionis velit ostendere; imperfecta est & præterea ἀσήμαντος. Nobis videtur hoc dixisse *Aristides*: *Hoc verò unicum dubium si mihi solverint, habento sibi*, accipiant, *honores* (vocula enim ἕως è seqvente linea huc irrepsit, & hoc loco abundat) *Apollinis* vel eosdem cum Apolline: *statuuntur etiam juxta tripodem Delphis, qvem Græci donec ab eo tempore Barbaros expugnarent & qvæ ipsorum erant reciperent à Barbaris, dedicarunt*; cujus interpretationis ratio nemini non aperta est & probabilis.

Ælianus lib 13. ποικ. ἱστορ. c. 6. duo in Thaso vinorum genera nasci scribit, καὶ τὸν μὲν ἕτερον πινόμενον, εἰς ὕπνον κατά-

γαν εὖ μάλα βαθὺν, καὶ διὰ ταῦτα ἡδὺν; & alterum qvidem si bibatur in somnum valdè profundum deducere & idcircò svave esse: alterum vitæ inimicum esse, vigilias & molestias parere. Ultima de priore genere interpres *I. Vulteius* de somno intellexit, qvasi vinum id svavem somnum adferret. Id verò absurdum est; cum somnus profundus torporem inferat & stuporem, non svavitatis naturæ convenientis sensu demulceat. Est autem Infinitivus εἶναι repetendus ἀπὸ κοινοῦ è seqvente colo periodi, τὸν δὲ ἕτερον ἀντίπαλον εἶναι τοῦ βίου. Est prætereà falsum vina ista ἀντιπράττοντα apud Thasios fuisse nativa. Ἐν Θάσῳ, inqvit *Theophr. l. 9. hist. plant. c. 20.* αὐτοὶ τινὰ ποιοῦσιν ὑπνωτικὸν οἶνον: Qvæ verba *Athen. l. 1.* ex eo recitat; & *Plin. l. 14. c. 18. Thasios duo genera vini diversa facere proditur;* unde artificialia fuisse scire potuit *Ælianus;* τὸ γίνεσθαι ergò à memoriæ lapsu est. Fuêre alioqvi Thasia vina in maxima autoritate apud vetustissimos, non tantùm *Anaxipolis* & *Plavti* sed & *Hippocratis l. 3. de morbis* testimonio.

Idem l. 14. c. 35. ὅτι Λαΐς καὶ Ἀξίνη ἐκαλεῖτο, *qvod Lais scortum etiam Bipennis*, Ascia, Securis, *fuerit vocata*, ideò qvod nimium pro meretricio exigeret & facultates amatorum attenuaret, ut fabri ligna dedolant. Interpres qvi Græcam nomenclaturā *Axine* retinet, eo ipso non est interpres. *Florus*, cui Fabium Θυρεὸν adpellatum fuisse è Posidonio innotuerat, cum *Imperii scutum* vocavit *l. 2. c. 6.* alius Marcellum Ξίφος & Ochum Μάχαιραν ὀργάνῳ φονικῷ παρεικασθέντας, & agnominatos ab eo, *Gladium*.

Lib. 1. cap. 16. ἡ ναῦς ἡ ἐκ Δήλου, Interpreti est *navis è Delo*. Sed repetitio articuli aliud insinuat & qvidem Atticæ antiqvitatis partem, qvam nobis vulgata versio intervertit. Erant Atheniensium triremes sacræ, qvas usibus Reip. & negotiis urgentibus expediendis, cum esset προπόντινα ἐν γάλαξι καὶ ἐν σπαργάνοις, condiderant, duæ; una πάραλος qvam ablegabant cum dux Reip. esset è solo peregrino accersendus; altera Σαλαμινία, qva adducebant eos, qvi in jus vocabantur: eadem dicebatur

batur Δηλιὰς & Θεωρὶς, qvòd qvotannis in Delum mitteretur, eâqꝫ ad peragenda sacrificia, ad solennes conventus, ad certamina, ad spectacula, & ad oracula sciscenda ire solerent. Et hæc est qvam h.l. indicat *Ælianus*, scil. postqvam Δηλιὰς rediisset Socrati, qvi qvamdiu ea abfuisset in carcere fuerat detentus, fuisse moriendum. Non enim cum Theoris è portu solvisset, solebant qvenqvam capitis damnatum supplicio adficere, donec esset reversa: *Suid. in* Θεωρὶς. De aliis succedentib⁹ temporib⁹ additis Demetriaca, Antigonide, Ptolemaide & Ammonide, qvas *Ulp. Com. ad Demosth. Midianam & Suid. in* Πάραλος recensent, nihil hîc attinet dicere; sufficit intellexisse, non navem è Delo qvamvis, sed Deliada seu Theorida ab *Æliano* significari.

In *Luciani Lucio seu Asino* complusculа sunt, qvæ *Micyllus* Interpres cætera non indoctus peccavit. Καὶ ποταμὸς ἦν ἀένναος ἐν τῇ ὁδῷ, *fluvius erat in via perennis*. Ἀένναος, ὁ ἀεὶ ναίων ἢ ῥέων. Ipse, *absq; navi*, ἀπὸ τῆς ναὸς deduci opinatus. *Ib.* ὃ γὰρ ἦν καταβὰς τὸ χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι, κἀμὲ χαμόθεν ἐπεγείρειν: *non descendebat* qvi asino insederat, *ut manum mihi porrigeret*, deest vocula ἕνεκα τὸ ἐπιδοῦναί μοι χεῖρα) *& humo levaret*. Iste, *non enim deses me manibus sublevabat aut chamo erigebat*. Τὸ χαμόθεν à χαμαὶ i.e. *humi*, nihil ad camum, κημὸν, qvi freni genus est: dicitur etiam de πανσικάπη, collari qvod reis & servis ne manus ori admovere & jumentis, qvò minus ex acervo inter triturandum carpere possint circundatur, dicta qvasi πάνυ τὰ κάπτειν, *mandere prohibens*: vel si permittant hoc nobis Grammatici, πανσικύπη, ὅτι πάνυ τὸ κύπτειν, qvòd eos qvorum collis injicitur deorsum spectare impediat. *Ibid.* καί με ἐκ τῆς φορβαίας ἐπιλαβομένη, εἰς τὸ χαμεύνιον εἷλκε; *& me adprehendens capistro*, freno, *in stratum traxit*. Iste, *fune*. At funem decori eqvestris ratio repudiat. Φορβειὰ, Φορβαία, Φορβιὰ & Φόρβιον, inter supellectilem ἱπποκομικῆς, capistrũ cum adpendente loco seu habena significat; dicitur etiam de pelle, qvam tibicines ori circumligabant

olim ad ſvavem ſonum efficiendum. *ſchol. Ariſt. Veſp.* & ad occultandam buccarum tumentium deformitatem, *Plut. l. de Ira*: *Suidas* adhibitam fuiſſe ait, ἵνα μὴ χιδῇ τὸ χεῖλος αὐλητοῦ, *ne tibicini labia finderentur*, vel rimas ducerent; aliàs χειλωτὴρ, ςομὶς, & περιςόμιον; noſtratibus uſitatus hodieq; è ligno dolatus camus, ein Mundſtück. Eſt & φορβεία ſpecies ligaturæ medicæ; διμερὴς qvidē qvæ frontē & os ſimul continet; μονομερὴς, qvæ alterutrū ſolùm, vulnerib⁹ faciei & capitis adcommodanda. Qvin & ſervis conviviorum adminiſtris & officii cauſa menſæ adſtantib⁹ ora camo obturabantur vel pellibus vinciebantur labra, ne poſſent expuere; *ex Amm. Marc. l. 23. L. Creſollius vac. autumn. l. 2. c. 7. ſ. 12.*

Ibid. de Palæſtra, ancilla Hipparchi, cum videret Lucium ex inunctione qvā ipſa ſvaſerat in aſinum verſum: ἡ δὲ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τυψαμένη τὸ πρόσωπον, τάλαινα, εἶπεν, ἐγὼ μέγα εἴργασμαι καλόν: i. e. *Illa utraq; manu faciem feriens* (hic enim plangentium geſtus, caput cædere) *Miſeram me, inqvit, qvantum malum feci.* Interpres Lucio, jam facto aſino, caput demulſiſſe ancillam commiſerantem credidit. *Ib.* eadem ad Lucium: τίς γὰρ ᾠδὴ δύναται μαγεῦσαι τὸν ἔρωτα ὄντα τῆς τέχνης κύριον; id eſt. *Qvæ enim incantatio*, qvod, carmen, *magica arte procurare poteſt amorem, qvi iſta arte ſuperior eſt.* Interpres: *Qvis enim cantibus amorem ſuperare poteſt*, reddens, nec qvid ᾠδὴ, hoc loco nec qvid μαγεῦσαι intellexit. Mox Palæſtra eadem Lucio, ὦ φίλτατε, τούτων μὲν οἶδα οὐδὲν μὰ τὴν κεφαλὴν τὴν σὴν, καὶ τὴν δὲ τὴν μακαρίαν εὐνήν! id eſt *Nihil verò horum, cariſſime, per caput hoc tuum & per beatum hunc lectulum*, ſuper qvo ſcilicet concubuerant, *novi.* Interpres *per benevolentiam erga te meam juro*: qvaſi reperiiſſet εὔνοιαν; cui locus in iſta ῥήσει dari neqvit. *Paulò poſt*: γυμνὸν ἤδη προσδέουσί με δένδρῳ μεγάλῳ, εἶτα ἐκείνῃ τῇ ἐκ τῶν ἀστραγάλων μάστιγι παίοντες. hoc eſt, *nudum me arbori robuſtæ alligant, dein ſcutica illa è taxillis connexa verberantes.* Ejusmodi μάστιγες ἀστραγαλωταὶ parabantur pro Gallis in ſacris Deæ Cybeles

beles τῶν νομίμων παρακινῶσιν & qvid peccantibus, *Plut. l. adv. Colotem*, & pro servis. Apparatum ex hisce *Apul. VIII. Miles.* discere licet: *Arrepto flagro, qvod semiviris proprium gestamen contortis teniis lanosi velleris prolixe fimbriatum & multijugis talis ovium tessellatum, indidem sese commulcat istibus.* Fiebat etiam è nervo taurino scutica, dicta βύνευρος, *Plauto* cottabi bubuli, ἀπὸ τοῦ κοτίζειν, *à verberando*, qvicqvid è bobus desumtum ad verbera inferenda aptatur: è corio bovis in lora conciso, ταυρέα: qvam interpres *Palladii autoris historiæ Lausiacæ Gent. Hervetus* malè de taurina pelle exposuit. Verba c. de Nathanaele Abbate ista sunt: Παραγίνεται ὁ δαίμων ἐν νυκτὶ ταυρέαν κατέχων ὥσπερ οἱ δήμιοι, σχῆμα ἔχων στρατιώτου ῥακοδυτοῦντος, ψόφους ἐργαζόμενος τῇ ταυρέᾳ: *Venit ad ipsum Diabolus noctu gerens scuticam è nervo taurino uti servi publici, habitu militis pannosi, strepitum excitans scuticâ*: Ubi qvod de lictoribus dicit, & de strepitu, pellem tavrinam planè excludit. Lictores autem qvi Prætoribus in provinciis aderant virgas gestasse, qvibus obvios semita cedere, nudare caput, eqvo descendere honoris causa, turbam etiam subsistere & summovere solebant, tralatitium est, petitumqve inde à Romulo qvem ῥαβδοῦχοι & lorarii ad vinciendos facinorosos instituti semper seqvebantur. Præfectorum Augustalium in Ægypto moribus Alexandrini virgis cædebantur, Ægyptii flagellabãtur, *Phil. l. in Flaccum.* Pro clericis & monachis in judiciis Episcoporum ad extorqvendam veritatis confessionem virgæ, & in scholis pro pueris è calamis & caulibus, ferulacei generis, è scopionibus betulæ & viticis: pro nobiliũ liberis & prætextatis ex angvillarũ tergore fiebant *Plin. l. 9. c. 23.* non muræ narũi, uti risũ *Rævardo comm. de div. reg Iuris*; festina nimis lectione Plini decepto. Est n. de coërcitione puerorũ facta cũ angvillarũ cutibꝰ, fortassis in funiculũ contortis, etiam *veteris scholiastæ Iuvenalis*, testimonium. Apud Laconas pueri si qvid deliqvissent magistris, flagro vel virgâ pollices feriendos præbebant; Vulgata enim apud *Plut. in Lycurgo* lectio, qvæ in respondendo inertes δῆγμα εἰς ἀντίχειρα ὑπὸ εἴρενος *morsum in pollicie* accepisse dicit, suspecta est,

qvod

qvod morsus in castigationem puerilem receptus insolentius qvid sit; πλῆγμα verò factum flagro vel bacillo Laconum plagosorum moribus conveniens est. Qvicqvid sit de hoc, *interpres Luciani* excusari neqvit, qvi μάστιγα *fuste* reddidit: Fustis enim est, qvi Græcis βαστὸς, βατὸς, βατὴρ, βάκτρον, βακτηρία, baculus cui innitimur sive stantes, sive gradientes, vel qvem gestamus εἰς ἄμυναν, vel qvo onera portamus, vel qvo cædimus: aliàs caja, clava, manclavium.

Ad M. Salvii Otthonis Imp. popularitatem, sed qvam simularet, pertinuit, qvod singulis ferè oscula διὰ τῶν δακτύλων *per digitos* singularis benevolentiæ significandæ gratiâ promitteret, mitteretqve, teste *Dione Xiphilinéo.* Factum id nos imaginamur qvod digitos ori adprimeret & carpta inde oscula è distanti in obvios conjiceret. Qvomodo διὰ δακτυλίων *per annulos*, qvos in hanc curialitatem adhibitos fuisse interpres *Gvil. Blancus* putavit, distributa fuerint oscula, ut sumus talium ὑποκρίσεων scenicarum & blanditiarum rudes, non capimus.

Evnapius in vita Libanii dictionem ejus in qvovis genere accuratè exeqvitur, & ostendit libros ejus gratia & facetiis acceptis è vetere Comœdia verbisqve selectissimis ab antiqvitate repetitis scatere, ut ad avrium delicias & lenocinia natus fuisse videatur; addit, παιδείας ὑπερβολὴν καὶ ἀναγνώσεως ἐστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς λόγοις, λέξεσι κατεγλωττισμέναις ἐντυγχάνοντα, i. e. *eruditionem excellentem & multiplicem lectionem in ejus Scriptis reperiet qviqvis in dictiones peregrinas & obscuras* ab eo usurpatas, *inciderit.* Λέξεις κατεγλωττισμέναι non sunt *qvæ illecebras meras & svavia spirant*, ut interpres cætera doctissimus *Adr. Iunius* putat; cujus versio h. l. omni ratione destituitur: sed αἱ κατὰ γλῶτταν καὶ ξένως εἰρημέναι, h. e. qvicqvid vocum vel è peregrino aliqvo idiomate accersitur, vel obscurum, difficile, minùs usitatum & exoletum est. Ξενικὸν enim ἐν λέξει ita interpretatur *Aristot. l. de arte Poët. c. 22.* qvod sit γλῶσσα, μεταφορὰ, καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον,

ξιον, h.e omne qvod ultrà vulgare & proprium adſcendit:& *Galenus in exeg. vocum Hipp.* ὅσα τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐστί, τὰ μὲν τοιαῦτα γλώσσας καλοῦσι. *Qvæcunq; voces olim erant uſitatæ, nunc verò in uſu eſſe deſiere, eas gloſſas vocant.* Iſti verò ſtudio conſectandi vetera vocabula & deſita revocandi incubuiſſe *Libaniam*, è ſeqq. intelligere licet. Dicit enim *Evnapius, ſi qvam ſingulariter elegantem & ignotam propter vetuſtatem voculam reperiſſet,* ὡς ἀνάθημά τι παλαιὸν καθαίρων εἰς μέσον τε ἦγε, καὶ διακαθηρας ἐκαλλώπιζεν, *qvòd eam ceu donarium qvoddam antiqvum luſtrarit, in medium protulerit, & purgatam exornaverit, ſignificationem vel ſenſum ipſi imponens qvi eam ceu heram recens latam* (νεοπλύτῳ, enim legendum eſt, pro νεοπλούτῳ, qvod edidêre) *& raſam famula inſeqvatur,* novum qvidem, ſed qvi veteri & primitivo h. ex vocabulo ipſe conveniret & inſerviret. Iſta ſententia eſt ῥήσεως Evnapianæ; qvam penetraturum fuiſſe *Iunium* ſcio, ſi contendiſſet; ἀλλ' ἡ κύων σπεύδουσα τυφλοὺς τίκτει. Deſumſit autem *Evnapius* τὸ κατεγλωττισμένον hoc ſenſu à *Philoſtrato*, qvi Apollonium ἰδέαν λόγων ἀσκῆσαι ſcribit οὐ τὴν διθυραμβώδη, καὶ φλεγμαίνουσαν ποιητικοῖς ὀνόμασιν, οὐδ' αὖ κατεγλωττισμένην, καὶ ὑπεραττικίζουσαν, ſed adhibuiſſe ὀνόματά τε κύρια καὶ προσπεφυκότα τοῖς πράγμασιν. è qvibus κυρίῳ καὶ ἰδιωτικῷ, *proprio & vulgari* loqvendi modo opponi τὸ κατεγλωττισμένον, & ſignificare qvod diximus, luculenter apparet.

Proclus in χρηστομαθείᾳ γραμματικῇ, cujus excerpta *Photius* c. 239 dedit, de re Poëtica multa ſcitu digniſsimâ, itemq; de qvibusvis carminum generibus & vetuſtiſsimorum Poëtarum Cyclo epico tradidit; qvæ alibi non reperient ſtudioſi elegantiarum. In iſtis excerptis ſignificationem voculæ ἀρετὴ non adſecutus interpres *A. Schottus*, rem notiſsimam obſcuravit. Λέγει δὲ, inqvit *Photius* de Proclo, ὡς τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεται καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς, οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετήν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων: Dicit Poëmata

Cycli epici conservari & studiosè freqventari à multis non tam *propter præstantiam*, qvàm ob rerũ in iis contentarum ordinẽ, qvi scil. seriẽ toti' μυθιστορίας & Theologiæ gentilis proponat. ὁμωνυμίας vocabuli Ἀρετὴ è *Plutarchi l. de aud poëtis* haurire potuit interpres: h. l. non significat habitum illum divinum ὃν ὀρθότητα λόγου, καὶ διάθεσιν ὁμολογουμένην ψυχῆς νοοῦμεν, *rationis rectitudinẽ & consentientẽ ei animi adfectionem qvæ virtus est in homine*; sed bonitatẽ, excellentiã, elegantiam & perfectionem, qvòd ista carmina essent erudita, svavia, venusta, composita, gravia, efficacia & rerum inventione felicia & verbis lectissimis contexta.

Damascius qvidam Damascenus stoicus, qvem sub Justiniano Imp. vixisse & odio religionis Christianæ cum Philosophis gentilibus simplicio Cilice, Prisciano Lydo, Isidoro Gazæo, aliisq; ad Persas transivisse constat ex *Agathiã l. 2.* vitam Isidori ejus descriptam cuidam fœminæ Theodoræ ἑλληνικὰ καὶ αὐτῇ τὴν θρησκείαν τιμώσῃ nuncupavit, *Phot. C.* 181. Eam βιογραφίαν, qvod non tantum istius unius, sed aliorum & æqvalium ejus & superiorum dicta ac facta contineret, φιλόσοφον ἱστορίαν adpellârunt, ita *Suidas* in Δῶρος: habetq; ej' excerpta *Photius cod.* 242. & sæpissimè ex ea petitis testimoniis utitur *Suidas*; sed è qvibus colligas, habuisse hunc eã tractationẽ integriorẽ, cum multa qvæ in Photianis eclogis non leguntur producat; eoq; adparet *Gesnerum*, qvi historiã Philosophicã inter spuria Galeni editã hujus Damascii istã esse censuit, πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν Dasmaciana n. de Philosophorũ nonnullorũ vitis fuit; altera Philosophorũ successiones, genera, sectas & placita tradit & qvantũ video *è libris V. de philosophorum placitis Plutarchi* contracta est. In excerptis istis apud *Photium* qvædã peccavit interpres, qvæ huc allinemus. Νόμιον δέ τινα τοὔνομα πολίτην ἴδιον ὁ συγγραφεὺς λέγει ἀπὸ τῆς κατὰ τὰ ὄμματα τῶν ἐντυγχανόντων θέας τοὺς λανθάνοντας ἐπιγινώσκειν φονέας, inqvit *Photius*: h. e. *Nominum qvendã nomine civẽ suũ ex adparentiis seu visis in oculis qvorumvis obviorũ occultos homicidas cognovisse dicit autor.* ἡ θέα κατὰ τὰ ὄμματα, spectra visa

sa seu signa in oculis adparentia significat, qvæ in latentis alicujus notitiam deducant; vel est curiosior & intentior oculorũ inspectio; signa ejusmodi fuêre, è qvibus Sallustius Philosophus violentã mortẽ homini prædicere, & Uranius Apaméus veneficos deprehendere potuit. Interpres, *ex visu oculorum occurrentium*: qva nec verba nec sensũ attingunt. Non n. visus sufficiebat, sed acrior inspectio & idolorum seu notarum in oculis deprehensio reqvirebatur, si de latentibus deberet fieri prædictio. Mox: Αὖθις δὲ πότε παρὰ τὸν Νεῖλον ἑστιωμένοις ἀμφοτέροις i.e. *Rursũ a. cũ aliqvando juxta Nilũ ambo hospitarentur* vel epularentur. ἑστία, focus, domus, sedes, hospitiũ, mansio qvævis: inde ἑστιᾶσθαι de ἐντοπισμῷ & mora in loco tanqvã in ædibus propriis, & hinc de epulis, qvòd ubicunq; cibum sumimus ibi focus nobis esse videatur ibiq; versari dicamur. Interpres, *statim verò comedente utroq; juxta Nilũ*. Ib. est de Leontio, qvòd eum Illus Patricius contrà Zenonem Imperatorẽ elegerit, ut supra l. 2. c. 17. p. 284. è *Candido Isaurô* retulimus. ὃν ἐκεῖνος (Ἰλλοῦς) χειροτονεῖ Ζήνωνι βασιλέα. Interpres contrà, *qvẽ ipse elegit cũ Zenone Imperatorem*: qvod falsũ est. Qvod jam ante observarunt docti, multa in ista vita truncata sunt, insulta nonnulla, luxata multa & trajecta. De trajectionibus, qvas vel excerptor ipse vel librarius commisit, agemus suo loco; nunc inculcatæ ῥήσεως duo exempla, qvæ rem illustrabunt, dabimus. Inqvit, Ἐναυστολούμεθα πρὸς τὴν Σάμον· κατεκοιμήθην ἐπὶ τῆς νεώς, καὶ πως ἀφροδισιάζομαι τοῖς ὀνείρασι, κρήδεμνον, φωσώνιον, ὀράριον, τοῦ προσώπου ἐκμαγεῖον, ἡμιτύβιον: i.e. *Navigabamus samum: consopitus sum in navi: deinde in somnis polluor*. Hic sententiæ finis est: Cætera glossa sunt vocis κρήδεμνον, qvã qvia in ista vita reperisset *Photius*, ceu inusitatiorẽ excerpsit, addiditq; qvadruplicẽ exegesin: qvod non animadvertit Interpres qvi ista ἀσύγκλωστα συγκλώθει sic: *polluor, vittã, sacram vestem, stolam, faciei simulacrum, fasciem*. Hoc a. dicit *Photius*: Κρήδεμνον, h. e. vitta, velum capitis, *κεφαλοδέσμιον, aliàs dicitur* φωσώνιον. (& φώσων, linteum, sudarium, fassoletto Italis, facitergula, *autori anon. in hist. de fratribus confer: apud Gold. t. 2. rerum Alemann. f. 182.*)

ὀράριον, (*orarium*, ab ore ſcilicet deducta voce, non ab orando, qvod putavit *Schottus*, qvi vertit *ſtolam*, habitum orantium ſacerdotum; *orale* in muliebri mundo, Ein Maul-Schleyer / apud *VVolffh. Haſenrietanũ l. 2. de S. VValpurge.*) *faciei deterſoria faſcia &* ἡμιτύβιον, i.e. faſcia linea, Φακιόλιον apud *Ariſtoph. Pluto*, pro palpebris abſtergendis, faciale. Sunt enim omnia iſta ſynonyma, idq; docendi gratiâ *Photius* narrationibus, qvanqvam truncatis, Damaſcii ammiſcuit. *Suidas* qvi iſta exſcripſit hinc intelligi & emendari poteſt; eſt enim obſcurus & corruptus in hiſce: Φασώνιον. λινοῦντι, ἤτοι σινδόνιον· ἢ καὶ τὸ ἴσιον τῆς νεὼς πεφυσημένον, ἢ προσώπου τὸ ἐκμαγεῖον· λέγεται δὲ οὕτω καὶ ὁ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις καλεῖται ὠράριο. Legendum autem λινοῦν: & mox, καὶ τὸ παρὰ τοῖς P. καλούμενον ὀράριον. Interpres Suidæ qvi de *Horario* ſomniavit fallitur. Sic enim *Suidas* in litera O: ὀράριον Ῥωμαϊκῶς λέγεται, ſcil. ab *Ore*, non ab *Hora*. Ineptius a. cum τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ προσώπου exponit *vultûs effigiem, expreſſum ſimulacrum*: ſignificat enim ἐκμαγεῖον, linteum exterſorium; *Polluci* l. 6. χειρόμακτρον i. e. *manutergium*, *mantile*, χειρομάγων, *mappa*, Ein Hand-Tuch; qvod vel præcedentia λινοῦν, σινδόνιον ἴσιον docere poterant. Et cum idem Damaſcius Φυλάκια Alexandrinorum idiciſmo τὰ ἐκμαγεῖα τῶν γυναικείων μολυσμῶν dici tradit, nec *pannos muliebrium pollutionum*, ut *Schottus*, nec *expreſſas formas muliebrium pollutionum*, ut *Portus Suidæ interpres* putavit, nobis dixit: ſed muliebrium ſordium, vel menſtruis inqvinatorum linteorum καταμάγματα, extritiones, deterſiones, extergmenta & purgationes: ἀπὸ τοῦ ἐκμάττειν, qvod non tantùm eſt, *effingo*, *efformo*, qvò pleriqve reſpexêre; ſed & *abſtergo*; ita enim *ſchol. Ariſt. Pluto* τὸ περιέψησε τὰ βλέφαρα, expoſuit per ἐξέμαξεν, *deterſit*, *detergendo ſiccavit*. De hac voce hactenus neq; *Platonem in Timæo* percepêre ſatis medici, qvi tamen, cum uſum lienis docent, πάντες ἀποκλίνουσιν εἰς τὸν αὐτὸν τοῖχον. Sententia Philoſophi eſt, Hepatis

tis gratiâ factum esse lienem & locatum in sinistris, ut id purum reddat nitidumq; οἷον κατόπτρῳ παρεσκευασμένον, *simile speculo effectum*, exucto nimirum & rapto in se succo crudo, crasso, obscuro, terreo, heterogene & qvocunq; modo ignobiliore, qvi epatis actioni efficere & sangvinem inficere posset, καὶ ἕτοιμον ἀεὶ παρακείμενον ἐκμαγεῖον, *& paratum semper epati adjacere veluti peniculum, spongiamve extergentem*; Cui officio constitutio ejus rara & cavernosa maximè convenit, per qvam impuritates circà epar in morbis ab ipso alliciuntur & expurgantur. Ex hac interpretatione paulò pleniùs intelligo qvid faciat in corpore lien, qvid hepati præstet, circà qvas chyli partes exerceatur, & qvomodo eas elaboret, qvàm si *qvasi ad speculum factam & paratam semperq; præsentem, expreßißimam ejus imaginem esse* (ita enim Platonem explicant Doctores mei) mihi inculcetur. Qvid autem, cum qvod *Plato* de adfectione hepatis introducta à liene dicit, *ipsum nitere speculi similitudine*, hoc ipsi ad lienem, *qvod sit imago hepatis, q. ad speculum facta* referunt, repugnante qvamvis verborum Philosophi συναφείᾳ! (τὸ οἷον enim Nomen h. l. est, non Adverbium declarandi, neq; κατόπτρῳ παρεσκευασμένον, *ad speculum factam* significat.) Qværam enim ulteriùs, qvomodo lien imago hepatis à qvo omni constructione facultate & opere tàm in sanitate qvàm in morbo differt? Etsi lien est οἷον νόθον ἧπαρ, qvod ex Aristotele didicerunt, imago hepatis non erit: Νόθον enim *alienum, illegitimum* est & toto genere disconvenit; imaginis verò ad id cujus imago est ea ratio est, ut de eo æqvivocè prædicetur. Invitus feci, ut dissentirem à Viris magnis καὶ ὡς ἐγὼ φαίην ἂν ἐμῶν καθ᾽ ὅμηρον ἴσον ἐμῇ κεφαλῇ: Sed si tàm æqvus lector contingat qvàm animus minimè malignus mihi, non erunt de contradictione ista, æqva, puto, & necessaria, jurgia. Alterum in eadem vitâ glossæ Lexicæ, textui inconvenienter intrusæ, exemplum est in hisce verbis: Τὸ ὁμαλοῖς τῆς αὐτοψίας καὶ ἀκοῆς ἅμα, qvæ nec cum antecedentibus, ubi de miris Asclepiadoto circa visum auditumq; contingentibus nec cum sub-

seqventibus cohærent, & ab interprete cum reliqvis sine judicio confusa sunt, cum essent separanda. Docet autem *Photius* in his, ὁμακόϊον, nisi ὁμμακόϊον voluit, esse cum res eadem simul & spectatur & auditur. Aliter *Clemens Alexandr. l. 1. strom.* de Pythagora: *χαλδαίων καὶ Μάγων ἀρίστοις συνεγίνετο καὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν νῦν οὕτω καλουμένην, τὸ παρ' αὐτῷ ὁμακοεῖον αἰνίττεται.* Postqvam Pythagoras unicâ prælectione auditores bis mille in Italia acqvisivisset, decretum est à discipulis, non amplius in privatis ædibus acroases haberi, *ἀλλὰ ὁμοῦ παισὶ καὶ γυναιξὶ ὁμακόειον παμμέγεθες ἱδρυσάμενοι καὶ πολίσαντες αὐτοῖς τὴν πρὸς πάντων ἐπικληθεῖσαν μεγάλην Ἑλλάδα, sed pueris & fœminis simul auditorium commune ædificarunt, in qvo universus cœtus condiscipulorum ὅλον τὸ τῶν ὁμιλητῶν ἄθροισμα, conveniret: Malchus in vita Pythag. & Iambl. c. 6.* Inde ὁμάκοοι, *coauditores*, voce non infeliciter ficta à *Drusio Prætor. pag. 92.* Expositio *Photii* arbitraria videtur esse, cerebrina & singularis; eam seqvatur qvi volet; nos veteres, si qvi utuntur ὁμακοεῖον, ad ista de Pythagora respexisse putamus, & hinc ejus significationem peti oportere.

Censura *Photii* de Sophronl Hierosol. Patriarchæ synodica Epistola habetur *in ejus Bibliotheca Cod.* 231. Eam Honorio Romæ Urbis antistiti, ἐν Ῥώμῃ Ὁνωρίῳ τῷ ταύτης ἐπάρχοντι, missam esse scribit. *Schottus* errore, hunc esse Sophronium qvi æqvalis D. Hieronymo fuit ejusqve opuscula *de virginitate ad Eustochium, Catalogum scriptorum Ecclesiasticorum & vitam Hilarionis monachi* vertit Græcè, *ad Honorium Roman. Imp.* scriptam esse interpretatione sua adseruit. Constat enim eam contrà Cyrum Phasianum Episcopum Alexandriæ Monotheletarum primipilum à Sophronio elaboratam; & in Actorum Synodi VI. nonnullis exemplaribus est ad Sergium Constantinopolit. Patriarcham datam fuisse: Monotheletæ verò Heraclio Imperatore in Ecclesia Græca primùm invaluerunt; Sergius etiã ejus anno 30. obiit. Unde Sophronium Hierosol. altero

tero

Digitized by Google

tero illo, & Honorium Pont: Romanum Honorio Imp. ducentis annis juniorem minimè confundendos fuisse, λίαν εὐσυλλόγιστόν ἐστι. *Ibid.* ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ εὑρήσεις καὶ Μάγνον σὺν Ἀπολιναρίῳ ἀναθεματιζόμενον, καὶ Θεοδώρητον τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἀποκηρυττόμενον: i. e. *In eadem Epistola reperies Magnum cum Apollinari excommunicatum & Theodoretum ab Ecclesia non remotum* seu abdicatum. *Schottus* contrà qvàm sonant Græca, *Theod. ab Ecclesia non admissum.* Putavit nimirum qvòd Theodoretus patrocinium Nestorii, refutatis XII. anathematismis qvibus eum in Synodo Ephesina nondum præsentibus Syriæ Episcopis confixerat B. Cyrillus, suscepisset, fieri non potuisse, qvin cum complice Nestorio excommunicaretur, & hoc indicare *Photium.* Sed frustra est; Neq; n. ob amicitiam cum Nestorio & refutationē Cyrilli ejectum Ecclesia Theodoretum qvisqvam tradidit; etsi gloriam ὀρθοδοξίας isto facinore obscuraverit, & in iis qvibus Cyrillum damnavit fuerit reprobatus. Et hæc igitur *Photii* sententia est; *In epistola Synodica legi Theodoretum non fuisse Ecclesiâ abdicatum, qvamvis in iis, qvæ contra Cyrillum senserat, eum improbabilem & culpabilem habuerit vel accusaverit Sophronius.* Cod. 228. qvo argumentum Epistolæ cujusdam Ephræmii Antiocheni Patriarchæ ad Zenobium Emisenū Scholasticū, Acephalorum labe infectū continetur. Σπουδὴν ποιεῖται, inqvit, περὶ τῶν ἐπηρεαζομένων ῥημάτων, ἃ ἐν τῇ ἐπιστολῇ περιέχεται τοῦ ἁγιωτάτου Λέοντος; id est, *Diligenter tractat*, agit, *de oppugnatis*, in calumniam adductis *verbis, qvæ in Epistola Sanctissimi Leonis continentur.* Acephali scilicet Papæ Leonis super Concilio Chalcedonensi IV. Decretum, qvod *Tomum* vocabant, directum contrà Eutychianos & Nestorianos, variè oppugnaverant, qvibus propterea B. Ephræm. defensor doctrinæ Concilii, respondit, & calumnias à verbis Leonis, qvæ sugillabant isti, removit. *Schottus* planè evagatur & si qvod res est dicere licet, nihil dicit: *Propugnat verò irrisū de infestis atq; acerbis verbis:* qvasi τὸ ἐπηρεαζομένον Deponentis verbi Participium esset, qvod est

Passi-

Pafsivi. Cod. 279. f. 1596. legiffe profitetur Andronici Hermopolitani diverfis metris contexta dramata πρὸς τὸν κόμητα Φοιβάμμωνα τὸν κοινοπολίτην: h. e: *ad Comitem Phabammonem municipem* fev concivem *fuum*. Κοινοπολίτης & κοινοπολίτης, in eadem urbe πολιτευσάμενος fignificat; malè *Schottus*, *communem urbis conditorem*.

Zonaras anal. t. 3. de Conftante Heraclii Imp. nepote, Monotheletarum fectam amplexo: Ἄλλους δὲ πολλοὺς τῶν ὀρθοδόξων ἐτιμωρήσατο, Μὴ θελήσαντας ὑποκύψαι τῷ αὐτοῦ Μονοθελήτου θελήματι. *Hier. VVolfius* ita: *Alios qvoq; complures unicæ voluntati fuæ refragantes pœnis adfecit.* Sed imperfectè ifta eloqvitur; neq; negligenda fuit ejufdem vocabuli θέλω repetitio, qvam ftudiosè adhibuit fcriptor Græcus ut errori Monotheletarum etiam dictione adfectatâ illuderet hoc fenfu: *Alios qvoq; multos Orthodoxorum, qvi nollent fententiæ*, voluntati, *ipfius de unica voluntate adfentiri*, fe fubmittere, *punivit*.

Hæc è multis, qvæ in hoc genere collegimus, pauca ὥσπερ ψίχες παραδραμοῦσαι funt; qvibus adjungimus qvæ circa infcriptiones librorum Græcas eadem ratione peccaffe qvamvis cavtifsimos notavimus. Lyfiæ orationem περὶ τοῦ σηκοῦ, vel plenius τὴν τῆς εὐσεβείας περὶ τοῦ σηκοῦ ἀπολογίαν, qvam laudat *Harpocration* in Σηκὸς, *Mavfacus not. ad Harp. p. 19.* exponit *de ficû*. Atqvi σῦκον & συκῆ ficum fignificat; Σηκὸς avtem, *fecus*, oleæ facræ Palladi πολιούχῳ Θεᾷ apud Athenienfes fpecies eft, ut vult *Photius cod. 262.* vel ut *Suidas*, Μορίας in arce & Gymnafio plantatæ, è qva oleum exprimebatur pro victoribus Qvinqvatriorum, truncus: qvem qvia excîdiffe accufatus fuerat *Lyfias*, defenfionem ejus facti iftâ Oratione inftituit: Ita enim ipfe: Φησὶ δ' ὁ κατηγόρος ἐπὶ Λυσιάδου ἄρχοντος σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι· qvæ verba mutila proponuntur apud *Suidam in* Μορίαι· Λυσίας. ἄρχοντος σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. *Ait principem facrarum olearum truncum*

eum à me excisum fuisse secundùm interpretem *Æ. Portum*; è qvo qvid ἀρχωνστικὸς *Princeps truncus* in antiqvitatibus Atticis audire velim. Iste Lysiades fuit ol. 95, anno 4. & rectè à *Cl. Mevrsio* pro *Suniade* qvi in Orat. Lysiæ irrepserat reponitur *l. 3. de archont. c. 16.* Ita igitur legendum in *Suida*: Λυσίας· ἐπὶ Λυσιάδου ἄρχοντος. v. s. videturq; menda à librariis esse qvos vocabulorũ Λυσίας & Λυσιάδου adfinitas ut alterum ejicerent impulit. Socrates qvidam Cous ἐπικλήσεις Θεῶν scripserat, *Laert in Socr.* Eas *Cl. Vossius l. 3. de hist. Gr. p. 329. Fr. Ambrosium* secutus interpretatur *preces qvibus Dii invocantur*. Sed ἐπικλήσεις h. l. sunt ἐπωνυμίαι, h. e. *cognomina*, qvæ cuiqve Deorum ob varia eventa varia contigerunt; docetq; paganorum Theologia, ejusmodi πολυωνυμίᾳ Deos maximè fuisse delectatos. De talibus egisse eo opere Socratem è *scholiaste Apollon. Argonavticorum*, qvem *Sophocléum* adpellant, clarum est. Cum enim ad l. 1. no. 36. de cognomine Apollinis cui Argonavtæ in Dolioniam adpellentes & exscendentes aram dedicaverint, & qvem *Apollonius* Ἐκβάσιον, ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως τῆς νεὼς εἰς Δολιονίαν nominet, disqvirit, annotat *Deilochum* tradere, qvòd ea ara Jasonii Apollinis, *Socratem* verò ἐν ταῖς ἐπικλήσεσι scribere qvod Apollinis Cyziceni, à Cyzicô Dolionibus tum imperante & excipiente Argonavtas hospites, vocata fuerit. De scurris & ridiculè facetis hominibus, qvo genere sapientiæ impensè gavdebant Athenienses, κακόλογοι καὶ κακοήθεις σὺν μυκτῆρι καὶ ἀλισμῷ ipsi, sexaginta numero fuisse Athenis, eosq; in Dioméo convenire solitos scribit *Ath. l. 14.* in eamq; rem citat testem Telephanem ἐν τῷ περὶ τοῦ ἄστεος, qvæ cur *I. Dalechampio* reddere placuerit, *de civitate*, adpellativo nomine ἐν Ἀρειοπάγῳ κριθήσεται. Nos, cum nondum receptum sit Athenas, de qvibus istud opus fuit conscriptum, Latinè dici *Civitatem* ἀντονομαστικῶς vel ea synecdoche; qva Romam urbem, & Virgilium dicimus Poëtam, & ex adpellativa locutione proprium & individuum intelligimus, vertemus, *in opere de*

Athenis: qvale etiam Callistratus sive Menecles, ut est apud *Suidam* in ἑρμαῖ & κεραμ. composuerant: Sic enim Græcismum Latinè expressum esse putamus, & argumentum operis Telephanici rectè intelligi posse; qvod de isto secus est.

I. Simlerus epit. biblioth. Gesneri laudat *Symeon Xerocerci principis capita theologica & practica centum*, qvæ Græcè conscripta extent in bibl. Diegi Hurtodi Venetiis. Diu me torsit hic *princeps Xerocerci* dum *Simleri* ineptiæ mihi patefierent. Non enim debuit *principem* vocare eum qvi erat ἡγούμενος, hoc est *rector, præfectus, præpositus* sive monasterio sive ædi D. Mamantis ad Xylocercum Constantinopoli, avtor tomorum, in qvibus Sanctorum vitæ per menses & dies digestæ, cognomine metaphrastes & novus Theologus *Ios. Ep: Methon. Apol. contrà Marcum Ephesinum*. A Divo Mamante loca Urbis plurima fuêre denominata, ut patet ex ejus topographia: In D. Mamante qvòd aqvæ multæ ibi decurrerent, pons fuit magnus duodecim fornicibus substructus: *Suid.* A Xylocerco itidem loco in Urbe dicti fuêre Ξυλοκερκηταί, corpus qvoddam ut puto, religiosorum qvi Ecclesiam magnam tum obtinebant, cum ea pulso in exilium Johanne Chrysostomo succenderetur & magna pars ejus conflagraret, teste *Chron. Alexand. sub anno 1. Olymp. 296*.

CAP. VI.

Ejusdem cum antecedente argumenti. Qvid in Homero ὅπλα βύβλινα: *qvid in Herodoto* ὑποκρητηρίδιον: *diminutivæ terminationis vocabula non semper significant diminutionem Rich. Monacutii lavs. Qvid in Theophrasto* οἶνοι δινθικοί; *item* Φόρος: *Plinii incogitantia qvædam. Theophilus Antioch. emendatus & explicatus: de Pythagora & Clinemachi* ἀθεϊσμῷ. *Qvid* ἱερεῖον, *In Luciano, & qvid* μυγίαι: *qvid in Plutarcho* τέχνη ἀλυπίας: *Antiphon Hippocratis adversarius qvi: qvid in Evsebio* μετατίθεσθαι, *qvid* συγκατατίθεσθαι: *qvid in Numenio* ἀφανίζειν: *qvid in Himerio* κνυζήματα: *item qvid* ψελλίσματα. *Qvid apud Agathiam* ἀπὸ σκόλοπος ἀναρτᾶσθαι: *qvid in Chronico Alex.*

τκγη

Digitized by Google

παγὴ ἵππου: qvid in Leonis Imp. Tacticu κέντουκλα φαρδία; qvid ἅρμα; qvid τυλάρια; qvid τζικούρια; qvid ἀνελλιπῆ. Qvid Θεωροὶ apud Photium; item qvid σύνθετα. Adpellativum καρκῖνος apud Xiphilinum pro proprio, & πολυχρόνως proprium pro adpellativo habitum. Qvis Τίτος στρατηγὸς apud Nicephorum Gregoram. Gregorii Nazianzeni qvædam ῥῆσις apud Photium, & alia Eusthatii apud Vossium aliter reddita. Qvid συνεχῶς in Proverb. adpend. Vaticanâ.

NOndum defuncti sumus, nondum defessi labore hoc, interpretationes Græcorum, qvas Viri alioqvi magni, & nunqvam satis laudati dedêre, excutiendi; Istis qvantum enim gratiæ habendum esse novimus ob conatus egregios, ob affectum in literas liberalem, ob diligentiam, τὴν ὁ χρόνος οὐδὲ μαραίνει; tantum retinebimus libertatis ad judicandum, idq; licere nobis putamus ob veritatem. Proponemus autem hoc capite χρυμαῖαν qvandam emendatarum versionum in Autoribus commodum viginti: qvæ si qvis minora putet præcedentibus, non repugnavero; sunt enim extemporanea, nascuntur in æstu curarum, & strepitu familiarium. In iis igitur εἴ τι ἡμῖν τι λελήρηται, (in proclivi enim est errare ei, qvi errores aliorum circumspicit, contrectat, versat, expendit, enarrat, vel contagione) οὐδὲν δεῖ τῆς Στησιχόρου παλινῳδίας, ἀλλὰ σπογγία ἰάσεται; qvin fiant, si aliud à doctis non merebuntur, φθάντος ἔργου. Καὶ μηδὲν φροντισώμεθα.

ὅπλα βύβλινα in *Homeri Odyssea*, & in *Herodoti Musá 5.* reperta *scirpeam armaturam* exposuit. *L. Valla.* Sed hunc redarguat, qvòd aut junco papyróve armatus miles, aut ὅπλων τὰ σκεπαστικὰ è scirpo nusqvam à qvoqvam conspecta fuerint; immò neqve βύβλος scirpus est, qvod vel è *Plinii l. 13. cap. 11.* descriptione patet: etsi tàm è scirpo qvàm è biblo funes & tegetes texi, & ex utrisqve eadem utensilia parari consveverint. An! de scutis è viminibus & materiâ

 rusti-

ruſticâ, qvalia Germanorum fuiſſe *Tacitus l. 2. annal.* Spartaci & copiarum ejus!, cum ſervi de invadendâ Urbe deliberarent, *Frontinus* ſcribit, intelligi debent? At viminum textus tàm à ſcirpea differunt, qvàm à cannabinâ lineâve ſupellectile, vel inſtrumento. Ignoraſſe igitur tàm qvid biblus, de qva *Theophr. l. 4. hiſt. plant. c. 9. & Plinium l. d.* audire debuit, nos *Gvillandinum* hodiè cum inſigni fructû poſſumus, qvàm qvid h. l. ὅπλα deprehenditur literatori qvamvis arrogans & πλειστονίκης. Sunt autem qvos navium armamenta adpellat *Plinius l. 19. c. 2.* funes ſeu rudentes in navi; *Hippocrates lib. de artic.* diverſa vinculorum genera chirurgo neceſſaria recenſens nominat δεσμὰ τὰ ἱμάντινα, σιδήρεα, ὅπλα, καὶ χοινία: ubi *Galenus comm. 4. extr.* per ὅπλα propriè τὰ ἐν τῇ νηῒ χοινία, rudentes nauticos; per χοινία verò reſtes in urbibus & agris uſitatas ſignificari docet: & *in exeg. voc. Hippocr.* ὅπλα, inqvit, κάλοι ἀπὸ συππείου ἢ λίνου ἢ καννάβεως. Navigaturo præceptum *Heſiodi l. 2. op. & dier.*

ὅπλα δ' ἐπαρμένα πάντα τεῷ ἐνὶ κάτθεο οἴκῳ. Sunt aliàs ὅπλα inſtrumenta qvævis in domô; item χειροτεχνῶν, fabrorum, ruſticorum, bajulorum, & architectorum ἐπιτηδεύματα & ferramenta. *Oppianus lib 3.* ὅπλα θήρης adpellat, qvibus piſcatores rem faciunt, arundines, hamos, naſſas, retia; immò qvævis ſupellex, qvam σκευῶν adpellatione qvoqve notant, & ἐπίπλων h. eſt, rerum mobilium, & ſuperficiariarum in ædibus, non affixarum, q. d. ἐπιπολαίων.

Herodotus lib. 5. commemorat Alyatten Lydorum regem cum à difficili morbo convaluiſſet Apollini dedicaſſe & miſiſſe Delphos κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητόν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων, Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε, *craterem argenteum magnum &*, Caſaubono interprete anim. ad Athen. lib. 5. c. 13. *craterculam parvam, ferream, glutino compactam, ſpectatu præ omnibus in Delphico templo donariis dignam,* opus

Digitized by Google

opus Glauci Chii, (*Suidas* errore *Samium* vocat) *qvi solus omnium mortalium ferri ferruminandi seu glutinandi rationem invenit.* Hanc narrationem *Herodoti* repetiit inde *Hegesander Delphus comm. de statuis & simulacris*, & ex hoc *Athen. l. d.* addito, qvòd donarium istud Alyattis, qvod *Herod.* adpellet ὑποκρητηρίδιον ipsus viderit, fuisse in eo cœlata omnis generis animalcula insecta, & plantulas; super eo crateras & alia vasa reponi potuisse. Interpretis Athenæi, cætera diligentissimi, ingenio, lectione, memoriâ, judicio, arte non vulgari, duplex hoc loco culpa est; una, qvam nos indicamus, omisisse qvod de repositione vasorum super ὑποκρητηριδίῳ isto dicitur; ἐπιτίθεσθαι αὐτῷ δυνάμενα καὶ κρατῆρας καὶ ἄλλα σκεύη, inqvit *Hegesander*; altera, qvam *Casaubonus*, falsâ lectione sive arrepta sive illatâ, ὑποκριτηρίδιον *exiguum tribunal* exposuisse. Sed nec minor est, immò conspectior multò, qvod inviti effutimus tamen, ipsius toties laudati *Casavboni*. Ὑποκρητηρίδιον interpretatur *craterculam parvam.* Vasis tàm escariis qvàm potoriis, itemq; amphoris, alia qvædam qvæ bases adpellantur, & ὑποθήματα supponebant veteres. Crateri igitur argenteo, Alyattis donario, Glaucus ὑπόστημα, οἷον ἐγγυθήκην τινὰ σιδηρᾶν, *fulcrum instar engythecæ ferreæ* aptavit. *Pausanias in Phoc.* exactè describit, ferrum glutino junctum fuisse non fibulis aut clavis: basin eam turris figura, imâ parte laxiorem in obtusum fastigium surrexisse; id opus fuisse ἕδραν τῷ κρατῆρι. Qvod autem sustinendo crateri fabricaverat Glaucus, qvomodo crateris figura fuisset? Cæteras ἐγγυθήκας κατὰ μέσον κοίλας, seu ἀγγειοχρηστικὰ τῶν σκευῶν, qvæ vasa in se reciperent instar ἐλύτρων seu vaginarum, argenteas, æneas, ligneas, ad ipsos vasorum modulos confici oportuit, non item ὑποθήματα. Qvod igitur ὑπομόχλιον est ad μοχλὸν vel vectem oneribus movendis adhibitum cui supponitur & cui vectis innititur, *pressio* Latinis, *Vitr. l. 10. c. 8.* architectorum vulgo *scabellum*; hoc ὑποκρητηρίδιον ad craterem: à qvo nomen accepit apud Græcos, qvia sub eo sta-

ſtatuitur, non qvia ei qvoqvo modo ſimile. Diminutionis enim ſignificationem habere, qvod putarunt. *L. Valla*, qvi *parvulam pateram* vertit, & *Caſaubonus*, damnamus pro falſo: ſpeciem diminutivi ſaltem habet ut apud Latinos *cænaculum, ſabulum, periculum, fabula, tabula, pabulum, ſtabulum, citrullus, matula, cuniculus, Ocriculum, Metellus*: & apud Græcos προσεριίδιον, προσηθίδιον, ὑπομόχλιον, λημνίσκος, σόμιον, προκόμιον, qvæ non inferunt diminutionem etſi terminentur diminutivorum more: *Marcellus* Ancyræ Epiſcopus, ut ſuſpicionem Sabellianiſmi & Arianiſmi elueret, egerat libro ſingulari, oblato Anno Chriſti 336. Conſtantino Magno. Eum *Evſebius Pamphili* confutare inſtituit duobus libris inſcriptis τὰ κατὰ Μαρκέλλου τοῦ τῆς Ἀγκύρας ἐπισκόπου. In horum ἐλέγχων primi cap. tertio, verba *Marcelli*, cujus σύγγραμμα deperditum intereà eſt, ſuper origine & ſenſu proverbii Γλαύκου τέχνη, qvo *Plato* rem ſingularis artificii & difficilimam, ac *Iulianus Imp. Orat. 2.* ſubtilius aliqvod commentū ſignificaturus utitur, iſta recitat *Evſebius*: Ἀλλος δέ τις Ἀλυαττικῶν ἀναθημάτων φησὶν ἀνακεῖσθαι κρατῆρα καὶ ὑποκρατήριον θαυμάσιον. Γλαύκου Χίου ποίημα. Ubi lectionis ab Herodotéa & Athenæana diverſitas notanda eſt; ὑποκρατήριον adpellat, qvod iſti ὑποκρητηρίδιον *Rich. Montacutius*, qvi *Evſebiana contrà Marcellum* è manu-ſcriptis Biliothecarum Anglicarum primus vulgavit; interpretatur *ſub-cratera*; novè qvidē; ſed concinnè & commodè, ut ſi qvis ὑπομόχλιον *ſubrectem* exponeret, & ὑποδιδάσκαλον *ſubdoctorem*: qvæ etſi Ciceroniani, qvi conſvetudine ſolâ loqvendi lingvam circumſcribunt, vix admiſerint pro puris Latinis, pro ineptis tamen non habuerint. Certè felicius excogitata eſt vox *ſubcraterii* & ſignificati expreſsione delectat, docetq; magis uti & qvod *Marcellus* dixit ὑποκρατήριον, qvam alterum Græcum qvod in *Herodoto Athenæoq;* legimus, & interpretū hominum præclariſsimorum Latina; qvos illuſiſſe nobis, ſi ego tardus, hebes, novus modò oſtendi, hoc ipſo fidē τῶ παροιμιώδει de olitore qvandoq; opportuna locuto factam [illegible] iſta libero, & ſedato animo legerint.

Apud *Theophr. lib. 6. de cav. plant. c. 24.* διυθικὸς τῶν οἴνων *Theod. Gaza* interpretatur, *Vini genus qvod morale vocatum est.* Eum seqvitur *Herm. Barbarus*: non excusabili inscitiæ scitissimam ineptiam *An. Fœsius œcon. Hipp. f. 447.* superaddit, *moralia esse velut acie vini, ac robore, tanqvam ferocitate exuta & moribus temperata*: Saccata enim fieri similia animalibus castratis, hoc est, ἐξ ἀγριωτέρων μειλιχίους καὶ ἡμερίδας οἴνους, ex agrestibus, vehementibus, asperis & duris, mitia ac lenia. Præpostera ista diligentia est, & mera περιεργεία. Διυθικοὺς enim adpellat *Theophrastus* τοὺς διηθημένους, διϋλιζομένους, saccata, colata, per tubos Sparteos, coriaceosve transmissa: de ἤθει saccatorum ne qvidem somnians. πάθ☉ verò eorum aliqvod indicat, cum addit esse λεπτοτέρους καὶ ὥσπερ εὐθὺς ἀμίκτους, *tenuiora & ferè misturæ cujusvis expertia* seu sincera. Hæc autem adfectio à transcolatione est, qvæ separat terrena ac fæcem, τὸ πληκτικὸν τοῦ οἴνου ἀφαιροῦσα καὶ μανικὸν εἰς πραεῖαν ἕξιν καὶ ὑγιαίνουσαν καθίστησι, dempto eo, qvod in vino βαρὺ μεθυστικὸν καὶ νοσῶδες unde *Plin. l. 23. c. 1.* in sermone de vinis circà ægritudines, *utilissimum omnibus* esse prodit *sacco viribus fractis.* Ἠθικοὶ igitur οἶνοι ἀπὸ ἠθήσεως, à colatura sic dicti, non ἀπὸ τοῦ ἤθους; qvæ vox in homine mentis habitus, & in inanimatis naturam & essentiam exprimit; ut cùm morborum, præcipuè febrium & ulcerum differentiam qvandam constituit; sunt n. ex istis nonnullæ κακοήθεις, h. e. malignæ, accidentium mitiũ specie summum periculum afferentes, eóq; fraudulentæ & curatu difficiles; vinis verò neutiqvam convenit nisi ἀκύρως καὶ καταχρηστικῶς, pro qvalitate sumta; neq; tamẽ ideò *vina moralia*, sed vel χρηστοήθη vel κακοήθη, aut ab affectionibus, aut ab effectibus dicenda essent.

Idem l. 3. hist. plant. c. ult. de evonymi arboris flore: τὸ δὲ ἄνθ☉ ὅμοιον τὴν χρόαν τῷ λευκῷ ἴῳ. Ὄζει δὲ δεινὸν ὥσπερ φόνου. Hîc videas *Plinium* qvod ab interpretibus non accepisset, nec per se ipse intelligeret de odore floris ἀποδιοπομπησάμενον & cum cætera benè percepisset hoc per dissim u-

ſimulationem transmittere. Subſtituit autem vel alios codices, vel avtorem prorſus alium ſecutus, *ſtatim peſtem denuncians*; l. 13. c.22. qvam Sphingem Oedipus avſcultet, & intellexerit. Ergóne cum floret evonymus peſtem vicinis præſignificat? Ergò qvotannis eâ infeſtabuntur Itali, Germani, Moravi, Ungari, qvorum patriis familiaris evonymus, & nunqvam Majo ſine flore? An in domum illata, qvod *cap. præced.* de oſtrya narraverat è *Theophr.* l. 3. c. 10. magorum potiùs & ſuperſtitioſorum rhizotomorum fide, ita malefica eſt, ut familiæ ab ea funeſtentur? Fabulæ igitur proximum eſt, & vel ab impoſtore *Plinii* credulitati illuſum ita, vel è male lecto intellectóve *Theophraſto* ortum; aliud huic loco σοφώτερον φάρμακον nunc qvidem non ſuppetit. *Theod. Gazæ* interpretatio τοῦ ὥσπερ φόνου, *velut cruorem inferens,* non minùs vitioſa & æqvè obſcura eſt. Qvid enim abſurdius qvàm, cum de odore floris qværitur, *velut cruorem inferre* reſponderi. Suſpicor in *Gazæ* archetypo fuiſſe *referens*. (Sic enim l 6. c.10. ὀσμὴν φονώδη in atractylide expoſuit, *odore cruorem repræſentantem.*) qvod malæ manus in *inferens* mutavêre. Sed qvia φόνον *cruorem* reddidit adparet meliorem Græcum qvàm Latinum fuiſſe, qvod judicium de eo viri magni mihi præiverunt. Eſt enim φόνος h l. tabum & ſanies qvam cæſorum cadavera ſtillant & ſpirant viſu triſtem, odore gravem virulentam & abominabilem.

Theophilus Antiochenus Epiſcopus ſextus *libro tertio Inſtitutionum*, qvas *Euſebius* vocat, *ad Autolycum*, cum qvantæ gentilium de Deorum natura diſſonantiæ fuiſſent docere vellet, recitatâ Platonis, qvi materiatos eos eſſe ſtatuiſſet, ſententiâ de Pythagora adtexit iſta: Πυθαγόρας δὲ τοσαῦτα μοχθήσας περὶ θεῶν, καὶ τὴν ἄνω κάτω πορείαν ποιησάμενος, ἔσχατον ὁρίζει φύσιν καὶ αὐτοματισμὸν εἶναι. Φησί τε τῶν πάντων θεοὺς ἀνθρώπων μηδὲν φροντίζειν, ὁπόσα τε κλειτόμαχος ὁ Ἀκαδημαϊκὸς περὶ ἀθεότητος εἰσηγήσατο. h. e. *Geſnero* interprete: *Pythagoras magno labore ſumma imaq; perſcrutatus extremam naturam Deum eſſe autumat, adſtruitq;*

omnia

omnia fortuitò fieri, & Deos mortalium nullam curam gerere: *nec non ad illa qvæ Clitomachus Academicus protulit dicens non esse Deos.* Omittemus nunc, an vera sint qvæ de Pythagorâ narrat *Theophilus*, discutere; De Deo enim cum longè alia sensisse vel sexcenti testes sunt; nimirum in ejus schola Deum esse effectorem mundi non negandum est: cum enim Deum appellavit ψύχωσιν qvid aliud qvàm autorem vitæ, motuum, caloris lucis faciebat? idemqꝫ dogma, non solum notarum obscuritate obduxit aliàs sed etiam diuturno silentio involvi curavit, ne profanis temeritatibus contaminaretur, si prostaret publicè rei omnium absconditissimæ notitia; Providentiam etiam divinam, qvæ spem omnem potentiamqꝫ hominum superet, habito coram Phalaride cum Abaride colloqvio adstruxit, *Iambl. l. 1. de vita Pyth. c. 32.* Thymarides etiam Tarentinus, à præceptore hoc suo edoctus, εὔγνωμον ἡγεῖτο, τὸ μὴ ἀντιτείνειν καὶ προσαγανακτεῖν τῇ θείᾳ προνοίᾳ, *rationi consentaneum esse putabat, non reluctari divinæ providentiæ & adversus eam stomachari*: ibid. c. 28. propter qvæ videri poterat Pythagoras μὴ ἐκκόψαι τὴν πρόνοιαν, qvod tamen ipsi imputat *Theophilus*: saltem de sensu eorum, qvem interpres non adsecutus est, καθδύναμιν inqviremus. *Pythagoras*, ait, *postqvam adeò de Diis laborasset, & huc illuc* apud varias easqꝫ remotas gentes peregrinatus *discurrisset*, (hoc enim est ἄνω κάτω πορείαν ποιήσασθαι) *ultimùm*, tandem, (adverbium est ἔσχατον: nec voculæ φύσιν ceu adjectivum substantivo jungi potest: & qvid *extrema natura*? Deus enim prima supremaqꝫ potius fuerit & naturans, ut loqvuntur, natura.) *determinat eum naturam esse, fieriqꝫ omnia fortuitò: dicit etiam Deos hominum nullam habere curam.* Hactenus de Pythagora: Seqvitur de Clitomacho interrogativa enunciatio adfirmativæ seu adsertivæ æqvivalens. Ὁπόσα δὲ κλειτόμ. &c. *Qvalia verò & qvanta Clitomachus Academicus de eo, qvod non sint Dii, intulit* seu docuit? Pythagoræ ἀθέῳ jungit clitomachum, qvi pariter de Diis dubitaverit; mox Clitomacho alios, Critiam, Protagoram, & Evemerum, sive Tegeaten, sive Messenium, de cujus im-

pietate *Plut. l. de Is. & Osir. & 1. de plac. Phil. c. 7.* videndus. Cæterorum de Diis ἀποφθεγματικοὶ λόγοι notissimi Æde Clitomacho Carthaginensi Carneadis discipulo, ὐδενὸς δευτέρῳ τῶν ἀπὸ τῆς νέας Ἀκαδημίας κατὰ τὴν θεωρίαν ὄντι judicio *Athenæi l. 9.* diu hæsi num fuisset in eâdem hæresi, donec soriticam ejus argumentationem, qva nihil esse Deos mirè conficit, in *Sexti Empirici commentariorum adversus Mathematicos octavo*, edit. Lat. Parisinæ f. 282. reperirem; eamqꝫ ipsam *Theophilus* h. l. innuit laboriosum impietatis & vanitatis opus collectionem admiratus.

Lucianus in Eunucho de stipendiis qvæ Imperator Philosophis in Urbe docentibus constituisset, καὶ τὰ ἆθλα, inqvit, ὐ βοέη τις ἦν, κατὰ τὸν ποιητὴν, ὐδὲ ἱερεῖον, ἀλλὰ μυρίαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις; *Præmia proposita non erant pellis bubula, secundùm Poetam, vel pecus qvædam; Verùm in annos singulos mille drachmæ*; ἱερεῖον qvodvis θρέμμα est & commune nomen omni qvod mactatur in cibum animali, ut ἱερεύειν καὶ θύειν proprium actioni ipsi. Causam reddunt, qvod nullum animal nisi ad sacrificia primùm occideretur; post cum ex eo genere mactari in esum solerent, mansit prior appellatio ἀπὸ τῶν ἱερῶν, etsi non essent ultrà victimæ Deorum, sed escæ mortaliũ: Ita *Theoph. charact. eth. 21.* τῦ ἱερείυ τὰ κρέα, carnes mactatæ pecudis; *Polyb. l. 2.* ὑϊκὰ ἱερεῖα, *carnes suillas* adpellavit; *effœtum animal Hipp. 4. de rat. vict. in ac.* παλαιὸν ἱερεῖον: *Gal. 2. de temp. c. 2.* νέον ἱερεῖον, *recens editum*, cujus carnes in epulas parantur; *Athen. l. 1.* τροφὴν τῶν νεογνῶν ἱερείων, *carnes tenerarum pecudum* dixit. Testimonium, qvo utitur *Lucianus Homeri* est in Iliade X. ubi de Hectore & Achille certantibus, ὐδ' ἱερήϊον ὐδὲ βοέην *Interpres* specialiùs, *porcellus*; cum tamen præmium cursu aliterve certantibus propositum tàm potuerit esse caper, hædus, agnus, bucula; Neqve μυρίαι, ut vertit *Micyllus, decies mille numûm* sunt, sed *mille drachmæ*, συντεταγμένη ἐκ βασιλέως μισθοφορὰ κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, *Luc. l. d.* Theodotum Sophistam inde commendat, *Philostratus*, qvod primus

Athe-

Athenis ἐπὶ μυρίαις, h. e. Imperatoris judicio lectus & νομίμῳ ære annuo, mille drachmarum, conductus docuerit.

Antiphon Rhamnuſius, Orator Athenienſis, decem κυρίωτάτως ita dictorū antiqviſsim, τέχνην ἀλυπίας συνεστήσατο, *artem indolentiæ condidit, Plut. in ejus vita*, h. e. invenit qvomodo animi dolore & moleſtiâ qvavis liberari, adflictiſsimi verò qviq; & qveruli componi poſsint. Eam extructa in foro Corinthi taberna profeſſus, qvâcunq; de cauſâ mœrentes, cognitis ægritudinis cujusq; cauſis, conſolatus eſt: qvæ fuit διὰ λόγων θεραπεία, uti ipſe nominavit; & à nullo alio qvàm Rhetore, qvi à Philoſophis & mundi contemtoribus argumenta mutuari didicit, dexteriùs obiri potuit.

Cum enim corporis tuendi conſervandiq; gratia ars qvæſita & inventioni Deorum conſecrata fuiſſet; animi qvoq; medicinam, qvæ ejusdem concitati motus & perturbationes, h. e. inſanitatem & ægritudinem depelleret, & in tranqvillitate ac conſtantiâ eum, ponendo ſanaret, excogitandam eſſe, utpote non minus neceſſariam, nobiliorem autem multò, putavit, eiqve omnem ſuam δεινότητα καὶ σεμνότητα rectè accommodavit, & præcepta ſapientiæ admonitionesq; orationis dignitate politas animis opinione miſeriæ æſtuantibus inſtillavit. Hæc fuit τέχνη ἀλυπίας animo, non, ut putat *vir magnus l. de Rhet. nat. & conſt. c. 11. medicandi doloris* corpori conveniens. *Atqvi,* inqvit, *Antiphon Hippocratem invectiva laceſſivit, ſuamq; artem omnibus medicorum inventis prætulit.* Jure fecit, ſi animi curam corporis ſanationi anteposuit, & ſi artem λύπης, ægritudine ſolvendi animos poſſedit & exercuit, non ideò medicinam Hippocratis, qvæ dolores in corporibus, ἀλγήματα καὶ ὀδύνας, ſopire profitebatur, cavillatus eſt, nedum conculcavit vel abolevit. Contra Hippocratem igitur non ut medicum ſed ut prætorem egit; ita διαῤῥήδην *Plutarchus*: Athenis egit non Corinthi; alio loco, alio tempore, cum ἀλυπίας iſtam artem deſeruiſſet; alia de cauſa qvam qvòd medicum in jus vocaret: Ea verò ignota eſt, qvòd accuſationis Antiphontéæ libellus interciderit.

Euſebius lib. 13. προπαρ. Ευαγγ. c. 6. Platone, qvi in Critone dixerat non curandum eſſe qvid vulgus de nobis loqvatur, ſed qvid ille, qvi juſta & injuſta æqvè cognoſcit, ὁ εἷς καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια, *qvi unus ipſaq; adeò veritas eſt*, laudatô, addit: Διὸ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν ὀρθῶς πράττομεν οὐ σκοποῦντες, τί ἡμᾶς δὲ πολλοὶ ἐροῦσιν, ἀλλὰ τί βούλεται εἷς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὃν ἅπαξ κρίσει ἑλομένους προσήκει ὁμοίως καὶ τότε, ὥσπερ ἂν καὶ πρότερον, ἐμμένειν καὶ μὴ μετατίθεσθαι, μηδ᾽ ἂν ἡ πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται. Ea *Franc. Vigerus Rothom. è Societate Ieſu*, editor iſtorum XV. Evſebii librorum nuperrimus ſic interpretatus eſt: *Qvocircà etiam in certaminibus pro religione ſuſceptis jure profectò non adtendimus, qvid de nobis multitudo loqvatur, ſed tantùm qvid unum illud DEI verbum poſtulet; ad qvod ubi nos ſemel conſideratè adjunximus, tum illud etiam perinde uti prius obſervare nos oportet, nec unqvam omninò dimittere, tametſi nobis qvaſi pueris terriculamenta vis illa multitudinis objiciat.* Satis qvidem perſpicuum reddidit interpres, qvod autor conſtantiam in ſemel agnita veritate retinenda imperet; ſed τὸ μετατίθεσθαι ſcriptoris Græci aliter exprimi oportuit. Προσήκει μὴ μετατίθεσθαι, *æqvum eſt*, convenit, *non deſciſcere*, non mutare ſententiam. Eſt enim μετατίθεσθαι idem qvod μεταδοξάζειν, *reſpuere, qvòd prius adprobaveras; Galen. l. 1. de Elem. ſecundum Hippocr. cap. 2.* μέγιστον εἶναι νομίζοντες κακὸν τὸ μετατίθεσθαι πρὸς τὰ βελτίω.) Germani feliciſsimè & pleniſsimè exprimimus noſtrati iſto, vmbſetzen/vmbſatteln; & ἀφίστασθαι ἀποστῆναι, *abſiſtere*, altero non minus eleganti qvo Græcam vocem παραγραμματίζομεν extrita vocali mediâ, abſtehen/ & præterea alio abſetzen. Hinc ἐπώνυμον Dionyſio Heracleotæ ut Μεταθέμενος *transfuga, deſultor* diceretur. *Laert. in ſeptimo*; qvòd à Stoicis ad Cyrenaicos tranſiviſſet, devictus à dolore, qvem nihil eſſe cum Zenone ſenſerat: *Cic. 5. de fin. & 2. Tuſc.* & alterum pariter à Stoicis Pyrrhoniisq; ſeu Scepticis confictum verbum συγκατατίθεσθαι qvod exponunt per τὸ προσεπιδοξάζειν, hoc eſt adſenſione ſuâ probare

qvod

Digitized by Google

qvod animo terribile objectum fuit; & reverà tale esse putare, qvale primâ specie videri contigit: *Gell.l 19.c.1.* Hi verò ut ἀφασίαν καὶ ἀταραξίαν consеqverentur, h. e. *ne ex rebus omnibus qvidqvam adseverarent, néve perturbatione qvâcunq; tangerentur*, sed essent ἀδόξαστοι, ἀκλινεῖς, καὶ ἀκράδαντοι, h. e. *nihil opinarentur, in nullam partem inclinarent, & inconcussi semper & ad omnia consisterent* μηδὲν καταληπτὸν εἶναι, ἄδηλα δὲ πάντα, *nihil comprehendi posse, sed universa incerta esse* docuerunt, eòq; jusserunt suos μηδενὶ μέντοι συγκατατίθεσθαι, *prorsus nulli rei adsentiri*: *Aristocles l. 1.* τῶν περὶ φιλοσοφίας apud *Eusebium l. 14. c. 18.* sed ubiq; ἐπέχειν.

Eorundem librorum decimo qvarto *Numenius Apaméensis Pythagoricus*, cujus scripta plurimùm lectitasse Origenem è *Porph. comm. 3.* κατὰ Χριστιανῶν refert *Euseb. l. 6. hist. Eccl. c. 19. libro primo* τῶν περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως, post luculentã de Platonicæ doctrinæ successione ῥῆσιν, qvæ *caput 5.6.7.8. & 9. in Eusebio* conficit, devolvitur c. 8 ad Carneadem avtorem tertiæ Academiæ deqve ejus Philosophandi genere ita loqvitur: Ὁ δὲ Καρνεάδης, οἷον ἀντεστραμμένα φιλοσοφῶν, τοῖς ψεύσμασιν ἐκαλλωπίζετο, καὶ ὑπ' αὐτοῖς τ' ἀληθῆ ἠφάνιζε, id est, *Carneades qvasi contraria philosophans mendatiũ fucum faciebat, & sub iis vera occultabat.* Ἠφάνιζεν est ἀφανῆ ἐποίει, faciebat ut qvæ vera erant præ falso cui probabilitatem imposuerat non adparerent, & neutrum tamen nec falsum nec verum qvorum utraqve in rebus esse concederet, firmiter comprehendi posse docebat. Hic n. fuit ὁ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν ἐποχῆς λόγος, qva sapientẽ & nulli rei adsentiri & se à respondendo, ut aut probet qvid aut improbet, cohibere ut neq; neget aliqvid neq; ajat statuebant, qvẽ Carneades princeps qvatuor *de sustinendis assensionib⁹* libris adstruxerat, *Cic. 2. Acad.* Ejusmodi argutiarum minus artifex fuit iste Pœnus & qvòd dicendi facultate polleret suprà omnes, ἐψυχαγώγει καὶ ἠνδραποδίζετο, ὢν μὲν κλέπτων ἀφανής, φαινόμενος δὲ λῃστής, delectabat & captivos trahebat avditores fur occultè,

cultè, manifestè prædo. Ἀφανίζειν significat h. l. *facere ne conspicuum sit, abscondere.* Ita *Aristoph. Pluto* Ὁ δὲ Θεός ἠφάνισεν ἑαυτὸν ὡς ὄφις εἰς τὸν νεών; *Deus verò occuluit se ut serpens in templum*: & *Nubibus*: ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα, *supprimens mala convitia*; ubi *interpres*; ἀφανῆ ποιῶν, τουτέστι, περικαλύπτων τῷ γέλωτι, *risu faciens ne adparerent, ne animadverterentur.* Ἀφανισθέντα ὑπὸ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου apud *Suidam* in Φόρος sunt, *non ampliùs extantia, è conspectu remota tempore Theod. Magni.* Numenium l.l. *Vigerus* ita interpretatur; *triumphabat in mendaciis qvibus verum abolebat.* De prioris Verbi incompetentia nihil dicam; est enim manifestissima, qvia Carneades non hoc affectavit ut falsum pro vero concludere videretur, neqꝫ de eo artificio se jactitavit, sed verum falso involvit, non animadvertente interim qvovis: Posteriùs τὸ *abolere* respuunt seqventia; addit enim *Numenius*, Carneadem falsis tanqvam velis qvibusdam usum fuisse & verum dixisse, sed veteratoriè, latenter, & intus cum foris aliud ostenderet; ἀλήθευεν ἔνδον λανθάνων καπηλικώτερον. Post velum igitur falsorum vera latebant in argumentationibus Carneadis; non ergò abolita, sed solùm semota ex oculis & inconspicua facta. Hunc sensum comprobant etiam reliqva qvæ proximè seqvuntur; *accidisse Philosopho huic ejusqꝫ disputandi rationi qvod seminibus sev granis Cerealibus, è qvibus qvæ inania sunt, cassa & effœta summæ aqvæ innatant; qvæ verò vegeta sana & integra subsidunt, & sunt* ἐν τῷ ἀφανεῖ, *non adparent.* Qvàm igitur grana in fundo non possunt dici abolita vel annihilata, qvanqvam non sint conspicua; tàm nec verum in collectionibus Carneadis aboleri. Tantùm licere nobis putavimus in versionem *Vigeri*, qvantum ipse sibi, jure optimo scil. sumsit in *Xylandrum* Latinum & *Amiotum* Gallicum interpretem librorum *Plutarchi de placitis Philosophorum*; qvod utrumqꝫ *nobis ad Evsebii* προπαρ. Εὐαγγελ. *librum XV.* sæpissimè castigavit, ei adplaudimus propterea, expectamusqꝫ vicissim ipsi; non minùs necessaria enim monuimus, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι.

Himerius Bithynus Orator & Eloqventiæ doctor Athenis, Con-

Conſtantio Julianoq; Impp. unâ è LXX. Orationibus, qvarum inſcriptiones habet *Photius* C. 165. acerbum funus filii ſui Ruffini, qvem ῥήτορα ἐκ μέσων σπαργάνων omnibus & ſuperioribus & proximis, Minuciano, Nicagora, Plutarcho, Muſonio, Sexto illuſtriorem fore augurabatur dictâ Μονῳδίᾳ ſeu lugubri ſermone proſecutus eſt, & doloris magnitudinem, ac ſpem ſummam de filio pari eloqventia. Sed cujus excerpta ſolùm habemus apud *Photium* c. 243. Ejus lectione captus ſum aliqvando ſuprà modum, & poſtqvam in eadem cum ipſo navi vectus triſtiſsimum ejus qvod habuerā cariſsimum filiorum meorum navfragium feciſſem, ut mœrorem & orbitatis tædium memoriâ ἡρωϊκῶν συμφορῶν lenirem & obſcurarem, cum *Pontii Paulini* Burdegalenſis, Nolani Epiſcopi ſvaviſsimo *Panegyrico* qvo Celſi pueri obitum deplorat, & *Iul. Cæſ. Scaligeri* divina in luctu Avdecti filioli *oratione* commiſi; ad qvorum majeſtatem etſi non accedat, (Græculi enim eſt) operam tamen in eâ ponere ut emandatā legamus & intelligamus rectè non eſt inutile ſtudiis Juventutis, ſi ad hæc animum ea traducere voluerit. Initio ut pueri etiamnum ſummos in arte dicendi profectus, à qvo propterea ſeipſum qvoq; ſuperatum fuiſſe, niſi *pravum eſt in amante*, in parente de nato, *judicium*, fatetur *extr. ſermonis*, laudaret ἐδημαγώγεις, inqvit, ἄρτι τὰ πρῶτα φθεγγόμενος, ἀνήρτησο πᾶσαν τὴν ὑφ' ἥλιον τοῖς ἀσήμοις ἔτι κνυζήμασιν. i. e. interprete *A. Schotto*: *Dixiſti, primò nuper ad populum perorans: omnem qvæ ſub ſole eſt terram indecoris meis verbis implebo.* Valde ſupinè & præter rem iſta omnia. Verbo Latino Participium Græcum φθεγγόμενος, & contrà Participio Verbum Græcum ἐδημαγώγεις expreſsit; cum tamen iſta ſic permutare non licuerit; neq; τὸ φθέγγεσθαι qvod naturam, vocis nim. formationem & emiſsionem ſonumq; ſignificat, de arte oratoria & officio Rhetoris interpretari. Φθέγγεσθαι enim cujusvis hominis eſt, etiam μογιλάλων, μογγῶν, ἰσχοφώνων, ψελλῶν, τραυλῶν, blæſorum, balborum & qvovis lingvæ vitio detentorum; imò brutorum

qvoq;

qvoq; φθόγγοι & voces sunt; at δημαγωγεῖν avditores sapienter, graviter, ornatè dicendo percellere & trahere tantùm artificium. Deinde editam lectionem ἀνήρ τησο, secundæ personæ Præteriti imperfecti vocem, respondentem τῷ ἐδημαγώγεις, in ἀναρτήσω, primam Futuri reformare, qvasi verba Ruffini perorantis ista sint, qvæ sic repetat pater Himerius, temerarium facinus est. A reliqvis verò Latinis ne attinguntur qvidem Græca; ubi enim ἀναρτήσω pro *implebo*: ubi κνυζήματα pro *indecorũ verbũ*: & qvid hoc encomii, si oratori indecora verba tribuantur? Sensus autem verborum *Himerii* iste est, imò ipsissima verba ejus: *Perorasti, fili, ad populum, etiam cum primùm fari didicisses: suspendisti, omnem qvæ sub Sole est terram tuo incondito adhuc vagitu*, utpote μελλέφηβος, puer & commodùm puber futurus. Ἀναρτᾶν, & κρεμᾶν *suspendere* dicuntur rhetores; Ita *Philostratus*: λόγῳ τοὺς Τρῶας ἀνήρτητο? ἐκκρέμασθ, *pendere* dicitur populus cum dicentes auscultat; *Eunapius* de Ædesii in dicendo svavitate qva veluti incantatione qvadam avditores ceperat: οἱ ἀκούσαντες παραδόντες αὐτοὺς, καθάπερ οἱ τοῦ λωτοῦ γευσάμενοι, τῆς φωνῆς ἐγεκρέμαντο καὶ τῶν λόγων. Κνυζᾶν dicuntur vulpes & canes cum ganniunt; inde κνυζηθμός, ἡ τῶν κυνῶν βοὴ ἢ ὀδυρτική, uti μυκηθμός, τῶν βοῶν μυκώντων; qvi hinc ἐρίμυκοι *Hom. od. ο.* & τανάμυκοι *Simmiæ l.6. anthol.* Est tamen κνυζηθμός etiam *ploratus infantis, vox prima* seu *vagitus*; utitur hac significatione *Agathocles Babylonius l. 1. de Cyzicò* apud *Athen. l. 9.* ubi originem ejus qvòd Cretenses suem pro animali sacro colant refert hancce; *qvia sus Iovi in Dicta monte nato mammam præbuit & grunnitu suo* τὸν κνυζηθμὸν τοῦ βρέφεος ἀνεπάϊστον τοῖς παριοῦσιν ἐτίθει, *fecit ne vagitus infantis à prætereuntibus exavdiri posset*: & *Theocritus Idyll. 2.*

Κνυζῶνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα·

Paulò post commendaturus fraternum filii ergà sororem adfectum, Castori & Polluci eum comparat, imò facit utroq; majorem; οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἑλένης ἐστράτευον, τὴν δὲ ἁρπαγὴν οὐκ ἐκώλυ-

λυσαν. Σὺ δ' ἦ φύλαξ τῆς αὐταδέλφου ἦσθα παντὸς τείχους ὀχυρώτερος. *Ii quidem pro Helena militarunt, raptum tamen minime* (quæ negativa malè deest in editis) *prohibuerunt; Tu verò custos eras germanæ sororis tuæ quovis murô firmior. Schottus* reddidit: *fratris tui germani.* Sed articulo τῆς non adtendit, neque terminis comparationis, qui sunt Castor Polluxque & Helena horum è Jove sive Tyndaro & Leda soror; tum Ruffinus & ἡ αὐτάδελφος, soror ejus germana. Fuit etiam Ruffinus unigenitus, & fratrem ideò non habuit; soror verò, filia Himerii, cui pater quoque supervixerit, ab *Eunapio* memoratur, sed ἀνώνυμος. *Ibid.* de facundia ejus & eloquentiæ πολύ τι τῶν μουσικῶν οὐκ ἀπεχούσης Σειρήνων gratiâ: Εἰς πόθον ψυχὰς ἐκίνησας, ἃς οὐκ ἐκίνησαν οὐδὲ Θεοὶ δικαζόμενοι: *in amorem tui pellexisti mentes eas, quas ne quidem Dii judicio disceptantes flectere potuerunt.* Intelligit Areopagiticum synedrium, coram quo & peroraverat Ruffinus & Mars homicidii causam aliquando dixerat. *Schottus* ita: *Desiderio tui mentes illas flexisti*, quasi absentem desiderassent Areopagi judices, cum de vivi etiamnum & præsentis factô sermo sit. Ποθέω, ἐρῶ, φιλῶ. Ποθοῦντες, *amantes* apud *Theocr. Id. 12.* Ποθητὸς ποθεινὸς, *amabilis, gratus.* Πόθος, *amor: Autor in epithal. Severi*, cum dixisset videri fluvios quoque amare Oceanum, quia relictis fontibus suis citatô cursû in eum ferantur, de uno quodam ait, μόνος τοῦ Ποσειδῶνος πόθου πεπίστευται, i. e. solus de amore Neptuni certus est, eôque fretus; & *Pind.* apud *Athen.* l. 13. πόθῳ κυμαίνεσθαι, *amore fervere, exundare.* *Ibid.* cum dixisset pater, se ῥητορείαν filii longè splendidiorem suâ existimasse, προὔκρινον, inquit, τῶν σπουδασμάτων τὰ σὰ ψελλίσματα, *pratuli seriis & senilibus meis tuam balbutiloquentiam*, tuos pueriles lusus, h. e. exquisitè & studiosè mihi excogitata, quæ magno labore constiterant, inferiora erant tuis extemporaneis & quæ vel impedita lingua effutires. Ψέλλισμα de loquela pueri nondum firmata ad rectam pronunciatioem lingua, qualem *attubum*, ἄτυπον, appellatũt, & metaphoricè de meditamento quovis puerili. Προὔκρινον dictum est per crasin pro προέκρινον, *prapos ui, antetuli*: ut apud *Platonem*, τὸν ἐπιεικῆ τοῦ πλουσίου προκρίνας, *anteponens frugi hominem opulento.* Versio *A. Schotti* planè est ἀνάρμοστος, & alia omnia nobis

Digitized by Google

quàm *Himerius* dicit: *Balbutiente te de studiorum ratione præjudicavi*: q. d. è primitiis & floribus veris puerilis de autumni juvenilis fructibus conjecturam cepi; sed hanc significationem non admittunt duo uni verbo juncti casus, τῶν, τὰ. *In epithalamio Severi* observavit *Himerius* regulam seu legem quam nuptialibus sermonibus ipse fixerat, horum scil. verba à Poëtis desumenda esse; hoc enim significat, quod ait, τὸ τὴν μὲν λέξιν πρὸς τοὺς ποιητὰς ὁρᾶν. Ἀπόλλων, inquit, μεγάλας νίκας πλήττων τὴν λύραν ἤρατο, *magnas victorias dum lyram tangeret reportavit*. Id verò ab *Homero Od*. ξ. mutuatus est; ὡς ἄσπετον αἶνον ἄροιτο, *inenarrabilem laudem consecutus fuerit*. *Schottus* quasi esset ἤρατο per syncopen ex ἠράσατο, *adamavit*. Sed hoc Genitivo gaudet; nostrum Accusativo h. l. regitur; testatur etiam τὸ jota τῷ η subscriptum de Præsenti αἴρομαι, non de Verbo ἔραμαι. *Ibid*. de mutuis inter Oceanum & fluvios amoribus, quibus hi ferantur in illum, ille verò hos præcipites excipiat: ὁ δὲ κυμαίνει καὶ τέρπεται πορφύρων τε καὶ εἰς παστάδα κυρτούμενος, ὥσπερ οἶμαι, φρονῶν κατὰ ποταμῶν τῶν ἄλλων ὅτι δὴ μόνος τοῦ Ποσειδῶνος πόθου πεπίστευται: *Hic verò*, fluvius *exundat*, *fervet*, *& jocundatur*, ludit, *fluctuans & in thalami speciem sinuatus, puto. quasi præ aliis fluminibus se efferens quod solus de amore Neptuni certus sit, eóque fruatur*. Fluviorum enim agmina, cum sese in alveum evolvunt maris, & subterraneis recepta cavernis eò subeunt unde rursus emittantur, illam mirabilem gyrationem, diversam ab æstu maris, & motû ejus alio, quo sese urgens & idem fugiens perpetuò rotatur, à paucis cognitam, multorum inscitia explosam, *Scal. in 1. de plant.* efficiunt; quam Orator verbis è Poëtarum penu depromptis, κυμαίνειν, πορφύρειν, καὶ εἰς παστάδα κυρτοῦσθαι expressit. Τέρπεται Deponentis verbi significationem habet; *venustus & jucundus est factus ludis, lætatur*, non Passivi, ut *Schottus*, *delectatur in morem lecti sinuatum*. Πορφύρων, qud omisit *Interpres*, de undis conturbatione molli crispantibus & circulantibus dicitur; & πορφύρει θάλασσα, cum malacia non est, sed cum agitatur & leniter intumescit: Κῦμα πορφύρον καὶ μετάρσιον *nostro* est unda æstuans & hinc suspensa velut & sublimis reddita, quasi desiderio Lunæ seipsam sustolleret; qud in pleniluniis observatur maximè, quibus maria spectantur turgidiora. *Hime-*

Himerii etiam λαλιὰ seu sermo quidam fuit *εἰς τὸν νέηλυν τὸν Αἰγύπτιον, in nuperum advenam Ægyptium*; argumentum nescimus: an de adventu cuidã gratularetur, esseteq; ita Ἀσπαστικὸς ἢ εἰσδεκτικός, *Exceptoria*: an novitium de re quacunq; sive instrueret, sive carperet. Scripserat alium *εἰς τοὺς περὶ* Πείσωνα *νέηλυδας*: alium *εἰς* Σεβῆρον *νέηλυν*: alium *εἰς νέηλυδας· εἶτα εἰς νέηλυν*. Rursum alium *εἰς τοὺς ἀπὸ* Ἰωνίας *ἐπιδημήσαντας*; quendam *εἰς τὴν τῶν* Κυπρίων *ἐπιδημίαν*, & similem *εἰς τοὺς ξένους Ἴωνας*; quos titulos habemus apud *Phot. C. 165.* ut huic etiam negotio, hospites nomine publico salutandi, & sive adventum sive reditum fausta adclamatione prosequendi, adhibitum fuisse Oratorem, nisi ficta argumenta quædam sunt, colligamus. Data inscriptio videri poterat *νοθεύειν*: Quia enim, ut est in excerptis ejus sermonis, de annua exundatione Nili & incremento, ejusque per digitos cubitosque dimensione quædam ibi narrantur, fortasse Nili historiam & laudes continuit, & titulo *εἰς τὸν Νεῖλον τὸν Αἰγύπτιον* fuit. Sed cum in indiculo sermonum *Himerii*, concepto à *Photio*, quidã *εἰς νέηλυν* extet, nullus *εἰς Νεῖλον*, satius est vulgatæ inscriptioni inhærere & hoc quidem loco nihil novare. Interpretem *Himerii*, qui reddidit, *in crudelem Ægyptium*, mirè hîc delusit visus, nisi planè memoria destituit hominem; legit *νηλεῆ*. Νηλής, *νηλεής*, *νηλειής*, *sævus*, *implacabilis*, à *νη* particula στερητικῇ & ἵλεως seu ἵλεος, *lenis*, *pacatus*, *propitius*: Ἀνηλεής, *immitis*, *difficilis*, *immisericors*, ab α στερητικῇ cum epenthesi τοῦ ν & ἵλεος: idem etiam *ἀνελεείμων*, ἀπὸ τοῦ ἐλεεῖν: & adverbia *νηλεῶς*, *νηλειῶς*, *νηλαῶς*, *crudeliter*, *inhumaniter*. Pædagogicæ nugæ sunt, inde quod *Suidas* *νηλαῶς* exponat ἀπανθρώπως, id ἀπὸ λαοῦ derivare. Est enim à simplice ἱλάως, ἱλέως. Nomen autem ἵλαος. In ejusdem *Himerii* ἐπιδείξει, ὅτι ἀναβαλλόμενος εἰπεῖν ἀξιούμενος εἰς αὐτὸ τοῦτο διείλεχθαι, tritissimam gnomen pervertit interpres. Σπάνια, inquit *Himerius*, εἶναι καθήκει τὰ τίμια. *Schottus* vertit: *Rara enim præmia esse decet.* Nos ita: *rara esse convenit ea quæ preciosa reputari & in æstimatione semper haberi debent.* Hoc verò significare Oratorem adparet è sequentibus, quæ rei sunt exempli loco. *Nemo*, ait, *Oceanum admiraretur & videre cuperet, nisi is terram in medio quasi fugiens, hujus extremitatibus circumfusus esset, eóq; à quotidiano intuitu re-*

motus: & quis de Pyramidibus esset sermo, nisi procul esset spectaculum hoc; aut de statua Memnonis apud Æthiopas, nisi eam mater, ἄνω τῆς πολλῆς (nisi πολλῶν legendum est, quod videtur aptius) *θέας procul à conspectu vulgi posuisset.* Pergit: *Aes Dodonæum quia semper tinnit, artificium in fabulam convertit dies invida; δεινὴ γὰρ ἡ συνήθεια κόρον τεκεῖν, καὶ τὴν ἐξουσίαν ὕβρει λυμήνασθαι: consuetudo enim plurimùm valet rei satietatem parere, & autoritatem ejus, seu pretium, despicientia violare seu corrumpere. Interpres* obscurè: *licentiam ferocia corrumpit.* Quid enim velit hisce, neque ipse fortasse dicere nobis poterit. Sequitur: *Cum terram inhabitamus, mare quærimus, & contrà; nauta agricolam, arator nautam felicem prædicat: Ταῦτα πάντα τοῦ κόρου παίγνια: Ista omnia lusûs sunt satietatis, quam parit consuetudo.* Ineptè *interpres: hæc omnia pueriles lusûs*, cum aliquid περὶ κόρης somniasset. *Fugiamus*, addit, *satietatem, ô filii. Τοξεύει πολλάκις δι' ὕβριν οὗτος καὶ αὐτοῖς ἤδη τοῖς ἐρῶσι*, i. e. *sæpenumero ferit per contemtum ista etiam inter ipsos adhuc amantes;* quos si satietas rerum amatarum capiat, eas negligunt; neglectus autem, ὕβρις, à satietate. Sive Sibyllæ folium sive interpretis delirium hoc est: *Sæpe hæc ferocia tanquam sagitta ferit, & ipsis jam amoribus. Propempticâ in Flavianum Asiæ ProConsulem* docet ἄνωθεν, i. e. *jam olim*, temporibus superioribus, *malos inferioresque majoribus & potioribus invidisse;* addit exempla; à Cleone accusatum Periclem; à Niciâ urbe pulsum Hyperbolum: (*ἔφυγε Νικίας Ὑπέρβολον, fugit Hyperbolum Nicias*, uti interpretatur *Schottus*: sed legendũ est *ἐφυγάδευσε;* in exilium enim decennale, quod ἐξοστρακισμὸν vocabant, & *κεραμεικὴν μάστιγα*, Hyperbolus agente Alcibiade à Nicia actus fuit, *Thuc. in 8: Plut. in Alcib. Aristide, & Nicia.*) capitis damnatum Demadis rogatione ad populum Demosthenem; proscriptum à Cleophonte Alcibiadem; convitiis lacessitum à viro Seriphio Themistoclem fuisse. *Τῷ γὰρ ὑπερβάλλοντι τῆς τύχης φθονοῦντες τὸ ἐλαττούμενον τῆς ἀξίας ἀνισοῦν θράσει βιάζονται*, quæ interpretamur; *Qui enim excellenti aliorum fortunæ invident, minorem dignitatem suam, seu defectum dignitatis, quem in se sentiunt, audaciâ compensare coguntur:* quippe qui à bonis instructi non sunt, & honoribus carent, audacia invidendi melioribus eò se perventuros putant, quò alteri virtute & fortunâ pe-

venerunt; & quod ipsis deest sive animi sive fortunæ bonorum, id audaciâ, & habendi in extrema inopia fiducia stulta ac temerariâ supplent. *Schottus* nec initium hujus ῥήσεως nec finem percepit: *Ἄνωθεν κατὰ τῶν ἀρίστων ἀρχόντων τοῖς ἐλάττοσι φθόνος φύεται* : *Viri boni qui ante nos fuerunt à malis hominibus accusati sunt*; nos veriorem sensum dedimus paulò antè; Clausulam verò sic reddidit: *Nam qui excellentiori fortunæ invident, cogunt audaciæ adæquare dignitatem minorem*; quæ perplexa locutio, & sententia falsa est, & à Græcis nimiùm quantum abit. Sed libri materia nasceretur si cunctas in Himerio Latino mendas sanare velimus; usque adeò inquinatus est & malè adfectus.

Supplicii, quo Persæ primum invento κατὰ τὸν πάτριον νόμον maleficos è medio sustulerunt, cum vivos exuerent corio, à summa cervice usque ad imos pedes detracto, τοὺς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν, δημίους alibi vocabant, infami infandoque ministerio, rationem *interpres Agathiæ B. Vulcanius* incogitantiâ suâ ut nesciremus penè fecisset. Docet de eo nos, cutem à carnibus avulsam atque ita instar utris sensim inflatam è scopulo quodam suspensam fuisse: & hoc ei ita adcredidit *Cl. Schigkardus in Tarich regum Persiæ p. 111. & 149.* Sed nos paulò diffidentiores inspectô *Agathiâ l. 4.* exuvias decutitorum de palo, stipite seu ligno arrectario cum vara, suspensas fuisse didicimus. Ἐκ τοῦ αὐχένος, inquit, *τὸ δέρμα διαχαράξας ἀπέδειρεν ἅπαν μέχρι τοῖν ποδοῖν, καὶ ἀφείλετο τῶν σαρκῶν καὶ δίκην ἀσκοῦ ἠρέμα ἐμπνευσθὲν ἀπὸ σκόλοπός τινος ἀνηρτήθη*. *Plut. in Artax.* excoriatorum pelles extensas clavis adpensas indicat. Parysatis Dariæi Ochi, al. nothi, conjunx, mater Artaxerxis Memoris, corpus Mesabatæ evnuchi tribus crucibus adfigere, *τὸ δὲ δέρμα χωρὶς διαπατταλεῦσαι*, *seorsim verò cutem de palo seu clavo ligneo suspendere jussit*. A negligentia igitur error est *Agathiæ*, qui Valerianum Imp. primum à Sapore hoc supplicio adfectum fuisse opinatus est; deinde Nachoragan belli ducem, reum τῆς λειποταξίας, à Cosr[illegible]o; alios præterea & ab aliis nescivit. Nam & Man[illegible]am idem Sapores, cui iste multa de filii curation[illegible]llicitus [illegible]titum excarnificavit. *Apud Ægyp*[illegible] *& rebe*[illegible]*plicio vivos exui corio*

est in Commentariis. Eos ita demùm magno cum cruciatu vivere, si carnifex umbilicum ferro non attingat; eò tactô, illicò expirare. In fabulis est Apollinem Marsyæ victo è pini ramo suspenso, *Apollod. l. 1.* ἀποδύσαντα φλόα γυίων, ut loquitur *Nicander in alexiph.* q. d. eum decorticasse, delibrasse: *Hygin. fab. 116: Fulgent. l. 3: Plut. l. de flum. sub Marsya.* Ἀποκυλίζειν & ἀποσκυλίζειν propria huic carnificinæ verba sunt; sed omissa à Lexicis. Κύτος n. ὄγκος, χώρημα; *Suid.* sinus, alveus, & omne quicquid aliud ambit & capit; & κυτὶς, *pellis, aluta,* quod extat apud *Diosc. l. 2. c. 60.* inde Latinum *cutis*: item σκῦτος & σκυλὶς; apud *Tatianum l. contrà gentiles & Laert. in Bione*: unde *scutum*, quia corio tectum. Puerile est, quod Grammatici tamen magno supercilio tradidêre, & arripuit Pædagogorum omne vulgus, Verbum ἀποσκυθίζειν istam Persarum κόλασιν significare; respicere autem ad Scytharum morem, qui hostium interemptorum capitibus cutem cum pilis detrahere & inde mantelia facere consuevissent. Ἀποσκυθίσαι enim ignominiosam tonsuram, quali Scythæ solerēt uti, significat; ut est apud *Athen. l. 12. Evripides* pœnitentium lugentiumque habitum per κρᾶτα ἀπεσκυθισμένον in *Troad. v. 1026.* & per πλόκαμον ἐσκυθισμένον ξυρῷ, h. e. *cincinnos novaculâ demtos,* in *Electra v. 241.* descripsit; & *Suidas,* ἀποσκυθίσαι, καταχρηστικῶς τὸ ἀποκεῖραι. Ἀποσκύτισις verò cùm non capillos tantùm, sed ipsam simul cutem demerent. In Marsyæ igitur rebus non uterentur Græci Verbo ἀποσκυθίσαι, ut putavit *vir summus*; sed Verbo ἀποσκυλίσαι vel ἀποκυλίσαι, quod & legale est, & rem planè exprimit; ἀπὸ enim Præposito removet. Ἀποσκυλίζειν ἀπὸ σκύτος, ut ἀποδέρειν, ἀποδερματόειν, ἀπὸ δέρος, δέρματος; *decutire, excutire cute communi tegumento spoliare;* quod in inanimatis περιφλοίζειν, περιλέπειν & περιλεπίζειν, *decorticare, despoliare; spolium* enim tunica, membrana, lamella.

Judæorum rebellium clades, quam post ultimam adsolationem ab Adriano Imp. qui Æliam in ruderibus Jerosolymorum & templum Jovis Capitolini in monte Sion condiderat accepêre, concisione multorum millium ipsis constitit; non audeo referre, quòd mendacio propius quid sit summa, quam cæsorum expugnata urbe Bethera, quam cum ductore suo ben Cocheba insederant, con-

Digitized by Google

conficiunt: Legat qui volet apud *Galatinum l. 4. art. Cathol. Verit. c.21.* è libro *Eccah rabbethi* & *Bereschith rabba.* Duplò plures eo bellô periisse scribit *Salmanticensis l. Juchasin,* quàm olim ex Ægypto fuissent duce Moyse egressi. Toti greges captivorum minimo venditi fuerunt, non in hoc ut servirent dominis, sed ut cum bestiis dimicarent vel seipsos in theatris conficerent. Adrianus Imp. teste *Chron. Alex. sub Ol.224. a. 3.* instituta in urbe Terebinthô panegyri & indicto foro πέπρακεν αὐτοὺς εἰς ἵππου τιμὴν ἕκαστον. h. e. *Radero interprete, Judæos singulos ad equi precium venales exposuit.* Non exigua perplexitas hic se ostentat; & Latina sonant contrarium atque Græca narratio profitetur. Si enim captivus equi precio venditus est, non poterit ideò vili venditus fuisse putari; Equorum enim precia servorum auctiones plerunque superabant. Unde *Plinii* temporibus, odiô luxûs aliunde in urbem traducti, querebantur coquos singulos pluris emi quàm equos singulos: Iste *l. 9. c. 7.* quasi conveniret servum minori quàm eqvum prostare, quod hoc ante semper obtinuisset. Non ergò τιμὴ ἵππου, h. l. *equi precium,* sed *commeatum seu cibarium,* quantum ejus in unicam equi pastionem requiritur, significat. Vænibant enim Judæi χόρτῳ, ἀχύρῳ, paleis & fæni manipulo; quem si repræsentasset militi emtor Judæum auferebat, re vilissima nobilissimam creaturam permutans. Est hac significatione apud *anonymum* περὶ καταστάσεως τοῦ ἀπλήκτου, *de castrametatione,* cujus verba in *Glossario Nic Rigaltii* ista legimus: Τοῦ μὲν τοι τούλδου ἀπό σου διαχωριζομένου ἀναλαμβάνειν σε δεῖ ἐπὶ σιτισμὸν τοῦ λαοῦ καὶ τιμὰς τῶν ἵππων δύο ἡμερῶν ἢ τριῶν βασταζομένας εἰς ταχεῖς ἡμιόνους ἢ καὶ ἵππους ἐν τοῖς σαγμοσελλίοις, & ita interpretamur; *Si impedimenta, sarcinæ militares,* (τοῦλδον enim, ἀδέστρατα, τὴν κομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων, quemvis adparatum necessariorum, Hisp. & Gallis *bagaje*; Græculis βαστάγια, *bastaga,* significat) *à te remotæ fuerint,* longè absfuerint, *oportet te præter annonam* seu provendam *pro exercitû adsumere etiam pabulum pro jumentis in duos vel tres dies, quod muli celeres aut equi in sacciperiis,* sagmis vel savmis *portent:* id quod jubet ratio impedimentorum, quæ in tuto, seorsim loco conflictûs, cum calonibus, sagmariis & quavis ἀποσκευῇ solent collocari. Etiam *Leo Imp. Tacticorum Constit. 10.*

stit. 10. §. 12. præcipit, *ἐκ τοῦ τούλδου κινοῦντας ἐπὶ τὴν μάχην παραλαβεῖν τὰ ἀδέστρατα καὶ σαγμάρια καὶ ἢ τέντας διπλᾶς ἢ σαγία διπλᾶ εἰς τὸ μὲν σκέπεσθαι ἕν, τὸ δὲ ἕτερον εἰς τέντας καὶ τὸ λεγόμενον χαμάρδην ἔχειν, ἀλλὰ καὶ δαπάνην*: *proficiscentes à tuldo ad prælium sarcinas secum sumere, & aut tentam duplicem vel amiculum duplex; unũ quidem ut se eo si opus fuerit contegant; alterum pro tabernaculo insternendo; sed & commeatum*: & milites legionarii in Romanorum expeditionibus plusquãm dimidiati mensis cibaria secum ferre consuevêrunt. Hæc de ista *ἵππου παγῆ* sententia mea est: *εἰ δὲ ἄλλος νοεῖ ἑτέρως, κρατείτω τῆς ἑαυτοῦ γνώμης· ἐμὲ δὲ μὴ ἐνοχλείτω.* Eam vocem docti nonnulli inter mixo-barbaras censent; sed videtur, si *ἀπὸ τοῦ πάττεσθαι* derivari cogitemus & statum certumque demensum pabuli exponamus, inter legitimas Græcas reponi posse, etsi à benè-vetere usurpatam nondum compererimus. Tacticorum scriptores *ἀποτροφὴν τῶν ἀλόγων* adpellant; interdum etiam *δαπάνην. Γυρεύειν διὰ δαπάνας, pabuli comparandi gratia circare* seu circumcursitare. *E Corona preciosa*, qui liber lexicus quadrilinguis est, continetque vocabula Græca vetera & recentia cum interpretatione Latina & Italica, ante hos centum annos à *Petro Burrana Lucarnensi* locupletatus, collectores glossarum dederunt nobis & hanc: *Φαγὴ, pabulum, βορά*: quod si sequi quis velit, in verbis *Chronici* mendam, & pro *παγὴν* legendum esse *Φαγὴν* contendet. Sed cum ii qui hodiè è Græcia, Natoliaque ad nos commeant (vidimus autem & audivimus a. 1619. Geræ Græculos duos, *Benedictum Ἱερομόναχον Ἱεροσολυμίτην Cretensem* & *Zachariam Gerganum* nobilem, ut videri volebat, Ithacensem, qui alia quàm populari Græca lingua fari nescirent) nobis percontantibus adfirmaverint, *παγὴν* significare id quod diximus antè, nihil mutare satius est. Non prohibemus interim, multò minus reprehendimus, si quis glossam alteram *Φαγὴ, pabulum*, amplectatur; fortasse enim & hoc legitimum est, quippe *ἀπὸ τοῦ Φαγεῖν*, ut *Φαγήματα, βρώματα*, apud *Suidam*, i. e. *epulæ, pabulum, cibaria*.

In ordine armorum & vestimentorum, quæ militibus imperat *Leo Constit. 5. §. 4.* nominantur *κέντουκλα φαρδέα. Κέντουκλα*, centones, centunculi, *ἰδιωτικῶς* vocantur *πῖλοι, πιλήματα τὰ ἐξ ἐρίων πεπι-*

πιλημένα, συμπιεσθέντα καὶ συσφιχθέντα ὑφάσματα, impilia, seu è lanis coactiles panni crassiores, quibus corpora muniebantur eorum qui loricas, κλιβάνια σιδηρᾶ seu thoraces ferreos non habebant, ut à telorum jactibus tuti præstarentur: Lanas enim ita coactas, quas *feltra* quoque vocant, si aceto madidentur, ferro resistere scribit *Plinius.* Iisdem tegebantur equi quibus non erant frontalia lateralia & pectoralia ferrea sive cornea, *Const. 6. §. 13.* & machinæ ne ab imbribus, aut igne injecto aut immissis lapidibus corrumpi possent. Κέντουκλα φαρδέα sunt *centones laxi.* Φαρδὺ enim idem quod εὐρύχωρον. Vestes autem laxæ & follicantes, ut vocat *Hieron. Ep. 22. ad Eustochium*, maximè conveniunt equitibus, ἵνα ἐν τῷ καβαλλικεύειν μὴ ἐμποδίζωνται, ἀλλὰ καὶ σκέπωνται διὰ αὐτῶν τὰ γόνατα αὐτῶν; deinde, ut arma, arcus, coryti, scuta, loricæ à pluvia defendantur & occultè gestari possint: quem usum l. d. Imperator adnotavit. *Johannes Checus Cantabrigiensis Interpres Tacticorum Leonis*, transpositâ contrà Codicum fidem *in §. 4. Const. 5.* σιγμῆ, *cenducla ferrea* nobis exhibet, & mox, *fardea;* quorum neutri adquiescere possumus; non *cenduclis*, non *ferreis cenduclis*, non *fardeis.* Cenducla enim nulla sunt; nec centunculi ulli visi sunt ferrei; nec τὸ φαρδέα sine substantivo significativum est. Νευρικὰ τὰ ἀπὸ κεντούκλων διπλῶν γινόμενα induere jubentur ἀντὶ λωρικίων, *loricarum vice*, οἱ μὴ ἔχοντες σιδηρᾶ. Sequitur, κέντουκλα φαρδέα; quam in Codicibus distinctionem quia non secutus est *Checus* tot παρερμηνεύματα, sententiarum confusiones, & rerum inscitias dedit. *Ibid.* πέδικλα σεληναῖα σιδηρᾶ μετὰ καρφίων αὐτῶν sunt *calcei lunati ferrei*, h. e. soleæ equis calceandis, *cum suis clavis.* Κάρφαι, καρφία, hoc genus scriptoribus sunt clavi, quibus soleæ equorum ungulis adfiguntur; Ejusmodi secum in lorosaccis seu avertis circumferre jubentur equites, ne in itinere vel prælio amissâ ruptâve soleâ eqvum periclitari contingat, si excalceatus per saxa & scrupos incedat. *Checus* instrumentorum fabrilium & supellectilis ἱπποκομικῆς parùm gnarum se prodidit, quòd καρφία, ῥινία, σουβλία *carphia, rhinia, suglia* ridiculè interpretatus est; καρφία enim *clavi, pivia, limæ*, σουβλία *acûs, fibulæ, subulæ* sunt, quorum ferramentorum in equorum curâ quotidianus usus est. *Const. 6.*

stit. 6. §. 21. mandat Imperator ἄρματα βαστάζειν ἐκ περισσοῦ, μάλιστα τοξάρια καὶ σαγίττας, *arma superflua habere in promtu, maximè arcus sagittasq;, ut sufficì possint iis qui non armati sunt.* Similiter §. 15. ἐν τῷ καιρῷ τῆς ῥόγας καὶ ἀδνουμίου, h. e. cum recensentur milites & stipendium ipsis numeratur jubet καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν καὶ τὰ ἄρματα ἀπογράφεσθαι, *& lixas cujusq; & arma describi:* & §. 12. centones superinjici dicit ideò, ne ab aëre humido rore vel pluvia vitietur τὸ ἄρμα αὐτῶν, *armatura ipsorum.* *Checus* locis his omnibus ἄρμα, *currum*, ἄρματα, *currus* exposuit, malè vocem è Latinâ depravatam habens pro purè Græca, cum tamen hæc spiritu aspero, illa leni efferatur. Constit. 15. qua præcepta de obsidione facienda & toleranda traduntur, §. 48. πρὸς τοὺς κριοὺς inquit, ἀντίκεινται τυλάρια καὶ σακκία γέμοντα ἄχυρα καὶ ψάμμον, i.e. *arietibus opponuntur culcitæ & sacci repleti paleis & arena.* Τυλάριον, τυλεία, τύλη, culcita, quam tomento, pilis ciliciis, glumis spicarum seu acere, & lana stipabant, πρὸς τὴν ἀποσοβὴν τῶν πετροβόλων μαγγάνων, qua ceu corpore laxo impetus arietum & balistarum mollitur. *Vitruv. l. 10. c. 19.* adnotat coriis crudis duplicibus consutis farctis alga aut paleis in aceto maceratis à machinis & muris tormentorum impetus & incendia prohiberi. *Telaria*, uti & *tzicuria*, *Const. 7. §. 58.* quæ nemo Latinorum agnoscit, commentus est *Chetus:* Sunt autem τζικούρια, τζηκούραι σικούρια, σικούρεις, *secures*, instrumenta fustifissorum; sed quæ ab equitibus δίστομα ad cæsim punctimque feriendum accommoda, similia iis quæ *pertusaine* hodiè vocant, & *halabardas*, sed breviore manubrio, thecæ coriaceæ indita à sella dependentia gestabâtur, *Const. 6. §. 11.* De lapidibus, qui in navali pugna in hostes solent conjici, docet *Const. 19. §. 13.* eos esse ὅπλα εὐπόριστα καὶ ἀνελλιπῆ, i. e. *arma talia quæ & facilè comparari possunt, & ferè nunquam deficiunt.* Neutrum adjectivorum *Checus* suâ interpretatione, *sunt arma bona & certa*, expressit, & ea ipsa negligentiam suam, non Imperatoria sensa, publicavit. *Constit. 11. §. 11.* mandat duci belli, provideat ne agricolæ à militibus quovis modo lædantur. Duo enim hæc vitæ genera, militiam & agriculturam, ad Reip. constitutionem & conservationem maximè necessaria esse. Γεωργικὴ μὲν ait Imp. τρέφουσα καὶ αὔξουσα τοὺς στρα-

ϛρατιώτας, ϛρατηγικὴ δὲ ἐκδικοῦσα καὶ περιφυλάττουσα τοὺς γεωργούς. *Agricolarum quidem, qui nutriunt & augent milites; militum verò, qui vindicant ab injuriis & custodiunt agricolas.* In versione Checi edit. Lugd. Bat. a. 1613. alterum membrum quod est de officio agricolarum typographi incuria omissum est, & quod militum est de agricolis dicitur; *Agricultura, quæ defendit & propugnat agricolas.* Nos hæc tironibus & aliis qui inadvertenter *Leonem* lecturi erant scribimus; inter coryphæos & τριβωνευομένους τὰ τοιαῦτα non auderemus de talibus hiscere; hi enim per se observarent.

In excerptis vitæ Demosthenis, quæ *Photius Cod. 265.* è libello *Plut. de X. Oratoribus* confecit, ejus in opera publica magnificæ erogationes referuntur; nimirum quod impensam in murorum urbis refectionem pecuniam, centum minarum argenti, de proprio persolverit, καὶ θεωροῖς δὲ μυρίας ἐπέδωκεν, *& in spectacula decem minarum millia contulerit*, ut interpretatur *Schottus*. At Θεωροὶ, h. l. sunt οἱ εἰς θυσίας πεμπόμενοι καὶ εἰς χρηστήρια, καὶ τὰς ἑορτὰς, ἱεροὺς ἀγῶνας, καὶ ἄλλας πανηγύρεις, qui publica autoritate ad sacrificia exterorum, ad oracula consulenda, ad festa, sacra certamina, aliosque conventus mittebantur ab Atheniensibus. Hi non ἀπὸ τῆς θέας, *à spectaculis* ita dicti fuêre, sed ἀπὸ τῆς τῶν θείων ὤρης, *à curâ sacrorum*; ut πυλωροὶ, portarum, ὑλωροὶ, silvarum. θυρωροὶ, januarum custodes. ὤρη γὰρ ἡ φροντίς, *Galen. in glossis*, & *Interp. Hom. Il. θ.* Inde Θεωρεῖν, primitiva significatione *ad sacra proficisci, interesse sacris*; ut apud *Thucyd.* ξὺν γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες: & Θεωρὶς, navis publica, quâ theori ablegabantur. Insuper *minarum decem millia* theoris contulisse in res sacras Demosthenem, præterquam quod inepta & inaudita nec Latina locutio est, vel inde falsi arguitur, quòd summa decem millium minarum talenta centum & sexaginta conficiat, (sexaginta enim minæ sunt talentum Atticum) quæ ne ditissimus quidem civium in pecuniis possedisse legitur, & quòd vel quindecim talenta, quæ Demostheni pater reliquerat, haberentur pro patrimonio lautissimo hominis privati. Μυρίαι autem h. l. sunt mille drachmæ, h. e. decem minæ, talenti pars sexta; quam docti in aureos Romanos quadringentos, Atticos quingentos, coronatos

Gallicos millenos resolvunt; eaque summa Oratoris pecuniosi largitioni convenerit. In vulgatâ versione *Plutarchi* hanc numeri notam, ccIↄↄ, hodiè reperimus, quæ sine dubio ex istâ, cIↄ, corrupta est. Nemo autem intelligat minásne mille an drachmas insinuet; qua obscuritate & illusit nobis interpres & ignorantiam suam callidè obtexit. Idem *Photius Cod. 75.* de libello *Johannis Philoponi* Grammatici, quem contrà *Johannis* cogn. *Scholastici* Patriarchæ Constantinop. Orationem catecheticam *de sanctâ & consubstantiali Trinitate* scripserat agens, ait ipsum quæ ex aliorum, nimirum Orthodoxorum scriptis compilat corrumpere & servare quidem ista autorum à quibus accepit characterem ac loquendi formulas esse easdem, sed ab ipso malignè detorqueri, ac quod in ipsis autoribus erat germanum grave ac solidum amittere, esseque ea propterea ὥσπερ σύνθετα, φύσιν μὲν ἄρισται, τροφῇ δὲ καὶ διαίτῃ τὸ νόθον καὶ μοχθηρὸν ἀποφαίνοντα, *similia ferculis quæ natura quidem optima, sed in alimenti ratione absurdum quid & pravum præ se ferunt*, quòd nimirum esitata malis succis corpus repleant. Σύνθετα h. l. cibos è diversis simplicibus adparatos significant; aliâs pharmaca quæ plures species ingrediuntur; ita *Q. Serenus Sammonicus c. 8. de venenis probib.* antidotum Mithridaticam, è sale, nucibus, ficubus, & salvia constructam adpellavit *synthesin vilem*. *Schottus* reddidit: *composita*: quod multò generalius est edulii significatu, quem intendit *Photius*.

Julia Severi Imp. conjunx ob cædē filii sui Antonini Caracallæ gravissimè adfecta, & Macrino successori infensa quàm maximè, quòd in hunc nefanda moliri cum suis diceretur, ab eô Antiochia excedere jussa est; Ea tum abjecto vitæ desiderio inediâ consumpta obiit: *Acceleravit ei mortem Carcinus, cujus ipsa, cum eum jam multo tempore quiescens haberet in sinû, pectus percussit, eumq; crebris ictibus ad mortem ei inferendam irritavit.* Ita rem verbis *Gvilhelmi Blanci Albiensis,* qui Xiphilinéam Dionis epitomen vertit, narrat *Gvido Pancirolus l. 2. thes. var. lection. c. 73.* Sed cum de Carcino, quis fuisset, & quomodo in sinû Juliæ (non nôram enim præter Atheniensium Prætorem ex *Isocr. trapezitico*, & Poëtam Atticum tragicum, cujus *Aristot. 7. Eth. c. 8.* meminit, itemque Agrigentinum similiter tra-

ter tragicum è *Svida*, quendam hoc nomine alium) eſſem ſollicitus, & propterea Græca *Xiphilini* requirerem, ſtatim patuit falſum; Juliam nimirum cum cancro, fortaſſe nondum exulcerato, κρυπτῷ in mamma diu laboraſſet, ἀπράκτου καὶ ἀγεννοῦς πένθους genere, crebra pectoris percuſſione malum, quod ἀκίνητον ſolet eſſe ἄμεινον, exaſperaſſe? Ἐπειδὰν, inquit *Xiphil.* καὶ ὁ καρκῖνος, ὃν ἐκ πάνυ πολλοῦ χρόνου ἡσυχάζοντά πως ἐν τῷ μαστῷ ἔχουσα, εἶτα κοψαμένη τὰ στέρνα ταῖς πληγαῖς ἠρέθισεν εἰς τὸν θάνατον αὐτῇ συνεβάλετο. In re manifeſta non obtundam lectorem locorum è medicis ſcriptoribus oſtentatione, qui περὶ καρκίνου doceant.

Polychronius presbyter Eccleſiæ, ut videtur, Antiochenæ & monachus decreto Synodi Oecumenicæ Conſtantinopolitanæ VI. comperta ejus in reſuſcitando mortuo impoſtura, & quòd Monotheletarum ſectæ addictus eſſet, cum aliis ejus farinæ Theodoro Pharanio Epiſcopo, Cyro, Alexandrino, Sergio, Pyrrho, Paulo & Petro Conſtantinopolitanis, Macario Antiocheno & Stephano diſcipulo hujus, anathemate notatus fuit: Ita *Zonaras ann. t. 3 ſub Conſt. Pogonato*: ubi cum cæteris facta ad nomen alluſione recenſetur, ὁ Πολυχρόνιος τὴν κακίαν καὶ νηπιόφρων γέρων, h. e. *Polychronius malitiâ quidem talis, ſapientiâ verò puer, ſeu puerilia ſapiens ſenex.* Patres iſtius Concilii *in Epiſtolâ ſynodali ad Agathonem Papam* vocant Polychronium, *qui in dogmatibus hæreticis nomini ſuo reſpondens inveteravit & fuit* πολυχρόνιος: apud *Baron. ad annum 681. t. 8. annal. n. 8. Interpres Zonaræ H. Wolfius* cum Polychronium ignoraret, ῥῆσιν autoris ſui planè pervertit & nomen proprium Πολυχρόνιος adpellativo, appellativum contrà γέρων proprio commutavit ita: *Geron inveteratæ improbitatis & puerilis vecordiæ ſenex*; quæ prorſus ſanè ſunt ἔξω τοῦ πράγματος.

Nicephorus Gregoras ſchol. ad Syneſium de inſomniis, quæ nuper cum Syneſii σωζομένοις edidit doctiſs. *Petavius*, ubi de Hannibale victo & ad Pruſiam Bithyniæ regem profugo: Μετ' οὐ πολὺ inquit, ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτόθι ἀποδημήσας Τίτος ὁ στρατηγὸς διὰ χρείας ἑτέρας καὶ θεασάμενος τὸν Ἀννίβαν ἐμελέτησε λάτρα αὐτὸν πικρῶς ἀποκτεῖναι. Sermo eſt de Tito Quinctio Flaminio, ſervatore illo Græciæ, quo duce Romani bellum Macedonicum contrà Philip-

Digitized by Google

qvoq; φθόγγοι & voces sunt; at δημαγωγεῖν avditores sapienter, graviter, ornatè dicendo percellere & trahere tantùm artificium. Deinde editam lectionem ἀνήρτησο, secundæ personæ Præteriti imperfecti vocem, respondentem τῷ ἐδημαγώγεις, in ἀναρτήσω, primam Futuri reformare, qvasi verba Ruffini perorantis ista sint, qvæ sic repetat pater Himerius, temerarium facinus est. A reliqvis verò Latinis ne attinguntur qvidem Græca; ubi enim ἀναρτήσω pro *implebo*: ubi κνυζήματα pro *indecoris verbis*: & qvid hoc encomii, si oratori indecora verba tribuantur? Sensus autem verborum *Himerii* iste est, imò ipsissima verba ejus: *Perorasti, fili, ad populum, etiam cum primùm fari didicisses: suspendisti, omnem qvæ sub Sole est terram tuo incondito adhuc vagitu*, utpote μελλέφηβος, puer & commodùm puber futurus. Ἀναρτᾷν, & κρεμᾷν *suspendere* dicuntur rhetores; Ita *Philostratus*: λόγῳ τοὺς τρῶας ἀνήρτητο? Ἐκκρέμασθαι, *pendere* dicitur populus cum dicentes auscultat; *Eunapius* de Ædesii in dicendo svavitate qva veluti incantatione qvadam avditores ceperat: οἱ ἀκούσαντες παραδόντες αὐτοὺς, καθάπερ οἱ τοῦ λωτοῦ γευσάμενοι, τῆς φωνῆς ἐγκρέμαντο καὶ τῶν λόγων. Κνυζᾷν dicuntur vulpes & canes cum ganniunt; inde κνυζηθμός, ἡ τῶν κυνῶν βοὴ ἢ ὀδυρτική, uti μυκηθμός, τῶν βοῶν μυκώντων; qvi hinc ἐρίμυκοι *Hom. od.* ο. & ταναίμυκοι *Simmiæ l.6. anthol.* Est tamen κνυζηθμὸς etiam *ploratus infantis, vox prima* seu *vagitus*; utitur hac significatione *Agathocles Babylonius l. 1. de Cyzico* apud *Athen. l. 9.* ubi originem ejus qvòd Cretenses suem pro animali sacro colant refert hancce; *qvia sus Iovi in Dicta monte nato mammam præbuit & grunnitu suo* τὸν κνυζηθμὸν τοῦ βρέφους ἀνεπαΐστον τοῖς παριοῦσιν ἐτίθει, *fecit ne vagitus infantis à prætereuntibus exavdiri posset*: & *Theocritus Idyll.2.*

Κνυζῶνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα·

Paulò post commendaturus fraternum filii ergà sororem adfectum, Castori & Polluci eum comparat, imò facit utroq; majorem; οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἑλένης ἐστράτευον, τὴν δὲ ἁρπαγὴν οὐκ ἐκώλυ-

λυ-

λυσιν. Σὺ ἡ φύλαξ τῆς αὐταδέλφου ἦσθα παντὸς τείχους ὀχυρώτερος. *Ii quidem pro Helena militarunt, raptum tamen minime* (quæ negativa malè deest in editis) *probibuerunt; Tu verò custos eras germanæ sororis tuæ quovis murò firmior. Schottus* reddidit: *fratris tui germani*. Sed articulo τῆς non adtendit, neque terminis comparationis, qui sunt Castor Pollnxque & Helena horum è Jove sive Tyndaro & Ledà soror; tum Ruffinus & ἡ αὐτάδελφος, soror ejus germana. Fuit etiam Ruffinus unigenitus, & fratrem ideò non habuit; soror verò, filia Himerii, cui pater quoque supervixerit, ab *Eunapio* memoratur, sed ἀνώνυμος. *Ibid.* de facundiâ ejus & eloquentiæ πολύ τι τῶν μουσικῶν οὐκ ἀπεχούσης Σειρήνων gratiâ: Εἰς πόθον ψυχὰς ἐκίνησας, ἃς οὐκ ἐκίνησαν οὐδὲ Θεοὶ δικαζόμενοι: *in amorem tui pellexisti mentes eas, quas ne quidem Dii judicio disceptantes flectere potuerunt.* Intelligit Areopagiticum synedrium, coràm quo & peroraverat Ruffinus & Mars homicidii causam aliquando dixerat. *Schottus* ita: *Desiderio tui mentes illas flexisti*, quasi absentem desiderassent Areopagi judices, cum de vivi etiamnum & præsentis factô sermo sit. Ποθέω, ἐρῶ, φιλῶ. Ποθοῦντες, *amantes* apud *Theocr. Id. 12.* Ποθητὸς, ποθεινὸς, *amabilis, gratus.* Πόθος, *amor: Autor in epithal. Severi*, cum dixisset videri fluvios quoque amare Oceanum, quia relictis fontibus suis citatô cursû in eum ferantur, de uno quodam ait, μόνος τοῦ Ποσειδῶνος πόθῳ πεπίστευκε, i. e. solus de amore Neptuni certus est, eôque fretus; & *Pind.* apud *Athen.* l. 13. πόθῳ κυμαίνεσθαι, *amore fervere, exundare.* *Ibid.* cum dixisset pater, se ῥητορείαν filii longè splendidiorem suâ existimasse, προὔκρινον, inquit, τῶν σπουδασμάτων τὰ σὰ ψελλίσματα, *pratuli seriis & senilibus meis tuam balbutiloquentiam*, tuos pueriles lusus, h. e. exquisitè & studiosè mihi excogitata, quæ magno labore constiterant, inferiora erant tuis extemporaneis & quæ vel impedita lingua effutires. ψέλλισμα de loquela pueri nondum firmata ad rectam pronunciatioem lingua, qualem *attubum*, ἄτυπον, appellarũt, & metaphoricè de meditamento quovis puerili. Προὔκρινον dictum est per crasin pro προέκρινον, *præposui, antetuli*: ut apud *Platonem*, τὸν ἐπιεικῆ τοῦ πλουσίου προκρίνας, *anteponens frugi hominem opulento.* Versio *A. Schotti* planè est ἀνερμήνευτος, & alia omnia nobis

quàm *Himerius* dicit: *Balbutiente te de studiorum ratione præjudicavi*; q. d. è primitiis & floribus veris puerilis de autumni juvenilis fructibus conjecturam cepi; sed hanc significationem non admittunt duo uni verbo juncti casus, τῶν, τά. *In epithalamio Severi* observavit *Himerius* regulam seu legem quam nuptialibus sermonibus ipse fixerat, horum scil. verba à Poëtis desumenda esse; hoc enim significat, quod ait, τὸ τὴν μὲν λέξιν πρὸς τοὺς ποιητὰς ὁρᾶν. Ἀπόλλων, inquit, μεγάλας νίκας πλήττων τὴν λύραν ἤρατο, *magnas victorias dum lyram tangeret reportavit*. Id verò ab *Homero Od.* ξ. mutuatus est; ὡς ἄσπετον αἶνον ἄροιτο. *inenarrabilem laudem consecutus fuerit. Schottus* quasi esset ἤρατο per syncopen ex ἠράσατο. *adamavit*. Sed hoc Genitivo gaudet; nostrum Accusativo h. l. regitur; testatur etiam τὸ jota τῷ η subscriptum de Præsenti αἴρομαι, non de Verbo ἔραμαι. *Ibid.* de mutuis inter Oceanum & fluvios amoribus, quibus hi ferantur in illum, ille verò hos præcipites excipiat: Ὁ δὲ κυμαίνει καὶ τέρπεται πορφύρων τε καὶ εἰς παστάδα κυρτούμενος, ὥσπερ οἶμαι, φρονῶν κατὰ ποταμῶν τῶν ἄλλων ὅτι δὴ μόνος τοῦ Ποσειδῶνος πόθου πεπίστευται: *Hic verò*, fluvius *exundat, fervet, & jocundatur*, ludit, *fluctuans & in thalami speciem sinuatus, puto, quasi præ aliis fluminibus se efferens quod solus de amore Neptuni certus sit, eôque fruatur.* Fluviorum enim agmina, cum sese in alveum evolvunt maris, & subterraneis recepta cavernis eò subeunt unde rursus emittantur, illam mirabilem gyrationem, diversam ab æstu maris, & motû ejus alio, quo sese urgens & idem fugiens perpetuò rotatur, à paucis cognitam, multorum inscitia explosam, *Scal. in 1. de plant.* efficiunt; quam Orator verbis è Poëtarum penu depromptis, κυμαίνειν, πορφύρειν, καὶ εἰς παστάδα κυρτοῦσθαι expressit. Τέρπεται Deponentis verbi significationem habet; *venustus & jucundus est factus ludis, lætatur*, non Passivi, ut *Schottus*, *delectatur in morem lecti sinuatum*. Πορφύρων, qud omisit *Interpres*, de undis conturbatione molli crispantibus & circulantibus dicitur; & πορφύρει θάλασσα, cum malacia non est, sed cum agitatur & leniter intumescit: Κῦμα πορφυρεῖν καὶ μετέωρον *nostro* est unda æstuans & hinc suspensa velut & sublimis reddita, quasi desiderio Lunæ seipsam sustolleret; qud in pleniluniis observatur maximè, quibus maria spectantur turgidiora.

Hime-

Himerii etiam λαλιὰ seu sermo quidam fuit *εἰς τὸν νέηλυν τὸν Αἰγύπτιον, in nuperum advenam Ægyptium*; argumentum nescimus: an de adventu cuidã gratularetur, essetq; ita Ἀσπαστικὸς ἢ εἰσδεκτικὸς, *Exceptoria*: an novitium de re quacunq; sive instrueret, sive carperet. Scripserat alium εἰς τοὺς περὶ Πείσωνα νεήλυδας: alium εἰς Σεβῆρον νέηλυν: alium εἰς νεήλυδας εἶτα εἰς νέηλυν. Rursum alium εἰς τοὺς ἀπὸ Ἰωνίας ἐπιδημήσαντας; quendam εἰς τὴν τῶν Κυπρίων ἐπιδημίαν, & similem εἰς τοὺς ξένους Ἴωνας; quos titulos habemus apud *Phot. C. 165.* ut huic etiam negotio, hospites nomine publico salutandi, & sive adventum sive reditum fausta adclamatione prosequendi, adhibitum fuisse Oratorem, nisi ficta argumenta quædam sunt, colligamus. Data inscriptio videri poterat νοθεύειν: Quia enim, ut est in excerptis ejus sermonis, de annua exundatione Nili & incremento, ejusque per digitos cubitosque dimensione quædam ibi narrantur, fortasse Nili historiam & laudes continuit, & titulo εἰς τὸν Νεῖλον τὸν Αἰγύπτιον fuit. Sed cum in indiculo sermonum *Himerii*, concepto à *Photio*, quidã εἰς νέηλυν extet, nullus εἰς Νεῖλον, satius est vulgatæ inscriptioni inhærere & hoc quidem loco nihil novare. Interpretem *Himerii*, qui reddidit, *in crudelem Ægyptium*, mirè hîc delusit visus, nisi planè memoria destituit hominem; legit νηλεῆ. Νηλὴς, νηλεὴς, νηλειὴς, *sævus, implacabilis*, à νὴ particula στερητικῇ & ἵλεως seu ἵλεος, *lenis, pacatus, propitius*: Ἀνηλεὴς, *immitis, difficilis, immisericors*, ab α στερητικῇ cum epenthesi τοῦ ν & ἵλεος: idem etiam ἀνελεείμων, ἀπὸ τοῦ ἐλεεῖν: & adverbia νηλεῶς, νηλειῶς, νηλαῶς, *crudeliter, inhumaniter*. Pædagogicæ nugæ sunt, inde quod *Svidas* νηλαῶς exponat ἀπανθρώπως, id ἀπὸ λαοῦ derivare. Est enim à simplice ἱλάως, ἱλέως. Nomen autem ἵλαος.

In ejusdem *Himerii* ἐπιδείξει, ὅτι ἀναβαλλόμενος εἰπεῖν ἀξιούμενος εἰς αὐτὸ τοῦτο διείλεκται, tritissimam gnomen pervertit interpres. Σπάνια, inquit *Himerius*, εἶναι καθήκει τὰ τίμια. *Schottus* vertit: *Rara enim præmia esse decet*. Nos ita: *rara esse convenit ea quæ preciosa reputari & in æstimatione semper haberi debent*. Hoc verò significare Oratorem adparet è sequentibus, quæ rei sunt exempli loco. *Nemo*, ait, *Oceanum admiraretur & videre cuperet, nisi is terram in medio quasi fugiens, hujus extremitatibus circumfusus esset, eóq; à quotidiano intuitu re-*

 mo-

motus: & quia de Pyramidibus esset sermo, nisi procul esset spectaculum hoc; aut de statua Memnonis apud Æthiopas, nisi eam mater, ἄνω τῆς πόλεως (nisi πολλῶν legendum est, quod videtur aptius) *θέας procul à conspectu vulgi posuisset.* Pergit: *Aes Dodonaeum quia semper tinnit, artificium in fabulam convertit dies invida; δεινὴ γὰρ ἡ συνήθεια κόρον τεκεῖν, καὶ τὴν ἐξουσίαν ὕβρει λυμήνασθαι: consuetudo enim plurimùm valet rei satietatem parere, & autoritatem ejus, seu pretium, despicientia violare seu corrumpere.* Interpres obscurè: *licentiam ferocia corrumpit.* Quid enim velit hisce, neque ipse fortasse dicere nobis poterit. Sequitur: *Cum terram inhabitamus, mare quaerimus, & contrà; nauta agricolam, arator nautam felicem praedicat:* Ταῦτα πάντα τοῦ κόρου παίγνια: *Ista omnia lusûs sunt satietatis, quam parit consuetudo.* Ineptè *interpres: haec omnia pueriles lusûs*, cum aliquid περὶ κόρης somniasset. *Fugiamus*, addit, *satietatem, ô filii.* Τοξεύει πολλάκις δι' ὕβριν οὗτος καὶ αὐτοῖς ἤδη τοῖς ἐρῶσι, i. e. *saepenumero ferit per contemtum ista etiam inter ipsos adhuc amantes*; quos si satietas rerum amatarum capiat, eas negligunt; neglectus autem, ὕβρις, à satietate. Sive Sibyllae folium sive interpretis delirium hoc est: *Saepè haec ferocia tanquam sagitta ferit, & ipsis jam amoribus. Propempticâ in Flavianum Asiae ProConsulem* docet ἄνωθεν, i. e. *jam olim*, temporibus superioribus, *malos inferioresq; majoribus & potioribus invidisse;* addit exempla; à Cleone accusatum Periclem; à Niciâ urbe pulsum Hyperbolum: (*ἔφυγε Νικίας Ὑπέρβολον, fugit Hyperbolum Nicias*, uti interpretatur *Schottus*: sed legendũ est ἐφυγάδευε; in exilium enim decennale, quod ἐξοστρακισμὸν vocabant, & κεραμευτικὴν μάστιγα, Hyperbolus agente Alcibiade à Nicia actus fuit, *Thuc. in 8: Plut. in Alcib. Aristide, & Nicia.*) capitis damnatum Demadis rogatione ad populum Demosthenem; proscriptum à Cleophonte Alcibiadem; convitiis lacessitum à viro Seriphio Themistoclem fuisse. Τῶν γὰρ ὑπερβαλλόντων τῆς τύχης φθονοῦντες τὸ ἐλαττούμενον τῆς ἀξίας ἀνισοῦν θράσει βιάζονται, quae interpretamur; *Qui enim excellenti aliorum fortunae invident, minorem dignitatem suam, seu defectum dignitatis, quem in se sentiunt, audaciâ compensare coguntur:* quippe qui à bonis instructi non sunt, & honoribus carent, audacia invidendi melioribus eò se perventuros putant, quò alteri virtute & fortunâ pervene-

venerunt; & quod ipsis deest sive animi sive fortunæ bonorum, id audaciâ, & habendi in extrema inopia fiducia stulta ac temerariâ supplent. *Schottus* nec initium hujus ῥήσεως nec finem percepit: *Ἄνωθεν κατὰ τῶν ἀρίστων ἀρχόντων τοῖς ἐλάττοσι φθόνος φύεται: Viri boni qui ante nos fuerunt à malis hominibus accusati sunt*; nos veriorem sensum dedimus paulò antè; Clausulam verò sic reddidit: *Nam qui excellentiori fortunæ invident, cogunt audaciæ adæquare dignitatem minorem*; quæ perplexa locutio, & sententia falsa est, & à Græcis nimiùm quantum abit. Sed libri materia nasceretur si cunctas in Himerio Latino mendas sanare velimus; usque adeò inquinatus est & malè adfectus.

Supplicii, quo Persæ primum invento κατὰ τὸν πάτριον νόμον maleficos è medio sustulerunt, cum vivos exuerent corio, à summa cervice usque ad imos pedes detracto, τοὺς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν, δημίους alibi vocabant, infami infandoque ministerio, rationem *interpres Agathiæ B. Vulcanius* incogitantiâ suâ ut nesciremus penè fecisset. Docet de eo nos, cutem à carnibus avulsam atque ita instar utris sensim inflatam è scopulo quodam suspensam fuisse: & hoc ei ita adcredidit *Cl. Schigkardus in Tarich regum Persiæ p. 111. & 149.* Sed nos paulò diffidentiores inspectô *Agathiâ l. 4.* exuvias decutitorum de palo, stipite seu ligno arrectario cum vara, suspensas fuisse didicimus. Ἐκ τοῦ αὐχένος, inquit, τὸ δέρμα διαχαράξας ἀπέδειρεν ἅπαν μέχρι τοῖν ποδοῖν, καὶ ἀφείλετο τῶν σαρκῶν καὶ δίκην ἀσκοῦ ἠρέμα ἐμπνευσθὲν ἀπὸ σκόλοπός τινος ἀνηρτήθη. *Plut. in Artax.* excoriatorum pelles extensas clavis adpensas indicat. Parysatis Dariæi Ochi, al. nothi, conjunx, mater Artaxerxis Memoris, corpus Mesabatæ evnuchi tribus crucibus adfigere, τὸ δὲ δέρμα χωρὶς διαπατταλεῦσαι, *seorsim verò cutem de palo seu clavo ligneo suspendere jussit.* A negligentia igitur error est *Agathiæ*, qui Valerianum Imp. primum à Sapore hoc supplicio adfectum fuisse opinatus est; deinde Nachoragan belli ducem, reum τῆς λειποταξίας, à Cosroë magno; alios præterea & ab aliis nescivit. Nam & Manetem hæresiarcham idem Sapores, cui iste multa de filii curatione vanè fuerat pollicitus, decutitum excarnificavit. *Apud Ægyptios hodiè grassatores & rebelles pro supplicio vivos exui corio*

est in Commentariis. Eos ita demùm magno cum cruciatu vivere, si carnifex umbilicum ferro non attingat; eò tactô, illicò expirare. In fabulis est Apollinem Marsyæ victo è pini ramo suspenso, *Apollod. l. 1.* ἀποδύσαι ὅλη φλόα γυίων, ut loquitur *Nicander in alexiph.* q. d. eum decorticasse, delibrasse: *Hygin. fab. 116: Fulgent. l. 3: Plut. l. de flum. sub Marsya.* Ἀποκυλίζειν & ἀποσκυλίζειν propria huic carnificinæ verba sunt; sed omissa à Lexicis. Κύτος n. ὄγκος, χώρημα; *Suid.* sinus, alveus, & omne quicquid aliud ambit & capit; & κυτὶς, *pellis, aluta*, quod extat apud *Diosc. l. 2. c. 60.* inde Latinum *cutis*: item σκῦτος & σκυλὶς; apud *Tatianum l. contrà gentiles & Laert. in Bione*: unde *scutum*, quia corio tectum. Puerile est, quod Grammatici tamen magno supercilio tradidêre, & arripuit Pædagogorum omne vulgus, Verbum ἀποσκυθίζειν istam Persarum κόλασιν significare; respicere autem ad Scytharum morem, qui hostium interemptorum capitibus cutem cum pilis detrahere & inde mantelia facere consuevissent. Ἀποσκυθίσαι enim ignominiosam tonsuram, quali Scythæ solerent uti, significat; ut est apud *Athen. l. 12. Evripides* pœnitentium lugentiumque habitum per κρᾶτα ἀπεσκυθισμένην in *Troad. v. 1026.* & per πλόκαμον ἐσκυθισμένον ξυρῷ, h. e. *cincinnos novaculâ demtos*, in *Electra v. 241.* descripsit; & *Suidas*, ἀποσκυθίσαι, καταχρηστικῶς τὸ ἀποκεῖραι. Ἀποσκύπισις verò cùm non capillos tantùm, sed ipsam simul cutem demerent. In Marsyæ igitur rebus non uterentur Græci Verbo ἀποσκυθίσαι, ut putavit *vir summus*; sed Verbo ἀποσκυλίσαι vel ἀποκυλίσαι, quod & legale est, & rem planè exprimit; ἀπὸ enim Præposito removet. Ἀποσκυλίζειν ἀπὸ σκύτεος, ut ἀποδέρειν, ἀποδερματόειν, ἀπὸ δέρεος δέρματος; *decutire, excutire cute communi tegumento spoliare*; quod in inanimatis περιφλοίζειν, περιλέπειν & περιλεπίζειν, *decorticare, despoliare; spolium* enim tunica, membrana, lamella.

Judæorum rebellium clades, quam post ultimam adsolationem ab Adriano Imp. qui Æliam in ruderibus Jerosolymorum & templum Jovis Capitolini in monte Sion condiderat accepêre, concisione multorum millium ipsis constitit; non audeo referre, quòd mendacio propius quid sit summa, quam cæsorum expugnata urbe Bethera, quam cum ductore suo ben Cocheba insederant, con-

conficiunt: Legat qui volet apud *Galatinum l. 4. art. Cathol. Verit. c.21.* è libro *Eccah rabbethi & Bereschith rabba.* Duplò plures eo bellô periisse scribit *Salmanticensis l. Juchasin*, quàm olim ex Ægypto fuissent duce Moyse egressi. Toti greges captivorum minimo venditi fuerunt, non in hoc ut servirent dominis, sed ut cum bestiis dimicarent vel seipsos in theatris conficerent. Adrianus Imp. teste *Chron. Alex. sub Ol.224. a. 3.* instituta in urbe Terebinthô panegyri & indictô foro πέπρακεν αὐτοὺς εἰς ἵππου τιμὴν ἕκαστον, h. e. *Radero interprete, Judæos singulos ad equi precium venales exposuit.* Non exigua perplexitas hic se ostentat; & Latina sonant contrarium atque Græca narratio profitetur. Si enim captivus equi precio venditus est, non poterit ideò vili venditus fuisse putari; Equorum enim precia servorum auctiones plerunque superabant. Unde *Plinii* temporibus, odiô luxûs aliunde in urbem traducti, querebantur coquos singulos pluris emi quàm equos singulos: Iste *l. 9. c. 7.* quasi conveniret servum minori quàm equum prostare, quod hoc ante semper obtinuisset. Non ergò τιμὴ ἵππου, h. l. *equi precium*, sed *commeatum seu cibarium*, quantum ejus in unicam equi pastionem requiritur, significat. Vænibant enim Judæi χόρτῳ, ἀχύρῳ, paleis & fœni manipulo; quem si repræsentasset militi emtor Judæum auferebat, re vilissima nobilissimam creaturam permutans. Est hac significatione apud *anonymum* περὶ καταστάσεως τοῦ ἀπλήκτου, *de castrametatione*, cujus verba in *Glossario Nic. Rigaltii* ista legimus: Τοῦ μὲν τοι τοῦλδου ἀπό σου διαχωριζομένου ἀναλαμβάνειν σε δεῖ ἐπὶ σιτισμὸν τοῦ λαοῦ καὶ τιμὰς των ἵππων δύο ἡμερῶν ἢ τριῶν βασταζομένας εἰς ταχεῖς ἡμιόνους ἢ καὶ ἵππους ἐν τοῖς σαγμοσελλίοις, & ita interpretamur; *Si impedimenta, sarcinæ militares*, (τοῦλδον enim, ἀδέσποτα, τὴν κομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων, quemvis adparatum necessariorum, Hisp. & Gallis *bagaje*; Græculis βαστάγια, *bastaga*, significat) *à te remota fuerint*, longè abfuerint, *oportet te præter annonam* seu provendam *pro exercitû adsumere etiam pabulum pro jumentis in duos vel tres dies, quod muli celeres aut equi in sacciperiis*, sagmis vel saumis *portent:* id quod jubet ratio impedimentorum, quæ in tuto, seorsim loco conflictûs, cum calonibus, sagmariis & quavis ἀποσκευῇ solent collocari. Etiam *Leo Imp. Tacticorum Constit. 10.*

stit. 10. §. 12. præcipit, ἐκ τοῦ τούλδου κινοῦντας ἐπὶ τὴν μάχην συμ-λαβεῖν τὰ ἀδέσπατα καὶ σαγμάρια καὶ ἢ τέντας διπλᾶς ἢ σαγία διπλᾶ εἰς τὸ μὲν σκέπεσθαι ἕν, τὸ δὲ ἕτερον εἰς τένταν καὶ τὸ λεγόμενον χαμάρδαν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ δαπάνην: *proficiscentes à tuldo ad prælium sarcinas secum sumere, & aut tentam duplicem vel amiculum duplex; unū quidem ut se eô si opus fuerit contegant; alterum pro tabernaculo insternendo; sed & commeatum*: & milites legionarii in Romanorum expeditionibus plusquām dimidiati mensis cibaria secum ferre consuevêrunt. Hæc de ista ἵππου παγῇ sententia mea est: εἰ δὲ ἄλλος νοεῖ ἑτέρως, κρατείτω τῆς ἑαυτοῦ γνώμης· ἐμὲ δὲ μὴ ἐνοχλείτω. Eam vocem docti nonnulli inter mixo-barbaras censent; sed videtur, si ἀπὸ τοῦ πήγνυσθαι derivari cogitemus & statum certumque demensum pabuli exponamus, inter legitimas Græcas reponi posse, etsi à benè-vetere usurpatam nondum compererimus. Tacticorum scriptores ἀποτροφὴν τῶν ἀλόγων adpellant; interdum etiam δαπάνην. Γυρεύειν διὰ δαπάνας, *pabuli comparandi gratia circare* seu circumcursitare. E *Corona preciosa*, qui liber lexicus quadrilinguis est, continetque vocabula Græca vetera & recentia cum interpretatione Latina & Italica, ante hos centum annos à *Petro Burrana Lucarnensi* locupletatus, collectores glossarum dederunt nobis & hanc: Φαγὴ, *pabulum*, βορρά: quod si sequi quis velit, in verbis *Chronici* mendam, & pro παγὴν legendum esse Φαγὴν contendet. Sed cum ii qui hodiè è Græcia, Natoliaque ad nos commeant (vidimus autem & audivimus a. 1619. Geræ Græculos duos, *Benedictum* Ἱερομόναχον Ἱεροσολυμίτην *Cretensem* & *Zachariam Gerganum* nobilem, ut videri volebat, Ithacensem, qui alia quàm populari Græca lingua fari nescirent) nobis percontantibus adfirmaverint, παγὴν significare id quod diximus antè, nihil mutare satius est. Non prohibemus interim, multò minus reprehendimus, si quis glossam alteram Φαγὴ, *pabulum*, amplectatur; fortasse enim & hoc legitimum est, quippe ἀπὸ τοῦ Φαγεῖν, ut Φαγήματα, βρώματα, apud *Suidam*, i. e. *epulæ, pabulum, cibaria*.

In ordine armorum & vestimentorum, quæ militibus imperat *Leo Constit.* 5. §. 4. nominantur κέντουκλα Φαρδέα. Κέντουκλα, centones, centunculi, ἰδιωτικῶς vocantur πῖλοι, πιλήματα τὰ ἐξ ἐρίων

πεπι-

πεπλημμένα, συμπιεσθέντα καὶ συστριχθέντα ὑφάσματα, impilia, seu è lanis coactiles panni crassiores, quibus corpora muniebantur eorum qui loricas, κλιβάνια σιδηρᾶ seu thoraces ferreos non habebant, ut à telorum jactibus tuti præstarentur: Lanas enim ita coactas, quas *feltra* quoque vocant, si aceto madidentur, ferro resistere scribit *Plinius*. Iisdem tegebantur equi quibus non erant frontalia lateralia & pectoralia ferrea sive cornea, *Const. 6. §. 13.* & machinæ ne ab imbribus, aut igne injecto aut immissis lapidibus corrumpi possent. Κέντουκλα φαρδέα sunt *centones laxi*. Φαρδὺ enim idem quod εὐρύχωρον. Vestes autem laxæ & follicantes, ut vocat *Hieron. Ep. 22. ad Eustochium*, maximè conveniunt equitibus, ἵνα ἐν τῷ καβαλλικεύειν μὴ ἐμποδίζωνται, ἀλλὰ καὶ σκέπωνται διὰ αὐτῶν τὰ γόνατα αὐτῶν; deinde, ut arma, arcus, coryti, scuta, loricæ à pluvia defendantur & occultè gestari possint: quem usum l. d. Imperator adnotavit. *Johannes Checus Cantabrigiensis Interpres Tacticorum Leonis*, transpositâ contrà Codicum fidem *in §. 4. Const. 5.* στυππῖ, *cenducla ferrea* nobis exhibet, & mox, *fardea*; quorum neutri adquiescere possumus; non *cenduclis*, non *ferreis cenduclis*, non *fardeis*. Cenducla enim nulla sunt; nec centunculi ulli visi sunt ferrei; nec τὸ φαρδέα sine substantivo significativum est. Νευρικὰ τὰ ἀπὸ κεντούκλων διπλῶν γινόμενα induere jubentur ἀντὶ λωρικίων, *loricarum vice*, οἱ μὴ ἔχοντες σιδηρᾶ. Sequitur, κέντουκλα φαρδέα; quam in Codicibus distinctionem quia non secutus est *Checus* tot παρερμηνεύματα, sententiarum confusiones, & rerum inscitias dedit. *Ibid.* πέδικλα σεληναῖα σιδηρᾶ μετὰ καρφίων αὐτῶν sunt *calcei lunati ferrei*, h. e. soleæ equis calceandis, *cum suis clavis*. Κάρφαι, καρφία, hoc genus scriptoribus sunt clavi, quibus soleæ equorum ungulis adfiguntur; Ejusmodi secum in lorosaccis seu avertis circumferre jubentur equites, ne in itinere vel prælio amissâ ruptâve soleâ equum periclitari contingat, si excalceatus per saxa & scrupos incedat. *Checus* instrumentorum fabrilium & supellectilis ἱπποκομικῆς parùm gnarum se prodidit, quòd καρφία, ῥινία, σουβλία *carphia, rhinia, suglia* ridiculè interpretatus est; καρφία enim *clavi*, ῥινία, *limæ*, σουβλία, *acûs, fibulæ, subulæ* sunt, quorum ferramentorum in equorum curâ quotidianus usus est. *Constit. 6.*

ſtit. 6. §. 21. mandat Imperator ἅρματα βαστάζειν ἐκ περισσοῦ, μάλιστα τοξάρια καὶ σαγίττας, *arma ſuperflua habere in promtu, maximè arcus ſagittasq́ue, ut ſuffici poſſint iis qui non armati ſunt.* Similiter §. 15. ἐν τῷ καιρῷ τῆς ῥόγας καὶ ἀδνουμίου, h. e. cum recenſentur milites & ſtipendium ipſis numeratur jubet καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν καὶ τὰ ἅρματα ἀπογράφεσθαι. *& lixas cujusq́ue & arma deſcribi:* & §. 12. centones ſuperinjici dicit ideò, ne ab aëre humido rore vel pluvia vitietur τὸ ἅρμα αὐτῶν, *armatura ipſorum. Checus* locis his omnibus ἅρμα, *currum*, ἅρματα, *currus* expoſuit, malè vocem è Latinâ depravatam habens pro purè Græca, cum tamen hæc ſpiritu aſpero, illa leni efferatur. Conſtit. 15. qua præcepta de obſidione facienda & toleranda traduntur, §. 48. πρὸς τοὺς κριοὺς inquit, ἀντίκεινται τυλάρια καὶ σακκία γέμοντα ἄχυρα καὶ ψάμμον, i.e. *arietibus opponuntur culcitæ & ſacci repleti paleis & arena.* Τυλάριον, τυλεία, τύλη, culcita, quam tomento, pilis ciliciis, glumis ſpicarum ſeu acere, & lana ſtipabant, πρὸς τὴν ἀποσοβὴν τῶν πετροβόλων μαγγάνων, qua ceu corpore laxo impetus arietum & baliſtarum mollitur. *Vitruv. l. 10. c. 19.* adnotat coriis crudis duplicibus conſutis farctis alga aut paleis in aceto maceratis à machinis & muris tormentorum impetus & incendia prohiberi. *Telaria*, uti & *tzicuria, Conſt. 7. §. 58.* quæ nemo Latinorum agnoſcit, commentus eſt *Chetus*: Sunt autem τζικούρια, τζικοῦραι σικούρια, σεκούρεις, *ſecures*, inſtrumenta fuſtifiſſorum; ſed quæ ab equitibus δίστομα ad cæſim punctimque feriendum accommoda, ſimilia iis quæ *pertuſaine* hodiè vocant, & *balabardas*, ſed breviore manubrio, thecæ coriaceæ indita à ſella dependentia geſtabātur, *Conſt. 6. §. 11.* De lapidibus, qui in navali pugna in hoſtes ſolent conjici, docet *Conſt. 19. §. 13.* eos eſſe ὅπλα εὐπόριστα καὶ ἀνελλιπῆ, i. e. *arma talia quæ & facilè comparari poſſunt, & ferè nunquam deficiunt.* Neutrum adjectivorum *Checus* ſuâ interpretatione, *ſunt arma bona & certa*, expreſſit, & ea ipſa negligentiam ſuam, non Imperatoria ſenſa, publicavit. *Conſtit. 11. §. 11.* mandat duci belli, provideat ne agricolæ à militibus quovis modo lædantur. Duo enim hæc vitæ genera, militiam & agriculturam, ad Reip. conſtitutionem & conſervationem maximè neceſſaria eſſe. Γεωργικὴ μὲν ait Imp. τρέφουσα καὶ αὔξουσα τοὺς ſτρα-

στρατιώτας, στρατηγικὴ δὲ ἐκδικοῦσα καὶ περιφυλάττουσα τοὺς γεωργούς. *Agricolarum quidem, qui nutriunt & augent milites; militum verò, qui vindicant ab injuriis & custodiunt agricolas.* In versione Checi edit. Lugd. Bat. a. 1613. alterum membrum quod est de officio agricolarum typographi incuria omissum est, & quod militum est de agricolis dicitur; *Agricultura, quæ defendit & propugnat agricolas.* Nos hæc tironibus & aliis qui inadvertenter *Leonem* lecturi erant scribimus; inter coryphæos & τριβωνευομένους τὰ τοιαῦτα non auderemus de talibus hiscere; hi enim per se observarent.

In excerptis vitæ Demosthenis, quæ *Photius Cod. 265.* è libello *Plut. de X. Oratoribus* confecit, ejus in opera publica magnificæ erogationes referuntur; nimirum quod impensam in murorum urbis refectionem pecuniam, centum minarum argenti, de proprio persolverit, καὶ θεωροῖς δὲ μυρίας ἐπέδωκεν, *& in spectacula decem minarum millia contulerit*, ut interpretatur *Schottus.* At Θεωροὶ, h. l. sunt οἱ εἰς θυσίας πεμπόμενοι καὶ εἰς χρηστήρια, καὶ τὰς ἑορτὰς, ἱεροὺς ἀγῶνας, καὶ ἄλλας πανηγύρεις, qui publica autoritate ad sacrificia exterorum, ad oracula consulenda, ad festa, sacra certamina, aliosque conventus mittebantur ab Atheniensibus. Hi non ἀπὸ τῆς θέας, *à spectaculis* ita dicti fuere, sed ἀπὸ τῆς τῶν θείων ὤρης, *à cura sacrorum*; ut πυλωροὶ, portarum, ὑλωροὶ, silvarum, θυρωροὶ, januarum custodes. ὤρη γὰρ ἡ φροντὶς, *Galen. in glossis*, & *Interp. Hom. Il. θ.* Inde Θεωρεῖν, primitiva significatione *ad sacra proficisci, interesse sacris*; ut apud *Thucyd.* ξὺν γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρεν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες; & Θεωρὶς, navis publica, quâ theôri ablegabantur. Insuper *minarum decem millia* theoris contulisse in res sacras Demosthenem, præterquam quod inepta & inaudita, nec Latina locutio est, vel inde falsi arguitur, quòd summa decem millium minarum talenta centum & sexaginta conficiat, (sexaginta enim minæ sunt talentum Atticum) quæ ne ditissimus quidem civium in pecuniis possedisse legitur, & quòd vel quindecim talenta, quæ Demostheni pater reliquerat, haberentur pro patrimonio lautissimo hominis privati. Μυρίαι autem h. l. sunt mille drachmæ, h. e. decem minæ, talenti pars sexta; quam docti in aureos Romanos quadringentos, Atticos quingentos, coronatos

 Galli-

Gallicos millenos resolvunt; eaque summa Oratoris pecuniosi largitioni convenerit. In vulgatâ versione *Plutarchi* hanc numeri notam, ccIↄↄ, hodiè reperimus, quæ sine dubio ex istâ, cIↄ, corrupta est. Nemo autem intelligat minásne mille an drachmas insinuet; qua obscuritate & illusit nobis interpres & ignorantiam suam callidè obtexit. Idem *Photius Cod. 75.* de libello *Johannis Philoponi* Grammatici, quem contrà *Johannis* cogn. *Scholastici* Patriarchæ Constantinop. Orationem catecheticam *de sanctâ & consubstantiali Trinitate* scripserat agens, ait ipsum quæ ex aliorum, nimirum Orthodoxorum scriptis compilat corrumpere & servare quidem ista autorum à quibus accepit characterem ac loquendi formulas esse easdem, sed ab ipso malignè detorqueri, ac quod in ipsis autoribus erat germanum grave ac solidum amittere, esseque ea propterea ὥσπερ σύνθετα, φύσιν μὲν ἄριστα, τροφῇ δὲ καὶ διαίτῃ τὸ νόθον καὶ μοχθηρὸν ὑποφαίνοντα, *similia ferculis quæ natura quidem optima, sed in alimenti ratione absurdum quid & pravum præ se ferunt*, quòd nimirum esitata malis succis corpus repleant. Σύνθετα h. l. cibos è diversis simplicibus adparatos significant; aliâs pharmaca quæ plures species ingrediuntur; ita *Q. Serenus Sammonicus c. 8. de venenis prohib.* antidotum Mithridaticam, è sale, nucibus, ficubus, & salvia constructam adpellavit *synthesin vilem. Schottus* reddidit: *composita*: quod multò generalius est edulii significatu, quem intendit *Photius*.

Julia Severi Imp. conjunx ob cædē filii sui Antonini Caracallæ gravissimè adfecta, & Macrino successori infensa quàm maximè, quòd in hunc nefanda moliri cum suis diceretur, ab eô Antiochia excedere jussa est; Ea tum abjecto vitæ desiderio inediâ consumpta obiit: *Acceleravit ei mortem Carcinus, cujus ipsa, cum eum jam multo tempore quiescens haberet in sinû, pectus percusit, eumq; crebris ictibus ad mortem ei inferendam irritavit.* Ita rem verbis *Gvilhelmi Blanci Albiensis,* qui Xiphilinéam Dionis epitomen vertit, narrat *Gvido Pancirolus l. 2. thes. var. lection. c. 73.* Sed cum de Carcino, quis fuisset, & quomodo in sinû Juliæ (non nôram enim præter Atheniensium Prætorem ex *Isocr. trapezitico*, & Poëtam Atticum tragicum, cujus *Aristot. 7. Eth. c. 8.* meminit, itemque Agrigentinum similiter tra-

ter tragicum è *Svida*, quendam hoc nomine alium) essem sollicitus, & propterea Græca *Xiphilini* requirerem, statim patuit falsum; Juliam nimirum cum cancro, fortasse nondum exulcerato, χρυπτῷ in mamma diu laborasset, ἀπεράντε καὶ ἀγεννῦς πένθυς genere, crebra pectoris percussione malum, quod ἀκίνητον solet esse ἄμεινον, exasperasse? Ἐπειδὰν, inquit *Xiphil.* καὶ ὁ καρκῖνος, ὃν ἐκ πάνυ πολλῦ χρόνου ἡσυχάζοντά πως ἐν τῷ μαστῷ ἔχυσα, εἶτα κοψαμένη τὰ στέρνα ταῖς πληγαῖς ἠρέθισεν εἰς τὸν θάνατον αὐτῇ συνεβάλετο. In re manifesta non obtundam lectorem locorum è medicis scriptoribus ostentatione, qui περὶ καρκίνου doceant.

Polychronius presbyter Ecclesiæ, ut videtur, Antiochenæ & monachus decreto Synodi Oecumenicæ Constantinopolitanæ VI. comperta ejus in resuscitando mortuo impostura, & quòd Monotheletarum sectæ addictus esset, cum aliis ejus farinæ Theodoro Pharanio Episcopo, Cyro, Alexandrino, Sergio, Pyrrho, Paulo & Petro Constantinopolitanis, Macario Antiocheno & Stephano discipulo hujus, anathemate notatus fuit: Ita *Zonaras ann. t. 3 sub Const. Pogonato*: ubi cum cæteris factâ ad nomen allusione recensetur, ὁ Πολυχρόνιος τὴν κακίαν καὶ νηπιόφρων γέρων, h. e. *Polychronius malitiâ quidem talis, sapientiâ verò puer, seu puerilia sapiens senex.* Patres istius Concilii *in Epistolâ synodali ad Agathonem Papam* vocant Polychronium, *qui in dogmatibus hæreticis nomini suo respondens inveteravit & fuit* πολυχρόνιος: apud *Baron. ad annum 681. t. 8. annal. n. 8. Interpres Zonaræ H. Wolfius* cum Polychronium ignoraret, ῥῆσιν autoris sui planè pervertit & nomen proprium Πολυχρόνιος adpellativo, appellativum contrà γέρων proprio commutavit ita: *Geron inveterata improbitatis & puerilis recordia senex*; quæ prorsus sanè sunt ἔξω τῦ πράγματος.

Nicephorus Gregoras schol. ad Synesium de insomniis, quæ nuper cum Synesii συζομένοις edidit doctiss. *Petavius*, ubi de Hannibale victo & ad Prusiam Bithyniæ regem profugo: Μετ' ὐ πολὺ inquit, ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτόθι ἐπιδημήσας Τίτος ὁ στρατηγὸς διὰ χρείας ἑτέρας καὶ θεασάμενος τὸν Ἀννίβαν ἐμελέτησε λάτρα αὐτὸν πικρῶς ἀποκτεῖναι. Sermo est de Tito Quinctio Flaminio, servatore illo Græciæ, quo duce Romani bellum Macedonicum contrà Philip-

 pum

pum confecêre, & quo legato ad Prusiam usi fuere. Hic enim fuit, cui cædes Hannibalis & pusillanimitas exprobatur, quòd nihil ab eô privatim læsus nec mandatum à Senatu adferens, ne formidandum quidem ampliùs post eversas Carthaginis opes, veneno tolli curavisset, *Appian. in Syriacis.* Annorum igitur 280. metachronismo fallit *interpres Gregoræ Anton. Pichonius regius apud Turon. Prof.* qui de Tito *Romanorum Imperatore* exponit; Neque etiam, etsi Titus Quinctius στρατηγὸς belli à Romanis dux lectus & imperator fuerit, Romanorum Imperatorem Latinè eum adpellare licuit.

Eulogius Invectivâ in unionem Theodosianorum & Gainitarum Acephalorum apud *Phot. C. 227.* ostensurus ad stabiliendam inter partes dissentientes in Ecclesia pacem facere, si cuique factioni suæ loquendi formulæ & vocabula concedantur, modò in ipso dogmate consentire deprehendantur, idem fecisse D. Athanasium testimonio Gregorii Nazianzeni probat; ἐπειδὴ γὰρ, inquientis, συμφρονοῦντας εὗρε, καὶ οὐδὲν διεστῶτας κατὰ τὸν λόγον, τὰ ὀνόματα συγχωρήσας συνδεῖ τοῖς πράγμασιν, h. e. *postquam enim, ait, consentire ipsos* circà rem ipsam *reperit & nihil discrepare sensû, vocabula, phrases, iis relinquens rebus ipsis eos colligat*; quòd specimen insigne prudentiæ Theologicæ & Christianæ moderationis, quam οἰκονομίαν vocat *Eulogius*, modus est; quem utinam revocari contingat hoc seculo, quo vel propter phrasin minùs commodam visam unicam integras Ecclesias dissidere, lacerari, invicem exacerbari, & communionem sanctam abrumpi experimur; cum si benè penitus explorentur & explicentur mentes plerunque dissensus non sit tantus, ob quem vinculum unionis solvi debeat, cum ea, in quibus adeò hostiliter & præfractè dissidetur frequentiùs circà Theologiam quàm in ipsa esse deprehendantur. *Schotti* in voculis λόγος & ὀνόματα hallucinatio & contradictio inde nata manifesta est. Vertit enim; *Postquam consentientes reperit & verbo nihil discrepantes, nomina rebus commiscens colligat;* cum, si verbis non discrepabant, quomodo ea rebus commiscuisse dici potuerit Athanasius? Sensus apertissimus est, quem dedimus: Latina *Schotti* non tantùm ἀπροσδιόνυσα, sed & ἀσύστατα sunt, quod vel minimus Græcorum viderit.

Eusta-

Eustathii ῥῆσις *comm. ad* περιήγ. *Dionysii v. 38.* ista, Φησὶν ἐν ὁ παρὰ τοῖς γεάψασι τὰ ἐθνικὰ Οὐράνιος ἔτος ὀνομαζόμενος, ὅτι τὰ παρακείμενα ὄρη δεινῶς ἐρυθρά εἰσι, ita sine dubio exponi debet; *Dicit igitur apud Ethnicorum scriptorem quidam Uranius vocatus, adjacentes montes admodum esse rubros. Stephanus* n. in ἐθνικοῖς Uranii testimonio uti potuit eo loco quo de mari Erythræo ageret, quòd is Arabica composuisset. Quid igitur cogitarit *Cl. Vossius* cum *l. 3. de hist. Gr. p. 335.* ita *Eustathium* interpretari voluit, *Ait ille, qui in Ethnicorum scriptorem Commentarium edidit*, non adsequor; est autem notoria dormitatio, quia apud *Stephanum* non citatur *Eustathius*, Dionysii commentator, utpote posterior, sed *Uranius*, qui non scripsit in *Stephanum*, quippe eô prior.

In Appendice Proverbiorum, quam è Biblioth. Vaticanâ cum reliquis parœmiographis edidit *A. Schottus, Cent. 2. Prov. 71.* ubi de nomine Tibius, quod Phrygibus & Paphlagonibus fuit familiare, Græci verò mancipiis quæ inde emissent imposuêre, eâque adpellatione quemvis servum nominaverunt, ut patet ex *Epistolarum Themistoclis*, ab *Ehingero* primùm publicatarum 15. & 16. è *Luciani Philopseude & Timone*; è *Synesio Epist. 3.* leguntur ista: Τὸν δὲ Θίμβρων ὁ Μένανδρος συνεχῶς Τίβιον ὀνομάζει. *Schottus* τὸ συνεχῶς, *perpetuò* interpretatus est, scil. eum qui alias Thimbes diceretur à Menandro semper, *frequenter*, vocari Tibium; isque dubiò procul verus sensus est. Sed quid præceptori quondam meo *Bernh. Glasero* viro optimo & Græcarũ literarum callentissimo videretur indicare operæ precium esse duco. Is συνεχῶς exponebat *contractè; Menander adpellat contractè Thimben, quem alii Tibium*, scil. nomen trium syllabarum efferens duabus, quomodo *Constantinum* Belgæ adpellant *Costinum*. Συνέχεια igitur ipsi contractio, & coalitio duorum in unum, quam dictionis figuram Grammatici alii κρᾶσιν nominant. Interim cum Græcæ ῥήσεως terminos ista interpretatione converti, quod fieri nõ debebat, videam, inventum hoc autori suo relinquo, non ignorans quàm arrogans & invidiosum sit magistrorum labores curiosiùs examinare. Bonis doctisque semper suus honor & reverentia debetur; videndumque omninò ne animadversio in tales propior sit petulanti obtrectationi, quàm amicæ castiga-

stigationi; lex autem omnium suprema Veritas & studiorum Juventutis emolumenta.

CAP. VII.

Svidæ versio quam Æmilius Portus adornavit examinata locis quàm multis: ipse etiam Svidas emendatus paucis. Σελλάρια, sella cacatoria, Σωτήρια, latrina publica. Bursa forũ conventûs mercatorum: Agathias illustratus. Platonis Comici drama αἱ ἀφ' ἱερῶν. Δεύτερος alter seu comes. Ἀρρωδεῖν trepidare, morari. Euphronis fabula Theori; Jonis Custodes. Pauli Cyri Flori poëma de templo S. Sophiæ. Ἔκφρασις quid. Σημεῖα notæ libris adpingi solitæ. Litera negans Philoxeni α vel οὐ; Ausonius explicatus. μήλιος, pomeus. Πιάλεος, bibulus, siticulosus. Ἑλληνικὸς, gentilis. Χρηστομάθειαι selecta, electa, notabilia. Ὠμηστὴς, cruda vorans, crudelis. Γενναῖος robustus, audax. Ἀκμαστὴς, ætate florens. Διδασκαλίαι Aristotelis quid. Ἀκουμβίζειν, accumbere, incumbere, inniti. Κόππαιον, frustum, minuta particula. Ἐσκαμμένα transtra navis, tabulata, latera. Barbarius Philippus è servo Prætor Romæ: Ἀρχὴ, Prætura. Svidas aliquoties suppletus indicatis testimoniorum quibus utitur autoribus & horum locis.

BEnè de *Svidâ* mereri velle ostendit *Æmilius*, Francisci Cretensis f. *Portus* Prof. Græcarum literarum Heidelbergæ; qui ut istud omnivariæ eruditionis penu Juventuti recluderet, post *Hier.* Wolfii versionem aliam dedit paulò comtiorem; insuper locis obscuris lucem, mutilis integritatem, malè sanis etiam interdum medicinam adferre conatus est. In posteriore genere quid præstiterit adparebit cum secuturorum aliquo capite spicas in *Svida* legemus emendationum vel tentatarum vel præteritarum; nunc versionis istius aliquot nævos indicabimus. Intelligat lector quàm scrupulosum hoc nobis fuerit, cum viri tanti laboribus nostros contendere; non anteferri ambiebamus, nec sustinebamus posthaberi; cum aliorum quoque judicio detegenda esset adulatio inepta, si excusaremus prætervisa, &

omnia

omnia ejus probaremus; inſolentia, ſi nihil. Sed ad rem. In ἀφ' ἑδρῶν ita *Suidas*: Ἕδραι γὰρ λέγονται αἱ σέλλαι, σελλαρία σωτηρία. *Portus* vertit: *Ἕδραι enim dicuntur ſellæ: unde dicta ſellaria ſalus*. Cautè, quod formulam veterem in ſiglis N. L. adponit, confitens ſcil. non liquere quid velit autor; malè verò, quod addit, *ſic fortaſſe dictam eſſe ſalutem, quam quis inſidens equo ſellam habenti adeptus eſt*. Ἀπαίδευτος αὕτη ἡ γνώμη, ἢ παιδὸς, & non una parte falſa. *Suidæ* alio loco eadem gloſſa eſt: Σέλλαι, σελλάρια, σωτήρια. ἕδραι: è qua emendamus priorem & diſtinguendo aliter, & rectum caſum pluralem faciendo è recto ſingulari: σελλάρια, σωτήρια. Lectione verâ conſtituta expoſitio nō minus facilis eſt: *Ἕδραι ſunt ſellæ, ſellaria, Soteria*. Σελλάριον, σελλάριον diminutiva forma nomē eſt, & ſignificat *ſellam*, non *parvam ſellam*, ut explicat *Portus*. Σωτήριά (Σωτηρίαι, ut legit *Meurſ. gloſſ. Græco-b.* vitioſum eſt) locus Smyrnæ publicus, ubi aſſellare, h. e. onus ventris deponere ſolebant; latrinæ publicæ, ad quas de via ſecedebant οἱ ἀφοδεύσαντες, ἤτοι διαχωρήσαντες. Fortaſſe etiam alibi hoc nomine eæ adpellabantur, ut in civitatibus illuſtrioribus fora mercatorum, in quibus meridie veſpereq; conveniunt, *Burſæ*, quòd Brugis Flandrorum ſtatio mercatorum ab ædibus eo vico urbis ſplendidis familiæ Burſarum dictæ, pro inſigni tria marſupia oſtentantibus, ita nominaretur. Didici ex Agathia Poëta & hiſtoricô, cujus epigramma triplex, εἰς Σωτήρια ἐν Σμύρνῃ, *in anthologio Græcorum l. 4. tit. 28.* εἰς πόλεις legimus, & quartum de re eadem ἀδέσποτον. Unum ex Agathianis in foricam à communi Smyrnæ extructam tale eſt:

Πᾶν τὸ βροτῶν ἀπαλάλημα, καὶ ἡ πολύολβος ἐδωδὴ
ἐνθάδε κρινομένη τὴν πρὶν ὄλεσσε χάριν·
Οἱ γὰρ φασιανοί τε καὶ ἰχθύες, αἵθ' ὑπὲρ ὄγδιν
τρίψιες, ἥ τε τόση βρωμάτων ἐξαπάτη
γίνεται ἐνθάδε κόπρος. Ἀποστεύει δ' ἄρα γαστὴρ
ὁππόσα περ γναλέη δέξατο λαυκανίη·
Ὀψὲ δὲ γιγνώσκει τις ὅτ' ἄφρονα μῆνιν ἀείρων
Χρυσοῦ τοσσατίου τὴν κόνιν ἐπρίατο.

quod olim, jubente pueritiæ noſtræ moderatore ſapiente juxtà doctoque *M. Andrea Wilkio*, ita ex tempore in cœtu commilitonum reddidimus:

mus: *Omnis hominum luxus & carò emtus cibus hic secernitur & priorem perdidit gratiam. Phasiani enim & pisces, & trita in mortaria aromata & tantæ ferculorum fraudes hic fiunt stercus. Expellit autem venter quicquid famelica gula suscepit. Sed serò quis agnoscit, quod imprudenti*, stulto, *consilio pulverem seu sordes tanto auro emerit.* Ad hanc antiquitatis de Smyrnæ Soteriis particulam respexit *Svidas* cum ἕδρας, *sellas familiaricas* interpretatur per σωτήρια, ceu vocabulum æquipollens. Nominis loco publico inditi rationem indagabunt alii sagaciores; nos præter conjecturas, quibus molestos esse cuiquam pudet tædetque, nihil hîc adferre possumus, si interrogabimur. Inter *Platonis* Atheniẽsis Comici senioris fabulas à *Svidâ* refertur in Πλάτων una titulô ἀφ' ἱερῶν est. Sacerdos cum in Cereri trivio sacra, quibus viros intervenire nefas erat, facerent fæminæ, & fortefortuna in eas incideret Homerus, indignabũda inclamavit hominem, quasi semotura eum hoc pacto à re illicita· Ἄνερ ἀπὸ τῶν ἱερῶν, exesto *abstine sacris, homo*: ut est apud *Herod. in vita Hom.* Sunt igitur αἱ ἀφ' ἱερῶν, *mulieres à sacris siv. prohibitæ sive redeuntes* argumentum Platonicæ ejus fabulæ; quod nõ intellexit *Portus* cum reddidit *Aphieron.* Atheniensibus cum Bœotis lis erat de dominio Celænarum opidi in confiniis; *Conon. narr. hist. 39.* & *Proclus comm. 1. in Timæum* Oenoen adpellant; convenêre autem eam regum singulari certamine dirimi; & propterea Melanthus Atheniensis Xantho Bœoto oppositus fuit. Ubi verò ventum ad manus est, adparuit Melantho spectrum imberbis viri, nigrâ caprinâ pelle induti, à tergo Xanthi. Ἔφη οὖν ἀδικεῖν αὐτὸν δεύτερον ἥκοντα, *Svid. in* Ἀπατούρια: h. e. *dixit igitur, injustè ipsum*, Xanthum, *facere, quod adversus solum cum altero procederet*, ita *Front. l. 2. strateg. c. 25.* loquitur. Δεύτερος ἥκειν dicitur, qui cum comite venit. Δεύτερος, ὁ μετ' ἄλλου, Germ. selb ander: ut τρίτος, ὁ μετ' ἄλλων δύο, selb dritte. *Portus* malè & impertinenter: *Dixit igitur Melanthus ipsum injustè facere quod iterum veniret, ut suo adversario contrà se ferret opem*: quasi spectrum socium Xanthi allocutus esset Melanthus, non Xanthum. Ἠρέμησεν interpretatur *Svidas* μεθ' ἡσυχίας ἦγαγε, quod est, *tranquillè egit, ignaviter fecit, in ocio vixit.* Ocio enim opus est & mora dum res numeremus; & quod strenuè sine mo-

ne morâ & deliberatione ulla adgredimur, ejus nec numerum inimus nec curam habemus. Ἀριθμῆσαι igitur cunctationem insinuat & in capiendo consilio trepidationem. Ideòque verba autoris incerti, quæ pro exemplo adducit *Svidas*, Τὰς ἐναντίους ἰδὼν οὐκ ἠρίθμησεν, ἀλλ' εὐθὺς ἦν ἀμυνιῶν. hoc significant: *Adversarios igitur conspiciens non trepidavit*, non cunctatus est, *sed statim propulsare*, vim illatam ulcisci, *capit. Portus* prius illud reddidit, *per ocium duxit*; quæ verba neque Latinis aliquid significant, neque Græca exprimunt. Euphronis Comici fabulæ titulus Θεωροὶ, quem ex *Athenæo* laudat *Svidas*, non exponendus, ut factum à *Porto* fuit, *Spectatores*: sed retinenda adpellatio Græca *Theori*, qua eum magistratum, de cujus rebus suprà, nominabant Athenienses. Simile erratum est cum quod *Svidas* in Σίφνιοι ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν allegat, *ex Jonis opere de præsidiis* desumtum esse interpretatur. Jonis enim Chii tragici & lyrici, quem rhapsodum adpellat, & Homeri carmina memoriter tenuisse commemorat *Synesius in enc. calv.* drama quoddam fuit Φρουροὶ, i. e. *Custodes*. Eodem modo labitur cum in ἡρῷον hexametrum versum *Pauli Silentiarii* ἐν τῇ ἐκφράσει τῆς ἁγίας Σοφίας *in explicatione sanctæ sapientiæ* legi putat: quasi carmē istud paraphrasis libri Sapientiæ Salomoni regi vulgò inscripti fuisset. Scripsit autem *Paulus Cyrus Florus*, primicerius silentiariorum generis & ingenii gloriâ clarissimus, ad Imp. Justinianum poëma de templo augustissimo, quod S. Sophiæ memoriæ olim dedicatum instauraverat Constantinopoli; Id verò mirè commendat ejusdem ævi scriptor *Agath. lib. 5.* ut Græci in laudem suæ gentis intenti sunt nimis; *Scalig. Ep. 247.* in eô notat strepitus verborum, ambitus sententiarum, compositionem dithyrambis audaciorem, quibus vitio seculi, quæ tum virtus erat, usus sit. Ejus carminis pars fuit ἔκφρασις τοῦ ἄμβωνος, quam citant docti, *descriptio suggesti lapidei rotundi in medio templi*. Similem τοῦ Κοσμικοῦ πίνακος τοῦ ἐν Γάζῃ ἢ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔκφρασιν, tabulæ hujus universi pictæ enarrationem *Johannes Gramm. Gazæus* elaboravit; quam legato *Scaligeri* habuit Academia Lugdunensis, & ex hujus bibliotheca publicavit *Rutgers. l. 2. c. 7.* Philoxenus Alexandrinus Gramm. περὶ σημείων τῶν ἐν Ἰλιάδι scripsit; *Svid.*

i. e. de signis seu notis, quas Critici Homericæ Iliadi adposuerant; Earum aliquæ laudis, aliquæ culparum erant indices; aliæ literatæ, aliæ illiteratæ; varièque in iis explicandis antiqui laborarunt: De talibus consule scitissimum *Mich. Meisneri* Philologi ἐ τῶν τυχόντων *Syntagma super adnotamentis Philologorũ*. In autoribus classicis maximè hoc studium fuit veterum: fecerunt in Hippocrate: in Platone: in Hesiodo; Aristonicus Alex. Gramm. Theogoniæ Hesiodéæ proprias exposuit, *Svid.* in Æschylo, in Xenophonte, in Thucydide, in Diod. Siculo, in scholiis ad poëtas, in epigrammatib. *Origenes* acceptas à profanis Criticis ad divina volumina illustrãda contulit: addidit peculiares indicandis verbis, sententiis, latentibusq; sensibus multis: de quibus videatur *Sixti Sen. Bibliothecæ sanctæ liber tertius.* Interpretem Svidæ ista fugere potuisse nemo credidisset, nisi is argumentũ opusculi Philoxeni *de punctis Iliados* exposuisset. Φιλοξένου γραμμάτιον, quod proverbii speciem habet, & usurpatur de eô cum quis invitanti non obsequitur, sed venire etsi toties accersatur, & probare ac præstare quod rogatur vehementer recusat, est *Philoxeni literula* potiùs quàm *libellus*, ut *Porto*, vel *codicillus* ut *Adr. Junio* visum. Patet ex addita apud *Svidam* narratione ista; Philoxenus Cytherius, congerro Dionysii Siciliæ tyranni, cum fugisset Tarentum, blandissimè ab eo per internuncias literas invitatus redire tamen in aulam noluit, & ut præcisè ac vel sexcenties negare intelligeretur. λαβὼν βιβλίον, τὸ στοιχεῖον α ἔγραψε μόνον πολλάκις ἐν αὐτῷ. *sumta tabula, α literam in eâ solam depinxit multoties*, eâque totam implevit, & sic pro responsione literam tantùm quæ negativam significaret reposuit. Τὸ γὰρ α βραχέως καὶ ψιλῶς σημαίνει ἀπόφασιν ἀρνητικήν, *Svid* in Ἄ α. Et hæc quidem satis rectè sic habent; sed nec prætereundum est, quòd *Mich. Apostolius prov. 26. Cent. 19.* istam Philoxeni ἀπαγορευτικὴν literam *ου* fuisse dicit; quam interpres *P. Pantinus* & ante hunc Chiliadum scriptor malè per adverbium negandi *non* exponunt; est enim litera, æquipollens idiotismô Græcorum vetustissimorum negativo vocabulo, non vocabulum ipsum; Ita enim *in lusû de literis monosyllabis Ausonius* vir minutiarum Grammaticarum & omnis antiquitatis impensè curiosus:

Hoc tereti argutoq; sono negat Attica gens, ου

Ean-

Eandem *Ep. 25. ad Paulinum* innuere videtur, cum ait:

Non ego longinquos ut texat pagina versus
postulo, multiplicesque oneres sermone pagellas.
Una fuit tantùm, quâ respondère Lacones
litera: & irato Regi placuère negantes.

P. Nigidius Figulus 2. qui ætate felicissima C. Julii Cæsaris tanti æstimatus fuit, ob doctrinarum multiformium variarumque artium cognitionem, ut unus omnium contrà Varronem nominaretur, *in comm. Gramm.* inter Græcorum literas recenset Ou, apud *Gell. lib. 19. c. ult.* Φιλοκράτης στρϑθιος, ὡς μήλιος, inquit *Svidas*, h. e. *Philocrates dicebatur* στρούθιος, ἀπὸ τῶν στρουθῶν, ab avibus: auceps enim erat; qua ratione à vocula μῆλον, i.e. pomum, formatur Adjectivum μήλιος, q. d. *pomeus, pomaceus, pomarius*: ut in adagio vetere, Ηρακλῆς μήλιος, inde nato quòd Herculi cum bovem non possent v. l arietem immolare pomo rem divinam fecissent Bœoti rustici. Interpres τὸ μήλιος adpellativum in nomen gentile proprium corrupit, Melon insulā, cujus habitatores Melii adpellabantur, in animo habens: *Dicebatur autem ille struthius, ut Diagoras Melius*; quod nec dixit *Svidas*, nec dicere adeò voluit. Clausula glossæ Θησεὺς ἱστορικός talis est: Περὶ Θησέως ἐν τῷ Ἀρχὴ Σκυρίας; quā indicat *de Theseo pluribus se egisse in voce,* Ἀρχὴ Σκυρίας: eòque remittit lectorem; quod non intellexit *Portus* cum vertit; *De Theseo in principio Scyriæ N. L.* Exempla similium remissionum per totum opus Svideum obvia sunt; non opus est indice. Glossa, λογοποιός, ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικὸς λεγόμενος· Ἰσοκράτης, καὶ Ἡρόδοτος. Ὅς ἐστιν εὑρετὴς λόγων καὶ ἀποκριμάτων, ex *Harpocratione*, cujus lexicon penè totum exscripsit *Svidas*, desumta est; sed mutilata. Omissa enim sunt loca testimoniorum, quæ de significatione vocis λογοποιός *Harpocration* ex Isocrate Βουσίριδι, & Herodoto ἐν τῷ δευτέρῳ producit. Verba ultima vocis λογοποιός interpretatio sunt, quæ *Portus* inconsideratè de Herodoto, *qui est inventor historiarum & responsionum*, exponit. Πιαλέοις ὄφεσιν, ὡς διψαλέοις, interpretamur *Siticulosis serpentibus, qui & διψάλεοι*: ἀπὸ τοῦ πιεῖν ita dictis, quorum morsus sitim inextinguibilem clamosam & continuam inducit, *Diosc. l. 6. c. 50.* quique Africæ & Arabiæ peculiares. *Portus* ex-

tus explicat *pinguibus*. Sed in delectu viperarum, quippe quarum carnes solùm in antidotos recipiuntur, non adtenditur à medicis pinguedo; neque pinguescere possunt feræ in calidissimis siccissimisque regionibus calidæ siccæque ipsæ. Ἄμμων, ὄνομα θεοῦ Ἑλληνικοῦ; *Ammon nomen Dei Græci*, inquit *Portus*. At is Ægyptiorum proprius erat, templo in desertis Lybiæ, nusquā in Græcia celebris. Ἑλληνικὸν igitur h. l. non gentis sed superstitionis adpellatio est, *Ammon nomen Dei gentilis*. In Πρόκλος laudantur tres ejus χρηστομαθείας libri; Eorum, sed qui quatuor fuissent, excerpta habemus apud *Phot. C. 239*. Continent autem selecta ad rem Grammaticam & Poëticen pertinentia præcepta & adnotamenta laudabilia, quæ & χρηστὰ & χρήσιμα vocabant veteres Critici, qualibus in Codicibus vel ut excerperent, vel ut in conspectum venirent promtiùs notam literæ X solebant adponere: *Wower. Polym. c. 17*. Χρηστομάθειαι igitur notatu dignæ insignesque & scitu maximè necessariæ quà rerum quà verborum doctrinæ sunt & sententiæ; Portum qui vertit, *de bona disciplina*, neque ferent Lælii, neque intelligent Consentini. In ἀμάστης verba historici cujusdam de percussore Imp. Commodi leguntur ista: Πείθουσιν ἄνδρα γενναῖόν τε καὶ ἀμάστην εἰσελθόντα ἀποπνῖξαι τὸν Κόμμοδον, ὄνομα Νάρκισσον: interprete Porto; *Inducunt hominem generosum & Amasten, ut ingressus Commodum strangularet nomine Narcissum*. Nomini proprio *Amasten* non esse hìc locum, sole meridianô clarius est; si enim Narcisso nomen fuit homini, cur vocaretur Amastes? Quod suspectum esset τὸ ἀμάστης, & nullibi prætereà id legere meminissem, placebat aliquando ὠμηστὴν substituere, & exponere; *crudelem, ferocem*: ab animalibus crudivoris ad hominem feris moribus & robore belluino traducta voce. Sed ἀγαθῇ τύχῃ factum est, ut nuper res Commodi pellustraturus in *Herodianum* inciderem; verba enim, quæ sine autore hìc recitat *Svidas*, ejus ipsius esse deprehendi; extant autem l. 1. c. 55. & quidem emendatiùs: ἄνδρα γενναῖον καὶ ἀκμαστὴν, i. e. *virum robustum eximium, strenuum, audacem, & ætate florentem valentemque*. Τὸ γενναῖον, h. l. non nobilitatem ortûs, sed corporis qualitatem significat; ita Glaucus Carystius pugil γενναῖος ὅλῳ τῷ σώματι apud *Svidam*: Narcissus verò gladiator, plebeius

Digitized by Google

plebeius & infamis. *Ἀκμαστὴς*, ætate vigens, maturus, qua robur hominis, & vires corporis in ſummo conſiſtunt: *ἀκμαῖοι, ἰσχυροὶ, ἀνδρεῖοι, γεννᾶιοι· Heſych.* In *ἔνα σκιὰ* citat Ariſtotelem *ἐν διδασκαλίαις*. Hujus *Διδασκαλιῶν* libri meminit *Diog. Laertius* in indice ſcriptorum ejus. Eo explicaverat ubi, quando & quo eventu quæque fabula acta fuiſſet: quod adpellabant *διδαχθῆναι* Græci, *Plut. 2. Symp. 1. & in Them.* Latini *doceri, agi, edi.* Unde *Διδασκάλους ἰδίως λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων, ἢ τῶν κωμῳδιῶν ἢ τῶν τραγῳδιῶν, Svid.* & hinc *Διδασκαλίαι*, non *Diſciplinæ*, ut vertit *Portus*, ſed tractatio hiſtorica dramatum, in qua argumenta, ſcriptores, editores, tempora, loca & reliquæ ad hanc attinentes circumſtantiæ deſcribebantur. Plura de his *Caſaub. anim. ad Athen.* ſuppeditabit. *Ἤρειστν Svidas* exponit *ἠκούμβιστν*. *Porto* non venit in mentem *ἀκουμβίζειν* è Latino *accumbere* formaſſe Græculos, ideòque ſuum *non liquet* addidit. Eſt igitur ſenſus, *ἐρείδειν* idem eſſe quod *incumbere, inniti. Heron* in *παρεκβολαῖς· ῥάβδῳ διαστηριζόμενος καὶ ἐπακουμβίζων*, *baculo fultus & incumbens.* *Ἀκούμβισμα*, *accubitus, diſcubitus convivarum.* In *Σελάχιον* de ſententia Calliſtrati, quem Grammaticum, Ariſtophanéum dictum *Athen. l. 1.* & eundem eſſe cum eo, quem ſæpiſſimè laudare ſolet *Svidas* in *ἀπλᾶς*, in *ἐπιφυλλίδα*, in *Φιλόξενος*, in *Ἑρμαῖ*, in *γλῶττα*, in *Κεραμεικὸς*, ſuſpicamur, docet *σελάχιον* ſignificare *τὸ τοῦ ἰχθύος κόπαιον*. *Porti* interpretatio joculatoria eſt & decipit lectorem ipſum *piſcis copæum*. Adhuc enim quæret, quid *copæum*? *Κοπὰς, κοπάδιον, κοπὶς, κοπίσκος, κόπεον, κόπιον*, & fortaſſe quoque *κόπαιον*, eſt *μερὶς*, i. e. particula exciſa, fruſtum ſectione de re integra vel parte majore factum, fragmentum: *ἀπὸ τοῦ κόπτεσθαι*. In ultimis ibidem menda eſt: *Λέγεται δὲ καὶ μαλάχιον*; malim *τεμάχιον*; nam *τεμάχη* ſunt *κόμματα τῶν ἰχθύων*, *reſectæ de majoribus piſcibus portiunculæ*, & offæ *χειροπληθεῖς*, quales in conviviis veterum ſeorſim ſingulis adponi conſuevêre. In *Κλάπιος* ex *Æliano* refert *Svidas*, quòd iſte navem Aſdrubalis fugam minari conſpicatus, *αὐτὸ χρῆμα πηδῶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα*, h. e. *confeſtim tranſiliens tranſtra*, puppim injectis manibus fortiter retinuerit. De navali pugna narratio eſt; quomodo ergò *ſuprà foſſas ſaltaverit* iſte

Clatius,

Clatius, ut interpretatur *Portus*? Τὰ ἐσκαμμένα quemvis limitem, sive sulco, sive longurio, sive trabe lignoque transverso, sive tabulis constructum, sive palis conseptum, sive lineæ alicujus ductû notatum sive fune circumscriptum, ut in sacris, & dicasteriis & secretariis judicialibus ad discludendas turbas significant; in nave transtra, quibus remiges considunt, & latera è tabulis compaginata. De Barbio Philippico narrat *Svidas*, cum cum servus fuisset fugissetque à domino tantum adulatione, τῷ ἄλλῳ τρόπῳ καὶ βαναύσῳ apud M. Antonium valuisse, ut ejus opera & beneficio Prætor creatus fuerit; ὅτος ἐπὶ τῶν τριῶν τυράννων ἦρχε, i. e. *hic sub Triumviris*. M. Lepido, M. Antonio & Octavio Cæs. a. U. 711. *Præturam gessit. Ulpianus l. 3. D. de off. præt. Barbarium philippum* adpellat, & decreta ejus etsi servi valida fuisse probat. E *Porti* versione neque quem magistratum gesserit, neque quo tempore percipere licet; *Hic sub tribus tyrannis imperavit.* De Prætura exponendam esse voculam ἦρχε inde constat præterea quod Barbarium istum à domino olim suo πορφυροῦν τῇ τιμῇ, καὶ ἐν ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίων ὑψηλὸν διάγοντα, καὶ δικάζοντα, *purpura indutum ob dignitatem & in foro Romano sublimem constitutum ac postulantibus jus reddentem in tribunali* casû repertum fuisse addit. Triumvirorum a. Reip. constituendæ temporibus vixisse inde probatur, quod M. Antonio uni ex his, qui scurris impensè oblectabatur, & in comitatu suo, quod *Tullius* ipsi exprobrat, tantùm mimos, saltatores choraulas, citharœdos, & ejusmodi monstra vilium inutiliû & temulentorum hominum habebat, fuisset familiaris, & ob assentationes turpissimas suavis amiculus. Arati Solensis Cilicis poëtæ ætatem è familiaribus & συμβιώταις ejus, quos *Svidas* nominat Timonem & Menedemum Philosophos, itemque Antigonum Gonatam dictum, qui Asiæ Ol. 125. imperare cœpit, certò scimus: Γεγονὼς ἐν τῇ ρκδ Ὀλυμπιάδι inquit; i. e. *fuit, floruit.* Et cum apud Antigonum istum obiisse dicatur à *Svida*, non debuit Ol. 124. natum primùm esse putare *Portus* qui τὸ γεγονὼς ita exponit. Nativitatem autem ejus in tempora Alex. M. vel Διαδόχων, h. e. successorum ejus incidisse necesse planè est si & circa Olymp. dictam floruit, & regnante Antigonô G. mortuus est. Hunc de poëta,

poëta, uno è ſeptem nobiliſſimis, errorem vocabuli unius γίνεσθαι, quod & *eſſe*, & *naſci*, res temporibus differentes, ſignificat, nō animadverſa æquivocatio generavit. In κερασβόλα docet ita nominari legumina, quæ, quòd dum jacerentur boum cornua tetigiſſent, inde credebantur ab antiquis provenire dura & incoctilia, ac reſiſtere elixationi: quam ruſticam ſuperſtitionem adpellat *Scal. in 1. de plant.* deridet etiam *Theoph. l. 4 de cauſ. plant. c. 14*: Per metaphoram verò κερασβόλους dici homines indoctos, aſperos & contumaces, τοὺς οὔθ' ὑομένους οὔτε ἡλιωμένους, nec minis nec precibus ſuperabiles. Hujus ſignificationis autorem nominare voluit, cum ait; Ὅταν οὖν λέγῃ κερασβόλους, τοὺς ἀπαιδεύτους καὶ σκληροὺς, καὶ μὴ πειθομένους τοῖς νόμοις φησί: ſed neſcio cujus culpa nomen excidit. Eſt autem autor *Plato*; tum & *Homerus Odyſſ. 22. Portus* fruſtrà eſt cum ſuo, *Cum igitur aliquis dicit* κερασβόλους *intelligit homines indoctos.* Solet alioqui mango hic noſter excerpta non tantùm ſupinè & peſſimè facere interdum, ſed & frequentiſſimè, unde teſtimonia habeat, omittere adnotare; quod ſi feciſſet utrobique, opus hoc ſuum multis modis reddidiſſet commendabilius. Nos ut in ejus lectionem ex otiô noſtrô horas aliquot derivaſſe intelligi poſſimus, aliquot locis hac parte eum nunc ſupplebimus; eâque operâ fieri putamus ut & meliùs percipi & alicubi emendari, & viciſſim autoribus ejus ex ipſo aliquid lucis nonnullibi inferri poſſit. Sunt autem quæ habet in Φιλόξενος Λευκαδίου ex *Athenæô l. 1.* deſumta omnia; leviter in aliquibus à lectione hodiè editorum diſcrepantia. Ejusdem *libri initio leguntur* iſta, quæ habet in Ἀθήναιος, de quibusdam veterum adparatu magnificarum epularum illuſtribus. Corrupta autem ſunt, & ex ipſo *Athenæo* ita reſtitui debent: Ὁ μέγας Ἀλέξανδρος. Κόνων δὲ τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακεδαιμονίους; malè enim de Alexandro refert, quod de Conone Athenienſium duce debebat, ſublata neceſſaria ſententiæ στιγμῇ & vocula Κόνων in κἀκεῖνον perperàm mutata ſic: Ὁ μέγας Ἀλέξανδρος κἀκεῖνον νικήσας ναυμαχίαν Λακεδαι &c. cujus lectionis falſitatem neque *Portus* obſervavit. In Τιμαχίδας, ubi recenſentur ſcriptores ὀψαρτυτικῶν, de arte coquinaria, cœnas parandi cibosque condiendi, ea itidem ex eôdem

Athenæi librô mutuatus est; sed Φιλόξενος ὁ Κλαυδίου refingendus est ex Athenæi editis libris ut fiat Φιλόξενος ὁ Λευκάδιος; quo de supra c. 2. p. 362. diximus pluscula. In οὗ verba, Δεξάτω οὐ κεῖται Ὁμήρου ῥαψῳδιῶν στίχος & reliqua, è *Synesiô in enc. calv.* excerpta sunt. In κυνισμὸς ista, Ἤρεσκε δ' αὐτοῖς λιτῶς βιοῦν &c. è vita Menedemi Cynici apud *Diogenem Laertium* excerpsit, sed corrupta mutila & confusa. Ita verò legendum: πίθοις. καὶ ἔφασκον θεοῦ μὲν ἴδιον εἶναι τὸ μηδενὸς δεῖσθαι, doliis: *Dixerunt Dei quidem propriū esse nullâ re indigere*: pro eo quod *Portus* edidit, πίθοις καὶ ἔφασκον. Θεοῦ γὰρ ἴδιον ε. τ. μ. δ. & vertit, *doliis. Dicebat enim Dei proprium e. n. r. i.* Quod enim *Laertius* solum Diogenem dixisse refert, hoc *Svidas* Cynicis generatim omnibus, ceu commune dogma tribuit: & mox, *Cynicis placuisse*, τὸ διδακτὴν τὴν ἀρετὴν εἶναι καὶ ἀναπόβλητον, *quòd Virtus sit docibilis, nec amitti possit*: cum hoc sit in *Laërtio*, placuisse Cynicis, quod virtus sit docibilis: καὶ ἀναπόβλητον ὑπάρχειν τὸν σοφὸν, *& quòd sapiens non sit rejiciendus* sed amore dignus: ubi negligentiâ excerptoris diversissima effata confunduntur. In σκίφη ista, καὶ τινὲς ποιητοῦ τοὺς στίχους ἔφη Κράντωρ ὁ φιλόσοφος σκίφης μεστοὺς εἶναι, ab eôdem *Laertio* accepit. In Πυθαγόρου τὰ σύμβολα Pythagoréorum juxtà professiónis diversas species adpellationes, alios ex his Sebasticos, alios Politicos, alios Geometricos vocatos: item Pythagoricos, Pythagoréos, & Pythagoristas differre tradit; ea verò repetivit è vitâ Pythagoræ autoris innominati; cujus excerpta habet *Photius C. 249.* Ex eadem selegit, quod extat in ἄνθρωπος αὐτός &c. hominem tribus modis fieri meliorem; vel conversatione cum Deo, vel benefaciendo, vel in morte. In Καρῖνος benè longa ῥῆσις de moribus, ingenio & gestis Carini Imp. ex *Evnapii annalibus*, quibus hic historiam Cæsarum à Claudii initio & ab Herodiani Dexippique temporibus ad sua usque pertexuit, accersita est; quod etsi hodiè Evnapii Chronicorum libris careamus è *Svida* in Διοσημία & μακρῷ, ubi ῥήσεως ejus nonnulla, nomine autoris expresso, leguntur, rescire potuimus. Narratis ejus sceleribus fœditate & immanitate, quam in subditos innocentesque quosvis exercuerat, πάντα ἦν αὐτῷ, inquit ibidem, βαρύτερα διοσημείας καὶ ἐλύττα ἐν

μέσοις

μέσοις τοῖς ὑπηκόοις, i. e. *omnia ejus quavis tempestate*, fulgure, fulmine, grandine, procella, *erant graviora & in medio subditorũ rabiebat.* Διοσημείαν, h. l. *Portus* interpretatur *ostenta, de cœlo servata prodigia, & signa cœlestia*; at cum signa cœlestia significent tantùm calamitates, non inferant, longè inferiora sunt quàm ut facinora enormia monstrosâ malitiâ Principis iis comparari aptè possint. Est autem διοσημεία ὁ παρὰ καιρὸν χειμὼν, inusitata, tempore & gravitate, tempestas, eòque formidabilis & damnosa: cui insolentia & tætra Carini, etiamnum juvenis & de quo alia omnia sperarentur, facta adsimilat *Eunapius.* In ἀφειδείας de mira Heraisci Philosophi Ægyptii natura, cum si loquentem audivisset mulierem menstruatam statim capitis dolore correptum fuisse, narratio è *Damasciô de vita Isidori*, quam habemus apud *Phot. C. 242.* petita est: itidemq; longior ejus historia, in Ἡραΐσκος: & quod de Asclepiodoto philosophô & medicô refertur in Σωρανός. De Marcio, qui C. Marcius, à captis Coriolis urbe Volscorum dictus Coriolanus est, Romanorum duce, quæ refert *Svidas*, omnia *Dionysi Halicarnassei libro VII.* sunt; sed contracta & nonnullibi mutata. Ejus historiæ partẽ, nim. de planctu matronarum Rom. in funere Marcii à Volscis interemti laudat *Cl. Kirchmannus l. 2. de fun. Rom. c. 17.* sed *ex autore incerto*; is verò nostro indicio non incertus est ultrà. Quibus locis *Harpocrationem & scholiastas* veteres maximè *Aristophanis, Sophoclis, Thucydidis, Pindari, Theocriti, Apollonii* exscripserit, non lubet annotare; totos enim exhausit, & in suum hoc armarium digessit. Sunt innumera ejusmodi in istô Grammatico testimonia, quorum autores indicare nemo poterit, nisi qui omnem antiquitatem ingurgitaverit; adeòque, quod ait ille,

fronte exile negotium, & dignum pueris putes:
adgressis labor arduus, nec tractabile pondus est.

Ivimus nos quòusque potuimus; via non ampliùs intrita est; ea verò quantumvis longa & ad quam conficiendam amplo viatico opus est, multa lectione, memoria felice & ingenio subacto; quibus instructus Criticus aliquis multa in *Svidam* ejusque lectores beneficia conferre, si volet, poterit.

CAP. VIII.

Hygini fabulis uno loco fax illata & emendatio de aſino inventore vitis: rejecta quam dederat Barthius: Juvenalis de capitibus aſininis in lectis diſcubitoriis veterum explicatus contrà Joh. Britannicum Brixianum & A. Mancinellum ejus interpretes.

JUdicium in Grammatico, qui fabularem librum, capitum ducentorum ſeptuaginta ſeptem, conſtipavit, & præfixo *Hygini* nomine ætatem mentitus eſt & autoritatem, meritò requiramus multis de cauſis, inprimis, quòd cum Poëtarum & Mythologorum tempe deflorare inſtituiſſet ad Hiſtoricorũ hortos declinaverit imprudens, & ἀδήλοις καὶ πλασματώδεσι res verè geſtas & creditas ſemper adtexuerit. An enim ſeptem ſapientes Græciæ, quos cap. 221. recenſet, & ipſi fabulæ ſunt? an inventores rerum, qui ultimis enarrantur? Non effecit tamen iſta hominis ἀκρισία & ſiniſteritas, quò minus lectione dignum judicaremus, quem recognitione & editione viri de re literaria benè merituri, quorum ſtudium nemo bonus reprehenderit. In ejus *cap.274.* cujus argumentũ eſt, *Qui quid invenerit*, latet ſcrupus ab editore quidem, qui aſteriſcum adpoſuit, indicatus, ſed non remotus. *Antiqui autem noſtri in lectis tricliniaribus in fulcris capita aſellorum vite alligata habuerunt, ſignificantes ſuavitatem inveniſſe.* Ῥῆσις hanc antecedens eſt de inventô aquam ammiſcendi vino: ſequens de eo, unde vitem putare didicerint mortales: & media igitur hæc ipſa de vitis prima inventione fuit. Legerim igitur *ſignificantes aſinum vitem inveniſſe.* De Sileno nemo neſcit, aſello vectum Bacchi alumni ſui comitatui adhæſiſſe. Convenit autem acumini inepti & obliviosi Grammatici Silenum nominare cum Bacchum debebat, & tribuere aſino, quod ſeſſori ejus competebat. Librariis verò indoctis duas voces in unam contrahere, & præterea trajicere ſyllabas ſolenne eſt: ita è τοῦ *aſinũ vitem* mirum non eſt exiiſſe *ſuavitatem.* Tentabam aliquandò reponere; *Aſinivebam vitem inveniſſe:* quæ ſententia ſi de Baccho, quippe qui bellô contrà Gigantes aſino ve-

no vectore uſus fuerat, *Comm. ſuper Aratéa Phanom. Germanici in Cancro*, intelligatur, veriſſima eſt; ſed cum capita aſinina fulcris lectorum vite alligari, vel, quod videtur verius, in fulcris vite illigata ac cincta haberi ad ſignificandum vitium inventorem conſueviſſe; & ſequente periodo, *à caprô vitium putationem* acceptam eſſe, iſte rhapſodus doceat, etiam earum inventionem animali, quod Libero præterea dicatum eſſet, *Plin. l. 24. aſino* adſcribendam eſſe, in animo habuiſſe videtur. Quoad caprum diſſenſus eſt; Navphii enim aſini ſimulacrum lapideum conſecraſſe feruntur, quia is vitium putandarum rationem oſtendiſſet dum pampinos arroderet. *Barthius l. 11. Adv. c. 9.* hunc locum turpiter acceptum, cum purgare vellet, fœdiùs commaculat; putat ſcribendum: *ſuavitatem nocuiſſe*, h. e. *ex hominibus brutas feciſſe beſtias*. Atqui non tantùm violenta eſt τοῦ *inveniſſe* in *nocuiſſe* mutatio, ſed & incommoda. Non enim de effectis vini, quæ per affixa fulcris lectorum aſinina capita repræſentare voluiſſent veteres, ſed de vitium inventione, quam ad aſinum referrent, idque aſininorū capitum vitium pampinis innexorum ſive pictura ſive ſculptura ſignificarent, ſermo eſt; & frigebit ideò narratio ſi verbum *inveniſſe* tollatur. De re eadem *Juvenalis* loquitur, cum *Sat. XI.* ſupellectilem domûs vilem minimèque ſumtuoſam & frugalitatem ſimplicitatemque veterum deſcribit; *v. 96.*

nudo latere & parvis frons ærea lectis
vile coronati caput oſtendebat aſelli: & malè interpretes qui aliter intelligunt &de more, calvarias aſininas in limitibus agrorum hortorumque ad conciliandam fertilitatem rubiginemque avertendam, ſuſpendendi defigendive, quod ex inſtituto Tagetis Ethruſci faciebant, *Colum. l. 10. Pallad. l. 1. c. 35.* exponunt. *Coronatum* dicit, quia pampinis incingeretur; unde pictum cœlatumve in fulcris fuiſſe conjicitur; non ipſa aſini teſta cute nudata & alba ad fulcra, ut *Mancinellus* argutatur. Fuerunt autem lignea ex acere, *Plin. l. 33. c. 11.* ſalice, *Ovid. 8. Metam.* aliaque levi & parabili materia, in qua quid ſcribi, pingi, ſculpi poſſet, antequam peregrinæ, putaminum teſtudinis Indicæ, *Plin. l. 9. c. 11: 16. c. 43.* citri, eboris, bractearum auri argentique, & gemmarum, ad hos le-

ctorum uſus notitiam per homines ſagacis ad inſtrumenta luxuriæ ingenii nanciſcerentur.

CAP. IX.

Correctorum morbus unus ſuperflua diligentia; ejus non immunes nobiliſſimi quiq; Critici: defenſæ editæ lectiones in Ulpiano, Apollonio, Plinio: item in Sapphûs carmine à Rutgerſio profecta. Explicatus obiter anonymus ſcriptor Græcus fragmenti de zythi coctura: zythi varia materia: ſoca, alſuca, Φοῦσκα, poſca: κλουβὸς, ahenum. De Ariſtoxeno Tarentino Muſico dicto, & altero cognomine medico. Cenſorinus expoſitus de illo. Marmor λευκόστικτον: στίζειν pungere, pingere, variegare: Λεπτόψηφος vox nihili & præter rem conficta. Ἑρπετὰ, reptilia: ſerpentes: beſtiæ qualibet: item homines.

MEdicis inficetis illis, qui cuivis obvio, nec indigo nec avido, medicinas obtrudunt, & quicquid ſit, quod videtur lædere affligeréve, unâ properâ purgatione everrere pollicentur, ſimile committunt Correctores, quorum prurigo tanta eſt, ut à nullo ſive ſano ſive inſano loco manum ſtilumque abſtinere poſſint. *Interdum optima medicina eſt medicinâ nullâ uti*, ajunt; ſimiliter modus quidã & ars ejus rei eſt, ne intempeſtivo officio, lectiones antiquas & commodas movendi loco, autorib. vis fiat, cum præpoſteris emendationibus corrumpuntur. Malè ceſſit iſte pruritus etiam continentiſſimis viris, à quibus Criticen divinè naviter, & feliciter exercitam novimus, quosque propterea ſuſpicimus & prædicamus liberaliter, *ὥσπερ σχεδιάσαντας τὸ πέλαγος, ὅπερ ἡμεῖς πάλαι σὺν πόνῳ μόλις διεξηρκοπούμεθα*; neque quidquam deterimus de egregiis ipſorum meritis & invidendis laudibus, cum quod ſinere debuiſſent id diligentiæ nimios mutaſſe eruditis lectoribus indicamus. Pugnarunt & illi ipſi pro lectionibus vetuſtorum codicum contrà novatores audaces & importunos; laudarunt libros quàm minimùm expurgatos; & ſcripturam quamvis quò eſſet antiquior eademque in membranis pluribus, pro eò veriore

haberi

haberi oportere, niſi aliquid gravius impediat, decrevêrunt. Eorum igitur exempla in defenſionem noſtri valebunt.

Zythum, quod in quibusdam provinciis ex tritico, vel ex hordeo; vel ex pane conficitur, Vini adpellatione non continebitur; verba *Ulpiani l. 23. ad Sabinum in l. 8. D. de trit. vino vel oleo legato.* Ad zythi paraturam veteres hordei triticive grana, eaque tàm integra quàm molita adhibebant; avenam ad ejus confectionem ſumi apud Flandros ſcribit *Gv. Brito l. 2. Philipp.* modò panem ex horum farina coctum. *Avic. l. 2. Canon. tr. 2. c. 279.* genera fucæ, focæ, ſeu zythi facit; unum quod fit de pane cocto; aliud quod fit de maſſa azyma: aliud quod fit ex hordeo; & aliud, quod fit ex pane *albavari*, i. e. ſimilâ. *Foca* autem ſeu *alſoca*, quod Græci recentiores φοῦσκα efferunt eſt ipſa vox Latinorum *poſca*, potus, ut ait *Pandectarius c. 271. ex ordeo & aliis rebus calidis, ut zingiber & ſimilia, quæ ponuntur in vaſis terreis parvis benè obturatis, & cum aperiuntur ſalit in altum & vocatur cerviſia.* Poſcæ parandæ modum Emiſſæ in Syria ſe obſervaſſe tradit *P. Bellon. l. 2. c. 98.* talem: Farina hordei vel tritici in maſſam coacta in capaci aheno coquitur: è qua deinde fiunt orbiculi, quibus in aquam demiſsis ea illicò ſponte ebullit & caleſit absque ignis adminiculo & in denſam ſorbitionem coit. Ejus ſpuma alba & levis eſt qua Turcicæ mulieres ſeſe ungere ſolent; erugat n. cutem, redditque teneriorem præſertim ſi in balneis adfricetur: quã facultatem in zytho veteres non ignoravêre; *Plin. extr. l. 22.* Eadem ferè fragmento περὶ ζύθων ποιήσεως docet *ſcriptor anonymus inedito in volumine Chemicorũ Græcorum manuſcr.* è molito hordeo, addito fermento fieri panes; eos εἰς κλουβὸν, i. e. *in ahenum* (quod enim in Gloſſario Latino-Græco invenêre docti & ſe non intelligere fatentur, ἀπὸ κλουβοῦ κρέας σὺν λίπει nos interpretamur, *ex aheno carnem cum pinguedine*) conjectos adfuſa aqua parùm coqui, ſinetamen ebullitione: tum colari liquorem, benè contectum incaleſcere & ſeparata fæculentiâ fieri potabilem. Eam rationem coquendæ cerviſiæ in Ægypto, cujus incolis zythi potus fuit familiaris, fuiſſe putamus, quòd illi Chemici plerique omnes ibidem vixerint, ſcripſerint, & artem exercuerint. Hæc ſatis defendunt editam lectionem *pane;* quæ abſurda viſa eſt immeritò iis, quibus ſubſtituere

pla-

placuit, *farre*: ita enim è neſcio quibus libris legit *Alciatus l. 10. parergôn c. 15.* Sed eſt hoc ὁ λεγόμενος χρεῶν ὕθλος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. Τὸ δ' ἀληθὲς, ὧδε λεγόμενον. Nondum enim inventi ſunt, quos è farre ſive ζῦθος ſive birram olim coxiſſe ſcire potuerit *Ulpianus*; hordei avenæque annona in hac provinciarum Germaniæ per æſtus bellorum civilium ἀλλοπροσάλλους deſolatione fortaſſe docuit nonnullos aut certè docebit non farre, ſed lolio vel ſemine alio ignobiliore & abſurdiore in potum corrupto victitare, uti deficientibus lupuli turgidis floribus ad conciliandum birræ acorem amaroremve & ut ſine vitio ſervari aliquandiu poſſit, folia ſalicis, perſicæ, apſinthium, centauream, alia, indere comperimus. Sin quod de zytho è pane diximus etiamnum diſplicet, emendetur ſanè locus & legatur *paneco*; ita *Cujac. l. 11. Obſerv. c. 30. & l. 24. c. 39.* quaſi ultima hujus cum prima ſequentis voculæ *conficitur* coaluiſſet. E panico, ſemine frumentaceo, ſed quod cæteris frugibus minus nutrit, *Gal. 6. de ſimpl. med. fac.* panes coxêre; fortaſſe etiam potum. Tartarorum cerviſia è miſio paratur; item è melle, lupulo, panico: aliorum ex oryza: Pæonum παραβίη è milio itidem; *Hecatæus in periodo Europæ*; Pannonas hordeum miliumque edere ac bibere ſcribit *Dio. l. 49.* Illyricorum ſabaia (niſi hæc cum παραβίῃ eadem eſt, ut gentes ipſæ Pæones & Illyres eædem) ex hordeo vel tritico in liquorem verſo fuit, *Amm. Marcellin. l. 6.* Multi Europæi potu è pomis vitam tolerant; in Turgovia Helvetiorum è piris, quæ *montana ac fontana* vocant, muſta optima ac durabiliſſima conficiuntur; quæ ſi coquantur vinum quodvis nobiliſſimum, etiam Malvaticum, ſimulant; *Gold. t. 1. rer. Alamann. fol. 202.*

Apollonius Alexandrinus autor hiſtoriarum mirabilium c. 30. vires herbæ helxines in ſanandis quartanariis commemorat, ejusque rei teſtem advocat Ariſtoxenum Muſicum: Ἀριστόξενος δ' ὁ Μουσικὸς, inquit. *Meurſius*, quòd hoc non Muſici, verùm Medici præceptum eſſe putaret, articulum ὁ in adverbium ὅυ mutat, ut Ariſtoxenus, Herophili diſcipulus, cujus de pulſibus & Herophiléâ ſectâ libros laudat *Galenus*, alius à Tarentino, cognominato Muſico, intelligatur. Verùm cum Tarentinus iſte non tantùm de Muſica,

sica, sed & varii generis, Philosophica & Historica scripserit, usque ad libros 453. fueritque veterum literarum diligentissimus, ut vocatur *à Gellio l. 4. c. 11.* istam de helxine herba experientiam nemo sanus ei abjudicaverit; præsertim cum alteri Aristoxeno Herophilio nullo idoneo argumento ea tribui possit. Idem judicium ferendum est de ejusdem *Meursi* simili conjectura; *Censorinus de die nat. c. 5. Hipponi Metapontino, sive ut Aristoxenus autor est Samio, ex medullis profluere semen videtur,* dixerat; hoc nullâ necessitate ad eundem Herophilium refert *Meursius*, quod Tarentini profectò est. Quia enim hic vitam Pythagoræ, ejusque sequacium Archytæ, Telestæ, Xenophili, descripsit; quæ ejus opera laudantur à vetustissimis quibusque; de Hippone etiam, itidem Pythagorico, & dictorum συμμαθητῇ, quòd ejus patria Samus, illâ de Pythagoræ familiaribus πραγματεία tradidisse rectè colligitur; maximè cum inter istos non fuerit obscurus aliquis iste Hippon, ut patet è *Jambl. extr. l. 1. de Pythag.* qui laterculo Samiorum celebriorum eum cum Melisso, Lacone, Archippo, Glorippo, & Heloride exhibet.

Inter marmorum genera porphyriten in Ægypto rubere scribit *Plin. l. 36. c. 7: ex eo*, addit, *candidis intervenientibus punctis, leucostictos vocatur.* Στίζειν præter pungendi & vulnerandi significationem, etiam signandi, pingendi, variandi & maculandi vim habet. *Herodian. l. 3. c. 47.* de Britannis: Τὰ σώματα σίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν. *Hesychius* de accolis Istri; σίζονται καὶ ποικίλαις ἐσθῆσι χρῶνται, i. e. frontes pingunt, inscribunt, colorant variè, & diversicoloribus vestibus utuntur: & mox de sententia Dionysii cujusdam, καθαρὰ καὶ λευκὰ τὰ μέτωπα opponit τοῖς ἐστιγμένοις, h. e. puras & albas, ut naturaliter sunt hominum, frontes inscriptis, pictis, notatis; ut Istriani isti putentur similes fuisse Britannis, qui glasti, *Plin. l. 22. c. 1.* vel lutei herbæ *Vitr. l. 7. c. 14.* succo totum corpus oblinere soliti sunt. Unde σίγματα, ποικίλματα, *Svid.* i. e. notæ; & πολύστικτοι, ποικιλοδέρμονες, ποικιλόχρωτες, *variis stellati corpora guttis,* ut loquitur Poëta; quam affectionem in equino genere voce βαλιός, & ψαρός, desumta à sturnô ave, quæ variè nitentium in

nigro guttarum aspergine pingitur, cum maculis nigris in albo vel ruffo sparsum est, exprimunt. Et porphyrites igitur Ægyptius, quia rubrum ejus punctis albis interlucentibus conspersum esset, hinc meritò *leucostictos* adpellatus est, ἀπὸ τῶν λευκῶν στιγμῶν. *Cl. Salmasius* ejecta vocula, qua *Euripidem* tamen usum esse sciebat, supponit *leptopsephos*, quòd candida illa puncta λεπταὶ ψῆφοι ab aliis vocentur. Sed nos hoc & sine autore adseri putamus; ubi enim ψῆφοι pro *punctis*? & λεπτὸν exiguitatem, ob quam visum levissimè adficerent eumque facile effugerent ψῆφοι sonare, non candorem, qui de guttis in Ægyptio porphyrite rubro prædicatur; Puncta ista sive στίγματα, ἀστέρες, stellæ in lapidibus sunt aliquid minutum, ut quævis humidi stilla; sed in porphyrite rubro, color eorum niveus & singulare quiddam visum est & apta adpellatione τοῦ *leucostictos* expressum; idque ideò non mutandum esse, quamvis inviti, contrà pertendimus.

In *Sapphûs* quodam carmine, quod apud *Hephæstionem* repertum cum cæteris ejus edidit *H. Stephanus*, Amor, quem ita conviciatur Poëtria, vocatur, γλυκύπικρον, ἀμάχανον ὄρπετον. Interpres ultimum hoc *avem* reddidit, quasi esset ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, & quòd alatus fingeretur Cupido. *Rutgersius l. 4. Var. c. 6.* mavult ἑρπετὸν, & exponit *reptile*. *Barth. l. 1. c. 9. Adv.* quod Amor non tàm sit reptile quàm volaticum animal, & τὸ ἀμήχανον, *inexpugnabilitas*, reptili, quod facilè obteri potest, non competat tàm quàm aliti, quod datô damnô facilè pennis aufertur, potiorem scripturam sibi videri scribit, ἀμάχανον ὄρνιθον. Nos lectionem, quam loco medio adduximus, solam veram esse arbitramur; sed ne eam convellere possit quem ultimò nominavimus, aliter explicamus. Ἑρπετὰ propriè sunt τὰ ἄποδα; καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων ζώων. Apud *Hom. Od. 4.* ἑρπετὰ, interpretibus, θηρία: *Pind. in Pyth.* canem Lacænam adpellat τρέχειν πυκινώτατον ἑρπετὸν, i. e. *cursu exercitatissimam bestiam*. Et si *Hesychio* credimus etiam hominum genus ἑρπετὸν dicitur. Ἑρπετὸν igitur ἀμήχανον Amor, h. e. *fera inexpugnabilis* & contrà quam nullæ machinæ faciunt dicitur: & quomodo non sit inexpugnabilis, cui etiam Jovis fulmina cedere, eique dominium hujus Universi lacteis versibus tribuit *Oppianus l. 2.* Κυνηγ.

Ὄμβρει

Ὄμβριμ' ἔρως, πόσος ἐσσὶ; πόση σέθεν ἄπλετος ἀλκή;
πόσσα νοεῖς; πόσσα κοιρανέεις; πόσα, Δαῖμον, ἀθύρεις!
Quantus es, & quanta eſt tua, Dive, potentia? quanta
ſcis? quàm multa regis? quàm mira, Amor ô ſère, ludis!

Orpheus in hymnis cum aërem, terram, mare, tartarum Cupidini ſubjeciſſet, addit;

Μοῦνος γὰρ τούτων πάντων οἴακα κρατύνεις.
Iſthæc imperio tu ſolus cuncta gubernas.

De alite quantumvis ferociſſimo & validiſſimo maximoque omnium ridiculè iſta dicerentur; & *Sappho* igitur potiùs ad humanam puſionis Cupidinis formam quàm ad alas ei adfictas reſpiciens, *ἑρπετοῦ, beſtiæ*, adpellationem ei impoſuit, eo modo quo homines violenti, crudeles, rapaces, aſtuti, urſorum, leonum, luporum, vulpium indigitamento ſignificari ſolent, quòd cum hominis faciem præ ſe ferret, vires humanis majores exerreret, eòque beluæ truculentæ & inſuperabili quàm homini Deóve hominiformi eſſet ſimilior. Sint è veteribus qui Cupidinem *ὄρνιθα avem*, adpellaverint; hoc enim fortaſſe opponet *Barthius*; At velox vagabundum & inconſtans amoris hoc verbo ſignificarunt; *Sappho* autem *ἀμήχανον* ejus & potentiam indicatura, non potuit eum *ὀρνίθιον* adpellare magis quàm ſi quis convitiaturus anui deformi rugoſæ & edentulæ, eam *δορκάδα, δάμαλιν, capream, juvencã*, vel blanditurus delicatæ puellæ eam *λέαιναν, κύνα, ὗν, αἶγα, leanam, canem, capram, ſuem* vocet; neutrum n. adfectui loquentis reſpondebit aut ſubjecti conditionem exprimet. Pari modo Cupido, quã *χρῆμα ἀμήχανον, res invicta, malum indomabile*, non erat *ὀρνίθιον, avicula*, ſtrepitû ſolum moleſta, ſed *ἑρπετὸν, beſtia, belua*, feritate & robore formidabilis nominandus. Quæ ſi conſiderent eruditi & candidi cenſores, adſtipulabuntur nobis ſatius fuiſſe *Rutgerſii* lectionem, quæ primitivam una ſolùm vocali mutat, adeòque adminiculata eſt, & indubitatò vera, amplecti, quàm infelici diligentià novam, tot modis laborantem, abſonamque procudere. Sectiones ſeu amputationes gangrænoſorum in ſanis carnibus inſtituere jubent medici, ne ſi quid putridi relinquatur ſerpat ad vicinam vivam contagio: Sed Criticis non licet niſi in corruptis ſtilum experiri, & deculpata *ἀθετεῖν*;

 ſi quis

si quis contra faxit continuò audiat τὸ λεγόμενον necesse est, τὸ φάρμακόν σου τὴν νόσον μείζω ποιεῖ ob quam insanam actionem tamen multi μέγα φρυάσσονται μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ μαχαίρᾳ & emendationes suas abortivas, quas excesse bonis autoribus oporteret, ac temerè scita ostentant quasi Memphitæ Isidis cincinnos.

CAP. X.

In Gvilhelmi Britonis Poëtæ libris Philippidos multa bona observata: explicati ii maximè in nominibus aliquot procerum Angliæ locorumq; & emendati pluries: Comites Arundelii unde sic dicti: Lionia castrum in Ducatu Britanniæ, item opidum Walliæ, Caer Leon, i. e. Urbs Legio in Cornaviis: de primâ falsus Barthius, qui insulam sic adpellatam putavit. Scara: scaramuccia: schola militum. Cendalum, panni linei nitentis species. Garzio. Soldaria. Bipartire. Veterna odia. Helya Scalere. Galiotæ. Furnites. Marescosi campi. Covinni. Scarlata: grana chermes. Gambesones. Quadrelli. Pudites Karolus. Tristegæ. Hurditia; Rupta, rutta, rotta. Panselenos. Acrisius error. Calax castellum Chaluz; aliudq; Lebrosum. London, Londonum; Vicus Chalaurus. Cutellus. ensis genus. Suppeditare novâ notione. Recentare, renovare. Gelatina, i. e. muria. Carabus, genus navis. Belfragia, bolfargia, è lignis præstructæ castellis castrive munitiones tumultuariæ: alia ὅσα κόνις.

SUpra seculum, quo vixit, quartū ab hoc, aliquid in Poësi præstitit *Guilh. Brito Aremoricus presbyter,* rerū Philippi regis Galliarū, Augusti dicti, quas *M. Rigordus ejus Capellanus & Physicus* soluta cōscripserat, ligatâ oratione, perpetuo hexametro, præco eloquēs, facilis, ingeniosus & eruditus. Ex eô multa utilia hauriri posse vidit *P. Pithœus*; & propterea æstimatum magno domi, ceu alienis temporibus natam rosam, cum tineis blattisque luctantem primus ante hos quadraginta annos publicavit. *Is Gvilhelmus* inter scriptores incertæ ætatis refertur à *Cl. Vossio, l. 3. de hist. Lat.* sed incogitanter; pertinere enim ad *caput 57. l. 2.* quo recensentur qui

Fride-

Fridrico II. imperante floruêrunt, & *Rigordo*, quem æmulatus eſt, proximum poni oportere ad annum 1224. inde manifeſtiſſimum fit, quod eô ipsô, defuncto patri Philippo, ſucceſſit Ludovicus, cui fratriq; ejus notho Petro Karloto opus ſuum inſcripſit. Dolendum verò eſt egregiam voluntatem *Pithœi* adeò inſuperhabitam fuiſſe à doctis, ut etiam poſt hujus indicinam & ampliſſ. *Freberi* ἀσυτέρων, nemini penè præterquam uni alterive innotuerit; contrà obſcuris & vilibus ejus ævi capitibus, frigidis aqueisque ſcribanis aliis, contigerit ut in lucem protracti ad pædagogorum usque cathedras provolarent, & publicè cum modiciſſimâ ſuâ, ineptiſſimâ interim, temporum rudium eruditione enarrarentur. Nos diligentiſſimi *Pithœi* judicio adſurgimus & quem iſte, bono literarum, editionis cura, lectione noſtra, & ut legi ſine offendiculo, quod in eo creberrimum eſt, à ſtudioſis poſſit, hoc amplius, recognitione dignum judicavimus: cujus in *Britonem* hunc, virum tàm neceſſarium, adfectûs noſtri teſtes emendatiunculas & animadverſiunculas ſequentes eſſe volumus; quæ ſi non omnes examuſſitatæ, concinnæ, elegantes ſunt, ſciant lectores *nullum ſine veniâ placere ingenium*; & in tàm ubere meſſe ſpica quædam nequam manum legentis ſubterfugiſſe æquo animo ferent. Libro tertio introducit Poëta noſter Richardum Comitem Pictavienſem, Henrici II. regis Angliæ filium, ſocios in bello contrà Philippum regem Galliæ, quod in annum 1189. refert *Rigordus*, ita recenſentem:

Nec Gaufridus abeſt Liſinamcus unus in armis
qui ſatis eſt contrà Francorum corpora centum:
& quid Herundellæ, vel eum quem Ceſtria miſit
Radulphum, vel quo gaudet Leceſtra Johannem
prætereà Comites & quos Pratellica tellus
nutrivit fratres, Halgomaridemq; potentem
viribus, armata nulli (ita leg. pro *nullum*) *virtute ſecundum:*
quid Paganellos referam, geminosq; Leones
Britigenas fratres Hervejum cum Guidomarcho,
quorum præſidio generoſa Lionia pollet?

Pleriqueiſtorum procerum leguntur in breviario ſeu Notitia feudorum mili-

cumque Normanniæ & Britanniæ, tempore Philippi II. regis Galliæ, quam *tomo scriptorum rerum Normann.* junctam, confectam è libris censualibus Franciæ publicavit *A. Duchesnius*: ex ea corruptelæ in nominibus commissæ restitui possunt. Gaufredus Lusinanicus (hoc enim versus postulat) est G. de Lisegnen, quem *Paris* de Liziniaco, *Rog. Hovedenus* de Leszennam adpellat. Non dixero, an cum Lusignanis, à Languedokii quodam opidô ita dictis, qui aliquando Cypro imperarunt, sint iidem. Hirundellæ Comes est Arundeli C. Wilhelmus; ei nomen ab hirundine, cujus effigiē in scuto tulisset, impositum fuisse nugatur in hisce eod. l.

Ut Comes erecta Gvillelmus cominus hasta
vidit Hirundelæ, velocior alite, quæ dat
hoc agnomen ei, fert cujus in agide signum,
se rapit agminibus mediis.

Depicta autem fuit in scuto Arundelii hirundo, ut ad nomen ejus sic quoquo modo alluderetur; quod illustri familiæ fuit à valle, per quam Arun fluvius decurrit, suo tenemento. E gente de Pratellis dictorum magnatum fuit Osbertus; item Johannes, quem Notitia inter milites Normanniæ ferentes bannerias connumerat; tenuitque feudū militare in ballia Rothomagensi: & in ballia Pontis Audomari, interque milites de honore Bellimontis, Abbatissa de Pratellis. Paganelli imperante Wilhelmo rege Angliæ I. dictô Conquæstore illustres; ex his Radulfus inter eos qui immediatè à rege isto prædia tenuerunt: item Fulco & Johannes à Philippo II. & Hugo, quem duci Normanniæ servitium quinque militum debere est in *scripto de serv. mil. Norm.* de feudo Moritonii, & de feudo in ballia Lexoviensi servitium duorum cum dimidio militū. Gemini Leones Britigenæ fratres Hervejus cum Guidomarcho ibidē tit. *Barones Britanniæ, qui debent exercitū Regi*, nominantur Guiomar, sive Guiemardus de Lion, & Herveus de Lion; *Hovedeno*, de Leuns, al. de Liuns, à Lionia opido sive castro Britanniæ cismarinæ, Leon/ detorta è Latinô *Legio* adpellatione, cui præerant beneficio regum sic vocati: quorum familia hodièq; inter Aremoricas eô ipsô nomine integro *Leon* nota est. Britanni quoque Caer Leon ar Wsk/ i. e. *Urbem Legionē ad Iscam* fluvium, opidum in Siluribus seu Comitatū

Monu-

Monumetensi Walliæ nuncupāt, à Legione II. Augusta, quæ & Britannica, quæ ibi in præsidio olim sederat contrà Siluras: item alterū in Cornaviis Comitatûs Cestrensis Caer Leon vaur/ urbem Legionē magnam, & Caer Leon ar Dufyr Dwy *Urbem Legionem ad fluvium Devam*, & Kaer Legion / à Legione XX. Britannica, Valeria, Victrice; hod. Chester / Legeacestria est. Sed ab horum alterutro fratres istos deducere non licet; fuêre enim Britones cismarini, Ducis Normanniæ vasalli, non insulares. Quod autem eos Legionis dominos *Brito* adpellat *Leones*, allusio solum est, & obliqua prædicatio facinorum egregiorum & fortitudinis animi; veram adpellationis rationem non ignoravit. Vocat enim *Leonenses* lib. 12. Futile igitur videri possit quod *Barthius lib. 22. Adv. cap. 6.* Lionicum interpretatur Britannicum, quia Britanniæ insulæ regio quædam sit quæ adpellatur *Lionia*, juxtà *Britonem* h. l. Est enim nostratis ea non in Britannia insula, sed in Ducatu Britanniæ qui ab ista mari secluditur, neque regio, sed burgus vel opidum; & quis credat, tam amplæ provinciæ nomen imponi à castro, ejus vix millesima parte, uno! *Lionia* verò Poëtæ est id quod diximus in Aremorico tractu, seu Cornu Galliæ, dum pronunciationem popularem Leon adfecit modulo Latino, quem metrum requirere videbatur. Eodem libro lacunam in isto versu, ubi de congressu Wilhelmi Comitis Arundelii cum Wilhelmo de Barris in prælio ad Medontam:

Utq; magis noceat juvene peremit eodem
ejus eqvum; ita supplendam esse putamus:

Utq; magis noceat juveni ense peremit eodem
ejus eqvum. Modò enim dixerat, Barrensem equo excussum peditem occurrisse Arundelio, eumque uno ictu prostravisse: nunc addit, eodem ense & eqvum ejus interemisse. Sunt hiatus similes etiam alibi hujus operis, ut l. 9.

Insidiosa fraus utilis insidioso ubi vox *valdè* inserenda est. Isto

sicq; fit ut stant majora incendio damno

Civi-

Civibus infidis quàm ferrum. Præpositio *con* excidit & legendum est

Sicq; fit ut constent majori incendia damno. Libro 10. hic

Detegit, Otho iterum ne scire omnia jactet syllaba una brevior est, & ei pronomen *se* addendum. Libro XI. descriptione cædis in prælio, variè factæ ordinum turbationis & fugæ:

Cruribus inversis jacet resupinus arena,
hic latere obliquo ruit, alter vertice pronô
labitur. priore syllabam deesse patet cuivis: sententia verò postulat τὸ *hic* insulciri. Paulò post & hunc claudum

Taliter in dextro Bellona furebat reperimus; sed Poëta scripserat *in dextro cornu.*

Scara, τάγμα, corpus, ordo, numerus, agmen, militū significat: Italis *schiera*, compagnia, squadrone, brigata. Apud *Joh. Rumbum* dictum *Villanum l. 6. Chron. Florent. c. 81.* agmen è Germanis lectum est *la schiera de Tedeschi.* Vox petita è populari nostra, qua copias incerto numero, constans è multis corpus, Schaare adpellamus; & Scharmutzel/conflictum, prælium, combattimento, cum utrinque instructæ acies congrediuntur: Italis & Latino-barbaris *scaramuzza*; *Orl. Malavolta l. 10. Partis 3. hist. Senensis*, *sanguinose scaramucce*, i. e. cruenta pugna; *escharamucia*: quô utitur *Æg. à Roya in annal. Belg. sub a. 1454.* ante sesquiseculum in Cœnobiô Dunensi Flandriæ conscriptis. Ea ipsa toties in animo & calamo *Britonis* nostri fuit; sed librarii liquidarum ultimam mutarunt in primam, & è *scara* fecêrunt *scalam*; Lib. 2.

- - - - acies ad prælia certo
ordine disponit, ut subsit quæq; tribuno
scala suo, turmæq; suus sit cuiq; magister. & Lib. XI:
Quos inter regemq; viri virtute corusci
adstant continua serie, scalæq; suorum
quiq; magistrorum densant. Item Lib. X:
In scala regis regi lateraliter hærent. Iterum ibid.

Hugo

Hugo Marolides cum fratre Johanne Petrusq;
Reminii rector pagi cum pæne ducentis
militibus, quales Campanicus educat axis,
efficiunt animis scalam concorditer unam: quibus locis omnibus τὸ *scara* restitui debet. Collegia & societates militum armatorum Palatinorum & castrensium, *scholas* etiam vocarunt; & qui in eas allecti *scholares*: de quibus est *in Codice t. de officio Præf. Præt. Afr. & in Notitia Imp. Orient. t. de magistro officiorum.* Putabam igitur aliquādo hoc in *Britone* locis, quæ laudavi, legi oportere; sed ignorasse modulū syllabæ prioris Poëta accusandus fuisset, & succurrit intereà commodius, genioque hujus scriptoris & scripturæ veteri propius *scara*. de quo, si explodamur à vulgo promiscuo & multitudine satis est equites nobis plaudere & singularios.

Lib. XI. narratione prælii inter Otthonem IV. Imp. & Phil. regem Franciæ ad Pontem Bovinum commisi, cum erectum in carro palum & ex eo pendens draconis aquilæque aureæ pictum simulacrum fuisse standardum Imperiale dixisset, addit;

Ast regi satis est tenues crispare per auras
vexillum simplex cendato simplice textum
splendoris rubei. Cendatum est illa telæ seu panni linei nitentis species, quam nostrates *zendalum*, fortè à peregrino vocabulo *sindon*, adpellant, signis militaribus ob levitatem aptissima; ea hodièque in tenuiorum amictus adsumitur. Id vexillum, quod S. DionysI vocant, & ab Abbate San-Dionysiano regi Franciæ in bellum processuro exhibebatur, Francorum exercitum, quàcunque solebat præcedere, ut vexillum S. Ambrosii in carocio Mediolanenses. Ib. sequentes versus variè corrupti sunt in editis:

cumq; morarentur nec dignarentur aperto
credere se campo serie ne excedere Flandri: legamus *serieq;*. Mox.

- - - - cum sit pudor ultimus alto
sanguine productum superare à plebis alumno

Immoti statione sua non segniter illos
Parcendum ducunt famuli, sed turpiter illos
excipiunt, sternuntq; ab equis pluresq; nec illis
jam perturbatos stationem solvere cogunt. In secundo Verbo activo substituendum est passivum *superari*: in tertio *illos* in *illis*; in quarto *turpiter* in *fortiter*; in quinto *nec illis* in *ex illis*: spondaicos enim non infrequenter fundit hic versificator: vel in *periclis* mutandum. Ibidem in hisce,

Sæpius ad montem Francorum *voce superbâ*
ingeminans: Eustathii à Maquelinis, qui cum esset à partibus Angli suos in cædem Francorum his verbis, *ad mortem Francorum*, voce incondita sæpèque repetitâ, instigavit, inclamatio emendanda est. Sic enim *Rigordus*, cujus paraphrastes hic noster est; *quidam miles Eustathius nomine de Maquelinis cum magna superbia vociferans*, Ad mortem Francorum; & Brito in sequentibus de Franco qui Anglicum istum correptum necavit:

Mortem quam Francis inclamas, accipe dixit. Paulò post:

& inventum rigidis sic implicat ulmis, emend. *ulnis*; dicit enim *Rigordus* Gallum complexatum esse Anglum & *caput ejus inter cubitum & pectus pressisse.* Extremo libri de Ferrando comite Boloniæ, *in cujus equi ventrem quidam mucronem usq; ad capulum immiserat*, est:

Dixerat: at verius jam se laxantibus ultra
stare nequibat equus; tum condumta Johannes
adveniens cum fratre suo quanone frequentes
ictus ingeminant. patet legi debere *renis*, ex his enim profusô vi magna sanguine eqvū deficere oportuit: item *Condunita*; Est enim *Joh. de Conduno* apud *Rigordum*: & *Queno*. *Garcio*, ex Italicô *garzone*, ministrum, servum, al. δορυφόρον, armigerum, significat. *Noster* ibid.

Adfuit è famulis electi garcio quidam
ipsum præcedens: &
- - - - *ne garcio funeris auctor*
gaudeat esse mei: item

Circuit

Circuit atq; alias se garcio vertit ad artes; ubi *artes* sana scriptura erit. *Gracio*, quod l. 10. legitur, pravum est. De Solduriis apud Gallos, militum genere, nemo nescit, qui Julii Cæsaris ephemeridas inspexit: hos sequior ætas primâ vocali, quasi solidi & solidatæ eos denominassent, efferre *solidarios* voluit, ut *solidatos Vegetius & Cassiodorus*. Ita noster l. 10: de scorto legitimæ conjugi superinducto & in comitatu cujusdam Hugonis:

quæ generosa nimis soldaria facta relicto
conjuge castra suo privabat significato. scil. quia castra à castitate dicta pellex ignobilis & impura sequeretur. *Bipartire* nostro est in duo dividere: l. 6.

- - - - - - - ensem
cervici impressit tempusq; bipartit utrumq;: & *lib.* 10.
corpora quàm rigidò ferrata bipartiat ictû. *Veternum* est idem quod vetus: l. 11:

Cui magis infensus odiis erat ipse veternis. *Helya* l. 12. est, quam scriptores seculis emendatioribus *Æliam* vocarunt, à conditore Ælio Adr. Imp. olim Hierosolyma:

Post sed cum Titus & Vespasianus Helya
funditus eversa temploq; in plena redacto, *Scalere*, est squalere: l. 9:

dignus fieret scalere catenis. *Galiota* significat nautam: l. 7. & l. 9. à galeis, quas & galias vocat, producta media, ll. dd. *Furnites*, l. 9. terminatione à Græcis petita adfectum gentile nomen est, & Feurnæ seu Furnis Flandriæ, Burggraviatu seu Vice Comitatû illustri, opido oriundum notat. Id etiam *Furnus*; ibid.

Quà sola Furnus arat finibus (ita l. pro finib⁹) *vicina marinis,* ut *Gandavus*, l. 10. *Parisius* l. 12. & *porta Parisius* indeclinabile, l. 2. *Turonus*, Turnacus, metonymicè pro ipsis incolis. *Marescosos campos* Flandriæ vocat *l.* 9. propter *marescos*, h.e. cespites subterraneos fossiles ibi, quos in pedales tesseras scissos, sole excoctos ventoque arefactos focis & caminis adhibent Flandri vice lignorum: Eorum meminit l. 2. in descriptione Flandriæ:

Frumento quam ditat ager, navalia merce,
lacte pecus, butyro armentum, piscibus æquor,
arida gleba foco siccis incisa marescis.

Cespites isti bituminosi, & nitro-sulphurei solo uliginoso, & paludibus, ipsisque adeò ex aquis educuntur, & vocantur hodièque à popularibus *daryncæ: Jac. Marchant. descr. Fland. p. 14.* Unde suspicio est, malè *marescorum* adpellationem iis ab homine Gallô imponi; qui quòd è paludibus, terrâ cedente ad nixum, pressa hauriente vestigium, natante & vacillante, qualem Morasse vocant Germani, egererentur istæ massæ, ipsas *marescos* dici putaverit, fortassis de re peregrina & solis Flandris vernacula negligenter & infideliter instructus. Certè *marisci* vocabulum à Germanis mutuati sunt scriptores semi-Latini, eôque solum aquis imbutum, cœnosum & paludibus impeditum nominaverunt. *Ingulphus abbas Croyland.* qui Britonem nostrum centum annis præcessit, *in hist. sui monasterii: Per medium vastissimæ silvæ, & profundissimorum mariscorum de lignis & sabulo calcetum solidum viatoribus fieri fecit;* & mox: *Animalia Croylandensium in mariscos cum canibus suis insectans longiùs effugabat:* Item; *Magnam partem mariscorum & pratorum monasterii dimisi pro certô reditû annuali. Marisci* igitur paludes sunt, non *daryncæ* Flandrorum; neque enim verosimile est vocabuli significationem intrà seculum unum adeò mutasse; eòque probabile redditur, quod de Britone decepto dicebamus. Eod. l. IX. cum Belgicæ aliquot populos illustriores nominasset, subdit:

Nemus armipotens ubi bella frequentia gessit,
quem nusquam sibi prævaluit Romana potestas
subicere omninò certisve ligare tributis.

Nemus populus nullibi, etiam quæsitus, reperietur; *Nervius* est. Nerviorum verò huic elogio vel *Plinius* fidem fecerit, qui eos *liberos* vocat l. 4. c. 17. & *Lucanus*, cui Nervius *nimiùm rebellis & cæsi pollutus sanguine Cottæ*, & Titurii Sabini legatorũ Cæsaris: inprimis verò *Cæsar comment. 5.* Ib. obscura sunt ista, nisi purgentur:

Hic mentitus item regi Ferrandus adesse
noluit, illius quia jam susceperat uxor
infelix, quæ non benè vertat, dona Johannis.

Corruptam

ruptam fuiſſe pecunia Angli & muneribus conjugem Ferd. Flandri, ut maritum contrà Gallum inſtigaret, dicit, ſimulque imprecatur, *quæ non benè vertant.* item iſta:

- - - - ſic porticus anglica fauces
militia obſervat littuſq; coronat utrumq;. Lege autem *portûs Anglica.* Et paulò pòſt de nebula craſſa & caliginoſa;

Humida nam tellus carecto fœda paluſtri
interiore ſinu ſubeunte calore vaporans
in noctis faciem converterat (ed.convertant) *aëra triſtes*
exhalans mixto nebulas humore calori
ut necti viſus vix ſe vectoris ad aures
extendat. emenda, *vecti:*

h. e. tàm craſſæ nebulæ aërem obtexerant, ut equiti longiùs quàm ultrà eqvũ quo vehebatur, proſpicere non eſſet poſſibile. Poëtam hunc uti Papinii Statii, ita Lucani præcipuè, admiratorẽ fuiſſe ex eô quod ſ. p. 404. produximus conſtat; tum ex iſto:

Belga covin iorum Lucano teſte repertor. Petitum autem eſt ex hujus l. 1. ubi *rectorem covini monſtrati*, ſeu *roſtrati* adpellat. Tribuit covini uſum Britannis *Mela*, l. 3. c. 6. qui acceperint à Gallis eſſe eſſedarios & covinarios, h. e. dimicare è falcatis curribus. Proximè ſequitur Savaricum piratam à partibus Flandri vicum quendam habitatam à Danis, portu & mercimoniis commodum opulentumque contrà pacta conventa expilaſſe, ibique *ſuprà ſpem omnem* reperiſſe

infecti argenti maſſas rubeiq; metalli,
ſtamina Phœnicum, Serum, & cladumq; labores,
& quas huc mittit varias Hungaria pelles,
granaq; vera quibus gaudet ſqualata rubere. In ſecundo verſu ingens ſalebra eſt, quam amovere oportet. Agit de ſericis byſſiniſque & alius generis precioſis artificioſiſque veſtibus, tapetis & textis, quæ Phœnices ac Seres plumaria, acupictoria & polymitaria ſolertes, ſolerent in diverſas orbis partes mittere; hiſce tanquam eodem artificio celebres jungit Aſiaticos ſive Græcos inſulares eoſque adpellatione *Attalidum*(hoc enim rectum eſſe

videtur nobis dum ex istô *& cladumq;* alius divinet melius) designat, quòd Attalus aurum vestibus intexere, ut Phryges eas acupingere, reperisset, *Plin. l. 8. c. 48.* Si liceret Phœnicibus & Seribus gentibus antiquis & remotis populum notiorem & propinquiorem jungere, Artesios hoc loco laudari à Poëta arbitrarer, & emendarem *Atrebatumq; labores:* nam & hi in texendis telis speciosis singularis industriæ & sunt etiamnum & olim fuerunt; Unde D. *Hieronymus* Joviniani luxum reprehensurus eum *sericis vestibus, & Atrebatum ac Laodicea* (ubi lanæ vellebantur nobilissimæ) *indumentis ornatum incedere* scribit. Ut ab illo *Attalidum* non abludat quod editum est *& cladum;* τὸ *Atrebatum* certè ab hoc propiùs abest; & videtur præferendum. De *squalata* autem ecquis nos doceat? Est *squarlata, scarlata, purpurissa:* h. e. pannus succo granorum tinctoriorum sanguineo, quæ *chermes* nuncupant Arabes, (fortè à Latinô *Vermis*, in quem tandem abit succus baccarum istarum) infectus: Ea grana excrementa sunt fruticis ilicis, inde cocciferæ dictæ, & ad hujus nodos surculosq; ad vesicæ instar lentis magnitudine protruduntur; quæ certo tempore lecta, antequam vermiculi in iis animentur, fiant alati instar muscilionum, & folliculis emigrent, preciosum & jucundum illum cruorem mellis consistentia, quô lanas, sericum & telas, hinc *Kermesinas* adpellatas tingunt, & quem ad nobilissimam confectionem *alchermes* Arabum medicorum instituto adsumunt pharmacopolæ, expressione fundunt: Eorum historiam, in qua hactenus variè offenderunt viri etiam cætera eruditi ac laudabiles, amicus quondam noster & congerro suaviculus, medicus in Thermis Carolinis honoratus *Johan. Stephanus Strobelbergerus*, qui ilicem istam cocci baphicæ feracem in agrô Arelatensi, in maritimis Gallo-Provinciæ, Narbonæ, & Frōtignianæ copiosam provenire vidit & rem omnem ἐκ τοῖν ποδοῖν εἰς τὴν κεφαλὴν peculiari libello accuratè exequitur. L. 3. de duello inter Richardum & Wilhelmum de Barris:

Utraq; per clypeos ad corpora fraxinus ibat,
gambesumq; audax forat & thoraca trilicem
dissicit, ardenti nimiùm prorumpere tandem

vix ob-

vix obstat ferro fabricata patena recocto
qua benè munierat pectus sibi cautus uterq;. *Fraxinus* h. l. lanceam hastámve significat; *gambesum* vestimenti genus est, quod pectus seu medium ventrē integit & cingit; nos hodièque **Wammes** adpellamus; Vetere igitur scriptura *gvambesum* fuerit: an *camisiam* & *camisile*, nomina vestium linearum interiorum, inde formaverint Latino-barbari, non audeo asseverare. *Ardenti nimiùm perrumpere*, i. e. lanceæ valdè urgenti & properanti perforatis munimentis ipsum corpus penetrare. *Patena ferro fabricata* clibanus est, στολὴ ἐπιθωράκιος σιδήρεος, tunica è laminis ferreis constans, *corazza, parapetto*, pectorale, ein Brustſtuck/ cui ne pondere & asperitate corpus lædere posset thoracomachum, ad mensuram corporis & tutelam è mollibus lanis confectum subinduere solebant. In eodem vocabulo genus & declinationem mutavit l. 11, ubi sic de armaturæ suô tempore generibus:

Tot ferri sua membra plicis, tot quiq; patenis
pectora, tot coriis, tot gambesonibus armant. *Quadrellus* telum acutum significat, quod balista vel arcu emittebatur in adversarios; *Lib. 2.*

nec tamen intereà cessat balista vel arcus:
quadrellos hic multiplicat, pluit ille sagittas. Lib. 3:
qui non cessabant jaculis simul atq; quadrelis
eminus & missis in eum sævire sagittis. Lib. 7:
transmisso cadit hic tempus per utrumq; quadrello. Lib. 5:
cum tibi quadrello medium per corporis acto
mors erit in foribus. A figura quadrangula sic dici probabile est, quemadmodū è missilib[9] *plumbatæ* appellantur *tribolatæ*, quòd figura aculeata tribulum referant: ob quam eandē Itali laterem, cujus latera quatuor æqualia, vocant *quadrello*. Lib. 10, in sermone Otthonis contrà clerum directo quem decimis solùm vivere, villarum & prædiorum possessione abstinere volebat:

- - - - nunquid non debeo magnas
cum villis decimas illis auferre licenter?
Nunquid non possum legem superaddere legi?

Tu dite

Tu dite Karoli villas qui noluit illis
tollere. Librariorum duplex erratum rem notissimam obscuravit; nota autem interrogationis tollenda est, & rejicienda in finem sententiæ; tum duæ *Tu dite* in unam *Tuditæ* contrahendæ. Adpellat Karolum *Tuditen*, formâ patronymici seu gentilis, eum qui aliàs *martelli* & *tuditis* ob plurimos hostium retusos confusos & devictos cognomine fuit, avum Caroli magni. *Bristegæ* huic scriptori sunt castella lignea opere tumultuario erecta ad tutelam castrorum mœniorumque; ut lib. 4:

- - - - - - nec minus altè
per loca bristegæ castellaq; lignea surgunt; & l. 7.

de incendio valli è lignis muro præstructi:

- - absumit bristegas, valla domosq;,
& quæ reddebant tutos hurditia muros. De veritate scripturæ peritiores idiotismi Gallici, è quo videtur vox *bristegarum* petita esse, dixerint; nos indagare nondum potuimus; nisi *tristegæ* sunt, à trina plancarum seu roborearum tabularum serie sic dictæ. *Hurdicia* videbantur extructæ contrà turres sive ad ipsas machinæ esse, è quibus eæ defendi & repelli oppugnantes possunt; cui fini pro muris fuère olim vineæ, plutei, aggeres è terra lignisque, turriculæ, palicia, quod opus *loricam* vocant ab obsidentibus ne ex urbe castróve obsesso invadi possent fabricatam. Usum eum hurdiciorum intelligas è l. 1. nostri, ubi sic de obsidione Castellionis ad Sequanam in Burgundiâ:

Mangonellorum tormentis saxa rotantur
ictibus adsiduis, hurdicia fracta recedunt,
& disjuncta patent per propugnacula pinnæ. Fuissent scilicet *hurdicia*, opera subita, quibus altitudo propugnaculis contrà obsidentium turres ambulatorias, quæ munimenta urbium solebant supereminere, addebatur. Sunt pro defensione murorum etiam, quæ Latini vocant *antemuralia*; Germ. Brustwehren. Verùm *hurdicia* turrium potiùs quàm murorum tutelas neque muris sed turribus imposita vel adstructa fuisse patet è sequentibus. Vocabulum ipsum in censum sequioris Latinitatis receptum est ex idiomate

mate Hispanico, quô *heurt*, conflictum, invasionem, oppositionem & repulsionem significat; & *heurter* idem est quod *recontreer, rempujar, repugnare, resistere, obstare;* unde *hurdare* verbum militare munitionem & contrà insultus hostiles adparatum notat. Noster *eod. lib.* de Otthone Allobrogum duce Castellionis, paulò pòst à rege Galliæ obsidendæ, defensionem instituente:

- - farsit castellum rebus abundè,
ne quid desit ei in totô tempore belli.
Hurdari turres & propugnacula, muros
subtus fulciri facit.

Aliter ergò turribus, aliter muris providebatur; illis per hurdicia; hisce per fulcimenta & fenestras, è quibus in sinuoso murorum ambitû factis conscensuros vel machinas admoturos à lateribus & à tergo arcere vel opprimere telorum emissione liceret. Sed cum *Roger. de Hoveden annal. parte post. sub a. 1191.* cum petrariis, & aliis machinis bellicis etiam recenseat *hurdicios,* hæc significatio vocis etiam *Britoni* nostro adplicanda est; ideòque τὸ *hurdari turres* interpretamur, tormentis instrui & communiri; *& hurdicia fracta recedere,* machinas defensorum in muris à contrapositis obsidentium retusas & corruptas fuisse exponimus; eoque stante inutilis est omnis ulterior de barbaro nomine è disciplina rei militaris antiquæ disquisitio. *Rupta,* caterva, manipulus, turma, agmen: aliis *rotta, rutta. Brito l. 5. Marchaderica rupta,* à ductore suo Marchaderio è pago Belvacensi nominata: & l. 7: *numerosaq; rupta Cadoci.* Hinc *ruptarii,* quos & *Cotarellos* vocabant, apud scriptores semper in vituperio, & pro prædonibus. *Brito extr. lib. 7.* de Johanne rege Angliæ cum Normanniam metû Gallorum furtim relinqueret:

agmina præfecit toti ruptarica regno.

L. VI. plenilunii circumlocutio est hoc versu: *Panseleneq; poli medio se Luna ferebat;* sed syllaba mutilo; supple, *Panselenon,* Πανσέληνον. De tertia vocali η contra leges correpta non est curandum; est enim hoc solenne talibus, quos Græca ferè ignorasse, vel sanè leviter & malè percepisse, & Græcitatem ridiculè adfectasse ubique sexcenti testes sunt. Ita l. 1. finxit Παῤῥησίους de Græco παῤῥησία & secundâ

brevi elocutus est: Ibi de Francis è terra genitali in Gallias migrantibus:

Et se Parisios dixêrunt nomine Græco,

quod sonat expositum nostris Audacia verbis. Ibidem *acrisius error* perturbationem, confusionem, trepidationem & inconsultam temeritatem significat: de Philippo dum aprum consectaretur longiùs solo in avias solitudines abrepto, & vagabundo:

Irrequieta ferens vestigia, proh timor! ibat

per salebras partesq; (l. petrasq;) *ruens, per devia quaq;*

quò ducebat eum huc illuc acrisius error. Adjectivum hoc è Græcô ἀκρισία imperito omnis Græcismi seculo infelix scriptor sine judicio formavit; cujus farinæ plurima observavimus, alio loco cum ad hunc autorem limandum redibimus intimanda. Fuit hoc solenne plerisque omnibus ea barbarie, quam septem pænè seculis regnasse scimus, Græca nescire, & crepare tamen ea frequentissimè, ac ostentare putidissimè. Cenomanni gens fuêre Gallica; inde Lombardiam cis-Padanam ejectis Thuscis occuparunt; suntque hoc nomine hodièque noti; eorum tamen civitatem Cenomannin pòst Episcopatu, & primô suô Præsule Julianô Confessore nobilem, quasi Græcos haberet conditores *à rabie canina*, ἀπὸ κυνὸς μανίας dictam nugatur *Ordericus* monachus Uticæ, diœceseos Lexoviensis in Normannia, Britone nostro paulò antiquior *l. 5. hist. Eccles.* quo ineptius dici non poterat. Neque enim populo Gallico à Græcorum lingua debuit peti adpellatio; neque μανίας vocabulo canum adfectum, quem λύσσαν vocant, quisquam sanorum Græcorum nuncupavit. Ita isti semibarbari perinde habent omnia quæ de suæ linguæ proprietatibus summâ curiositate docuêre & rectè constituêre magistri Græci. Lib. V. asteriscum editor adposuit hoc versu, *Hac tibi morte calax tuus est homicida futurus,* voculæ *calax*: unde de lectionis bonitate dubitasse colligitur. Sed ea legitima est, si c minusculam in majusculam mutemus, *Calax*. Chaluz castellum in territorio Lemovico, quod Lucium calidum de capreolo vocant Lemovicenses, inquit *Rigordus sub a. 1199.* Id dum obsideret Richardus,

jaculo

jaculo lethaliter vulneratus est; quod significat noster, cum istum Calacem vocat *homicidam* regis. Ita verò tum pronunciasse vocali ultima in primam conversa, inde adparet, quod paulò pòst *in Calacis patria*, quod est, in territorio castelli Chaluz, dicit noster; qui popularem pronunciationem nominum propriorum barbarorum, si qua Latinis formationibus & metro esset aptior, ubique ferè sectatus est. Hinc *Escaldum* vocat l. 10. qui Latinè *Scaldis*: *Londonem* l. 3. & 6. quæ *Lundunum, Londoniæ, Londinum*: *Bisterbica mœnia* l. 10. quæ *Viterbium* Latinis: *Leprosum* l. 3. quod aliàs *Levrosium*, & catalogo feud. Normanniæ, *Lendeperosa*: *Vicum Chalaurum* l. 2. adpellat regiam Parisiorũ, quæ *la Louvre* vulgò, eidem l. 12. *arx Lupræ*, aliis *Lupara*. Ante glossema nostrum è populari nomenclatura natum, nemo fortasse intellexit minas Comitis Flandriæ istas;

- - nil factum est nisi Flandro milite portas
Parisius frango, nisi parvo ponte dracones,
aut medio vici vexillum pono Chalauri:

ubi tamen malim, *la Louvri*. *Cutelus* id genus ensis est, quod s. p. 164. *cuchillo contelas* & *cottelasso* dici monuimus. Toties utitur noster, cum de armaturâ & duellis Francorum Anglorumq; sermo est: L. 11:

- - - - - dum pugnant ensibus ipsi
atq; armis brevibus, illos verò hasta cutelis
longior & gladiis non permittebat adiri.

Ibid.

- - mortifero horrebat cui dextra cutelo.

item:

Hastis confractis mucronibus atq; cutellis insistunt.

&:

- - strictum dat eidem Scrofa cutelum
pectoris in medio.

Rigordus id genus gladiorum *cutellos longos graciles, teracutos* fuisse dicit, *quolibet acumine indifferenter secantes à cuspide usq; ad manubrium*; *Cultelli* enim, quos habent libri excusi, sunt à librariorum simplicitate, quibus utiq; notiores cultelli Latinorum quàm *cuteli* Gallorum. Novum est Latinis auribus de verbo *suppeditare*, quod significet *prosternere, sub pedes projicere*. Est hac significatione apud *Gv. Britonem l. 3*:

Fastu, quo nos, quo cunctos sibi suppeditare laborant.

& l. 10:

Sola est quæ superat finaliter omnia virtus;

omnia suppeditat, supereminet omnibus una. Item in lapide apud *Sc. Mazellam l. de antiq. & situ Puteol.*

DIIS MANIBVS.

MORS VITÆ CONTRARIA ET VELOCISSIMA
CVNCTA CALCAT SVPPEDITAT RAPIT
CONSVMIT. & in epitaphiô Richardi II. regis Angliæ, quod est in Capellâ regum Westmonasterii, versibus Leoninis;

Ecclesiæ favit, elatos suppeditavit,
quemvis prostravit regalia qui violavit. Accepêrunt autem è lingua vulgari Italorum Hispanorumque quibus *subpeditar* est *metre sus les pieds, strapezzare, dompter, abbaisser*, pedibus subjicere, domare, humiliare. *Recentare* est renovare, repetere, revocare. *Brito l. 12:*

Ut bellum renovet nosq; impugnare recentet. Est enim à malâ manû quod legimus in libris, *retentet*. *Gelatinam* à gelando, jus spissioris consistentiæ, in quam maximè coëunt decoctiones eorum quæ alicujus lentoris sunt participia, ut ungulæ, trunculiq; suum, capita etiam rostra & pedes hædorum agnorũ, & vitulorum, adpellant consulti artis cocinatoriæ; noster ad muriam è sale & virû piscium aromatum adjecturâ, cujus jam obliterata ratio est, præstabilem transtulit *l. 10.* ubi de salmonum murænarumque capturâ in Ligeri Nannetibus:

Millia salmonum murænarumq; ministrat
Britigenis, quos inde procul commercia mittunt,
chara diu dum servat eis gelatina vigorem,
tum variis redolens gariophila, ginziber, herbis. *Carabus*, genus navigii est, & quidem minoris: distinguit enim à ratibus *Brito l. 9.* cujus locum sic emendamus;

Se carabis procul à terra scaphisq; reducunt. In editionibus est *Caribis*; videntur à Græcis mutuati esse; nam hi *καράβους, μικρὰ πλοιάρια* vocarunt. *Chron. Alex. p. 902: ηὑρέθη βαλὼν ἑαυτὸν εἰς καράβιον λεγόμενον σάνδαλιν* (legamus, *γάνδαλιν*, vel *γόνδαλιν*) *ἐπὶ ὄψιν, inventus est seipsum in navigium, quod gondolam, gandeiam, adpellant* (scil. Italorum idiomate) *in faciem pronum abjecisse.*

abjecisse. Ad historiam Ecclesiasticam pertinet, quod l. 1. refert de quibusdam hæreticis in regno Galliæ inquisitis & exustis: *Quos popelicanos vulgari nomine dicunt.* Fuêrunt enim Catharorum propago quædam, antesignano Almarico quodam, de territoris Carnotensi, & in Albigesio, Gvasconia, partibus Narbonensibus & Tholosanis reperti plurimi, ab Alexandro III. excommunicati, dicti *Publicani; Baron. ad ann. 1170. n. 3.* Lib. VII. describit genus quoddam machinæ è lignis constructæ, qua contrà obsessos uterentur; in eâ, quòd munimenta muros & propugnacula urbis superaret altitudine, omnibus tabulatis sagittarii vel etiam tormenta disponebantur, ad nudandos ex alto defensoribus muros: Agit de obsidione castri Gaillardi, quod Anglo parebat:

Parte alia turres, quibus est belfragia nomen,
roboribus crudis compactæ atq; arbore multa
intactis dolabra rudites quibus ascia solos
absciderat rames, sic educuntur ut usq;
äëra sub medium longô volumine tendant,
ut doleat murus illis depreßior esse.

Easdem commemorat *l. 2.* ubi de oppugnatione castri Radulphi pariter à Gallis facta:

Cratibus & lignis rudibus belfragia surgunt
turribus alta magis & mœnibus, unde valerent
agmina mißilibus telisq; quibuslibet actis
detectosq; hostes facili prosternere jactû.

Res ipsa satis luculenter depicta est; circà nomen sunt tenebræ; quas si possumus dispellemus; & quia avidos ad has epulas recepimus sic accipiemus, ut reliquiarum potiùs sit aliquid quàm eos hinc patiamur non satiatos discedere. *Belfragia* sine dubio corruperunt descriptores; ostende enim, qui probas, quod ii scripserunt, cujúsnam linguæ vocabulum est? Intereà quia non licet aliter, nos vocalis e in o mutatione & trajectione unius literulæ, *bolsargia* legemus. Putamus n. Gallos eam adpellationem à Germanis desumsisse, qui ejusmodi moles seu bastidas è trabibus & cratibus, quæ terrâ lapidibusque compleri, & solidari solent sustinendis tormen-

mentis, Bollwercke nominant. Ut reprehendant hanc emendationis audaciam nonnulli, qui tamen adferendis meliorib⁹ deficiunt, certè non nisi modestiùs nugati sumus; cum sit notissimum Gallorum Anglorumque idiomata Germanorum vocabulis locupletata esse, imò utraque maximam partem ex horum lingua surrexisse: quod si de *bolsargiis* etiam dixerimus, non erit ea res tædio eruditis. *Eodem libro* de suffossione murorum ad quærendam in opida per cavatos specus infernam viam:

Fossis jam plenis parmas ad mœnia miles
adpodiat, sub eisq; secare minarius instat
celtibus & pixis imi fundamina muri.

Minarius, qui populari Gallorum lingua *minador*; *Vegetio cunicularius*, *à mina*, quo cavernam subterraneam adpellant Itali, Galli & Hispani, ita dictus est cavator seu cavorū terra eruta fossor. Ferramenta quib. ad op⁹ hoc utūtur plura sūt; *σκαπάναι, σκαλίδες* seu sarcula, *δικέλλαι*, s. bidentes, bipalia, ligones, rutra. Noster *celtibus & picis* (τὸ *pixis* n. nihili est) subrutos fuisse muros dicit. *Celte λιθοξοϊκὰ σκεύη*, quibus lapides circumtondentur antequam poliantur. *Pici, picchi, picconi*, instrumenta subularia sunt, quibus aptatis manubriis è ligno terra lapidesq; egeruntur, ipsaque majora saxa in minora disparantur; Græcis *ὄρυγες, ὀρύγια*; nobis Picken. Ibidem armorum genera duo dedêre nobis editores, quæ alibi nuspiam reperta hactenus sunt, *concum*, & *occiam*. Sic enim scripsisse *Britonem* volunt:

Nunc concus nunc hasta capit, nunc verò bipennis
excerebrat; sed nec bisacuta sudisve vel hasta,
occia, vel gladius ducit: furit intus & extra
irrevocata ruens extrema in fata juventus.

Sed decepti sunt ipsi & deciperent non satis cautos. Pro *conco* autem *contus* ponendus est;

Hunc contus, hunc clava rapit, hunc verò bipennis:

& *otia* pro *occia*; ineptam distinctionem expungendo;

- - sed nec bisacuta sudisve vel hasta
ocia vel gladius ducit:

i. e. non otiatur ullum armorum genus, sed quôvis res geritur fortiter. Impedita sunt etiam ista & *ἀνάρμοστα* quæ l. 1. leguntur;

Seis

Scis etenim, quis sit, de quolibet esse sciendum;
an ea quam sciri liceat quid fecerit ipse:
Fac pelagus me scire, probes quo carbasa laxo
ut percurrantur leviore sequentia cursu. Rationem ejus quòd cum gesta regis Franciæ enarrare promittat, de Francorum origine, patria, & migrationibus præmittat, reddit; nim. ordinem hoc requirere ut cognoscatur quis sit quilibet
antea, quàm sciri liceat quid fecerit ipse,
Fas pelagus me scire probè, quò carbasa laxo: quæ indubitatò vera emendatio est; itaque posthac legendum esse autor sum studiosis hujus non optimi, nec tamen pessimis adnumerandi versificatoris: in quem quicquid hac vice contulimus, antiquitatem ultimam, à nobis proximam & nostræ adeò gentis illustrare planum est; Eam verò qui ignorant, bis pueri; qui ne scire quidem satagunt, ter infelices sunt, & brutorum conditioni suam scientes adæquant.

CAP. XI.

De Theodoro Prisciano antiquo medicô scriptore Latinô disquisitum: Emendatus is locis multis, pluribus illustratus, restitutus unô à trajectione turpi. Ferri purgatio. Caducum mali granati. Fel beluæ; belbus. Aphthæ. Turiones. Diplangium. Hysterica pnica: lepidæ Cypriæ: ephelida: cephaloconida. melotida: m ninga: ot.t: ephelcida. Acrumina, acrimonia; dimifragia, clunifragia; Garioponto aliquoties medela facta, item Silvatico. Scriptores narrationum amatoriarum. Anetica intervalla. Acrones porcorum. Emmoton. Encolpismus. Limare, i.e. consumere. Contrà noctem. Loca contrahentia. Limpidum, i.e. purum, elotum, politum. Gleba nitri. Mel insanum Emplastrum διὰ ἰτεῶν: *Pastillus diachartu Atheneus. Epomphalium. Imminere, i. e. instare: ad mansionem, i. e. cum morâ: ad sufficientiam. Typinum, tumor in angulis oculorum: hypopyon adfectus corneæ:* ἵππαρος*, dispositio peculiaris palpebrarum semper nictantium; vel qua oculi continenter tremunt & instabiles sunt. Hippaium, equorium: è Kyranide Latino sublata menda: Plinii de equo in pupilla generis Thibiorum lapsus.*

Theo-

Theodorum Priscianum medicum scriptorem Latinum, vetustate commendabilem, perpauci novêre; neque ad famam ei profuit summi Principis valetudinem inter archiatros rexisse, sed nomen quoque ejus, in aulâ Imperatoris olim καθάπερ αἱ Φλόγες ἐπὶ μέγα τῆς δόξης ἐξαπλούμενον, penè extinctum est; parùmque abfuit quin πρὸς Ἀγησίλαον μέγαν abierit cum illis, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ βιβλία τέθνηκε τῶν σωμάτων μᾶλλον, quod de Aristotelis calumniatoribus & adversariis scribit *Aristocles l. 7. de Philos.* apud *Euseb. 14. Præp. Ev. c. 2.* Hinc quantum lectione nostra, alioquin satis modicâ, adsecuti sumus, nec in catalogos illustrium medicorum receptus est à quoquam eorum qui vitas & successiones medicorũ tradiderunt; de *Symphoriano Campegio*, quem de claris medicinæ scriptoribus commentatũ esse aliunde accepimus, nescimus. Unum è semipriscis novimus *Matthæum Silvaticum*, qui ejus testimonio capp. 213: 242: 296: 376: 379: 539: 542: 581: 594: & 654. Pandectarum utitur; & ejus *librum de simplicium medicina* c. 242. & 366. laudat. Ex eo verò, quòd libros ejus tres, *Phænomenôn evporistôn, Logicum & Gynæciorum* Basil. a. 1532. edidit *Sig. Gelenius*, rari tamen fuêre ejusdem lectores; & absque *Cujacio*, qui *l 17. Observ. c. 27: Amato Lusitano*, qui *Cent. 5. cur. 6.* ejus meminêre, & *C. Barthio* qui in Adversariorum opere passim eum nominat, fuisset, ferè nullus, hoc etiam cætera curiosissimo & literarum intemperantia ægerrimo seculo. Nos ne indictus sit posthac quoque *Theodorus* iste facere possumus, postquam ejus libros è bibliotheca optimi senis *D. Tobiæ Fabri* archiatri ducum Saxoniæ benèmeritissimi nacti sumus; & faciemus hoc capite non solùm, ut quis fuerit, quâ ætate vixerit, & omnia ejus cætera quisque intelligere possit, sed & ut nitidiores isti libelli, quos situs & pedor multus editoris, quippe ἀνιατρολογήτου, ἀπειρία occupavit, in manus eruditorum, si qui curabunt ista talia, tradantur.

Hominem gente Latinum fuisse inde divinare licet: Scripserat hortatu Olympii collegæ medicinæ præsentaneæ libellos Græco stilo; eos, inquit ad fratrem Timotheum, *nunc in tuam gratiam nostro sermone digessi*, ut effectum in utroque genere opus tàm plures haberet testes quàm judices. De patria nihil amplius. Archiatri ἐπώ-

ἐπώνυμον de professione & conditione loquitur, fuisse nim. è primo ordine medicorum, qui in palatium Imperatoris & civitates certo numero adsciscebantur *l. si duas* §. 1. *D. de excusat. tutor.* annonæque commoda è publico percipiebant *C. de Profess. & med.* de quibus præterea lege cautum erat ut de novorum scientia judicarent *Symm. l. 1. Ep. 26.* & nemo in ordinem allegeretur nisi ab istis fuisset probatus, *l. si quis in archiatri. C. d. t.* Isti collegio medicorum Palatinorum præerat *Comes archiatrorum* dictus, qui & princeps ordinis esset & à Principe ad consilium præ reliquis requirebatur, præsul eorum quibus suam committebat sospitatem; qua dignitate imperante Valentiniano fuit *Vindicianus*, quem propterea *D. August. Ep. 5. ad Marcellinum*, magnum suorum temporum medicum adpellat. *Aetius tetr. 2. s. 2. c. 91.* Cyrum archiatrum Edessæ; & c. 54. Andream Comitem archiatrorum: *Symmachus* Eusebium medicorum potissimum: *l. 2. Ep. 18:* Epictetum archiatrum, *l. 10. Ep. 40:* & *l. 1. Ep. 60.* Gelasium, qui medicinam cum primis ejus ætatis, imperante Theodosio, exercuerit; Cæsarium, fratrem suum, medicum *τῶν εὐδοκίμων*, & in aula conspicuum celebrat *Greg. Nazianzenus*: Pasinicum & Eustathium *Basilius Ep. 28. & 80.* quos omnes ad archiatrorum scholam, quæ post Constantini M. tempora primùm instituta fuit à Principibus & sub Theodosiis nominatos modò istos fovit, pertinuisse clarum est. Iisdem propterea & hunc nostrum adcensemus; eundẽ quippe cum eô ad quem epistolam à Synesio Episcopo Cyrenarum scriptã habemus; Synesii autem tempora, ex eô quòd consule Aristæneto, qui fuit a. Chr. 404. Arcadiô imperante, scripserit, ut est in *Ep. 132.* certò determinari possunt. Quin idem ex Olympio, quem collegam in medendi munere habuit, & Sabina, ad quam ceu quandam *ἰάτραιναν* librum suum Gynæciorum scripsit, ultrò patet. Iste quod Constantinopoli artes profiteretur (hoc autem erat archiatrorum) sophista vocatur ab *Aëtio tetr. 3. s. 3. c. 29.* eiq; tribuitur compositio quædam ad vesicam exulceratam: Hæc è lapide Auximi in Piceno reperto, ubi JULIA. Q. L. SABINA, MEDICA Q. JULII ATIMETI CONIUX adpellatur, nota. Probabile igitur est in aula Constantinopolitana primùm, ubi Synesio, apud Imp. Arcadium

 dium

dium per triennium pro patria sua legato, innotescere potuit, vixisse, ibique Græcè de medicina elucubrasse; tum Romam rediisse, isthic hos Latinos libellos confecisse & Sabinam Gynæceio præpositam coluisse, jam senem, quod ait ipse. Non n. si Constantinopoli ista scriberet, Pontum cum Arabia tanquam remotum & in orbe longinquo locum nominare poterat, *proœm. l. 1.* cui nim. esset quàm propinquus. Consentit dato tempori stylus & loquendi genius, qui Latinam quidem ingenuitatem promittit, sed diversi characteris est: aliqvid autem fæcis trahit partim à barbarie tum primùm, uti in Imperio ita in Linguâ Romaná turbare incipiente; partim ab horridis archaismis qui valdè crebri sunt, etsi usitata suppeterent. Utriusq; exempla obvia sunt; illius quidem, Verbum *Ultor* Accusativo junctū l. 1. c. 11. *Ultamur caprificus contritas:* c. 30: *supradictas species æquis ponderibus uteris;* & c. 31: *laser tritum usi sumus:* & Præteritum, ac Futurum Verbi *Juvo* contrà leges formata. *Juvaverunt*, l. 2. c. 26: *Juvaturus est*, l. 2. c. 1: *Juvati sunt*, l. 2. c. 32. quod imitatus *Gariopontus*, plagiarius ejus, dixit *juvasse l. 1. c. 6:* & Superlativus planè irregularis & barbarus, *facilissimum*, l. 1. c. 21: hujus vocula *pulver* genere neutro prolatâ *l. 1. c. 30. & l. 2. c. 32.* quomodo *cancer*, eodem, genere dixisse vetustissimos, cum morbum significare vellent, docet *Priscianus l. 6.* Huič ipsi Theodoro *liber de rebus salubribus*, quem *Diætæ* titulo publicarunt, rectè tribuitur; etsi videatur aliter quibusdam κεβλομύζοις; qui si ejectá blenna rem dispiciant & scripta accuratè conferant, unum Theodorum in ambobus non odorabuntur jam sed palpare poterunt; tanta adfinitas est verborum locutionum & doctrinarum. Nunc postquam res archiatri nostri cognovimus satis, medicinam ejus in tironum gratiam illustrare tentabimus. *Ferri purgatio* quam *l. 1. c. 2.* medicamento ad capillos denigrandos indit, est ferrugo seu scoria, fæx & recrementum ejus. *Plumbi purgamentum* c. 22. commemorat. Τὸ σκῶρ σιδήρου, *Scribonio Largo ferri stercus;* quo ceu spurciore abstinere voluit noster. *Caduca mali granati c. 28: l. 2. c. 12. & caducos l. 1. c. 23.* adpellat flores mali Punicæ; ratio adpellationis à Græco ῥοιὰς, ῥοιὰ, ῥοιὰ desumta est; ῥοιὰς verò à ῥύειν seu ῥέειν, quod fluidô flore sit, fluxo & protinus deciduo; quomodo & papaver quoddam *rhœas* dictum

dictum est *Dioscor. l. 4. c. 64.* Cap. 19. de cura caliginantium vitio senectutis oculorum: *Hoc beluæ fel mixtum melli facit.* Bellua h. l. hyæna est, de cujus felle ad lippitudines suffusiones, albulas, nebulasq; oculorum discutiendas & excitandam claritatem præter magorū vanitates etjam medici multa promiserunt; *V. Plin. l. 28. c. 8. Aet. tetr. 2 f. 3. c. 99.* eòq; in collyrium, *barmatium* dictum adsumserūt: *ib. c. 110.* De timore aquæ demorsis à rabido cane accidente *Cæl. Aurel. l. 3. acut. c. 16: Alii poculo lineo panno superimposito felle belluæ potant, scil. superstitione ducti, quòd naturalis autoritas beluarum, quæ canibus est contraria, timorem ægrotantium solvat;* quam virtutem alii carnibus hyænæ comesis, & efficaciùs jecori ejus inesse tradid'runt. *Capitol. in Gord.* etiam cum exegesi: *Belbi, id est, hyænæ decem,* cum feras rariores enumerat. Oculis verò adfectis & debilibus varii generis tàm quadrupedum quàm volatilium fella conducunt ob vim extergentem, quam amaror prodit; mendacium igitur est, quod habet nugator maximè ridiculus, interpres Latinus Kiranidæ, qui fellis hyænæ perinde ut chamæleontis dulcedinem nobis persuadere voluit. Ita de hyænâ iste: *Fel animalis hujus dulce existens efficaciam habet ad ostentationem.* Non extant hodiè Græcæ istæ Κυϱανίδες βίβλοι; unde res solidè decidi posset; sed ista tamen interpretis in Græcis ita fuisse nemo crediderit. Putamus autem scriptorem Græcum cum de felle hyænæ loqueretur, voculâ γλυκὺ, qua Græcos κατ' ἀντίφϱασιν seu ex adversô fel nominasse *Plinius l. 27. c. 10.* tradit, usum fuisse; cujus vim cum non intelligeret interpres rudis ejusmodi elegantiarum, felli dulcorem adfinxisse, nomine quod substantiam diceret mutato in qualitatis seu adfectionis. Similis inscitia istius hominis, cum Græca vix primoribus labris attigisset, ea tamen Latinè vertere præsumserat, ubique ferè se prodit; P. 55. edit. Lips. *confectionem aromatũ siccam* interpretatus est, quod in Græco erat Ξηϱόμυϱον, quo nomine empasmata seu pulveres inspersiles, plerumque odoratos & aromaticos, adpellant; quales ab *Aetio tetr. 2. f. 2. c. 54: & t. 4. f. 4. c. 113.* describuntur. P. 13. nescivit ποταμογείτονα esse herbam: ποταμοῦ γείτονος enim reddidit *vicini fluminis*; p. 37. & 82. lapidem Opsidianum, ὀψιανὸν, cujus historia è *Plinio l. 36. c. 26. & l. 37. c. 10.* petenda fuisset, exposuit

Digitized by Google

serotinum, tardum, vespertinum, quasi ab ὀψὲ ita dixissent; P: 129 ἐχῖνον, quo nomine omasum in cornigeris, & in volatilibus ventriculorum interiorem membranam adpellant, vertit *ericium*, qui animal est; P. 134. φήνη Latinis ossifragam, & p. 138. ψάρον *sturnum* significare ignoravit; item p. 142. *spina xerion facta*, inquit, cum deberet *spina arefacta & in pulverem redacta*: hoc enim est ξηρίον πεποιημένας: ut nemo adeò mirari debeat, si nec quid esset γλυκὺ intellexit. Lib. eod. c. 17. quod est de vitiis faucium & oris, ista: *Si afflatio oris fuerit, quod cautam adpellamus, nimia ustione intercedente*: malè adfecta sunt; legendum autem *inflammatio, quod cauma adpellamus*. Loquitur de aphthis, quæ superficiariæ exulcerationes sunt internæ cavitatis oris, ignea caliditate semper molestæ cum celeri expansione ob loci nativam caliditatem ac humiditatem. Ibid. *Vitium turiones mollissimi* sunt summitates tenellæ, quas primùm erumpentia folia in vitibus constituunt; aliàs *cymæ*, & *comæ*; *Gariop. l. 3. c. 30.* adpellat *turiones pampini, turiones senticis*: c. 53. *turiones molles tamarici, lentisci, myrtæ*: l. 2. c. 3: *turiones vitis aut rubi*. Cap. 19. *amurca diplangio cocta* est fæx oleæ expressæ, humor aquatilis seu retrimentum, quæ ireneæ sive cupreæ sive fictili indita, hac in ollam aheneam aquæ calentis plenam demissa, ad ignem coquitur dum mellis spissitudinem adquisiverit; id διπλοῦν ἀγγεῖον, vas duplex, διπλωμα etiam vocarunt Græci: *Diosc. l. 2. c. 95: Paulus Ægin. l. 1. c. 85: Crito* apud *Galen. 7. de comp. med. s. l. c. 2. n. 2.* Adparatum ejus ex unguentariorum officinis traductum descripsit *Galenus l. d.* Lib. 3. c. 2. suffocationis ex utero causa signa & curatio traduntur; *Eam passionem*, ait, *Græci hystericamnicam adpellant.* Hæc lectio à nasuto quodam est, qui ὑστεροκαμνικὴν putavit adfectum esse τῶν ὑστέρα καμνουσῶν, vel κεκμηκυιῶν, *utero laborantium*. Sed refutat inscriptio capitis, quæ est *de præfocatione matricis*, quô morbi genere multò generalius est τὸ ὑστεροκαμνικὸν, & laxè nimis de eô diceretur. Vera scriptura est *hystericam pnicam*: ὑστερικὴν πνῖγα. Hunc locum Theodori indicat *Silvat. c. 543: Metromania* (ita enim l. pro methonamia.) *i. e. præfocatio matricis, quoniam est quasi ejus mania. Cassius Felix. Theod. Prisc. storicam spigam dicit.* Pnica & pniga, casu primo Latini è quarto quintæ decli-

declinationis Græcorum formarunt. Ita noster l. 1. c. 27. *lepida Cypria*, i.e. λεπίδος, squamæ ex ærariis Cypri, *pulverem*; eam παχεῖαν, καλουμένην ἡλῖτιν καλήν, crassũ, clavarem adpellatam, bonam; alterã verò quæ è vili promiscuôq; ære deteriorem esse prodit *Diosc. l. 5. c. 86*: cujus verba quàm multis modis fædavit *Silvat. c. 581: Patias, i. e. lepida pacia. Idem patias elicis à Diosc. dicitur ex lepida melior squama*; & ibid. *Pantia patias, i. e. lepida vel squama ex acutis Cyprinis.* Acuti cuprini, sunt clavi ex ære Cyprio, ut apud *anon. de rebus bell.* acuti ferrei; apud *Serv. in 4. Æn.* acuti ænei, scil. adjectivô substantivatô. *Lepidam* idem *Silv. c. 492* adpellat *porriginem vitium in capite furfuribus simile.* Istam Græca inflectendi rationem seculis illatinioribus nimiùm frequentarunt; unde ipsis *ephelida*, maculæ faciei à Sole, ἐφελίδες: *cephaloconida*, apud *Silvat. c. 279.* lendes capitis, κεφαλόκονις: *melotida* pro auriculario specillo, apud *Gariop. l. 1. c. 16.* μηλωτὶς, spathomele & raspatorium *Silv. c. 648*: *meninga*, membrana seu tunica cerebrum involvens apud *Theod. Pr. l. 2. c. 2. 3. & 22*: *Gariop. l. 1. c. 3. & 14.* Μῆνιγξ: *ota*, auris apud *Silv. c. 581.* οὖς: *ephelcidæ*, crustæ in ulcerosis & scabiosis apud *Silv. c. 229.* ἐφελκίδες: *chœrada*, glandularum induratarum tumor, χοιράς; *cantharida*, κανθαρὶς: *mænida*, piscis, μαινὶς: ritida, i. e. ruga, ῥυτὶς: *hæmorrhoida*, αἱμοῤῥοὶς: *parotida*, παρωτὶς. *sinopida*, terra rubrica, σινωπὶς: *pompholiga*, *Theod. l. 1. c. 30.* favilla æris vel cadmiæ, πομφόλυξ: *canthida*, excrescentia carnea in angulis oculorum, ἐγκανθὶς: & similia; sed exemplo antiquissimorum Latinorum, qui de Accusativis Græcis Φορίδα, σπυρίδα, κρατῆρα, σπήλυγγα, βύρμηκα Æolico pro μύρμηκα fecerunt Nominativos *forda*, *sporta*, *cratera*, *spelunta*, *formica*. *Acrumina* apud *Silvat. c. 10.* & *acrimonia* adpellarunt cibos acres, acutos, austeros, acidos, salsos, & omnia è simplicibus illa quæ vesca quidem sunt sed cuti imposita eam exulcerare valent; è quo genere allium, porrum, cæpe, raphanus, sinapi, nasturtium, eruca, ruta, beta. *Theod. l. 2. c. 31: Dabo cibos acerbos & cætera quæ fuerint acrimonia, ut allium, raphani, cepe, napi, sinapi, piper, & omnia salsamenta.* C. 32: *Interea acrimonia omnia & salsos cibos convenit accipere. Gariop. l. 5. c. 11*: & 3. c. 22: *allium vel cætera acrimonia edant*: l. 2. c. 29: de curando fastidio: *salsamentis omnibus*

nutriantur, actimoniis, sinapi, aceto scillitico, & similibus cæteris quæ stomachi hanc ciborum recusationem valeant extergere, & l. 1. c. 12: *Ex acrimoniis raphanos, cæpulas, allia.* Eadem & *dimifragia*, apud *Silvat.* c. 215: *Dimifragia, i. e. agrimonia. Gariop. l. 5. c. 14.* de ictericis & *l. 2. c. 5.* de phthisi: *conveniunt his & dimifragia, i. e. acrimonia cocta, sicut est porrus, cæpe, sinapi & cætera:* & *dinufragia* corruptè; l. 2. c. 61: in dimissione dinufragia adhibenda sunt; & monstrosiùs *clunifragia* apud eundem *Gariop. l. 1. c. 12: Ex frequenti clunifragiorum seu calidorum antidotorum acceptione*: sunt autem omnia ista à Græco vocabulô δριμυφαγία. L. 2. c. 11. quo docet quomodo curandi illi qui languidi sunt in Venerem vel ob ætatem vel ob partes aliis de causis frigentes & ignavas; *Utendum sanè*, inquit, *lectionibus animum ad delicias pertrahentibus, ut sunt Amphipolitæ Philippi aut Herodiani, aut certè Syrii aut Amblii, vel cæteris suaviter amatorias fabulas describentibus.* Totum id caput exscripsit *Gariopontus l. 3. c. 32* omissa tamen hac ῥήσει. Philippi Amphipolitæ amatoriorum, planè obscænorum librorum, quos Rhodiacos inscripserat, nemo quod sciam nisi *Suidas* præterea meminit; Herodiani erotica planè ignoramus: tertius hoc loco *Syrus Jamblichus* est, cujus de amoribus Rhodanæ & Sinonidis figmentum est apud *Photium Cod. 94.* Scriptores istius argumenti nobiliores alii, *Clearchus Solensis, Achilles Tatius Heliodorus Æthiopicis, Antonius Diogenes, Aristænetus, Longus, Parthenius, Alciphron, Ælianus, Plutarchus, Apulejus, Lucianus, Lucius Patrensis*: tres *Xenophontes Babylonius, Ephesius, Cyprius: Zeno Cittieus* ἐρωτικῇ τέχνῃ, *Ariston Chius* ἐρωτικαῖς διατριβαῖς, *Lysias rhetor* ἐπιστολαῖς ἐρωτικαῖς & *Zonæus*. & è media ætate *Cyrus Theodorus Prodromus libris de Rhodanthes & Dosiclis amoribus.* Per *anetica tempora* ἀπὸ τῆς ἀνέσεως, vel remissionem seu declinationem morbi, vel certum temporis intervallũ significari intelligimus in istis *Theodori l. 3. c. 3: Post resumtionem corporis aneticis temporibus omnes ex ordine cyclicas disponere curationes*: & l. 2. c. 25: *Proderunt per intervalla anetica etiã dropaces adhibiti.* Immanis stupor *Gariopontũ* tenuit, qui cum ista describeret *l. 2. c. 12.* quod est de asthmaticis, non percipere potuit de aneticis intervallis; ratus autem est *anetica* dici ἐλλειπτικαῖς & exponi oportere medicamenta quæ aliàs *mitigativa*, & *quietiva* adpellabant barba-

barbari, eaque dici putabant juxtà *Silvat. c. 45. ab a, quod est sine & nesos, i. e. labor vel morbus: Proderunt per intervalla anetica adjutoria, etiam dropaces proderunt.* Anetica autem ista, ἀπὸ τῆς ἀνέσεως, seu anodyna nihil proderunt asthmaticis; quare interpolatio est, eaque ineptissima. L. 2. c. 21 *acrones caprarum sive porcorum* in cibum præscribit phthisicis: *Gariop. l. 2. c. 5. capita pedesq. porcellorum* commendat. Acrones igitur sunt ἄκρα, ἀκρέα, ἀκρωτήρια, ἀκροκώλια, extremitates pecudum, seu petioli, h. e. capita, rostra, aures, pedes, ungulæ: quas *l. 5. c. 6. acumina* vocat. *Acrôn, acrônis*, ut *hypericôn, hypericonis, satyriôn, satyrionis, phalangiôn. phalangionis* apud nostrum *Diæta c. 10. & 14.* genere masculino, flexione tertia, quæ Græci ἄκρον, σατύριον, φαλάγγιον neutro efferunt. *Encolpismus* l. 3. c. 5. est injectio in sinum, delavatio locorum muliebrium, clyster uterinus: ἐγκολπισμός. Encolpizare *Silv. c. 240.* est medicamen in matricem injicere, q. d. insinuare. Hinc ἐγκόλπια recentioribus, τετελεσμένα τινα, signacula certô siderum positu & consecrationis vanæ carminibus ac cerimoniis à magis confecta signa & scuta, quæ de collo suspensa contrà fascinationes, & infausta quævis gestari vel in sinu circumferri solent: quam ματαιοτεχνίαν τῶν talismaoth Zabii, Chaldæorum idololatrarum quoddam corpus, olim profitebantur: *R. Moses ben-Maim. Moreh nevochim P. 3. c. 39.* edit. nuperrimæ Basil. à *Cl. Buxtorfio* curatæ. *Emmotum*, ἔμμοτον, dicitur ulcus cavum, quod curatione διὰ τῶν μοτῶν per linamenta concerpta, formata ad instar cuneorum seu turundarum, conveniente unguento oblita & in sinues intrusa indiget; & ἔμμοτος, qui ulcere diuturno & sinuoso adficitur, *Alex. Petron. dial. 3. de re med.* Noster l. 1. c. 28. quod est de herniis curandis usurpat de emplastro quod μοτῷ, h. e. linteamini ceu alutæ inducitur, imponitur parti, & perseveranti subligatura continetur: *Nam & emopoti emplastri exposui maximum & probatißimum remedium;* & mox; *ita ut diachylon coques, & linteolo adhibeto diebus continuis quinq;* ubi reponendum omninò *emmoti.* Limare, quod propriè fabriles operæ in ferrô faciunt, dicuntur omnia ea quæ vires adfligunt, atterunt, & quasi paulatim arroderent, consumunt. Noster L. 2. c. 24: de atrophicis: *quos certè macies & tenuitas corporis circà dies*

dies singulos vires simul limando consumit. Emendandus hinc *Gariopontus* qui l. 1. c. 15. pravè ista exscripsit; *corporis vires eliminando consumunt.* Noster iterùm l. 1. c. 9: *frequenter etenim ex doloris nimietate febres & vigiliæ procuratæ limatis* (ita l. pro *elimatis*) *viribus vitæ periculum adtulerunt.* L. 2. c. 29. *contrà noctem* est quod alius *circà noctem* dixisset: Hanc loquendi formulam suprà l. 2. c. 10. p. 197. *Plinio Valeriano* restituimus, eamque lectionem hinc stabilimus. Inferenda eadem est & huic *Garioponti l. 3. c. 58: Dabis eis jejunis cata mane coclear unum potionis hujus;* verum enim fuerit; *contrà mane.* Cum priore ista eadem est l. 2. c. 25. & 28. *in noctem; Gariop. l. 2. c. 5. ad noctem.* *Loca contrahentia* l. 2. c. 18. & 19. sunt partes convulsæ, & breviores factæ: Activo in locum Passivi recepto; sic apud *Britonem l. 7: donec eum superinfundens pix cogit abire;* de oppugnatore castri in quem ferventes picis ollæ pondera ferri & trunci trabales desuper conjiciebantur. *Limpidum*, quod antiquissimis *limpum*, à Græco λάμπος, i. e. *lucidus, splendidus* de rebus variis dici aptum est. *Lapides limpidi* dicuntur qui sunt depoliti, levigati; contrà ruspidi, qui rudes crustosi & scabri. *Animus limpidus & liquidus* pro hilari, composito ac benigno: *frons limpida & liquida* pro serena, exporrecta, & benevolentiam ipsa æquabilitate sua promittente. *Aer limpidus* pro sudo, sine nebulis & pluviis. Apud *Theod. l. 1. c. 12. limpidum linteolum* est mundum, elotum, l. 1. c. 19. *gutta ammoniaci limpida*, i. e. ammon. depuratum, defæcatum: *Limpidus panis* apud *Cæl. Aurel.* est quem Græci ἀκριβῶς καθαρὸν adpellant, i. e. è farina optimè repurgata, sine acere & furfure, coctus ac *studiosè elaboratus*: cui opponitur ὁ ῥυπαρὸς, i. e. *sordidus, ater*, qualis ὁ πιτυρίτης, ἀχυρώδης *acerosus*: medius inter utrumq; ὁ συγκόμιστος, cum de farina nihil excussum est. *Limpidior & levior esse dicitur* aqua è lapide emanans, *l. de Diæta c. 14. Gariop. l. 5. c. 2. urina limpida* est quæ aliis tenuis, aquea, cruda: & *limpidare* est purgare, extergere; *Silvat. c. 112.* de papyro: cineres ejus ulcera sordida oris & *totius corporis limpidant*; quod *Diosc. l. 1. c. 116.* dixerat ἐπέχειν, i. e. cohibere ne ultrà serpant. Lib. 1. c. 14. in fluxu sanguinis è naribus pulverem *terræ Alexandrinæ* cum succo portulacæ, polygoni, aut strichni sæpè profuisse scribit. Nemo osten-

oſtenderit iſtud terræ, cui tanta ſanguinē fluentem reprimendi virtus, ex Ægypto petendæ genus; *charta Alexandrina* combuſta id præſtat ob vehementem exiccationē, *Avic can. 2. c. 543. Bertruc. collectorii tract. 5. ſect. 1. c. 1. Al. Ben. l. 5. c. 8. & Barr9 diſt. 5 c. 7. è Galeno l. Secretor. c. 13.* Eam igitur h. l. ſupponimus. Videtur tamen ne diſſimulem, de *terra Alexandrina* tranſigi poſſe & ſinendām eſſe hoc loco, ſi de lutô terræ Ægyptiæ, quod nominat *Galenus* & *Aetius*, intelligamus. Hoc enim vi ſiccante & terreſtri ſuo plurimo tumores quarumvis partium laxos, aquoſos & flatulentos, hydropasque exorbuiſſe, ſi qui eo oblinerentur, tradunt; eòque etiam hæmorhagiis competere dici poterit, quia pinguitudine ſua terreſtri vaſorum oſcula oblinere & facultate exiccante conſtrictionem reſeratarum venularum procurare aptum natum eſt; perinde ut marga ſeu argilla quævis alia, *gypſum & lutum figulorum*, quod ſimiliter illinere jubet *Theodorus*; ſed metonymicè locutus fuiſſe & per *Alexandrinam* ſignificaſſe *Ægyptiam* aliis dictam fuerit exiſtimandus. Fortaſſe Alexandriæ ſolùm luto hæmorrhagias compeſci vidit audivitve; neſcius in reliquis Ægypti partibus idem luto præſtari. *Interion colocynthidos* eod. l. c. 7. eſt pulpa ejus. & medulla exacinata; deſumſit autem, ſaltem mutata flexione, à *Galeno*, apud quem eſt ἐντεριώνη κολοκυνθίδος; c. 12. allii bulborum nucleum vocat *incardium*. Ἐγκάρδιον, cor. ſive medium cujusque fructus vel etiam ipſius ligni; quod & ἐγκάρειον dici poteſt. Ἔγκαρος enim, & ἔγκαρ, τὸ ἐν καρᾲ, medulla & nucleus capitis, pulpa in teſtà. *Theodori* modò laudatum locum *Silvaticus c. 374. Pand.* ſubindicat: *Incardium* (editi ll. malè *inconditum*) i. e. *interior pars ſeu meditullium cujusq; rei: Theod. Priſc. cap. de infixis corpori & cap. de oculis*: Hoc duodecimum iſtud eſt è quo nos teſtimonium produximus: illud *de inf. corp.* cum aliis duobus in edit. Baſil. deficit. Poſteriores non intellecta vocula ἐντεριώνη, *interiorem colocynthida* dixerunt; ita *Alex. Benedictus. Silvaticus c. 375. interionem* exponit *colocynthida*: cum interion non hujus tantùm ſit, ſed cujusque pulpoſi ſive feminis ſive fructus. Lib. 3. c. 5. ad corrigendam purgandamque matricem formare jubet peſſarium è *glebâ nitri*. Nos fragmentum, offam, ſeu fruſtum de majorib9 nitri cumulis, in quos congeri ſolet

Digitized by Google

& lapideſcere hinc ſeorſim acceptum χειρoπληθιαῖον intelligimus, idque in balani figuram fingi conſueviſſe. Dicitur enim *gleba* particula cujuslibet materiæ ſiccæ ſive è liquida coagulatæ. *Lentiſci glebæ* apud *Plin. l. 12. c. 16.* ſunt grana ſeu grumi reſinoſi aridi, qui lentiſco exudant: *glebæ ſalis*: *gleba calcis*, apud *Plin. l. 36. c. 24.* *gleba marmoris*, apud *Vitr. l. 7. c. 6* *gleba corporis* apud Prudentium. *Minii glebam* apud *Corn. Celſum* interpretantur docti Lemniam rubricam ſeu terram, quam Dianæ in Lemno ſacerdos probatæ notæ ſigillo, impreſsâ effigie Deæ, inſigniebat. *Gariop. l. 3. c. 49.* de mictione cruenta: *cum urinâ gleba ſanguinis cadit ut ſuprà natet*; & mox, *tunc thrombus projicitur*, *id eſt*, *gleba ſanguinis*: c. 52. *ſanguinis nodoſi fruſta* adpellat. *Barthius l. 56. Adv. c. 12.* obſervat *glebam* de iis rebus præcipuè dici quæ facilè ignem capiant; & *glebam nitri* ideò vocari quòd facilè igne admoto ferveſcat & molleſcat. Sed utroque fallitur; *Gleba* enim, βῶλος, primùm & propriè terrenum quendam grumum, deciſam à maxima mole portiunculam, quæ non niſi lentiſſimè ignitur ſignificat; neque adfectiones nitri, nimirum inflammabilitatem & liquabilitatem inſinuat, ſed quantitatẽ, quantum ejus ad peſſum formandum accipere oporteat, determinat. Imò nec concipit flammam nitrum, ſed ſubjectô igne ferveſactum liquatur exultat & in minutiſſimos grumos concretiles diſſilit. E Lydia in paſtillis adferri nitrum eſt apud *Plin. l. 31. c. 10*: hi paſtilli ſunt quod nos quærimus, nimirum παλάθαι, offæ, maſſæ. Traxit autem *Theodorus* à Plinio, quem legiſſe oportuit; *Fama eſt*, inquit l. 36. c. 26. *adpulſa nave mercatorum nitri, cum ſparſi per litus epulas pararent, nec eſſet cortinis attollendis lapidum occaſio*, glebas nitri *è nave ſubdidiſſe*. Lib. 2. c. 30. contrà lumbricorum id genus, quod aſcaridas vocant, profuiſſe dicit *ſi ſel cum melle inſano, felle taurino velcedria perunguendus erit*. Hæc lectio à *Gelenio* eſt, qui cum in *Plinio*, quem plus minus decies non obiter perluſtraverat, reperiſſet, *in Ponto genus quoddam mellis provenire, quod ab inſania, quã gignit, mænomenon vocant*, l. 21. c. 13. id hoc loco incogitantiſſimè repoſuit: quis n. medicorum tàm fatuus fuerit, ut noxium adeò & effectu famoſum medicamẽ in uſum traheret, quod ſi quis ederit biberitve tanquam venenatum curare docet *Dioſc. l. 6. c. 8*. Eſt præterea oratio hiul-

hiulca & ſine ſenſû, cum deſit quidnam ungendum ſit. Planiſſimè proba lectio: *ſiſel cum melle; & anus felle taurinô vel cedriâ perungengendus eſt*: ita enim apud *Gariop. l. 3. c. 23.* Cum in extremô longanone iſta animalia conſiſtant per injectiones & unctiones necari & extrahi poſſunt materiaque eorum eradicari. *Aet. l. 3. ſ. 1. c. 41.* & *Paulus Ægin. l. 4. c. 58.* per corneam fiſtulam multiforem infundere ano jubent cedriam: *Alex. Bened. l. 22. c. 5.* lanam felle taurino intinctam ſubdere. Cap. 31. cibos unius ſpeciei ſubminiſtrari ſaluberrimum eſſe Hippocratis teſtimonio roborat, qui dixerit: *Mixti cibi & ſimiles veluti ſibimet repugnantes in ſtomacho bonas digeſtiones fieri impediunt.* Fidens lego, *diſsimiles*. Ibid. in cura dyſentericorum: *Emplaſtra vel malagmata ut diatheon aut barbara, & cætera Xerantica.* Lege, dia iteon, διὰ ἰτεῶν, *è ſalicibus*: deſcribit *Aetius tetr. 4. ſ. 3. c. 13:* triplex, *Paulus l. 7. c. 17.* Eſt conglutinativum vulnerum ulcerumque vi ſiccante & aſtringente; iiſdem uſibus confectionem Nicolai διὰ ἰτεῶν habet l. 4. c. 37. & 56. Noſter l. 1. c. 13. ad conſtringendum rhevmatiſmum, detonſis prius capillis, capiti inducere jubet *dialteon & barbaram*; & l. 2. c. 22. inter epithematia ſtyptica contrà ſanguinis effuſiones ex interioribus, *diatheon, diaphænicon, vel barbaram, quæ de bitumine Judaico conficitur*, enumerat: *Silv. c. 213. diatereon* nominat: quibus locis omnibus *dia iteón* legendum eſſe non eſt difficilis conjectaêtio. L. 3. c. 8. ulceribus putridis matricis ſuccurrit *diachartu atheneu trociſco.* Trochiſcus Athenæus διὰ χάρτȣ vel χαρτίου dictus, quod charta combuſta conſtet, deſcribitur à *Paulo l. 7. c. 12.* alius Apellis memoratur *Gal. l. 5. de comp. med. ſec. gen. c. 10*: alium Jollæ Bithyno herbario tributum ex iiſdem ingredientibus, ſed mutatâ ponderum ratione, *Celſus l. 5. c. 22.* inter carnem ſupercreſcentem exedentia enarrat. Lib. 1. c. 13. contrà ozænas, *barbatrácia herbæ ſuccum cum melle commixtum* naribus infundit. Herba ignorabilis hoc loco à librariorum liberalitate eſt, qui priorem in *batracia* ſyllabam duplicarunt. *Batracia, batracium, botracium,* βατράχιον, i. e. ranunculus, herba vehementer acrem facultatem poſſidens, quà non tantùm cutim exulcerat, ſed & cruſtas inducit. Ejus ſuccum cum alumine liquidô naribus purulentis ſanandis &

Digitized by Google

abigendo earum fœtori immiſit Archigenes apud *Gal. 5. comp. med. ſ. g. c. 3.* & hinc *Aetius tetr. 2. ſ. 2. c. 95.* quos *Theodorum* ſecutum eſſe & commendaſſe *batraciam* h. l. in omnes fortunas meas ſpondeam. *Maſtichen Perſicam* l. 2. c. 26. imponit cerotario pro epaticis: ſed cum præter Chiam, quæ omnium probatiſſima, Indicam, Arabicam, Ægyptiamque & Ponticam, quæ nigra & deterior, maſtiche alia veteribus non fuerit cognita; *V. Plin. l. 12. c. 17.* vel *Chiam* reponendũ; vel per maſtichen perſicam gummi mali perſicæ intelligendum eſt. Nomen enim reſinæ lentiſcinæ etiam ex aliis fruticibus ſtillantibus ſuccis lacrymisque impoſuere & quodvis viſcum adpellarunt maſtichen. Ibid. c. 32. *evphorbii granum in ovo datum cum pane corpora hydropum* depurgaſſe ſcribit. Suſpectam hanc lectionem reddere *Gariopontus* poterat, qui quòd *in vino datum* evphorbium hydropicorum corpora aliquoties purgarit obſervaſſe vult videri l. 5. c. 11. Corrigamus autem hunc ex illo: *Avicennas* enim *l. 3. tr. 4. fen 14. c. 13.* evphorbii drachmam unam in vitellô ovi ſorbilis exhibet hydropicis: ubi tamẽ mendoſam eſſe notam ponderis, & pro drachma integra dimidiã propinari oportere capiendum eſt: quià doſin evphorbii ſummam obolis tribus, qui dimidium drachmæ pendunt, circumſcribunt veteres, *Oribaſius & Aetius*: recentiores granis novem. Eod. l. c. 27. *Ergò cum febribus ſi de epatitatus fuerit ictericus, phlebotomandus eſt*: ſcribe, *ſi de epate factus fuerit ictericus*, *i. e.* ſi causâ epatis, puta ob caliditatem, inflammationem, obſtructionem, ſcirrhum, abſceſſum, aliumve ejus morbum, ictericia acciderit. Barbarorũ aliquis ab epatitide, uti jecoris ἀτονίαν, exolutionem & ſimplicem nativi temperamenti corruptelam adpellant, *epatitatum* fortaſſe dixerit; ſed hoc non imputabimus *Theodoro*; ita enim ut correximus legit *Gariopontus l. 5. c. 14.* L. 1. c. 1. natura hominum ſocordiam, qui remedia etiam obvia non conquirant in ſuos uſus, ita accuſare fingitur; *Sunt triſtes morbi, ſed dedi remedia: latent in fluctibus venena, ſed plura germinant ſaluti commoda.* Lege, ut intelligas *fructibus*, i. e. in ſeminibus, frugibus & herbis latet aliquid nocivi, ſed ſimul plurimum ſalutaris & poteſtatis ad expeditas & ruſticas curationes. *Epomphalia* dicuntur quævis umbilico adplicata, impoſita, illita. *Theod. l. 2. c. 30.*

c. 30. infantibus verminoſis *dare convenit,* inquit, *centaureæ decoctionem vel abrotani vel ſandonici: & omphalium ex lupinorum farinâ imponi;* ubi latina conjunctio in Græcam præpoſitionem mutanda eſt, & voces dejunctæ jungendæ. Sic in ſequentibus: *Et omphalium verò his ex ſubjectis adhibebo;* ubi copulativam non habere locum adverſativa oſtendit.

Imminere Verbi ſignificatio & conſtructio inuſitatior eſt, & ſolis his medicis familiaris, cum æquipollet Verbo *adhibere, curare, pergere, inſtare, porrò adhibere,* & cum ſexto caſu inſtrumenti jungitur. *Theod. l. 2. c. 32: Jam exercitiis ex parvo* creſcentibus imminendum nobis erit. Ibid. *Nam & catharticum frequenter dedi & ſiccis fricationibus imminui:* quæ duo loca etiam extant apud *Gariop. l. 5. c. 11.* Iterum noſter c. 28: *Sanè ſi ſpl. n duritiam adduxerit, quæ de hydropis nos ſuperventu plus terreat, etiam his potionibus imminendum eſt.* Cap. 22: *Calidis & nutrientibus imminendum.* Ib. *Poſca frigida imminendum erit;* &, *imminebo hoc adjutorio diebus continuis quinq;* C. 20: *gargariſmatiis ſtypticis imminebo.* Cap. 26: *Sæpè etenim nonnulli methodici calidis tantummodò vel chalaſticis adjutoriis imminentes, ipſam epatis ſubſtantiam diſſolverunt:* quod hauſit è *Galeno*, qui hepati obſtructo medicaturos aperientib⁹ & attenuantibus quippiam adſtringentium ammiſcere jubet, ut quæ tono epatis conſervando & roborandæ ejus ſubſtantiæ faciant, cum ſola aperientia & reſolventia diutiùs uſurpata epar quàm maximè lædere compertũ ſit; oſtendit *Gal. l. 13. meth. med. c. 15.* Theagenis Cynici morte, cujus cauſa Attalus Theſſali diſcipulus iſta incuria fuiſſe infamabatur. Inde Verbale *manſio* pro mora, inſtantia, ſufficientia apud *Gariopontum* toties: l. 2. c. 12: *ſuccus herbæ periſtereon ad manſionem potui datus, extenuat plenitudinem ſuſpiranti.* Cap. 2: de tuſſicula: *catapotias bichicas dabis ad manſionem.* Lib. 3. c. 67: *aliquando etiam erucam biberunt ad manſionem & adjuti ſunt:* l. 5. c. 5 *faciem perungimus libano cum aceto trito ad manſionem.* Cap. 17. *ſomniferâ unctione nares ungantur ad manſionem:* l. 1. c. 4: *oleum rutaceum calidum infundi jubemus ad manſionem* in cephaloponia. *Ad manſionem* igitur fieri dicitur quod agitur crebrò, diligenter, cum mora, & adhibetur ad ſufficientiam.

Libro 1. c. 12. quod eſt de oculorum cauſis diverſis, palpebrarum vitiis annumerat etiam impetiginem, & aſperitatem

Digitized by Google

quas *Paulus*, ψωροφθαλμίαν, pruriginoſam ſcabiem, & τράχωμα, i. e. ſcabritiem genarum adpellat, cum interior pars palpebrarum oculos contingens ab humore aduſto, mordace, & ſalſo aſpredinem quandam contraxit, & puſtulis ſeu tuberculis grana milii ut placet Oribaſio *l. 4. de adſ. loc. cur. c. 27.* vel ficus, ut *Avic. l. 3. ſen 3. tr. 3. c. 24. aut. Introductoris c. 27.* referentibus, interdum etiam ulceroſis referta eſt. Malum pruritu, dolore, ruboreque nimis quàm moleſtum ſatis notum eſt & præterquàm à veteribus, ab *Al. Benedicto, l. 3. c. 17. & 18: Valeſco de Taranta l. 2. c. 43: P. Bayro diſt. 3. tract. 3.* fusè deſcribitur. De eo ita editus noſter: *Vernioſos, quos nos petigines dicimus & aſperitate vicio ſimili Laborantes ſic curare conſuevimus.* Poſt varias ſuper obſcuro loco mentis agitationes tandem ſine ambagibus conſtituimus legendũ eſſe: *Sernioſos quos nos petiginoſos dicimus & aſperitatis vitio ſimili laborãtes.* Sernia, ſerna, ſarna, *Silvatico c. 712.* zerna, c. 373. & 495. vitiata ſcriptura, zennæ, zenniæ: *Fallopio l. de ulceribus cap. de volatica*, zernia, & in edit. Veneta a. *1566.* corruptè terna è *Caſſio Felice.* Gallorum idiomatis vocula eſt, & de ea ſcabiei ſpecie quam lichenas & lepram Græci, mentagram *Plinius* vocarunt, uſurpatur; eſt & ubi generaliter quamvis cutis deſædationem cum ſcabritie, aſpredine, prurigine, efflorescentiis, papulis, puſtulis & ulcuſculis tàm in hominibus quàm in pecudibus ſignificat; unde Gallis *la ſarna de oveias* eſt ſcabies ovilli pecoris: & *ſarnoſo, ronnoſo*, ſcabioſus: *Sarna* verò ronna, roigne, gratelle Hiſpanis, i.e. ſcabies: ã quo Italicum *grattare, grattarſi*, quod eſt ſcabere, ſcalpere, fricare, & noſtrate fratzen/krätze. *Tò ſarna* Ebraicum eſſe, quod *Æl. Ant. Nebriſſenſi* neſcio quis perſuaſerat, dubitari poteſt. Impetiginem verò adpellatione ſerniæ comprehendere *Theodorum* probat curatio quam ſucco granis tritici, laminæ ferri candentis impoſitis, exudante fieri ibidem docet; eodem enim ſuccô è tritico *cap 18.* loca impetigine vitiata frequenter perungere jubet; *Avic.* etiam *4. ſen 7. tr. 3. c. 3.* & *Bayrus d. 25. tr. 1. c. 6.* inter medicinas locales impetiginis nominant oleũ de triticô: *Conſtantinus l. 7. de morb. cogn. & curat. c. 19.* & *Val. de Tar. l. 7. c. 9.* oleum de frumento. Verba *Theodori* uti correximus leguntur apud *Silv. c. 636.* Sed depravata paulùm: *Sermoſos dicimus oculos impetigines habentes & aſperitatis vitio laborantes:*

rantes: lege autem, uti conſtituimus. Illud ſaltem notabile eſt, ætate Theodori noſtri idiomatum vulgarium vocabula in familiam Latinorum jamtum irrepſiſſe. Eodem cap. 12. declinantibus oculorum doloribus tumorem quendam circà interiorem angulum, *quem ypſinm dicant*, adparere ſcribit. Suſpecta eſt adpellatio; malim *hypopium*, ὑπώπιον: quia ſit ὑπὸ τὸς ὦπας, quippe in angulo domeſtico; reliqui omnes id tumoris genus ἀγχίλωπα vocant; ſi rumpatur, αἰγίλωπα. ὑπόπυον verò eſt collectio puris ſub cornea; ἵππος vel palpebrarum adfectus eſt, quando hæ continuò nictant; quem *Avicenna l. 3. fen 3. tr. 3. c. 29.* multitudine palpitationis circumſcribit; vel oculorum tremor & inſtabilitas, quam muſculo oculos firmanti læſo adſcribit *autor definit. med. c. 17.* Θίβιοι, qui & Τυβεῖς, Ponti accolæ, viſu effaſcinans genus, in altero oculo pupillam geminam habuêre, altero ſemper tremuêre, ſi fides *Philarcho*. His igitur nativus fuit vel alterutrius oculi, vel pupillæ in alterutro ſubſultus continuus ſeu ἵππος; Eum *Plinius l. 7. c. 2.* de equi effigie expoſuit. Hunc ſecutus eſt Latinus Kyrannidôn interpres & adfectionem oculorum congenitam propriamq; cuidã genti inter morboſas pupillæ conſtitutiones præterea retulit *p. 52. edit. nup* Lipſ. *Multis paſſionib. ſubjacent & torquentur oculi hominis: circa pupillam ſunt nebulæ, glaucedo, geminæ pupillæ, hippajum, i.e. equorium:* quæ ridicula inſcitia eſt & antiquitatis ad nugas abuſus. Lib. eodem c. 20. quod eſt de carbunculis etiam laborant iſta: *Si verò amice chariſſime his adhibitis ulceribus, radix occupaverit altiora, cauteres admoveo eodem loco.* Saneſcunt ſi ſublata diſtinctionis nota legerimus: *Si verò a. c. his adhibitis, ulceris radix o. altiora.* Lib 2. c. 12. cardiacorum ob ſudores nimios exolutionem prohibiturus & vires deficientes reparaturus: *aquam frigidam*, inquit, *ſimiliter per intervalla ſubminiſtrabo*, ad calorem concentrandum & viſcera æſtuantia refocillanda, *& ſi ætatis adhuc vapor calidior coegerit nivatas non aſpernabor.* Scibendum *æſtatis;* æſtivi enim fervores quàm maximè reſolvunt. Cap. 22. ſanguinis ex interioribus eruptiones curaturus; *Dabo*, inquit, *poſcam frigidam* ſanguinem de ſtomacho eructantibus: *ubi naxii pulverem aſpergo*; ſupple, *gypſi Naxii*; oratio enim ſine ſubſtantivo ſive adſcripto ſive ſubintellecto, hiulca eſt;

gypſi

gypſi autem Naxii pulvere *noſter* etiam c. 12. adſpergit membra ſudantia ad conſtipandos & obducendos poros, ne cum ſudoribus nimiis ſpiritus ſimul diffluant. Sed cum gypſum non bibatur innoxiè; ſtrangulando enim jugulat, *Dioſc. l. 5. c. 134. & 6. c. 24.* non exiſtimandum eſt, id cum poſca frigida intrò exhiberi ſanguinem è ventriculo rejicientibus à *Theodorô*; & ῥῆσις igitur hoc loco planè aliena eſt, & diſpungenda. Pertinet autem ea ad præcedens comma quod eſt de ſanguine ab uva ſeu columella erumpẽte reſtringẽdo; *Cum de uva eruperit poſca primùm frigida*, hîc inſere fugitiva iſta, *ubi gypſi Naxii pulverem aſpergo, imminendum erit*; ſc. gypſi farina uvæ inſperſa inſufflata per cannam, quem modum tamen improbat *Galen. l. 6. de comp. med. ſec. l. c. 3. n. 1.* vel cochleari, cyathiſco, inſtrumentôve, quod ab uſu, attollendo nimirum laxato & reſidenti gargareoni, *σταφυλεπάρτην, ſtaphylopartũ*, adpellarũt, ſuppoſita vel appreſsâ ſi fauces poſca frigida colluantur, ſanguinis effuſio cohibebitur efficaciùs. Gypſo enim peculiariter *δύναμιν αἱμοῤῥαγίας ἐφεκτικὴν* *Dioſc. l. d.* & *Gal. 9. de ſimpl. med. fac.* virtutem deſiccativam ſtypticam emplaſticamque tribuit; Et hinc hoc ipſo capite, tunicis cerebri, cum ex iis emergit ſanguis, *naxii aut amyli aut Lemniæ pulverem* aſpergere, aut cum aceto mixtum illinere mandat: & l. 1. c. 14. *gypſum cum ovo mixtum circà frontem* ad compeſcendam è naribus hæmorrhagiam *illinire*. Decepit autem librarium cum oculis gramioſis & inadvertentem vocabuli *poſca frigida* in utroque, tàm ex uva quàm è ventriculo prodeuntis ſanguinis, casû intervallo trium quatuorve linearum repetitio, ut poſteriori ſententiæ adponeret, quod debebat priori, & medicamentum externum aſperſile in internum potabile converteret. Gypſi verò è Naxo, ut nos interpretamur *Theodorum*, petiti neque *Theophraſtus* neque *Plinius*, qui plura ejus genera enarrant, meminêre; veroſimile tamen eſt quòd cotibus ſeu marmore abundaret Naxus, ex eo parari conſueviſſe. Præter enim gypſum quod è terra foditur etiam aliquod è ſaxo marmoroſo in fornacibus condito & conſtructo, perinde ut calx vel è ſilice vel è lapide fiſtuloſo, coctum fuit. Simile *σφάλμα* confuſionis, & trajectionis commiſere librarii l. 1. c. 19. niſi editoris culpa eſt qui hoc opus *è quatuor manu-*

manuscriptis jam hic jam illic mutilis membratim ferè ceu Hippolyti cadaver contulit; cui cum esset in arte medicâ ὑπαμυσός ῶς interdum alienissima conjungere, & adfinia distrahere contigit; de ejus indicio nobis debere fatebuntur docti: Id verò ostendemus ad oculum: Μικρὸν ἀναμείναντι ἐκπετάσαντες τὰς ὀφθαλμὰς. Dictum caput est de ustionibus calidæ vel ignis; prioribus duobus colis combustionis antequam vesicæ eleventur, & cum vesicaverit, curatio traditur; tertium, *si etiam ulcera fuerint, fronti illitum juvat*, non cohæret cum istis proximè antecedentibus; neque conjicere possum, ex quo tandem capite huc irrepserint. Sequitur, *Si pruritus major palpebram occupaverit, ut etiam capillos amittant, hos oportet oleo cedrino inungere, aut ærugine cum aphronitris & melle contrita, aut asphodeli succo cum passo commixto. Nam & amurca diplangio cocta & mixta cum oleo ustionem curat: & murum fimus & hircorum cornua, utraq; combusta, cum melle eodem modo adhibentur. Si pruritus simpliciter solus ex labore vel pulveris fuerit aquæ calidæ fomenta sufficient*: & cætera. Ex his prima tertiaque periodus sunt de palpebrarum pruritu & cum capitis XII. quod est *de oculorum causis diversis* extremo conjungi debent. Media de amurcæ usu in ambustis hoc loco sola legitima est. Reliqua aliquot colorum integram paginam implentia, *Caliginantes verò oculos hoc modo curamus &c.* etiam eò rejicienda sunt; tradunt enim de caliginibus oculorum recorrigendis; de nyctalopia: de alboribus pupillarum in oculis emendandis; coramque clausulam constituunt ista; *nam & Lactanti suo mater gutta n ammoniaci massando albos oculos procurat*. Quæ sequuntur asterisco prænotata. *& columborum stercore combusto, contrito, in linteolo adhibito omnes ulcerationes ex ustionibus venientes facilius percurabimus* & reliqua ad calcem usq; capitis cum superioribus mediæ quam dicebam periodi continuanda sunt, & optimè sibi consonabit *Theodorus*, quem ante hanc restitutionem ἀλλοφάσοντα & veluti delirum quendam, qui de falcibus rogatus responderet de ligonibus, audivimus: inceperat enim de ambustorum curatione loqui, & desinit in ocularia medicina. De libello medicinæ præsentaneæ Græcè scripto à *Theodoro* non silebimus colligi posse, multò auctiorem fuisse Latino quem habemus; Capite enim nono Logici seu libri

secundi in ileosorũ & colicorum curã, *addes etiam*, inquit, *adjutoria de Græco evporisto compendiosa*; sed in Latino evporiston, qui capitum triginta novem est, nihil de intestinorum adfectibus & remediis traditur. Ex isto Græco igitur desumserit *Gariopontus conditum colicis expertum Prisciani Theodori*, quod l. 3. c. 24. laudat. *Diplangium*, de quo s. p. 512. docuimus, l. 2. c. 31. *diplum angium* adpellat: *lacte asinæ in diplo angio cocto facito.* Passivorum Verborum potestatem Activis exprimere solenne est huic scriptori. L. 1. c. 12: *Flos tritus æris in lotio, postquam siccaverit, ex oleo impositus.* C. 30: *Linimentum cum siccaverit.* L. 2. c. 33: *Ischiaticis ex uno coxæ articulo tormenta suppeditant.* Idem in quamplurimis aliis adfectat *Gariopontus*: ut l. 3. c. 19: *si dolor minuerit*: *l. sint.* c. 13. *ubi accessio minuerit*: l. 3. c. 25: *si infrigidaverint loca dolentia.* Lib. 1. de febr. c. 23: *refrigerant cardiacis summitates manuum atq; plantarum.* L. 3. c. 19: *si fluxus mollierit.* L. de sintom. c. 9: *mittis semen lini in recentem & cum mollierit teris*: i. e. cum mollitum esse animadverteris. Eodem loquendi genere etiã Latinissimi delectati sunt. Plura de *limpido* ad p. 516: *Theod.* l. 1. c. 15: *resina terebinthina limpida.* Lana limpida, i. e. carpinata ad raritatem & mollitiem summam, apud *Gariop.* l. 3. c. 47: l. 1. c. 7: *unguentum limpidum bonum*: *l. de sintom.* c. 3: *oleum dulce limpidum*: l. 2. c. 3: *repentinus sanguinis limpidi fluxus*, i. e. meri, sinceri, tenuis, non concreti: l. 1. de febr. c. 7: *febris dimissio limpida*, i. e. omnimoda. Etiam Hispanico idiotismo *limpiar* & *alimpiar* dicitur de rebus omninò diversissimis quæ poliuntur, mundantur, tergentur, reficiuntur & curantur accuratè, quod Gallis *nettare, forbire, mondire, sbucciare*, è nostrate pugẽ: *limpiamente, nettamente*, i. e. mundè, politè, nitidè. Lacunam in libro secundo quinq; capitũ, *XIIII. de querela capitis, XV. de epilepticis: XVI. de scotomaticis: XVII. de mænomenis: XVIII. de melancholicis* è Lugdun. edit. fortasse supplere potuit *Gelenius*; quod quoniam is neglexit, nos è *Gariopontí* l. primi c. 2. 6. 4. 9. & 12. fieri debere indicamus; sunt enim ea planè Priscianeis reliquis adfinia, imò ipsissima Prisciane̍a. Ita effecimus ut è depravatis istius *Theodori* aliquid fructus capere possit juventus: quod divinitatis munus esse prædicant, uti emendare est felicitatis. Nusquam autem felicius nobis desipere videmur, atque ubi cogimur

in li-

in libris mendosis ineptire, & non esse alacriores nisi cum ariolãdo fatigamur & lectionũ in editis libris monstra debellando sudamus.

CAP. XII.

Gariopont libri medici strictim percursi: emendati locis infinitis & explicati; uno impertinens sententia ejecta. Judicium de isto Garioponto; esse autorem, nisi cum exscribit alios futilẽ, imperitum, barbarum: imò dum exscribit, ludionem & dissimulatorem quendam: ad eum rectè referri librum de dynamidiis Galeno hactenus tributũ. Panis medium. Opium quirinacium Ges aster; ge Samia. Saccellare. Diatritũ. Cusæ. Brumosum, βρωμῶδες. Theriaca dia echidnes. Pulsus. Διαλείπων: alius dialeipon. Casula in gyrum facta quid: celsus arbor. Oleũ graminale. Anthera, semen rosarũ croceum, item confectio quæpiam medicinalis. Anthereon: Melotida. Tussis soluta. Cera Punica. Suffugium. Psilia: Kuranides illustratæ, & editoris earum Lipsiensis correctio recorrecta. Libanomanna. Panis Afer. Trochisci diasrsalidos. Pterygomata. Scia, sciasis, ischiasis, sciatica. Alassantum. Amolentum. Cato, herba atriplex. Veterascere. Vomica, i. e. vomitus. Cubiones: Sol candidus, calidus. Brathys, bractys, sabina. Tracoscinare. Pendigo: σφάλμα in Silvatico indicatum. Oliscus, αὐλίσκος, canalis. Pedasina, ὀνόπορδον. Barba Sylvani. Plantæ gibberosæ in cardiacis, & animo linquentibus. Mallis, mallones. Opium meconis. Inion. Assellare; facere ventrem, urinam. Subitare. Subglutire. Satis, nimis, pro valdè. Partim, i. e. partitis vicibus. Bullire pro fabare, furire. Jactare pro ejicere, deturbare. Putrire pro putrescere. Pastillescere. Purum, i. e. pus. Paregoria, i. e. mitigatio, solutio, quies. Sentex, sentix, sentis, centum capita. Phlomus: Kuranides emẽdatæ, iterumq; notatus de infelici in iis conatu Rhyakinus. Infanæ partes, i. e. inferiores: Conium; alia.

PRisciano *Theodoro* neminẽ commodiùs supponimus quàm *Garioponto* itidem medicinæ scriptorem, sed seculi duodecimi, & isto octo ipsis recentiorem; barbarum, imperi-

tum, tautologum & futilem : ut mirari ſubeat doctorum ἀκρισίαν, qui cum ejus *ad totius corporis ægritudines remediorum Praxeos libros quinq;, duos etiam de febribus & earum ſymptomatis unum* a. 1531. ſimul ederent Baſileæ apud *Henr. Petrum*, *vetuſti admodum medici* titulo eum celebrarunt. Sanè Gariponto fecêrunt quod olim plebs ſimplex aſino Iſidis ſimulacrum ferenti, cum non obſervaſſent, compilatam eſſe ejus medicinā & deſcriptā ex aliis totam. *E Theodori n. Logico* capita XIII. integra αὐτολεξεὶ huc comportavit; ſed adeò perversè, ut ridere hominis ſtupore & indignari ſimul ſatis haud poſſimus; quippe quæ non intelligeret, omiſit conſultò : quæ intelligere putaret, malè tamen deſcripſit: in pluribus ſententiam ſui autoris planè evertit; interdum ab eo in leviculis diſſentit, quaſi plagii culpa propterea eum exemturi forent, & omninò variè exercet mangonium; ut peculiatim oſtenſuri ſumus, cum *Gariopontum* ad *Theodorum* conferemus, & ex hoc iſtum emendabimus; nunc enim tantum ea quæ defectu membranarum & codicum aliorum ex ingenio in iſtô correximus, promemus. Ætatem ejus ſup. p. 359. indicavimus; cujas fuerit, & ubi vixerit juxta incertum eſt. In Italiæ tamen ſcholis, maximè in Salernitana fuiſſe aliquo nomine inde confirmamus, quòd *Matthæus Silvaticus Mantuanus cap. 551. Pandectarum medicinalium* ad Robertum XII. Siciliæ & Neapoleos regem circa annum 1330 ſcriptorum citet *Garipontì paſsionarium*; de monopagia; ea verò legantur apud noſtrum L. 1. cap. tertio. In Gallia non æquè fuit hac adpellatione notus : libros enim ejus hoſce Galeno inſcripſerunt medici; unde *Valeſcus de Taranta l. 5. Philon. c. 22.* ubi de diamne ſeu involuntario urinæ exitu, laudat *Galenum in Paſsionario*; quæ extant apud noſtrum cap. 66, libri tertii, quod eſt *de diapne*; & in editione Lugdunenſi a. 1516. his libris titulum præfixêre talem : *Paſsionarius Galeni de ægritudinibus à capite ad pedes.* Quod a. in hiſce libris cenſendis factū eſt ut cum eſſent *Garioponti* autoris ad *Galenum* referrētur; idem cum *cum duobus libellis Dynamidiarum*, uti adpellarunt, vel *de dynamidiis*, i. e. experimentis, cæculi & judicio modico homines ſibi licere exiſtimarūt olim, ut Galeno eos tribuerent, qui hujus Garioponti legitimi erant; qua cenſura nihil falſum magis. An enim *petrum ſancti ſepulcri*, quam pulveri ad caducos

ducos ammiſcet cap. 28. an *potionem S. Pauli*, quam paralyticis & quartanariis exhibet c. 252: 294: 295: an *emplaſtrum S. Petri* quod ad cauſas pectoris prodeſſe tentatur c. 99: an emplaſtrum Apoſtolicon quod ad oſſa fract. c. 271: an herbam S. Mariæ quæ c. 96. nominatur, Galenus paganus noſſe potuit? an tot peregrina & Arabica, *zacara*, c. 97. *cozumbrum*, c. 67, 276: 302. *anabula*, c. 152: *conſita*, c. 89, 222, 121, 167: *gith* c. 164: *condiſum*: an terram *Francigenam*, quam ad fiſtulas ſanandas adhibet cap. 244. *Galenus* Francorum nomine & Arabum medicina tantò prior ammiſcuiſſet? Omnem verò ſtultitiam ſuperat credidiſſe, quòd *Galenus* curarit de Oratione Dominica. Jubet enim cap. 158. carduum cum Oratione Dominica colligere, ejusque ſuccum cum novenis granis piperis exhibere calculoſo. Eſt præterea c. 97. *ſyrupi Galeni*, c. 125. *hiera & picra Galeni*, c. 252. *hiera fortiſſimæ Galeni* mentio: unde alium à Galeno iſta ſcripſiſſe fit manifeſtiſſimum. Nos igitur *Gariopento* ideò tribuimus, quia ipſe de dynamidiis tractaſſe toties intimat; l. 2. c. 2: l. 3. c. 5, 16, & 18: l. 4. c. 1: l. 5. c. 12. & 5: de elephantia: *Adhibenda ſunt adjutoria, quæ in Dynamidiis ſcripſimus*: remittit igitur ad libri de dynamidiis cap. 68. 72. 73. quibus ad faciei vitia in elephantioſis, & ad utramque morphéam, medicamenta externa præſcripſerat. Deinde ſi ſtilum & loquendi genera comparemus, in libris Gariopenti & in altero Dynamidiarum vocato eundem hominem loqui audiemus. Vocabulum *cauſſæ & cauſationis* pro morbo & dolore uſurpat ſæpiculè *Gariopontus*. l. 1. c. 5, 11: l. 2. 29, 43, 56: l. 3. c. 40, 55: l. 5. c. 33, 40: *l. 1. de febr.* c. 30: l. ſintom. c. 9: ſimiliter *autor l. de dynam.* c. 82. *ad omnes cauſas palati, & gutturis*: c. 99: *ad cauſas pectoris*: c. 189: *de genitalium cauſis*: c. 181. de arenali mictu: *naſcitur hæc cauſſa magis infantibus quàm juvenibus.* Adverbio *ſatis* utitur *Gariopontus frequenter pro* valdè; l. 1. c. 8. 10: c. 12: cubiculum non ſatis lucidum: l. 2. c. 26, 49: l. 3. c. 7: *aqua pura non ſatis frigida nec tepida, ſed mediocriter temperata*: l. 5. c. 33. l. 1. de febr. c. 8, 24, 29: l. 5. c. 11: *l. de ſintom.* c. 8, 9: *nõ facilem ſed ſatis neceſſariam quæſtionem proponis*: ita Theod. l. 1. c. 6: l. 2. c. 28. 30 32, 29: *lupini cocti comeſti ſatis juvat*; ſimiliter l. *de dynam.* c. 119: *ſatis probatum eſt*; c. 174: *ſatis proficit.* *Laſteridas* pro lathyri nominat *Gariop. l. 4. c. 26.* ita *l. de dynam.* c. 130. Frequentiſſimè pluralem numo-

numerum pro singulari adhibet *Gariopontus*: l.3.c.12: *acanthes Ægyptias*: l.3.c.70: *porros, bulbos, erucas, pastinacas, satyriones*: l.1. de febr. c.23: *atriplices, lactucas*, l.1.c.12 *fella nigra*, ib. *plantagines, sparagos*: l.4.c.15: *coccognidios*: l.3.c.19: *coria granatæ siccæ; pectines*, l.3. c. 67: l.4. c.47: uti *Theod* l.2.c.29. radicem fœniculorum: l.2.c.26. *samsucos*: *Apic.* l.3. c. 2. *apios virides*: Pariter *l. de dynam.* c.294. *rutas agrestes coctas*: c. 227. *malvas coctas*: c 27: *porros coctos*: cucurbitas & portulacas cõditas, c.31. & 129 *fœniculos*, c.283. Solet etiã quamplurimùm genera nominum muare *Gariopontus*: dicit *cochlearios*, l.1 c.12: *inguinẽ*, l.4.c.1. & 3.c.24: *bulba*, l.3.c. ult. alutũ, l.4.c.3: *vertebrum*, l.2.c.3: eadem consuetudine præter usum & præcepta *l. de dynam.* *sinapin in acetô maceratum* c. 64: *lardum recentem*, c.101. & *lardonem*, c.251. *furfura*, c.28. Imò integræ sententiæ quæ in *Garioponti* praxi leguntur totidem verbis repetuntur in *l. Dynam.* Ista c.33. de lethargô: *Jacere debet in loco luminoso &c.* sunt in cap.13. l. 1. *Garioponti*: ista ibidem, *Ferulæ incensæ fumus*, & reliqua, in cap. 14. Cura mingentium furfures cap. 182. talis: *Dulcia comedant, & lac caprinum mox mulctum bibant; si non febriunt cancros fluviales dabis comedendos*, particula est cap. 56. libri tertii. De barbarismis qui in utroque scripto iidem regnant non attinet multa dicere; *Gariop.* l.3. c.36. l.6. c.23. *ægros ad melius venire*, l.5. c.30: *meliorare*, dicit, cum convalescunt paulùm: & c.41. *ad melius fieri* tumorem, cum sedatur & detumescit; de ægritudine autor *l. Dynam.* c.315. *quando ad melius venerit*, eam remittere significaturus. *Tolle Gariop.* l.2. de febr. c.7. est sume, accipe, recipe: *autor l. de Dynam.* eodem sensu pharmacopæum ita alloquitur, c. 12, 35, 36, 37, 81, 42, 54, 152, 163, 176, 172, 192, 198. cum conficiendi medicamenti formulam præscribit. *Comedere* usurpat *Gariop.* de medicamentis quæ carnem in ulceribus supercrescentem auferunt, corrodunt, colliquant, & absumunt; Græci καθαιρετικὰ, Latini *exedentia* vocant: l.1.c.16. de ulceribus aurium: *Hic raphani succum cum rosaceo oleo & pulvere dragagânti in ipsis cavernis immittis ut superflua comedat.* Idem ἄκυρον est in eô cum *autor l. de Dynam.* c.238. *carnem mortuam manducari* dicit; inanimato tribuens, laxo loquendi modo, quod animatorum proprium est. Verba Græca Latinatum terminationum & conjugationum modulis adficere & facere sic

re ſic è Græcis Latina familiare eſt *Garioponto; paragorizare*, l. 1. c. 19: l. 4 c. 5. & 6. l. 5. c. 43: *clyſterizare*, l. 1. c. 9: l. 3. c. 18: *rheumatizare*, l. 1. c. 19. & 20: l. 4. c. 7. & 17: *malaxare*, l. 2. c. 20: l. 3. c. 2: *cauterizare*, l. 1, c. 10, & 17: l. 5. c 5: *gargarizare*, l. 1. c. 23. & 24: *ſinapizare*, l 2. c. 13. & 49: *cicatrizare*, l. 5. c. 43: *ſpermatizare*, l. 3. c. 68: *cataplaſmare*, l. 3. c. 19: l. 5. c. 33. 35: *apophlegmatizare*, quòd *Theodorus* converſo ζ in δι, contrà quàm Æoles qui δια in ζα mutarunt, *apophlegmatidiare* dixit: eademq; audacia Latinū *vaporare*, quô utitur l. 1. c. 17: l. 2. c. 56: l. 3. c. 35 & 47. in *vaporizare* refinxit l. 2. c. 13: l. 3. c. 35. Ad eundē modū *l. de Dyn.* c. 299. *clyſterizare, paragorizare. pulveriſare.* c. 29: *triconizare*, c. 271. vel ut legere jubemꝰ apud *Gario. l. 5. c. 41 tracoſcinare*, quod eſt per cribrū agere, cribellare; noſtrati lingua per ὑπέρθεσιν garbelieren: à Græcô κοσκινίζειν, i. e. διὰ κοσκίνου ἄγειν, formarunt iſti Græcorum febriculoſi æmuli, & oſtentatores putidi. Verba *Gariopont*i in tumorū cura ſunt: *Item milii farinam tricocinabis & cum ſucco cameotis diſtemperata mirificè uteris.* Emenda *tricoſcinabis*, vel ut idiotiſmo Italico Gallicoq; propiùs adſonet vocabulum *tracoſcinabis*. Quia farinæ quævis tempore & in cumulis incaleſcunt & concreſcunt in offas ſeu tofos, farinam milii cum in cataplaſma adſumenda eſt priùs cribro ſeu incerniculo ſetaceo, lineo, junceove excuti oportere dicit, ut pollines impalpabiles trajiciantur & grumi habeantur ſeparatim; ſic enim juſtam cataplaſmati molli & tabido præſertim ſi diligenter piſtetur cum reliquis, conciliari poſſe conſiſtentiam; idemque fit, ſi manibus fuerint confricati cataplaſmata, pultes, emplaſtra, unguenta & ejuſmodi ingreſſuri pulveres. Verbo barbaro & compoſitione ipſa horrido abſtinentes alii, quamvis & ipſi illatini, jubent arida *trita & cribellata cum cribello tenui* conficere cum reliquis ſive liquoribus ſive pinguedinibus & reſinis, & intelliguntur faciliùs; noſter cum ſuo *tracoſcinare* ad faſtidium & penè deſperationem nos exercuit, donec penetraremus. Eſt enim in hiſce tenuibus labor non tenuis; quod ſi qui nolint credere, eos experiri in ejusmodi miſcella barbara velim: multò expeditiùs in Hippocrate Celſoque legendo & explicando verſabuntur, quàm mediæ ultimæque ætatis medicinam, quamvis ab iſtis derivatam, intelligent. Eodem monſtroſo verbo *tracoſcinando* utitur ceu proprio ſibi *l. de*

dynam.

dynam. c. 271. ſed retenta Græca terminatione τὸ κοσκινίζειν efferre *coſcinizare*, & addita Latina præpoſitione *tracoſcinizare*. Ita enim fuit in membranis quod imperiti harum imperitiarum in *triconizare*, eliſa ſyllaba *ſci*, corruperunt. Verba ejus in edit. Veneta H. *Suriani* a. 1502. & Baſil. *J. Cornari* a. 1549. iſta ſunt de parando ad oſſa fracta conſtrictorio: *Ceram ſolve, & olibani, maſtiches, boli Armeni pulverem triconizatum ſuperaſperge & ad modum ceroti coque & tepidum ſuperpone.* Legamus *tracoſcinizatum* & interpretemur, per cribrum ut fiat tenuiſſimus trajectum. Sufficerent iſta probandæ ſententiæ novæ de autore libri Dynamidiarum; ſed reſtat aliud clarius teſtimonium. *Gariopontus l. de ſintomat. c. 17.* ad doctrinam de pulſibus abs ſe traditam remittit lectorem; *quod quidem in ratione pulſuum amplius diximus.* Ea verò nulla alia eſt, quàm quæ in libro Dynamid. à cap. 307. uſque ad cap. 333. deſcripta reperitur: ubi pulſuum genera & differentiæ, & qui quibus morbis proprii enarrantur. Præter libros *Praxeôn*, & hunc *de dynamidiis* recens ipſi vindicatum *Chirurgiam* etiam ſcripſit *Gariopontus*, ut adparet è cap. 47. l. 3. item *libros metuaticôn*, quorum ſecundum citat *l. Sintom. c. 12.* qui an cum pharmaceviticis, l. 5. c. 32. & alibi memoratis, fuerint iidem nunc haud liquet. De nomine ſcriptoris non litigabimus cum quoquā: *Silvaticus c. 551.* nominat *Paripontum*; editores quarta vocali inſerta quinqueſyllabum efficiūt; utriq; ſuæ pronunciationis ratione quadam nixi, quā *Silvaticus Gerodium* & prima abjecta *Erodium*, veterinariæ ſcriptorem *Hieroclem*; quā *Dyaſticorum Valeſcus de Tar. l. 2. c. 72.* ac *Diaſcoridem* reliqui Latino-barbari herbariorum Sibyllam *Pedacium Dioſcoridem* adpellarunt: & quā *Conſtantinus Africanus, monachus Caſſinenſis lib. 7. Viatici ſive Theoricæ, de morb. cogn. ac cur. c. 11.* confectionis cujuſdam ad morſum ſcorpionis & araneæ inventorem *Diapantum* vocavit, qui procul dubio ille *Diophantus Lycius* eſt, cujus ex Andromacho meminit *Galen. l. 9. de comp. med. ſ. l. c. 4. n. 3.* Tantum de ſcriptore cognoſcere potuimus; quē quia & exercuit artē, ut colligere eſt è c. 58. l. 3: l. 1. de febr. c. 28. & c. ult. aliisque locis pluribus, & tām curioſè docuit, in laterculis medicorū illuſtrium non fuiſſe ſcriptum hactenus indignari poterāt, qui quemcunq; in juvandis literis conatum, etiam non neceſſarium,

ſum nunc rebus ac ineptum, ſua laude ac mentione dignantur; Cum his nos ſumus & dum obſcuro ſcriptori lucem annotatiunculis & correctiunculis neceſſariis inferimus, cô ipſo incognitum tacitumque in lucem famamque promovemus.

Panis medium, quod cataplaſmati capiti ad mitigandum dolorem imponendo indere jubet l. 1.c.1. eſt mica panis *l. de Dynam. c. 65, 51, 206, 283: Conſtant. in diæta letharg.* c.2. & intrà cruſtam concluſa pulpa, cui ineſt facultas emolliendi, diſcutiendi, & anodyna: l.4.c.3: *medullam panis candidi; ſimilam triticeam*, l.2.c.20: l.5.c.5.& c.34. *panẽ mollem* adpellat. Eadem ratione *ovorum media* l. 3.c. 11, 13. noſtro & *Theod.* l.2.c.34. ſunt, quæ aliis ovorum lutea, vitella *Apicio l.4. c. 1:* & *colorem medium ovorũ* dixit l.5. c. 13. eum qui felleus, crocineus, mellinus, cerinus. Sic *medium ſcillæ*, ejuſdẽ poſt ablatas exteriores lamellas duriores nucleus, & interion, *l. de dynam. c. 103.* Ib. in deſcriptione trochiſcorum hemicraneorum quos vocat c. 3. & 1. de febr. c. ult. *opium quirinacium* eſt ſuccus Cyrenaicus, indigenis Σέρφι & Σίλφι, Græcis Σίλφιον, Latinis laſer, laſerpitium, q.d. lac Serpicium in Africa circà Heſperidum hortos, Syrtin majorem & Cyrenarum diſtrictum gigni ſolitum, & ſtillans è vulnerato cavle ferulaceo ac radice plantæ gummi: *Theophr.* l.3.c.2 l.6.c.31. *Plin.* l.19.c.3: *Dioſc.* l.3. cap. 78. Iſtum liquorem magnificum in uſu medicamentisque per excellentiam vocarunt Græci ὀπὸν, *Galen. l. 8. de ſimpl. med. fac.* Hinc Latino-barbaris *Opium*, & Latinis *lac Serpicium*; & *opociſſus* noſtro *l. Dynam. c. 219. ſuccus hederæ*, qui aliis κιοσȣ̃ ὀπὸς. *Gariop. l.3.c.61.* interpretatur ipſe: *Quirinacium opium, i. e. laſar.* id jam olim deſitum eſt: unde in officinis aliquando aſam fœtidam oſtendêrunt pro laſere; *l. de dynam. c. 27: Silvat. c. 166.* quod de Perſico, h.c. Medico, Armenoque: tùm de Syriaco & Indico intelligendum eſt. *Ges aſter*, quem cap. 3. parti dolenti in hemicranéa illinit, eſt illa terræ Samiæ ſpecies quam *Samium aſterem*, quod confracta radiantes ſtellas exhiberet, vocarunt; Γῆς ἀςὴρ: vel Γῆ ἀςὴρ. Ἀςὴρ ὁ Σάμιος, *Gal. 4. de comp. med. ſ. l. c. 1. n. 7.* quem ob glutinoſitatem majoremque ſtringendi & poros obducendi vim præ terra Samia commendat *Aëtius tetr. 1. ſ. 2. c. 6.* eòq; hæmoptyicis propinat *Nonnus de curat. morb. part.* c. 128. & 132. Noſter non novit diſtinguere;

imò nec adpellationem, quia Græca erat, rectè tenuit: Sic enim l. 2. c. 2: *Misce verò gisamias, id est terra, scilicet gisasteros, amidum succumq; hypoquistidos*; & c. 3: *Item Samia quæ vulgò gisasteros dicitur ex æquo adjuncto amilo detur*: & c. 19. l. 3. vocat *gesaniam*: quas ineptias ineptit etiã *Silvat. c. 292: Gisamia, i. e. gessamia*: & *Gisasteras: gisasteros, i. e. creta argenti; & est gessania stella terra, lutum stellæ.* *Saccellare* est saccellis calentibus humidis vel siccis impositis partem fomentare: C. 2: *quod si dolor infestus fuerit saccellamus loca dolentia ex farina triticea*: sic c. 3: l. 2. c. 1: *Si verò antiqua fuerit tussis, thoracem, ubi pulmones sunt, saccellare debes*: l. 3. c. 25: *Si autem infrigidaverint loca dolentia saccellemus ex sale tostó*: C. 2: *saccellato splene ex saccellis fervidis sanguis ab eo tollatur*; quæ loca si quis ad *Barthii* glossam, cui *saccellare est per saccum transmittere sive percribrare* l. 6. *Adv.* c. 17. interpretari volet, is cum ratione insanire videbitur; usq; adeò ἀσύμβολος est & ἀσύμφορος. *Diatritus* est tempus trium dierum: L. 1. de febr. c. 14: *dolor capitis, si fuerit in principio mox cessat & omninò recedit ante diatritum primum*: C. 16: *in uno diatrito poteris cognoscere*: L. 1. c. 4: l. 2. c. 59. *alio diatrito cucurbitas stomacho impones*: & l. 3. c. 19: *assiduè accipiant mulsam quæ purget usq; ad duos diatritos*: L. 1. de febr. c. 14: *Non expectabis in ephemeris, ut in cæteris febribus, diatritum primũ vel secundum vel triduũ ad cognitionem febriũ.* Quid circa ægrotos quovis triduo contingeret maximè spectare solebant medici & propterea morborũ inprimis febrium cursus in ejusmodi spacia, quæ typum horarũ LXXII vocabant, distribuere: inde etiam dicendorũ agendorumq; rationes petere; hinc *diatritarii* dicti, vel quòd ante diem morbi tertium nihil moverent, vel quòd non nisi tertio quovis aliquid novarent: & quòd mutationes de tertio in tertium inprimis observarent. Significat etiam *diatritus* accessionis commotionis seu exacerbationis in quovis morbo tempus: Ipse l. 1. c. 9. de mania: *cibum verò levem* accipiant *in ipso diatrito, quod est accessionis tempus.* Cap. 2. caput dolentibus præscribit *optarmicum seu sternutatorium ex stitio & pipere* factum. Lege, *e struthio & pipere*. Struthium, ῥίζαν δεριμεῖαν, seorsim usurpatum movere sternutamenta præter *Diosc.* l. 2. c. 193: *Plin.* l. 24. c. 11. docent *Oribasius l. 10. Collect. c. 30: Aët. t. 2. s. 2. c. 97: Paulus l. 3. c. 24.* E cumino, pipere, stru-

struthio & castoreo tritis mixtisque pulverem sternutatorium composuit *Asclepiades* apud *Gal. l. 2. de comp. m. s. l. c. 2. n. 15.* ut de emendatione non possit dubitari: eademque *Gariponium c. 7.* ubi sternutatorium *e pipere, silfio, castoreo vivo sulfure, pyrethro,* & c. 4. ubi aliud ex *euphorbio & pipere trito aut ex trucii radice* concinnat, reddimus meliorem; Silfium enim in hunc usum nemo veterum adhibuit; struthium classici omnes; & princeps inter hos *Galenus l. 8. de simpl. med. fac. Avic. 2. Can. tr. 2. c. 136. Theod. l. 3. c. 6.* *Cusa, cuffa Silvat. c. 638.* sunt vasa chirurgorum quæ carnibus imponi diversis intentionibus solent; *Galen. l. propr. c. 3. Constant. l. de Chir. c. 8.* aliàs σικύαι, *cucurbitæ*; & absolutè *ventosæ*: nobis Köpfe. Noster l. 1. c. 5: *cucurbitentur scotomatici in occipitio capitis; cusas in stomacho accipiant*: Cap. 8. de phreneticis curandis: *cucurbitas etiam & cusas per quatuor loca capitis & ventosas clunibus & coxis accipiant*: l. 4. c. 2. de lumborum dolore: *Cusæ etiam in utraque coxa adponendæ sunt*: l. 1. c. 7: *inter scapulas cusas* (editi malè *stuphas*) *imponito ut ventositas de pulmone fugiat.* Earum materia varia; sunt corneæ, æneæ, vitreæ, argenteæ; figura item; depressiores, altiores, planæ, simæ, acutæve: altera parte patentes, altera clausæ: altera æquè patentes, altera exiguo foramine præditæ: *Celsus l. 2. c. 11: Oribas. l. 7. s. 16.* Modus adplicandi non minus varius est: imponuntur cute integra cũ igne & post aliquantam moram deponuntur; noster l. sintom. c. 2: *cucurbita adhibenda erit cum hypolampadio non satis ignito in medio capite: prol. ejus l.* vocat *cucurbitas cum foco*: Hæ sunt quas *flalticas* vocat l. 2. c. 11. & *Theod. l. 3. c. 7:* detrahunturque molliter *Theod. l. d.* vel violentius evelluntur, l. 2. c. 9: interdum etiam cum raptu deorsum aliquoties prius celebrato: *Gar. l. 3. c. 36: locis dolentibus lenes raptus cucurbitæ adhibendi sunt*: l. sint. c. 5: *cucurbitæ tractus adhibeatur*: l. 5. c. 22: *in ipsa parte cucurbitarũ raptus imponatur*: l. 2. c. 7: *cucurbitæ raptus diu constringat locum doloris.* Adfiguntur etiam concisa modò leviùs modò profundiùs cute; vocant hoc *cucurbitari cum scalpello*, lib. 1. c. 6: *cucurbitari cum scarificatione*, c. 5: c. 6 & prol. l. sintom. *cucurbitas cum scalpello.* *Brumosum* est quicquid in gustu diu vehementerque halat, graveolens, odore peregrino acri & viroso molestum; βρωμῶδες. *Diosc. lib. 3. cap. 94.* de lasere Medico & Sy-

 ria-

Digitized by Google

earum ſuccum decoctione elicitum exhibebant æſtuantibus & ſitientibus, *Dioſc. l. 1. c. 150: Plin. l. 23. c. 4.* Erant tamen macro corpore exiles & aſſiduô vapore toſtæ, l 13. c. 4. Noſter l. 2. c. 13. *palmulas Thebaicas* anheloſis adponit: *Theod. Pr. l. 2. c. 31.* dyſentericis *dactylos Thebaicos*; & cap. 12. eoſdem cataplaſmati refrigeranti & ſtyptico pro cardiacis admiſcet. Dicuntur autem *Thebaica* ἐλλειπτικῶς; *Theod. c. 22: dabo mala cydonia, dabo Thebaicos* ſanguinem è ſtomacho rejectantibus: à *Papin. Statio l. 4.* inter dona Saturnalitia recenſentur *chartæ, Thebaicæve, Caricæve*, i. e. palmulæ, & ficus. Cap. 3. Lethargicorum *pulſum* docet eſſe *gravem, & tardum & velut inanem, quem Græci dyadmon dicunt.* Rem omnem è *Galeno* feliciùs arripiet & ſecuriùs tiro, ſi *caput 3. l. 4. de cauſ. pulſ.* legere lubeat: De Græca adpellatione ſciendum eſt, ab Archigene & Agathinô primùm introductum eſſe, ut pulſus quædam differentia ſit, *plenus & vacuus*, πλήρης καὶ διάκενος: ſed oſtendit *Galenus l. 4. de dign. pulſ. c. 2. & 3: & l. 3. de diff. pulſ. c. 5.* nugatoriam eſſe, coincidere cum ea qua pulſus in vehementem & languidum, vel durum ac mollem, diſtribuitur, & numero nominum non effici res multas: cui potiùs adhæremus quàm iſti συρφαΐδι. L. 1. de febr. c. 23. in cardiacis *venæ pulſum velocem & veluti elevatum, parvum, rarum, inanem*: & l. ſint. c. 11. *parvum, crebrum, imbecillem & inanem* inveniri ſcribit; adeò tenax ſuarum vanitatum & deliriorum de pulſu, quem nullis tactus adfectibus deprehendere poſſimus & qui nec de ſtatu corporis arteriæ, nec de qualitate ſubſtantiæ quam continet, nec de facultate nativi ſpiritus doceat. *Pulſus* διαλείπων, *intermittens*, qui mortem portendit in malfactionibus *l. ſintom. c. 17*, inæqualitatem quæ fit in raritate ſignificat, cum nim. arteria tantillum moratur, ut duæ vel plures pulſationes deſint; tum rurſus movetur: & hunc agnovit etiam & ita denominavit antiquitas: *Gal. l. 1. de diff. pulſ. c. 11.* Sedandis dentium doloribus metallica nonnulla venenata ac deleteria, item ſuccum eſulæ, ferventis naturæ & cauſticū, efficaciter facere obſervatum fuit; ſed cum ejusmodi vel dentium cavis inderent, vel ſuperponerent dentibus, ſolebant eos cera vel emplaſtica maſſa alia munire & oblinere, ne medicamentū diffluens gingivas fauces linguamve contingeret, vel deglutiretur.

Digitized by Google

tur. *Diosc. l. 4. c. 165.* lac tithymali denti cavo inclusurum jubet *κηρῷ ἐπιπλάττειν τῆς ὀδόντας. Val. de Tar. l. 2. c. 72: Auripigmentum confert dolori dentium; nec ei invenitur par: intelligitur quod mittatur in capsula alicujus emplastri vel ceræ & suprà dentem ponatur.* Ibid. *Radix jusquiami decocta sub cineribus & pistata in casula super dentem ponatur. Bernh. Gordonius: Lac tithymali cum farina misceatur & fiat casula utenti: quasi sine dolore facit eum cadere.* Hinc intelligi potest quid velit noster cum l. 1. c. 17. ad dolorem dentium mitigandum & laxos confirmandos semen hyoscyami, pyrethrum, euphorbium & hederam cum lacte celsi conficere, & *in gyrum casulam facere* jubet, & quid alii, *cupulam suprà dentem dolentem facere* adpellent. *Lac celsi* est *ὀπὸς* seu succus lactescens mori seu rubi quam *celsum* vocant ideò quia arborescit. Hujus enim radicem aceto percoctam, siccatam, tritamque si denti carioso imponatur eum evellere insensibiliter scribit *Joh. Anglicus: Diosc. l. 1. c. 143.* & *Aet. tetr. 2. s. 4. c. 34.* corticis radicis ejus foliorumq; decoctum in collutionibus; itemq; ipsum succum in dolore dentium efficacem esse. *Folia celsi, i. e. rubi: Silvat. c. 272:* & noster l. 2. de febr. c. 5: *celsa, id est mora.* *Dentem, qui non commovetur non debere moveri, nedum evelli* sancivit antiquitas; quod ob extractionem violentam dentis quosdam obiisse Herophilus & Heraclides Tarentinus commemorent; & propterea in templo Apollinis Delphis instrumentum dentiducum plumbeum consecratum fuisse tradiderit Erasistratus; ut est apud *Cæl. Aurelian. l. 2. tard. affect. c. 4.* quo anathemate significarint, non nisi vacillantem, & qui vel plumbeam odontagram sequeretur eximi debere. *Gariopontus* malè hanc narrationē percepit, pejùs elocutus est & pessima additione inquinavit c. 17: *Apud Delphos insulam molaris dens tantùm dolens ab imperito medio avulsus causa fuit mortis philosophi, quia medulla dentium à cerebro principatum habens, dum crepuit, in pulmonem descendens occidit philosophum*: cujus ῥήσεως tot pænè culpæ sunt, quot verba; patescunt eæ plus satis, etiam sine indice. Ultima de medulla dentium, & à cerebro, & crepante, & in pulmones descendente hominem hunc inter Φιλοσοφίδια paulò crassiuscula censeri debere clamitant; à cauponibus enim ea & in triviis sublegisse videtur. Cap. XV. quod est de dolore capitis, cum

pro

pro quavis ejus cauſa, frigore, vapore, conſenſu ex inferioribus, indigeſtione, & ebrietate, peculiarem curationem inſtituiſſet, & rem ſic abſolviſſet, additur in edit. Baſileenſi: *Quos tuſſicula exagitat, ſudor ſollicitat, macies & tenuitas indies corporis vires limando* (ita l. pro *eliminando.*) *conſumunt, his curam plus impendo in virium reparatione*: & quæ ſequuntur usque ad calcem capitis. Ea verò huc nihil faciunt; ſunt autem verba *Theodori Priſc.* ex ejus l. 2. cap. 24. quod eſt de ſyntexi & atrophia, deſumta, ſed variè interpolata. *Theodorus* planiſſimè: *Juvantur locorum vel aëris mutationibus: & his utilius loca peregrinationis indicimus.* Noſter perverſè: *aliquando mutatio locorum juvat. Utiliùs loca peregrinationis indicantur.* Iterùm *Theodorus*: *Adhibeo dropaces & cætera, quæ cyclo conveniunt, partibus præcordiorum & capiti. Viribus verò jam proficientibus, aquis naturalibus uti plus conveniet.* Ea ſic mangonizavit Gariopontus: *Adhibeo dropaces, & cætera, quæ his conſueta ſunt. Partibus præcordiorum & capitis viribus reparatis aquis naturalibus uti plus convenit*: quanquam quia ſine ſensû ſunt, quod una diſtinctio inconveniens fecit, à turbonibus librariis ita manaſſe ſit credibilius. Editoris, qui iſta alieniſſimo loco reperit, nec deprehendit tamen falſum, ſimplicitatem & incogitantiam tenemus: quomodo è *Theodori* codicibus in *Garioponti* collectanea fragmentum hoc irrepſerit aſſequi non poſſumus. Simile libro 3. admiſſum eſt; Caput 42. inſcriptum *de renum doloribus*, quod eſt caput 33. l. 2. *Theodori*, ſequitur 43. cum titulo, *de eiſdem & cura*. Atqui caput hoc canones quoſdam continet curandis arthriticis podagricis & iſchiadicis communes; nimirũ interdum dolores ſedari calidis & reſolventibus; nonnunquam etiam frigida utiliter adhiberi: Capiti inprimis & ventriculo proſpici oportere; convenire vomitus, locorum mutationes, exercitia & fricamenta: quæ omnia iiſdem verbis tradidit *Theodorus* cap. 34. loco nim. proprio, *de arthriticis, podagricis, iſchiaticis*. Ejecto igitur capite iſto 43. uſque ad lemma, *de eadem*, (pertinebit autem ad l. 4. caput 1. quod eſt *de ſciatica.*) reliqua cum antecedentibus capitis 42. rectè cohærebunt; quippe etiam in ipſo *Theodoro* c. 33. hoc modo continua ſunt. Iſta trajectio ab homine planè indoctô eſt; qui ſi vel minimum horum intellexiſſet, præcepta curandorum dolorum arthriticorum

cum

cum historia dolorum renalium, à quibus multis modis discrepant isti, non combinasset. Excerptorum ipsorum, quæ autorem *Gariopontum* habēt, rationes tum patescent, cum hunc ad *Priscianum* exigemus. *Oleum graminale*, ita dicitur à colore herbeo, herbido, herbaceo, i. e. viridi, seu herbæ segetis læte virentis quem χλοώδη ποώδες vocant Græci. Cap. XV; *Olei graminalis infusio capiti* dolenti ex vapore *adhibenda est;* mox; *oleum roseum adhibemus, cujus si copia defuerit animalis* (lege, *graminalis*) *prædicti quatuor partes huic roseo junge*. Intelligit autem id quod ex oleæ recentissima bacca cum varia est & nigrescere incipit, initio m. Decembris commolita exprimitur; tum enim virore jucundissimo delectat & dulcedine: prius est maturo; posterius omphacino seu acerbo, quod ex alba oliva immatura æstate vi præli defluit: *Colum. l. 11. c. 3: 12. c. 50.* & obscurius est ob partes terreas plurimas; viror ab aqueis & humido crasso in olea. Iterùm l. 6. cap. 9: *Oleum viride aut dulce recens*: l. 1. cap. 2: *Oleum roseum vel irinum, vel viride*: *& l. 7. c. 1. oleum viride recens. Plinius*, à quo istam differentiam l. 12. c. 27. accepimus, l. 23. c. 4: *Omphacinum utilissimum; tum viride*. Hinc *Theodoro Prisciano* mendam extergere possumus l. 1. c. 21. item cum c. 3. *nuces virides immaturas in oleo gremiali infundere* jubet cum aluminis parte tertia ad sistendos defluos capillos: Scribimus, *graminali*; & hac voce uti voluisse conjicimus, ne *viride* in eadem linea repeteret, *nuces virides in oleo viridi*. Medicamentum invenit Heras Cappadox, autor Νάρθηκος, ita librum suum de compositione pharmacorum inscripserat; & est apud *Gal l. 1. de comp. med. s. l. c. 2. n. 2.* ad cujus confectionē Interpres Latinus Galeni *oleum primarium* requirit, quod non intelligimus. Ἀνθηρὸν, Ἀνθηρά, compositio quædam medicinalis est, ad putredines & crustas oris, gingivas cruentas depastasque: columnellæ quoque & tonsillarum vitia, & quassatos dentes: *Diosc. l. 1. c. 131*, αὐλίσκοι ἀνθηραί. Descriptionem unius è *Sorano* habet *Gal. l. 6. de comp. m. s. l. c. 2. n. 4.* & *Aet. t. 2. s. 4. c. 22.* aliam ex *Oribasio*: *Celsus l. 6. c. 11.* ad oris ulcera plures. Putredini in ossibus dentium *Gariop.* l. 1. c. 17. *antheram confectionem* opponit: *Celsus l. 6. c. 18.* colis ulceribus adjecto melle. Non tamen negandum erat, quod facit *Matthiol. ad Diosc. l. 1. c. 113.* partem

quan-

Digitized by Google

quandam in rosis *antheram* vocari: Est enim anthera semen croceum rosarum tenuissimis capillis ex umbilico earum surgentibus instar capitelli præfixum: *Silvat. c. 46. Alex. Bened. l. 8. Pract. c. 6.* adpellat *crocinum rosarum*, eoque uvam residentem comprimit. *Gariop. l. 1. c. 19. Quod si uva jacuerit de anthera pulvere eam levato*; l. 2. c. 4: *uvam desiccent ex antheræ pulvere*: l. 5. c. 5. ad tubera ulceraque elephanticorum, *pulvere antheræ cum melle mixto* utitur; & l. de dynam. c. 192. confectioni siccæ ad arctandas naturas muliebres unà cum aliis stypticis & constringulis ammiscet *antheræ pulveris uncias quinque*: nisi per *pulverem antheræ*, compositum ἀνθηρὰ ξηρὰ dictum; i.e. *arida anthera*, his locis intelligendum est. Quicquid sit de *Gariop.* testimoniis, *antheram* istô sensu dixêre posteriores non temerè, sed imitatione antiquissimorum; hi enim τὸ ἐν μέσοις τοῖς ῥόδοις εὑρισκόμενον ἄνθος nominarunt, *Diosc. l. 1. c. 131.* quod nos suprà secundum alios *semen*: & ista consuetudo loquendi, præsertim rationabilis & adminiculata adeò si vel maximè vulgus introduxisset barbarorum, legem facit, ut meritò reprehendi nequeant, quibus *antheram* rosarum medium nuncupare placuit. Eod. l. 1. c. 7. est, *Item anagallis quæ habet roseum succum cum melle mista naribus injecta epilepticis & alienis mentibus salutem restituet.* Neutra anagallis roseum succum fundere comperta est; ne punicea quidem; multò minus cærulea. Quare de ea quæ flore rubro est, quam marem vocant, ceperim, & *succum* mutarim in *florem*. Ἀνθερεὼν ea faciei pars quæ sub mento est, & linguæ gutturique prætenditur dicitur, ἀπὸ τοῦ θρὶξ ἀνθεῖν; quòd ex ea barba pullulet. Noster l. 1. c. 23. de cynanchicis: *His qui constrictura laborant cataplasma imponis in anthereon, aut in cervice.* Lege, *in antherecone.* Sic l. sintom. c. 7: de lingua aspera & sicca: *Oportet eos collutione oris uti aut apponentes in mento vel ante mentum*, quod Græcè antereon vocatur, *lanas molles intinctas in oleo calido dulci.* Ibid. *ipsum antereon diamoron medicamento tangito.* Eod. Cap. *Melotida lana ligata, ut solemus auriculæ facere, fauces tegantur.* Tastâ seu specillô oriculario lana involuto sordes aurium exhaurire, & quicquid in eas incidisset extrahere solebant; c. 16. *de melotida ab auribus sordes extergantur*: nim. si in aure vertatur spathomela, cujus extremum flo-

Digitized by Google

cello lanæ obvolutum est, apprehenduntur & protrahuntur quæ præter naturam insunt, si præsertim glutine quodam lana permaduit. Idem fieri in faucibus h. l. præcipit, ad exorbendos earum isthmũ conviscantes mucores & lentitias; legendum a. *terguntur*. *Melotida*, ut *libanotida*, l. 3. c. 39: *hypoquistida*, l. 3. c. 71: *hæmorrhoida*, l. 2. cap. 19: *colocynthida*, l. 1. c. 12: 3. c. 23: μηλωὶς est: qua de l. 2. p. 191: l. 3. c. 4. p. 395. satis. *Tussim solutam*, l. 2. c. 1. & c. 4. *solutam cum phlegmate* vocat eam quæ pituitam citat, ut loquitur *Celsus l. 4. c. 4.* alias humida: opponit enim siccæ, in qua nihil sputaminum, pituitarum, sanierum excernitur. Cap. III. sanguinem undecunque rejicientibus *dentur*, inquit, *ex lemnia frigida, aut trochisci diacoralli, aut diaelectri & alia antidota*: Corruptela manifestissima est; cogitemus de emendatione. Poteramus ita: *dentur ex frigida Lemnia, trochisci diacoralli*, i. e. in aqua frigida exhibeatur terra sigillata. Frequentissimè adjectiva *frigida, recens, tepida, calida*, de aquæ conditionibus, substantivantur. Noster l. 1. c. 19: *Tepidā bibere dabis*. C. 23: *cum calida mixta gargarizent*. Lib. 2. c. 6. & l. 3. c. 35: *à recente se abstineāt*. L. 2. c. 63: *Potus frigidæ recentis*. L. 1. de febr. c. 23: *recētē damus non satis frigidā*. Ita *nivatæ* ap. *Theod l. 2. c. 12.* i. e. aqua injecta nive vel glaciei crustis frigidior reddita. Sed cum hac periodo antidota seu medicamenta composita ad sanguinis rejectiones recenseat; simplicia a. in antecedentibus commemoraverit; inter illa simplex aliquod & denuò nominare voluisse non est verosimile: scripsit igitur, ut conjicimus: *Dentur ex Lemnia fragide trochisci, aut diacoralli, aut diaelectri*. Terram Lemniam ab impressa pastillis ejus effigie capræ σφραγῖδα αἰγὸς, & sigillum Lemnium adpellarunt; *Diosc. l. 5. c. 113. Plinius: Aet. tetr. 1. s. 2. c. 4.* Latino-barbari lutum sigillatum, & *Lemniam fragidem*: *Silvat. c. 193.* Ab ea denominavit *Eben Mesue* compositionem quandam suam in trochiscis, quos descripsit *Antidotarii summa prima, dist. 8.* mirabiles cuilibet fluxui sanguinis ob crepantem venam, & ultimos in sputo sanguinis ad digestionem ejus ut loquitur *Val. de Tar. l. 2. c. 6.* similes trochiscis stellæ dictis, ab Andromacho è terra stella quam *ochram asteriacam* vocat *Celsus l. 5. c. 14.* & constrictivorum aliorum miscella paratis apud *Avic. l. 5. summa 1. tr. 9.* Ex hac ipsa mentione trochiscorum de ter-

de terra sigillata, quos primùm invenit *Mesuéus*, ætatem *Garioponti*, de quo suprà adstruximus post annum 1200. vixisse, discimus præterea. Trochiscorum διὰ κοραλλίου variæ descriptiones circumferuntur; est una Galeni; alia Nicolai: aliam *Aetius* suo tempore celebrem *tetr. 4. s. 2. c. 63:* aliam *Paulus l. 7. c. 12.* annotavit. Trochiscos διὰ ἠλέκτρου, è succino aliter pararunt veteres apud *Aetium* & *Paulũ*, aliter *Mesues* qui vocat pastillos de Karabe. Duplici huic trochiscorum generi *Gariopontus* tertium junxit itidem compositum, *de Lemnia fragide* potiùs, quàm Lemniam terram ex frigida, uti volebamus. Ceræ coloratio, ut alba, nigra, rubra fieret è fulva apud veteres quæstus fuit. De albedine summè laborarunt, ut haberent quàm candidissimam; excelluêre hoc artificio Pœni. Unde *Punicam ceram* medicis utilissimam *Plin. l. 21. c. 14.* prodidit. Hanc *Garip. l. 2. c. 6.* in epithema pro empyicis: & *Theodorus l. 3. c. 5.* in pessum contrà conclusiones uteri recipiunt: uterq; tamen locis aliis in ea corrupti. Hic l. 2. c. 28. ad emplastri splenetici confecturam *ceram pityinam*: ille l. 3. c. 24. in unguentum pro colicis *ceram puniceam* adsumens: ubi *Punicam* reponendam esse separatim sibi quilibet nunc hoc novit. *Pituina* autem resinæ epitheton est apud *Theod.* Diætâ cap. 12. ἀπὸ πίτυος, à *pinu*. Ibid. in formula conditi contrà tormina: *Recipe piperis albi, picis Indicæ, pyrethri*: lege, *spicæ Indicæ*. Picem enim ex India adquirere quid opus erat, cum Bruttii Calabri è Sila adfatim ejus suppeditarent? *Theod. l. d. Brutianam; Gariop.* l. 3. c. 22. *Briciam* adhibet: h. e. *Plinio* toties commendatam *Brutiam*. *Æruginis Campanæ* in eodem epithemate mentio facit ut locum inquinatissimum in *Theodori l. 1. c. 12.* purgare valeamus. Ad resolvendos in palpebris hordeolos conficit collyrium, & præter cætera admiscet *erungium Campanum*: nos *æruginem Campanam* cujus parandæ modus docetur l. *de dynam.* malumus. Hæc enim extenuat, discutit, absumit & resolvit quasvis concretiones & additiones spissas, maximè genarum crassities, *Diosc. l. 5. c. 92.* & propter eandem vim clavis & verrucis succo tithymali exceptam imponunt, & emendandis albuginibus, fistulisque erodendis. Veteres Rhodiam & Cypriam solùm novêre: *Campana igitur* posteriorum inventum est. De eryngio planta aculeata

 ad hos

ad hos usus testis nemo. *Suffugium* c. 13. est suffocatio: *accessio suffugii* est paroxysmus anhelationis difficilis minantis strangulatum: nisi *suffocium est*, ut *focale*, à faucibus. Ib. *Dyspnœa suffugiū nominatur semper interius ad se trahens anhelitum.* *Psidia* l. 2. c. 47, 48: *Psidia* l. 3. cap. 18. sunt cortices granatorum, qui novâ notione etiam *grossi* nostro lib. 3. cap. 16: *Galeno* λέμματα. Val. de Tar. lib. 2. cap. 72: *styptica frigida sunt psidia, balaustia, cortex & folia & fructus nespuli*: & cap. 74: *res stypticæ psidia, balaustia, alumen arsum, alumen de pluma. Bernh. Gord. in descr.* pulveris ad malas humiditates oris & fistulam: *psidie, balaustie, gallarum, cupularum glandium.* Græcis σίδια, mali coria, putamina: σίδη, arbor ipsa; item malum; hinc simplice in duplicem commutata *psidia*: ita σάγδας, ψάγδας; σίττα, ψίττα: Salernum, Psalernum; *Ordericus Vit. l. 7. hist. Eccl. Medici Psalerniæ, quorum fama per orbem admodum divulgata est excellentia medicinalis peritiæ*: ubi *scholam medicorum Edomæorum*, h. e. Christianorum, & Imperio Romano subjectorum sua ætate circa a. 1170. illustrem visitavit *Benj. Tudelensis Itin. p. 16.* Interpres Latinus Kyranidon p. 27. edit. Lips. *psidias rhoas* dixit quæ in Græco erant σίδια ῥοᾶς: eas in Φλοιώδεις ῥοὰς temerè mutavit *Rhyakinus* cum semi-barbarorum istam duplicandi literas consuetudinem ignoraret, quam & tenuisse Græculos in vocabulis, quæ ex alienis linguis transsumerent, palàm est. Isti viro cum in Græcis aliquid posse ostentare vellet, αἱ ἐλπίδες ὑπὲρ ἔρρεον καὶ, τὸ τῆς παροιμίας, ἐπὶ τὰ Μανδραβόλου ἐχώρουν: Prodidit enim nec Græcis veteribus, nec Latino-barbaris medicis operam dedisse, quàm commentaturo bonos autores opus fuit. Quid enim ad scriptorem Latino-barbarum notabit, qui genium ejus linguæ non noverit familiariter; cui rei tantùm crebra lectione taliū adsuescimus? quid in censendis compositorum pharmacorum descriptionibus, imò in simplicium historiâ præstabit egregii, qui in silva medicamentaria non fuerit diu versatus & quarumvis ætatum ac regionum nomenclaturas addidicerit? In iisdem Kyranisi p. 9. ad lientericorum, & dysentericorum ventres stringendos, & ad ossa manuum fracta consolidanda apozema extat tale: *Vini albi cotylas tres cum cymis herbæ* bryoniæ *X L. & ruboso de spicu, i. e. galla coriariorum,*

Digitized by Google

riorum, unciis tribus decoque dum cotyla una fiat. Nihil obſcuri hîc eſt, niſi adpellatio, quâ galla coriariorum denominatur, corrupta à notariis; ſed quam facilè emendabit, qui *rhun Syriacum* vocari novit fructum è rubro nigricantem rhois, ſeu fruticis cujus foliis & ramis ac inſpiſſandas firmandasque pelles utuntur alutarii: Ejus ſemen obſoniis pro ſale aſpergebant: præſtantius apud Syros: *Dioſc. l. 1. c. 148: Plin. l. 24. c. 11: Galen. l. 8. de ſimpl. med. fac.* Latino-Barbari, è *Celsô* tamen, *rorem Syriacum* vocarunt; & variè pronunciarunt: *ruſeritru: ruſeritro: ruſeritrias*, ut eſt ap. *Silvat. c. 609.* Harum nomenclaturarum primâ interpres Kyranidôn h. l. uſus eſt, quæ ab editâ lectione abeſt quàm minimum: vel ſcripſit tamen Latinius, *rhun de Syria.* Hinc *Rhjakini* confidentiam æſtimare licet qui cum de rhoe iſtâ & fructu ejus nihil dum percepiſſet, modò *rubosum de quercu* vel *κηκίδι* ſubſtituit, cum tamen tuber illud quercinum neque rubrum ſit, neque coriariorum nominetur, etſi fullonibus & coriariis expetatur: modò *rubeum uvoſum fructum*, vitis albæ ſeu bryoniæ; cum tamen hôc coria depilentur, quòd ſit facultatis acris extergentisque, non auſteræ adſtrictoriæ & ſiccantis, quæ in iſtâ decoctione ad fluxus ventrales primariò requiritur, & eſt in rhöe βυρσοδεψικῇ notabilis. *Libanomanna* πληθυντικῶς l. 2. c. 63. vocat pollinem ſeu mannam turis, quæ *Nonno* l. d. *c. 128.* μάννη λιβάνου eſt; ἑνικῶς autem l. 3. c. 35. *mannilibanum.* Non ſufficiebat Barbaris genera Nominum & flexiones mutare; etiam in vocabulis compoſitis Græcis ſimplicia pro lubitu convertêre. *Panis Afer. id eſt, ſine ſurfure ſiccus* l. 3. c. 16. eſt quem *Theod. l. 2. c. 31. mundum, ſiccum. Cyprium, aut Alexandrinum, aut Africanum adpellat.* De prodigioſa fertilitate Africæ, Libyæ, & Ægypti præter hiſtoricos, qui plurimi ſunt & probati omnes, loqvuntur in antiquitate multa. Ægyptus *publicum orbis horreum* dicebatur: Σιτηγωγία inde Romam & Conſtantinopolin quotannis quinquies facta; felix embola, ſub cura Præfecti Auguſtalis Ægypti, & Præfecti annonæ Africæ: hinc commeatus & ſtolus Alexandrinus, & *οἱ ναύκληροι τοῦ πορευτικοῦ Ἀλεξανδρίνου στόλου*, in *Inſcript. Rom. Grut. 4. ſ. 114.* hinc Claſſis Africana Commodiana Herculea: hinc horrea Alexandrina in regione IX. Conſtantinopoleos; item Romæ plurima,

Sejana, Pupiana, Galbiana, ἀποθῆκαι φορείων Αἰγυπτίων καὶ Ἀραβίων *Xiphilino*; eorumque Magistri, Curatores, Comites: hinc provinciæ annonariæ sive frumentariæ Populi Romani, Ægyptus, Africa, Sicilia, Sardinia, Illyricum: cadente Imperio, Hispania, Galliaque: & ex iis canon frumentarius: quæ singula de frumentô & panificio Africano & Alexandrino satis superque significiunt. Panes autem inde petitos medicos Græcos Latinosque vetustos, cum adhuc obtinerent istæ frumentationes publicæ, commendasse intelligendum est: posteriores, cum exolevissent tempore, & Africa simul cum Ægypto sive ob incolarum raritatem, sive ignaviam, sive ob alias causas infertilitate laborare cepisset, non potuêre: imò panis Alexandrini Africanive nullam habuêre notitiam. *Theodorus* igitur Theodosianis temporibus, quibus Ægyptus Rom. Imp. suberat adhuc, exoticos istos benè novit: *Gariopontus* longè recentior cum à *Theodoro* nominatum reperisset *panem Africanum*, & ipse ridiculè inutiliterque *Aphrum*, qui tum non amplius erat, manducandum præscribit dysentericis; & cum exegesin adjiciat, *id est, sine furfure siccus*, vel vid[illegible] potest τὸ *aphrum* pro adpellativo nomine posuisse, vel rem desitam suo tempore & ἀπεργαστόρισον tanquam præsentem, quod Poetarum & mimorum est, introduxit, etiam stultior illo medico qui hydropico Venetiis decumbenti lactis camelini mox cum mulctum est, ex Asiæ interim pascuis adferendi scilicet, usum imperavit. Unica collatio istarum duarum *Theodori* & *Garioponti* ῥήσεων monstrat, quanta temeritate & incogitātia hic excerpta fecerit ex illô: illius simplex, aperta, rotunda; hujus perplexa, inepta, abundans: Si enim panem *mundum siccum* cum *Theodorô* dicere voluit, quid opus erat addere *Aphrum*, qui tum non erat amplius? *Trochisci diasisalidos*, cap. 53 in exulceratione vesicæ potandi, sunt quos *de alkekengi*, *de halicatabo*, de vesicaria vocant: qui diversi à *Paulô*, *Rhase*, *Mesue*, *Avicenna* describuntur: Lege autem *diafisalidos*, διὰ φυσαλίδων; φυσαλὶς, *Diosc. l. 4. c. 72. fisalita* Latino-barbaris *vesitago*. *Perigomata* cap. 55. in natura muliebri sunt rimam pudoris utrinque ambientia carnosa corpora, Græcis πτερυγώματα, quòd velut alæ truncum aviculæ, ita hæc corpora cunnum integant. Lib. 4. c. 11. de scia-

de sciatica; *Hanc Græci sciasin vocant, id est, coxam attestante formidabili corpore cum gravedine atq; difficultate motus.* Lege, *sciesin*, & *coxariam*. Sciesis, abjecto jota capitali, quod erat ischiesis, ischiasis, ἀπὸ ἰσχίου, ab osse coxendicis: eadem consuetudine κολοβάσεως dixère *scia* & *sciatica*, *scurria* & *suria* pro *ischuria*, *scara* pro *eschara*, i. e. crusta, *tigmatia* pro *ptygmatia*, i. e. linteola, *phialtes* pro *ephialtes*, *Gariop.* l. 5. c. 17. Cap. 6. *alassantum* est flos salis, ἁλὸς ἄνθος. *Amolentum* vocarunt simplicium pro ceroto decoctionem in oleo factam tamdiu, donec magma manus non inquinaret; ἀπὸ τοῦ μολύνειν, quod est *conspurcare*: Noster ib. *Lithargyrium oleo coquitur donec amolentum fiat & sic misceatur pulvis metallorū.* *Cato* id oleris genus est, quod usitatiore nomine atriplicem, ἀτράφαξιν Græci, dixerunt. *Gariop. l. 3. c. 18: Ab oleribus, id est, bleta, malva, catone abstinebis eos*: l. 2. de febr. c. 5: *dare debes catones, i. e. atriplices, bletas, aut malvas, vel lactucas*: Desumsère ab Arabibus, qui atriplicem *cataf* nominant; *Avic. 2. Can. c. 177.* Novam Verbi *veterascere* notionem observare licet in hisce *Garioponti* l. 5. c. 19. de apoplecticis: *Plerunq; veterascunt & veluti amentes sunt.* Significat autem hebetudinem mentis & fatuitatem: Græcè diceremus ἀρχαΐζειν. Est enim ἀρχαῖος, item παλαιός, delirus, stupitus. *Suid.* ἀρχαίως, ἠλιθίως, εὐήθως. *Arist. Pluto,* ἀρχαῖον καὶ σαπρὸν, antiquum & putidum; ferè enim fit ut quæ veterascunt priorem gratiam & firmitatem perdant vitiumque faciant. *Vomica* pro vomitu pariter novè dicitur: Noster *l. 2. de febr. c. 2, 5, 7: c. 8: Vomica jejunis & post cibum est provocanda*: l. 1. de febr. c. 10: *Vomicæ impetus*: *l. de sintom. cap. 17 stomachi delaxatio vomica solet facere nimietatem. Constant. l. de stom. adfect. c. 37: Si vomica sanguinis fuerit.* Et mutato genere noster l. 5. c. 21: *Quibus etiam vomica promovenda sunt.* *Cubiones* l. 5. c. 12. inter pisces aspratiles recensiti sunt gobiones, gobii, κωβιοί. Cum *ad solem candidum* l. 5. c. 25. gargarizare jubet paralyticos, & c. 1. *sales candidos* nominat, eum fervidum & ardentem, hos calentes, *Theod.* l. 2. c. 28. *igneos*, intelligere oportet; & notā coloris externi in qualitatis convertere. *Radices debracteos* l. 5. c. 27. exponendæ sunt *brathyos*; βράθυς, *Diosc. l. 1. c. 105.* brathys, quæ & bractys, herba Sabina. *Pendiginem*

nem vocat l. 5. c. 43. ſinum in ulcere; Græcè κόλπος. *Pendiginem vel colpum ipſum purges de mulſa.* Hinc σφέλμα *Silvat. c. 176.* corrigi poteſt: *Colpus, i. e. empetigo.* Oliſcus eſt αὐλίσκος, fiſtula, ſyrinx, canalis infuſioni perficiendæ accommodatus: *De modico melle lavabis per oliſcum tenuē ſive æreum ſive oſſeum veſicæ aptum* (l. aptatum) *porcinæ.* Ib. *Primo lixivio dilui per oliſcon fiſtulam.* *Pedaſinam* herbam, quam l. 5. cap. ult. unguento ad paralyſin imponit, nuſquam me legere memini: vocabulum tamen ſatis feliciter compoſitum à peditu & aſino, in cognitionem ejus me deducit; quippe ſuſpicor eſſe eam, quam Græci ὀνόπορδον vocarunt, è carduorum generibus unum; quem ſi comederint aſini crepitus reddere obſervarunt, *Plin. l. 27. c. 12.* Idem unguentum *l. de dynam.* c. 28. deſcribit; ſed pro pedaſina, *herbam fœtidam* nominat: quam locutionem laxam nimis hinc diſcimus reſtringere. Ibidem librarius, quod modò *barbam Jovis* audiviſſet, quam cytiſi ſpeciem faciunt, *barbam Sylvani* obtrudit nobis: ſed ea *ſilvana* eſt: ita *l. de dynam.* c. 29. & 253. aliàs centumnervia, plantaginis ſpecies, artubus reſolutis utilis. Quod cardiacis in acceſſione *plantas gibberoſas fieri* dicit; l. 1. de febr. c. 23. id à vulgò accepit; is animo liquentibus videri ait antequam concidant, pedes in globum contrahi, qui faciat ut conſiſtere ultrà nequeant; iſte convolutionis in plantis pedum ſenſus ab adfecto nervoſo & muſculoſo genere eſt, per quod non influit ſpiritus & calor, quippe verſus principium in lipothymiis recurrens. *Malli* & *Mallones* in re olitoriâ ſunt faſciculi: *mallones cauliculorum*, *Gariop. l. d.* mallones ceparum, fuſtes earum teneri virentesque in nodum collecti. Depravata enim ſcriptura eſt, *malleorum cauliculorum.* *Opium meconis* l. ſint. c. 9. eſt ſuccus è papaveris capitibus vulneratis manans, μηκώνιον. *Inion* c. 14. prora ſeu poſtica capitis pars eſt; *Gal. l. 2. de comp. ſ. l. c. 1:* os ejus, τὸ κατ' ἰνίον, *Gal. l. de oſſ.* ἀπὸ τῶν ἰνῶν, quòd multis ad eam delatis tendinibus fibroſa ſit & nervoſa. *Aſſellare*, l. 1. c. 12. à ſella familiarica formatum, honeſtum de re fæda verbum, ſimile Græcis ἀποπατεῖν, ἀφοδεύειν, *ſecedere.* L. 3. c. 17: *ſqvibala cum ſanguine aſſellant*, de dyſentericis: cap. 13: *cum dolore ventris aſſellant.* Idem *ventrem facere* dixit l. 2, c. 6: l. 3. c. 17:

& *ſa-*

& facere urinam c.39,40,45,51.59: *Squibalas, urinam, ventositatẽ facere,* l.3.c.25. *Subitare*, i.e. subitò invadere: l.1.c.7. de epilepsia: *subitat eos hæc paßio aut in balneo, aut in theatro, aut in foro, aut in itinere.* *Subglutire* est quod Latinis *singultire*, l.2.c.61: l.3.c.13,27: actus ipse *singultatio*, l.1. de febr. c.15. *Partim*, i.e. per vices, partitis vicibus: *prol. l. sint.* & c.17: *non debemus de semel evacuare sed partim & temperatè.* *Bullire* l.3.c.43. dicit suem fœminam cum surit, veremque adpetit: *Virginis, id est, incipientis bullire porcellæ vesica*: id Græcis θυᾶν, quasi ὑᾶν: Aristoteli καπρίζειν, cum admisit & subinde repetit: συβᾶν, σuᾶν, *subare*, obscœna. *Jactare* pro ejicere, deturbare, l.2. c.62: *quando sanguinem jactant*: l.3.c.43: lapides frangit & jactat: c.67: *jactat semẽ.* *Putrire* pro putrescere; *l. sint.* c.ult. *nam mox putriet nervus si aqua tangatur*: l.5.c.39. *loca putriẽtia.* *Pastillescere* est in talem massam, è qua pastilli formari posint, coire: l.3. c.24: *simul omnia mixta tamdiu malaxa, donec pastillescant.* Id l.3.c.2. dixit, *manibus tamdiu malaxa, donec durescat.* Actio ipsa *pastillare*; lib. *de dynam.* cap. 93: *squamam ferri tere, misce cum melle & pastillato.* Irregulare & est inusitatum *purum*, quod Latinè *pus* dicitur: l.3 c.51. *Qui vesicæ patiuntur molestias sanguinem mejunt, aliqui purum.* Archaismus similis isti cũ *ossum* dixêre, quod *os, oßis*; & *vasum* Theod. *l.3.c.5.* quod *vas* Latini. Ibid. *paregoria* ponitur pro remißione & solutione dolorum. De calculosis: *naturam sibi manibus confricant & lapides reddit intus, & tunc urinam faciunt & paragoriam patiuntur.* Lege, lapis redit intus: h. e. retrocedit ex urethra in vesicam. *Sentex, sentix & sentis* æquivocum est ad omnes spinosas & ruborum genera: tum eryngen, aculeatarum inprimis claram plantam significat; *candidam ex iis nostri centum capita vocant, Plin. l.22.c.7.* Noster barbarè, *ramos sentisis centum capitis.* Φλόμος, *Gariop. l.3.c.61. phlosmos*, inter diureticas nominata, est verbascum; aliis tapsus barbatus; *Kirano p. 46. florinus*: ubi mendam in manuscripto vel invenit editor nuperus & tollere debuit, vel intulit ipse; rectum autem est, *flommus. Silvat. cap. 271: Flommos, vel flosmus Græcè; Lat. tapsus barbatus.* Quod c.4. p.410. de significatione τȣ̃ *insanum* contrà *Barthium* docuimus, esse nim. *Garioponto insanum* idem quod *inferius*, ejus interpretationis rationem his præ-

 tereà

tereà exemplis reddimus. Lib. 3. c. 68. in cura ſatyriaſeôs jubet ut *inſanæ partes fricentur & mediocriter exercitentur:* nim, quia in ſatyriaſi vel potiùs priaſmo multa veretri tenſio eſt cum dolore, fervore, pruritu, ſi partibus inferioribus femoribus & cruribus frictiones moderatæ adhibeantur, fieri materiæ ab adfecta parte derivationem & ventoſitatis groſſæ diſcuſſionem poſſe putavit: cui ſententiæ contradicunt medici Practici alii & membra ſuperiora fricari exercerique, *πρὸς τὴν τῶν πνευμάτων διαφόρησιν*, *Nonn. c. 194:* contrà inferiora quieſcere in genitalium præter naturam invita diſtenſione volunt, *Val. de Tar. l. 6. c. 3.* ne major fiat adfluxus; ob quam cauſam etiam à ſolutione ventris abſtinere ſuadent, *Gal. l. 6. de loc. adf. c. 9: Paulus l. 3. c. 57: Avic. l. 3. fen 20. tr. 1. c. 39.* quia *timetur quod ventris ſolutio deſcendere faciat materias deſuper.* Ipſe verò eam à *Theodorô* accepit. Hic n. l. 2. c. 11. de Satyriaſi; *tunc*, inquit, *inſanis partibus duras ſuperaddimus fricationes manuum vel ſabanorum paulò aſperiorum.* Ita enim emendamus τὸ *ipſis partibus*; quod ipſa morbi natura, quo diſtenditur dolet fervetque colis, refutat; quippe virga erecta, inflata, palpitans, fervens dolensque non ſuſtinebit frictiones, præſertim linteis aſperioribus factas. Secundum *Theodorum* igitur exponendus eſt *Gariopontus h. l.* id eſt, de infernarum partium frictione; & ſi tempora morbi cauſæque diſtinguantur, alteros illos, quos frictiones inferiorum improbare dicebamus, non habet adverſantes ſibi. Alterum in hanc rem exemplum extat cap. 70. quod eſt de apoximero, h. e. de ignaviâ & inoperatione partium genitalium: *Exercitari ergò debent & fricentur inſana parte inguinum & lumborum ex pipere, nitro, euphorbio.* In editis libris malè dejunctæ ſunt voces *in ſana*, & evertunt ſenſum; quia n. pudenda in impotentiâ virili adfecta ſunt, & propterea accuſantur ceu ignava, torpida, & frigida; quomodo *ſanæ* poſſunt dici *partes inguinum?* Jubet igitur malè calceatos fricari *parte inſana*, i. e. inferioribus locis: *Theodorus* l. d. ita eloquitur: *Convenit uti fricationibus quam maximè locorum inferiorum, inguinum & femorum, unguentis calidioribus & mordentibus nitri, vel piperis, vel euphorbii:* & comprobat de partium infernarum exercitio, inguinumque & femorum perfricatione *Aetius tetr. 3. ſ. 3. c. 35.* Tertium *l. 2. de febr. c. 4.* tale eſt;

Digitized by Google

eſt; *Phlebotomandi ſunt in venâ brachii dextri, quæ eſt inſana* (ita leg pro *joſana*, quod eſt in excuſis) *quæ ad hepar pertinet.* In brachiis duo venæ axillaris inſignes rami excurrunt: unus ſuperior, externus quem *cephalicam*, & humerariam, alter inferior, internus, quem baſilicam & hepaticam, vulgus etiam noſtrate pulmonicam adpellant; & ex utroque emergens vena communis, mediana, matrix *Garioponto l. 1. c. 1. & l. 3. c. 4.* & cardiaca *Valeſco de Tar. l. 6. c. 3.* dicta. Hinc quam *inſanam* nominet *Gariopontus*, & quod *inſana* ſit eadem cum inferiore juxtà quàm manifeſtiſſimum eſt, & nos rectè ſic expoſuiſſe; quod etſi difficulter credituri ſint, quos ultrà *Barthium* in hoc ſtudiorum genere nihil à quoquam tentari adferrique poſſe præconcepiſſe ſcimus; ſunt enim quod ait *Synesius* Ep. I. αἱ ἔννοιαι δεῖναι δικάσαι τὰς ψήφους: verum tamen eſſe intelligent alii quibus non minus quàm iſtis mirionibus cor ſapit. Lib. 3. c. 71. *hypoquiſtidam in conteæ, id eſt, cicutæ herbæ ſucco contritam* gonorrhoicorum & ſatyriaſmum patientiũ genitalibus imponit. Lege, *conii*: ſic enim l. 1. c. 10. de mania: *Hæc cauſa naſcitur & ex bibitione ſucci hiuſcyami, aut mandragoræ, aut conii*, *Theod. Diæta c. 12*: conio & myconio accepto. Κώνειον, *cicuta*; *conios*, Barbaro-Latinis: ea trita & teſtibus illita libidinum imaginationes, tentiginem & hinc ortas pollutiones nocturnas, vi refrigerante, eòque ſi bibatur lethifera, præſertim in ſemine, compeſcit; *Dioſc. l. 4. c. 79.* & alios omnes rhevmatiſmos. Græcam adpellationem, eamque corruptam addidit more ſuo & inutiliter & temerè *Gariopontus*: *Theodorus* autem, è quo iſta deſumſit, lib. 2. cap. 11. ſolùm ponit Latinam. Lib. 2. c. 44. phlegmon ventriculi intelligitur *ex gravedine ſtomachi, & dolore, & edipſi, id eſt, anguſtia*: lege, *thlipſi.* Ibid. de topicis ad phlegmonen reſolvendam: *Lanæ ſuccidæ floccos, faſcias, & epithima poliarchion cum diaſpermaton, aut ſerapinos aut lineos ℥. 1. de flore lini impone.* Inter compoſitiones à veterib⁹ ad diuturnos, maximè frigidos, viſcerum morbos inventas epithema ſive malagma Polyarchion & Diaſpermatõ fuit: V. *Aet. tetr. 3. ſ. c. 34. Gal. l. 8. de comp. m. ſ. l. c. 5. n. 2*: de Polyarchio: de τοῦ diaſpermaton, quod è ſeminibus compoſuit Aſclepiades, *Aet. tetr. 3. ſ. 2. c. 9. Paulus l. 7. c. 18*: *Garip. l. 3. c. 4*: *l. 2. c. 53*: utriusq; meminit c. 170. de dolorib. coli Non-

num: Garip.l.2.c.23,24,27: l.3.c.9. item *Serapionis* emplaſtrũ melinum, ap. *Gal. l.2. de comp.med ſec.gen.c.5.* cui vim omnes duricias diſſolvẽdi, abſceſſus diſcutiendi, humores per occultos meat⁹ diffundendi tribuit *idẽ tetr.4.ſ.3.c.14.* & *Nilei* malagma ad induratas ſtomachi & hepatis inflamationes, præcordiorũ dolores & ſplenis adfectiones, *Gal. dict ôl.8: Aet.tetr.3.ſ.1.c.16. Paul.l.d.* ipſiq; *Garip.c.28.* de inflatione ſtomachi *epithema nileos*. Emendamus igitur hoc loco, *Serapionis, aut Nileos*; & quæ ſequuntur, *de flore lini*, tanquam gloſſema rudis alicujus medicaſtri qui illud *lineos* ita interpretari poſſe ſomniavit, ejicimus. Nota autem unciæ, ℥.1. è duabus iſtis ſingulariis, *i.e.* quas ſcripſerat iſte, & frequentes ſic ſunt in hoc opere, nata eſt editori. Cap. 47. *cibi tenues & eruptivi* ſunt, quos Latini attenuantes, incidentes. Græci ῥυπτικὰς extergentes & abſtergentes vocant, *qui expurgent & vulnera curent*. Dicendum eſt, quod Græcum reſpexerit cum *eruptivum* dicit; & Latinam terminationem Græco, corrupto interim adfinxerit. A Latinô enim Verbo Neutrô *erumpere*, quod Paſſivè uſurpat pro ſimplice *rumpi c. 46: ſi apoſtema eruperit*, *h. e.* ruptum fuerit, non formari potuit adjectivum activæ poteſtatis. *Ruptivum* in barbarô ſcriptore faciliùs excuſari poſſet. Alternare tamen apud hos tales Verba ſimplicia & compoſita notum eſt; quod non fit apud Latinos. Lib. 3. c. 1. vaporationem per lapidem pyritem ignitum & acetô perfuſum ſplenis adfectibus vehementer profuiſſe ſcribit: *Idem poteſt & lapis militis.* Corrige, *molaris*. Molarem enim vel gagatem candefactum aceto aſpergunt, & panno aceto calido madente involutum locis imponunt, eique fomento præbent teſtimonium quod inſenſibiliter tumorem ſplenis deprimat: Archigenes apud *Aet. tetr.3.ſ. 2. c.11.* Lib.4. cap. 6: *Quoniam quidem multi in pedibus manibusq; pori fiunt, id eſt, velut tubi in aqua generantur, rheumatizantibus articulis.* Expuncta inutili epentheſi gloſſatoris cujuſdam, *id eſt*, lege, *velut tofi*. Πῶρος & πώρινος λίθος, è lapidum genere eſt, Pario ſimilis candore & duritie, ſed minus ponderoſus; cujus farina ſive arena interſperſa operis marmora ſecabantur, *Plin.l.36. c. 6:* è quo Sileni ſimulacrum; vel ut *Plut. in Andoc.* emendat *Meurſius*, menſa ab Andocide dedicata fuit Athenis: metaphoricè excreſcentias lapidoſas,

ſas, grumoſaſq; collectiones in juncturis arthriticorum ſignificat. Eum Latini etiam tofum adpellavêre; & hinc nodos articulorũ tofos & tofaceas concretiones, quod ſint lapide leviores & friabiles, poſtquam exemti ſunt. Sin editam lectionem retinere placeat, haberi oportet iſta pro gloſſemate inſulſi alicujus literionis qui cum quid *pori*, πῶροι, eſſent explicare vellet, de *tubis* πόροις, h. e. aquarum formis & canalibus fuerit nugatus. Ibid, *gutta prima aſaponaria* eſt aqua prima ſaponis, quam & *capitellum* vocant & pro ruptorio uſurpant, *Fuman. l. de comp. med. c. 81: Bajro diſt. 5. c. 3.* aqua capitelli ſeu à ſaponario: *lib. de dynam. c. 9.* gutta prima saponarii. Cap. XV. aquoſum & tenue, quod eſt in humore pituitoſo vocat *oroide*; ſcribe, orrhodes, ὀῤῥώδες, i. e. ſeroſum: ὀῤῥός, & ὀῤῥός, ſerum lactis, & cujusque rei alterius aquoſa ſubſtantia. Et mox, *evacuent tenuiorem, quem Græci codes vocant*, muta in *ichorodes*, vel *ichoroides*. Ἰχὼρ, ὑδατῶδες τοῦ αἵματος, *Ariſt. 2. de part. an. 4.* L. V. c. 21. ſimplicia, quæ ignea qualitate, partibus reſolutis & ſtupentibus illita vel adplicita, eas mordent, rubificant caloremque & ſanguinem attrahunt, evocantque è profundo nominantur *ſcilla aſſa, euphorbium, pyrethrum, ſinapi, adarce*. Rectum eſt, *ſcilla, tapſia*: Ita enim *Theod. l. 2. c. 19.* Scillæ aſſatæ vel elixæ ſuus etiam locus eſt, nim. cum intrò adſumitur; elixatione enim vehementia ejus exolvitur, teſte *Gal. l. 8. de ſimpl. med. fac.* quam integram volumus cum ad ſtuporem partium & reſolutionẽ adhibemus. Cap. XXXI. inflammationum tumorumq; diverſa genera enumerantur, *phlegmon; heriſipila, anthrax, id eſt, carbo, ſimata & ſingulta*: lege *figelta*; ita fine capitis, cap. 32. & c. 37. nominat, quæ Græci Φύγεθλα, Latini *panos*, tumores partium glanduloſarum, à ſanguine bilioſo excitatos; noſter *phlegmonodes heriſipila*. Eodem cap. cum de herpete, à felle ruffo, egiſſet, *ejusdem ſpeciei eſt & cancrias*, inquit, *id eſt, granoſa, quia ut granula modicæ veſica ex ea naſcuntur in cute.* Lege, *cenchrias*: κεγχρίας, ἀπὸ κέγχρου, quòd bilis excrementitia tenuior acriorque, pituitæ quasdam partes admixtas habens, in ſummam cutem effuſa veſicas granis milii ſimiles excitet, & parte una ſaneſcente ſerpat ad aliam; *herpes miliaris*; recentioribus *formica corroſiva*: *Silvatico c. 150. centrias.* Cap. XXXVIII. inter vi-

Digitized by Google

na ſtyptica & auſtera ſed tenuia recenſet *Maſſalitanum, Sabinum, Adrianum, arſenum.* Ultimum hoc vinis aquoſis adnumerat *Galenus l. 2. de comp. med. ſ. l. c. 1. n. 5.* vocat *Arſyenum* & Aſiæ altrici tribuit. Cap. III. de tremoris cura: *Maximè hieram dabis, & ante leoninum, atq; anacardum.* Videbatur aliquando, quòd hîc interna medicamenta enumeret, legi debere *anethelæon*: cujus uſum in nervoſi generis adfectibus probari ſcirem; ſed cum in hac farragine nihil ordine tractari miſceri omnia animadverterem, non dubitavi etiam hoc loco ſolenne ſuum tenuiſſe noſtrum credere. *Adipem leoninum* igitur commendat, affricandum nim. partibus tremulis: habet autem à *Theod. l. 2. c. 10.* qui tenſionibus ſpaſmorum *adipes leonum galbano commixtos* adhibet. Lib. III. c. XIX. pro dyſentericis ad cohibendam fluxaturam format *catapotia ex acachta & inanti, id eſt, floris lauriolæ trita cum aqua cœleſti.* Δαφνοειδὲς, ſeu laureolæ, quam vocat vulgus herbariorum, folia os & fauces exulcerant: baccæ potæ alvum reſolvunt: prorſus igitur ineptam eſſe huic loco patet: Legemus autem, *flore labruſcæ*: Labruſca enim, ſeu vitis ſilvatica, tàm ea, cujus uva non matureſcit, quàm altera quæ fructum perficit, oenanthen nominatam producit, *Dioſc. l. 5. c. 2.* altera flore, altera fructu, cujus vires ſunt refrigerare & ſtomachum adſtrictione roborare: *l. de ſimpl. med. ad Patern. c. 189: Dioſc. l. d. c. 5.* Vinum è labruſca, h. e. vite ſilveſtri, quod vocatur œnanthinum, commendat *Plin. l. 14. c. 16.* Lib. I. de febr. c. 14. febrium curam contrariis docet inſtituere: ſi natæ ſint ex ſollicitudine & cogitatione, ſecuritate & conſolatione hanc amputandam eſſe; ſi ex furore, blandis affatibus placandos ægros: ſi ex amore, promiſſione ſedandos, *ſi ex mærore, gaudia vincent. Sicut ea mæror exuperat; & famem eſca, ſitim potus ſedat.* Lege, *vincent ſic ut ea mærorem ſuperent.* Cap. XVIII. *Clyſma auſtere* eſt quod l. 3. c. 28. vocat aſperè provocans, forte, acre. Adjectivum *auſterus* quod juxtà Græcos declinarunt moveruntque Latini, facit anomalum motione & declinatione *auſteris*: ſic cap. 24. ſunt *beleni* qui *bellenes* eſſent aliis, Ἕλληνες. Cap. XXVIII. *Indoctus medicus dum putat omnes humores eſſe calidos, dabit ei frigidos cibos, dicens: extinguere volo febrem: quam quidem non extinguit, ſed ſpiraculum vitæ dat.*

mittens calidam ſuper calidam, & frigidam ſuper frigidam. Delendum eſt τὸ *dat*; & conſtabit ſententia; uti addendum hiſce l. 1. c. 23: *cum diacoſin tonſillarum & uvæ & epiglottidis, & ejus ſummæ partis, quam Latinè gurgulionem dicimus. Nihil ſine moleſtia transglutiunt,* Verbum *patiuntur*, & ſublatâ ϛιγμῆ legendum, *nihil ſ. m. transglutiunt*; & in unguento contrà paralyſin l. 5. c. 21. *quod recip. liquidæ ceræ, ana* lb. 1. vox *picis*, addenda eſt: Pix enim liquida ſeu mollis alia, alia ſicca ſeu dura in ſeplaſiis: *Dioſc. l. 1. c. 95. & 98: Aet. tetr. 1. ſ. 1.* Eod. l. c. 5: *Quia phlegma frigidum eſt, & ipſa febris frigida, ſuccurrere ei debes calidis argumentis.* Leg. *abagmentis.* Ita enim *Theod.* l. 2. c. 34: *quod forte ſenſu & actu calidum fuerit, frigidis interim adjutoriis abagmentis veluti prohibeatur.* Abagmenta igitur vocant quæ aliâs ἀμυντικὰ; ut c. 27: *Vitio adhuc perſeverante coloris,* omnibus amynticis imminebo; & c. 26. de aſthmaticis: *Utamur exemplaſtris circà pectus amynticis:* c. 32. de hydropicis: *Impoſui emplaſtra evocatoria amyntica.* Ἀμύνειν antem depellere, abigere; obſiſtere: item defendere, opitulari. In *amynticis* utrobique corruptus eſt codex Garioponti: l. 5. c. 12. & 14. habet *amictica*, & exponit, *ſuavia*; *Silvat.* c. 39: *amicticum, id eſt, mitigatorium*: quas ineptias ignorantiasque ipſis remittimus. *Oleum graminale*, quod *gremiali* apud *Theod.* l. 1. c. 21. ſubſtituimus à colore gramineo ita dici adſtruximus; ſed diſpiciendum tamen oleariæ peritioribus offerimus, an *germinale* quoque aliquod habuerint veteres? Sanè *Galenus l. 2. de comp. med. ſ. l. c. 7. n. 4.* cum oleum paratur etiam θαλλὸς ſeu virentia germina oleastrorum cum oliva in fiſcinis includi, & prælis ſubjici docet; ſed quod è maturis olivis exprimitur citrà germinum additionem fieri; Unde colligimus vel albæ vel druppæ, vel utrique in olei factura oleæ turiones fuiſſe additos ad conciliandam ei ſtypticitatem & acuitatem amaritudinemque. Neſcimus tamen num iſtud, ſi germinale dictum eſt, fuerit viride. Hæc *Garioponti*, ſi qui erunt, lectoribus debebamus, ut ſine remora in eô verſari poſſent: XIV. alia capita, quæ è *Theodoro Priſciano* deſcripſit ſequentibus libris ad hunc conferemus & ex ejus codice nonnulla, quædam ex ingenio, emendabimus, ut deterſis tot grandibus maculis planè novus videri poſſit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIII.

Plutarchi liber de fluminibus & montibus abjudicatus Chæronensi, & correctus duobus locis contrà Maussacum. Lapis αὐροφύλαξ apud Lydos, custos thesaurorum. Αὐρὸς, aurum: αὐρὴ, illustre quiddam & pellucidum ut aura & aër. Mastavra. Soteria Græcorum alia à Liberalibus Romanorum. Lapides in auriculis labiisq; Indorum & Æthiopum pro ornamento.

PLutarchi nomine inscriptum libellum, περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων, *de fluviorum & montium nominibus, & quæ in iis reperiuntur*, post editionem Basiliensem Frobeni a. 1533. quæ è Cod. mscr. Biblioth. Palatinæ expressa est, primùm Græcè & Latinè adcuravit, additis emendationibus & notis, *Phil. Jac. Maussacus* Tolosæ a. 1618. Hujus amplissimi Viri judicium, quando *Chæronensi Plutarcho* eum adscribit, nolim ita amplecti doctos, ut contrà sentire non ausint. Postquam enim plurimis argumentis conjecturam suam confirmasset; *fieri potest*, inquit p. 206. not. *ut alius sit hic Plutarchus à Chæronensi*; tutiùsq; propterea aut receptam eruditorum à seculo virorum sententiam, *Plutarchi cujusdam esse*, quam *Eustathius comm. in Il.* 2. præiverat ipsis, ac junioris, & tanto consensu à recentioribus traditâ sequemur, aut, quod *Rutgersio 3. Var. 12.* placere video, ad Plutarchum autorem, cum verus ignoretur, falsò referri statuemus. Nimis autem properati operis notam effugere non potest *Maussacus* quòd in breviculo tot mendas tamen vel reliquerit, vel alleverit ipse: Duas nunc indicabimus plusquàm notabiles.

De Lydiæ fluvio Pactolô p. 25: Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ, inquit, ὁ λίθος Ἀρουροφύλαξ καλούμενος. Ἔστιν δὲ ἀργύρῳ παρόμοιος. Ἔχει δὲ δύναμιν τοιαύτην. Οἱ ἐν ἐξοχῇ τυγχάνοντες τῶν Λυδῶν συναγοράζουσιν αὐτὸν, καὶ πρὸ τῆς εἰσόδου τῶν θησαυρῶν τιθέασιν καὶ διαφυλάττουσιν ἀκινδύνως τὸν διατιθέμενον χρυσόν. Ὁσάκις γὰρ ἂν φῶρες ἐπέλθωσιν, σάλπιγγος ἦχον ἀναδίδωσιν ὁ λίθος. *Maussacus: Crescit & ibidem lapis Arurophylax, id est, terræ servator, argento simillimus: Ejus hæc est vis; è Lydis qui potentiores sunt ipsum coëmunt & ante thesaurorum suorum limina ponunt sicq; securè illic repositum ac reconditum aurum custodiunt:*

ſtodiunt: cumq; fures eò pervenire volunt, lapis hic tubæ clangorem emittit, ſic ſc. eos prodens. At cum virt9 ac poteſtas peculiaris ejus lapidis eſſe feratur, aurū cuſtodire emiſſo clangore, quî rectè vocetur ἀρουρο-φύλαξ, i.e. *terræ ſervator?* Manifeſtò igitur mendoſa eo loco lectio & adpellatio ejus eſt, quā è verà ἀυροφύλαξ, ita n. ſcripſerat quisquis autor eſt, deſcriptores editoresq; malè ſolertes confecêrunt. Αυρὸς Græcis veteribus eſt, quod Latinis *aurum: Scal. exerc. 78. de L. Lat. c. 91.* Αυρὴ, illuſtre quiddam, diaphanes, & pellucidum ſignificat: *Id. ad Ariſt. l. 9. anim. hiſt. c. 1.* quale aura eſt & aër: inde ἀμαυρὸν, obſcurum, caliginoſum, ſine fulgore: & Aurora, ob ſplendorem gratiſſimum: itemque lapis ἀυροφύλαξ, q. d. *auri cuſtos.* Deſumsêre verò iſti ab Ebræis, qui אור, *or, aor, lucem, lumen,* & אור, *ur, ignem* ob affectionem luminoſam adpellant. *Nicol. Cauſſinus Soc. Jeſu parabolarum hiſtoricar. l. 11. c. 24.* laudat eadem *Plutarchi* & patroni diſerti vocem pro innocentia cum iſto lapide comparat; ſed fallitur & ipſe in nomine & in loco natali ejus, quem *Vaura* adpellat; *Arurophylax lapis argento ſimilimus,* inquit, *cujus apud Vaura, ut notat Plut.* l. de flum. *hæc eſt vis.* Non leguntur iſta de Vauris in Græcô; neque in Verſionum, quas nobis videre contigit (vidimus autem præter noviſſimam quam laudamus, triplicem, *Angeli Vergerii Cretenſis, Nat. dis à Comitibus, Adr. Turnebi*) ulla: neque fuêre in totâ Lydia Vaura aliqua; ſed *Maſtavra*, opidum quod Pactolus interluit, celebratum à *Strabone.* Hoc igitur fuerit, quod *Cauſſino* vel pravè ſuggeſtum, vel malè arreptum eſt de lapide Χρυσοφύλακι.

Extremô libelli, ubi de fluviô Indô, ad quem mons Lilæus pag. 89. legitur Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, κλιτωρὶς ὀνομαζόμενος. ἔστι δ' λίαν μελάγχρους, ὃν κόσμου χάριν οἱ ἐγχώριοι φοροῦσιν ἐν τοῖς Σωτηρίοις καθὼς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν δ περὶ ποταμῶν. *Mauſſacus* reprehenſo *Natali à Comitib.* quod τὸ ἐν τοῖς Σωτ. utpote non intellectum vertere omiſiſſet, ſe repoſuiſſe Σωτηρίοις addit, ut ſit ſenſus, *Indos lapidem hunc ferre ſolitos in Liberalibus.* At Soteria à Græcorum diverſis nationibus in memoriam ſervatarum urbium vel à tyrannide vindicatæ libertatis ſolenni inſtituto agitari conſueviſſe tralatitium eſt; de Arateis apud Sicyonios *Plut. in Arati vitâ:* de barbaris Indisve id temerè adſeritur. Deinde Græcorum Soteriis cum Ro-

manorum Liberalibus nihil fuit commune; quòd illa diverſis apud diverſas gentes temporibus ob cauſam memoratam; hæc à Romanis ſtatô, ſc. XVI. Cal. Aprilis, in honorem Liberi Patris celebrarentur. Neque Indis igitur Soteria fuêre uſitata, neque Liberalia eadem cum Soteriis; & quod caput rei eſt falsâ lectione nititur *Mauſſacus*. Auſim dejerare antiquam fuiſſe eamque veram, ἐν τοῖς ὠταρίοις, abjecta capitali σ in ultimo, quam è præcedentis fine repetiverant librarii, ſenſusque erit, *lapidem illum geſtare Indos in auriculis*. Si enim κόσμου χάριν, *ornatûs gratiâ*, geſtarunt, certè in corpore geſtari oportuit. Gerunt hodièque Indi & Æthiopes in auribus, in labiis ſuſpenſos lapillos & uniones; Guineani circulos & corollas è cupro, aurichalco, ſtanno, ebore in collo brachiis & pedibus. Braſilienſium nobiliores labiis, quæ à pueris inde perforata habent, lapidem imponunt, quem ea propter *Geſnerus oripendulum* vocat; *Anſelmus B. à Boodt l. 2. de lap. ac gemm. c. 110.* ad nephriticum dictum refert.

CAP. XIV.

Diſſenſum à Barthio circà Vectium Valentem Antiochenum Mathem. & aſtrologum, quem inter Latinos ſcriptores referre non oportuit: multò minus confundere cum Valente Mathematico temporibus conditæ à Conſtantino M. novæ Romæ: circà Chariſium rhetorem priſcum, de quo immeritò dubitavit hoc nomine fuiſſe: circà Cyrum Panopolitanum Poëtam Græcum, cujus mentionem à nemine quàm ab Evagrio fieri putavit: circà Gv. Britonem de Lucanô.

CUrâ *Joach. Camerarii*, Germanorum ſuo ævo doctiſſimi, prodiit Norimbergæ typis Johannis Petrei a. 1532. opuſculis Aſtrologicis aliis ἐπίμετρον, libellus *Veſtii Valentis Antiocheni Mathematici* de naturis poteſtate & effectione ſeptem Planetarum fragmentum è primo ejus Anthologiôn decerptum Latinus. Eum è Græco verſum eſſe non animadvertit *Barthius*; eòque inter integræ Latinitatis ſcriptores numerat hunc Vectium l. XI. c. 3: l. V. c. 4: & l. VIII. c. 19. *Latinum & optimum*; item *Latinum & priſcum ſcriptorem* adpellat; in qua cenſura vero qui-

quidem aberravit; ſed nos putamus ἀγαθοῦ τεχνίτου οὐδὲ τὸ πάρεργον ἄξιον εἶναι σιωπῆσαι. Fuit autem Vettius iſte Valens Syrus, Antiochiæ indigena, & quantum conjectura *Ill. Scal. an. ad Euſeb. f. 275. & Cl. Seldeni Syntagm. 1. de DIS Syris c. 1. p. 11. & prolegom. cap. 3.* adjuvamur, Imppp. Trajano Adriano & Antoninis ſub Ptolomæi Geographi tempora aut circiter libros anthologiῶn Græcè ſcripſit; quos ſumtibus Chr. Longolii manu exaratos, amici beneficio, oculis uſurpavit, quem laudavimus, *Seldenus*; ne fide ſolùm iſtorum qui in Bibliotheca Lucæ Gaurici Neapolitani, Epiſcopi Civitatenſis eos fuiſſe aliquando referunt, nitamur. Latina igitur quæ dedit *Camerarius*, ſunt vel interpretis cujuscunque; non ergò Vettii; vel ipſius editoris; non ergò priſci ſcriptoris: alterum enim ex his ſolum ponere non poſſumus, quòd præfationem editoris, quam Latinam Latino opuſculo, ut Græcam Græcis in iſto volumine, præmiſit, & quæ fortaſſis rem omnem doceret, non habeamus nunc διὰ χρόνου στόματος. Vectium Valentem temporibus Claudianis ad ſummam potentiam evectum Meſſallinæ conſuetudine, novæ ſectæ in medicina principem & eloquentiæ ſectatorem, cujus *Plin. lib. 29. cap. 1.* meminit; quem à *Cælio Aureliano* cum Artorio, Nigro, Magno, Julio Baſſo medicinæ ſcriptoribus cenſeri & laudari putamus, & cui etiam compoſitionem pro orthopnoicis ex *Andromachi l. 2. intern.* deſcriptam à *Gal. l. 7. de comp. med. ſ. l. c. ult.* tribuere poſſumus; itemque cognominem, qui ob res proſperè bello Britannico & contrà Aſtures geſtas torquibus, armillis, phaleris, corona aurea donatus fuerat, teſte Inſcriptione facta a. U. C. 819. 14°. Neronis, COSS. Lucio Teleſino & Svet. Paulino, & reperta Arimini, apud *Grut. p. 1102.* iſtius filium, alios fuiſſe neceſſe eſt: Ille enim à Claudio in ſupplicium trahi juſſus fuit, ut eſt apud *Tacitum ann. XI.* hic Eques Romanus, evocatus Auguſti, centurio, tribunus cohortium, ſevir, quæſtor, Prætor, duumvir, flamen, augur, patronus Coloniæ Arimini fuit; quæ dignitates & officia neque Antiocheno alicui Syro conveniunt, neque Mathematico, quem ſub Antoninis floruiſſe conſtitutum eſt; Alius etiam Valens Aſtronomus, τῶν τότε περὶ τὴν τέχνην ταύτην ἐσχολακότων ὁ ἀκριβέστερος, qui decreto Conſtantini M.

conſpecto urbis recens inſtauratæ horoſcopo de ejus duratione nonnulla prædixerat, ut eſt apud *Cedrenum, Glycam*, & *Zonaram t. 3. ann.* quem quia cum Vettio Valente eundem eſſe ſtatuit *Barthius l. V. c. 4.* non circumſpexiſſe ſingula & *Scaligero Seldenoq;* ſcientibus inſcius oblocutus eſſe deprehenditur & ſine ratione. Scriptori enim ſeculi quarti integram Latinitatem, quæ primo exacto & cum gentis Juliæ Imperatoribus deſinere, ab eoque tempore variè interpolari & corrumpi cœpit adſcribere non debuit, qui etiam vetuſtiores, & ſeculi tertii, in quartam ætatem Latinæ linguæ rejecit, & *non adeundos eſſe cenſet, niſi judicii paulùm firmatioribus, l. 50. c. 9.* Antiochenum etiam quendam, & iſto ævo, quo ſermo Latinus tantùm inter Europæos & Africanos conſtitit, Latinè ſcripſiſſe tàm incredibile mihi, quàm Carolinô ſeculô Italum, Longobardum, Gallumve aliquem Syriacè vel Chaldaicè; & ſemper plures fuêre inter Latinos qui Græcè ſcribere tentarent, quos collegit *Lud. Nogarola Ep. ad Adamum Fumanum*, & è Latinis Græca facerent, quàm inter Græcos, Aſiaticos, Ægyptios, qui Latinè commentari & è Græcis, Syriacis, Arabicis, Latina reddere voluiſſent. Hinc *Barthium* non ſemper *εἶναι τῶν ἀνεξελέγκτων, ἀλλὰ τῶν ἐμφύτων* nonnunquam verè videor poſſe contendere: qui ſi ad *Scaligeri* pedes ſedere voluiſſet, & auſcultare *Seldenum*, Vectii Valentis Floridorum libros periiſſe non præcipitaſſet l. 16. c. 8. Eodem confidentiæ calore pronunciatum eſt quod l. 34. c. 19. Chariſium priſcum rhetorem, laudatum à *Rutilio Lupo l. 1. de figuris ſententiarum*, hoc nomine fuiſſe neſcire ſe ait. Nos non dubitamus id verum Oratoris nomen eſſe; quòd *Rutilius* tribus locis ab eo petens exempla ſchematum, nimirum polyptoti, l. 1. proſopopœjæ, & antitheti, l. 2. vocet *Chariſium* ſemper: & quod *Cicero in Bruto* hoc ipsô nomine Oratorem Atticum, cui Hegeſias adfectet eſſe ſimilis, adpellet; è quo prætereà coævum fuiſſe Demochari, qui Demoſthenis ſororis filius fuit & circà Olymp. 120 floruiſſe cognoſcimus. Amplius hoc; *Quintilianum l. 10 c. 1.* judicaſſe, quod non nihil videant, *qui Orationes quæ Chariſii nomine eduntur à Menandro ſcriptas putant.* Si frequentiùs igitur cum Tullio & Fabio fuiſſet noſter homini de nomine, peculiô ſeu poſſeſſione maximè juſtâ, non moviſſet litem.

Digitized by Google

litem. Cyri poetæ, Principibus Honorio & Arcadio, præterquam in *Evagrio* ſupereſſe mentionem neſcit l. 48. c. 16. eoque obliteratam ejus memoriam ex iſto hiſtorico, ſolo *l. 1. c. 19.* renovat. Atqui *Svidas* etiam meminit & docet nos de ejus patria fuiſſe Panopoliten: ab Evdocia Athenienſi Imperatrice φιλοεπεῖ, Poëſeos ſtudioſâ, dilectum; inſuper *autor Chronici Alex. ſub Olymp. 307. è Priſco Thrace hiſtorico*, duas ampliſſimas Præfecturas, Prætorio & Urbi, quatuor annis, quod ſumma vir eſſet innocentia, geſſiſſe, & tandem abſente Hieroſolymis Imperatrice inſidiis circumventum fortunâ, quam tantopere arridentem non placere ſibi dixerat ſæpenumero, excidiſſe bonisque omnibus & Smyrnam, *Svid.* in Κῦρος in urbem Phrygiæ Cotyæjum, ut ſacris ibi præeſſet, relegatum fuiſſe memorat. Ejus præter memorias iſtas habemus epigramma *εἰς μαῖαν l. 3. anthol. tit. 12.* aliud *εἰς βαλανεῖον l. 4. tit. 18.* Iſtud *εἰς ἄγαλμα Καλλιόπης l. 4. t. 11.*

Καλλιόπη μὲν ἐγώ· Κύρῳ δ᾽ ἐμὸν ὤπασα μαζὸν,
ὅς τρέφε θεῖον Ὅμηρον, ὅθεν πὶς κύδιμος Ὀρφεύς,

huicne an alteri Cyro, ἀπὸ ὑπάτων dicto itidem Poëtæ, ex *anthol. l. 4. c. 24. & 27.* noto tribui debeat, ambigimus: tertio Antipolitano, qui ad Imp. Mauritium jambos perſcripſit, ut notavit *Photius C. 279.* profectò, non poteſt, uti nec quarto cum cognomine Prodromi. Sed nec iſtud de *Gvilh. Britone* Poëta, eum Papinium Statium præcipuè celebraſſe, Lucanum verò ſine elogio transmiſiſſe, judicium l. XI. c. 2. undiquaque ſanum eſt. Obſervavimus enim non tantùm Lucanum diligenter legiſſe, quòd ſæpiculè eum imitetur, & ipſo nomine bis terve laudet, autoritatem ejus ſuis verſibus interponens; ſed & ejus majeſtatem apertè & cumulatè deprædicaſſe. In hiſce autem quæ concluſione operis ad Ludovicum Regem Gall. leguntur,

O mihi tunc ò ſi maneat pars ultima vitæ
ſpiritus exactæ, tua coner ut acta referre
digna quibus ſtudeat Sophocles vel Hybera poeſis,

annon laudes Lucani maximæ, cum Græcorum grandiloquentiſſimo Sophocli eum parem facit, & geſtis regis magni aptum præconem. Etſi verò de Lucano alia omnia ſentiat acutiſſimus *Scaliger* & in

 ejus

ejus Poëſi multa carpat *l. 6. Poet. c. 6:* Wilhelmi tamen iſtius media barbarie judicium tale eſt, & cum aliis multis ei commune; quod non ignorare potuit *Barthius*, ſi Philippida majori cura pellegiſſet. Aliquando è familiari quodam meo cenſore non inerudito & faceto audiebam, ſimilem ſibi videri iſtum Calliphâni Athenæano, *ὃς ἀρχὰς ποιημάτων πολλῶν ἄχρι τριῶν καὶ τεσσάρων στίχων ἀπαγγέλλων πολυμαθείας δόξαν προσεποιεῖτο*; Id verò nunc tantiſper credere incipio, cum eum Britonis de Lucano teſtimonium in calce Poëmatis non reperiſſe, & alios, quamvis prolixorum operum, ſcriptores vix paucis locis allegare animadverto: ſed parcè iſta: *nolo prolixa eſſe, quæ aſpera videri poſſunt.*

CAP. XV.

De libello Kuranidôn judicium; in ejus interprete Latino-barbaro emendata multa; nonnulla etiam contrà editorem nuperum. Lapis aquilinus gravidus: Plinius de eo illuſtratus & reſtitutus. Erectio, ἔντασις: inſtantia. Keleſia, alphæa, ἄλφοι, cutis deſœdationum ſpecies, vitiligo. Cucubas, avis. Jugius ales; jynx. Montes Lingui: de lapide lyncurio. Imago Deæ Nemeſeos apud veteres. Quaquilia, quaglia, qualea, querquera, gagila, i. e. coturnix. Kirikium, genus conchæ, buccinum. Buccinum, cavitas oſſis petroſi in auribus: Gariopontus illuſtratus & liber de dynamidiis. Θυΐα, pila, mortarium. Parvus pro infante, puello. Ἐχῖνος, ſiſukium: ſuſſuſ: Chryſanthemon, ſanguis mundanus. Subterrare, i. e. ſepelire. Sexus pro genitalibus. Lepida, i. e. membrana. Hydrocelici: hydrocœlii. Thelygonum herba. Suffocatio à fungis. Gellô & Lilith, ſtriges, nocturni incurſus. Ῥίνη, i. e. raja piſcis: βάτος, ſquatina; ῥινόβατος, ſquatinoraja. Melanitis regio, i. e. India, Æthiopia & Habaſſenorum regnum. Endanicum, i. e. Indicum. Strychnus: dorycnion. Sotulare. Genuagra: genuagrici. Terra Ægyptia. Cerumen, ſordes aurium; ῥύπος. Sacrificare, i. e. mactare; θύειν: inde θῦς, ὗς, ſus: ἱερεῖον. Plinii quidam error oſtenſus, vel ſi hoc immodeſtius, exemta codicibus ejus menda de narium murinarum oſculo, Gummi, ſpuma, ſaliva cochlearū, Lapis chelonites. Nugæ in-

Digitized by Google

gæ interpretis Kuranidôn de pſammodyte phalangio; pantocration: item de pulice marino: de echenéide: de ſavra: alia.

EDidit nuper Lipſiæ *Librum Phyſicalium virtutum, compaſſionum & curationum*, è duobus, unô experientia Kiranidarum Kirani regis Perſarum, altero Harpocrationis Alexandrini collectum, quidam confictо nomine *Rhyalinus*, addiditq; quaſdam ad iſtas Kiranidas *coronidas* ſeu notas: Bonum factum! Toties n. poſtquam à *Cl. Barthio l. XI. Adv. c. 17.* ſignificatum nobis fuit, eſſe eum mſcr^tum^ in poſſeſſione *Henr. Ellenbergeri Haßi archiatri aulæ Magdeburgicæ*, & quòd videretur ſacræ Antiquitatis particula qualiscunq; eſſe, à nobis iſte deſideratus eſt. Sed ſpei noſtræ immanis fucus factus nunc eſt, poſtquam Editor *ἀπέδειξε μῦν ἀντὶ λέοντος καὶ ὅμως ἀπὸ τῆς ὕλης*. Nam præter portentoſa & intoleranda mendacia, fabulas aniles, impiasq; adeò nugas etiam à gentilium naſutioribus, uti *Plinium* legenti manifeſtum fit, irriſû coargutas, pauca admodum continet, quæ vel medicorum interſit ſcire, vel aliunde limpidorum fontium non hauriantur jucundiùs, vel antiquarios in explicandis veterum magorum vanitatibus & ſuperſtitioſis curationibus per ſigilla ſculpta, characteres, phylacteria, penſacula & amuleta aliquid ſaltem adjuvent, vel antiquam eruditionem reſipiant aliquantùm; ut carere eâ frivola & tumultuaria ſupellectile & convaſationibus hiſtoriam de animalibus & Medicinam potuiſſe nemo gnarus magnoperè negaturus ſit. At cùm adeò liberales eſſe placuerit, qui unicô manuſcripto codice fruebantur ſoli, viris doctis, (Conjicimus autem *M. Andr. Rivinum Prof. P.* qui olim, ſed Germanicô nomine, *Pædogerontagogum* chartis ſexſeptem ibidem exhibuit, Carminumque Silvam, & nuperrimè publicatis è Sileſiæ Bibliotheca quadam *Hildeberti Cenomanorum Epiſcopi, pòſt Turon. archiep. Sermonibus aliquot*, ineditis antè, nobis innotuit, conſcio conſilii *Cl. Barthio* patraviſſe.) incivile ſit ampliſſimæ iſtorum voluntati ergà literas & pientiſſimis de fugitiva Antiquitate ſiſtendâ curis non adeſſe. Nos ſanè magni id beneficium fecimus, & gratitudine defungi putavimus, ſi legendi laborem non defugiſſemus; obſerebantque ſe, dum hoc agimus, nonnulla non indigna Philologorum cognitione, quæ hoc capite producemus.

Ex

Ex Arabum, Perſarũ, Ægyptiorumq; ſcriniis qui Magiæ naturalis & alterius impuræ ſequentib. ſeculis fuêre poſſeſſores priores Græcis comportatas eſſe τὰς Κυρανίδας autore quem neſcimus, & interprete Latino, quem pariter, ſupra adſtruximus & avertimus animos nonnullorum ab opinione de Kyrano rege Perſarum, cujus ſemen litem jecerat iſte cum ſua mendaci inſcriptione; Nunc cum ipſum libellum nacti ſumus, quot monſtra debellanda in eô nobis eſſent? Unus ex iſtis Procruſtes fuerit confidẽtia deliri ſcriptoris & manifeſta impietas, qui cum Chriſtianus ſit magorum nugis & improbis promiſſis, *ad imbrium fulgurũ tonitruumq; concurſus faciendos, ad dæmones evocandos, ad lucrũ, ad præſtandã vim loquendi, & amicabile colloquiũ cum magnis viris, ad faciendum lætum divitem ac potentem, ad quævis clauſtra aperiẽda, ad vincula ſolvenda, ad feras mitigandas voluntate quæ eſt in cælis, ad fluctus maris ſedandos, ad dæmonia fuganda, ad donandam prudentiæ gratiam & virtutem, ad judiciorum eventus & victoriam, ad faciendæ oſtentacula & phantaſias, ad præſcientiam eorũ quæ in cælô & in terra, & quæ in anima quis habet, & quæcunq; in climatib9 & civitatib9 fiunt, & futura omnia hominibus vitæ & mortis, ad vincẽdos omnes inimicos, ut quis ſit invincibilis, ut habeat à DEO dona, quæ ſperaverat, ut eripiatur ab omni periculo & dæmone & veneficio & omni malitia, ut ſit admirabilis in bello, & in certaminibus omnibus, ſitq; ei irrefragabilis victoria & magna, ut ſit gratioſus, & omnibus acceptus, & in omni conſiſtorio vincat, ut ſit illæſus & innocuus ab omni infirmitate omni tempore vitæ ſuæ; ut ſit inviſibilis, audax ad incendium & incombuſtilis; ad avertenda fulmina, tempeſtates, feras, latrones, faſcinum, nocturnos incurſus, ad videnda ſomnia quæ quis velit; ad domus concordiam, ad rixas inter convivantes excitandas, ad amicitiam conſerendam & ſolvendam omnem inimicitiam, ad gradus infortunatos & inefficaciam, ad humiliandos inimicos & inſidiatores;* & quæ ſunt aliæ hominum ventoſorum ſtolidæ profeſſiones & promiſſiones, quas nec fas ſit retuliſſe, adtendere ſuſtinuit, & ſculpturis, ſigillis, annulis, verbis barbaris iſta confici nõ modò ipſe credidit, ſed & ſperavit aliis perſuaderi poſſe. Alter Sinnis barbaries interpretis & inſcitia, quæ ſubinde animadvertẽda eſſet; tertius Cercyon mendoſa codicis perverſitas; quam editor vel invenit, vel ſi fas eſt dicere, fecit. A primis duobus nihil adeò periculi nobis, qui

non

non ſolùm luce divinæ Veritatis colluſtrati Diaboli ſacramentis valediximus ejusque *περιεργίαν* proculcavimus, ſed & pelagus barbariei fortitudine & felicitate majorum enatavimus: tertius ne fruſtretur lectores curioſos provideri oportere ratus ſum; & quòd novitate ſua allecturus eſſe videretur plures, labore emendandi & commentandi noſtro itidem plures adjutum iri ſperavimus. Maluiſſem in Græco experiri, quod in Latinô nunc facio; quòd iſti apud veterum in Ægypto Philoſophantium & Poëtarum magni myſterii turbam, inprimis apud *Olympiodorum*, ſua tempeſtate coryphæum aliquem, precium fuiſſe ſciam, & docuerim l. 1. c. 2: interpretem autem Latinum gente Italum multa ex ineptiis ſui ſeculi addidiſſe, quæ lenocinio profundæ antiquitatis animis inſtillari poſſe crederet, muſcerdam nim. piperi, non dubitem; quale eſt quod de ſplene capræ docet p. 71. accipi debere in nomine patientis ad tumorem lienis & de pede leporis p. 81. circumſuſpendendum [illegible]e *in nomine patientis* ad articulorum vitia; quippe veteres ut conſtat è *Plin. l. 30. c. 6. & l. 28. c. 16.* ſine iſtâ religione prodeſſe tradiderunt: Etſi enim in eruendis radicibus, & decerpendis herbis aliis, ut efficacia ſit manifeſtior, ægros nuncupari magorum anteriorum, quorum ſolers ambagibus vanitas, præceptum fuerit l. 22. c. 14. iſta tamen noſter *ἐπιθέτως καὶ ἐπιτραγῳδῶν λέγει*, ſoletq; ſumma hominum contemtione Græcorum impudentia mendacia impudentioribus ut penetrent velociùs & hæreant tenaciùs acuere. Jam ad libellum ipſum; in quo quid præſtitiſſe Editorem putem *ἐγὼ μὲν ὀκνῶ λέγειν. Πῶς δ᾽ ἄν τις συνοίη τὸ λοιπόν.* Pag. 8. *Aquilinus lapis gravidus eſt & reſonat*, inquit. A *Dioſcoride* & *Plinio* accepta iſta è Sapientum moneta ſunt. Iſte l. 5. c. 161. *ἀετίτην λίθον τὸν ἐν τῷ κινεῖσθαι ἦχον ἀποτελοῦντα, ὡς ἑτέρου ἐγκύμονα λίθου*: hic l. 10. c. 3. *prægnantem*, dicit, *intus cum quatias alio velut in uterô ſonante*. Quidam cū fregiſſent aëtitas lapillū, alii arenas, alii maſſam ex humore concretam inſtar gallæ, alii argillam invenêre. Ad Albim reperitur prægnans ſilice candido duriſſimo: *Boetius l. 2. de lap. & gem. c. 200.* Similis huic ciſſites vel cyites, qui intus videtur habere partum, etiam ſtrepitu perceptibilē. Utilitas aëtitæ, partus continere ſi brachiis fætarum adalligetur: promovere, & faciliores partus facere ſi femorib. parientiū, vel *ἐπὶ τὰς γαστέρας*, *Dioſc. l. d. Stob. Serm. περὶ νόσου*, unde &

ὠκυτόκιος dictus est; *noster* p. 65. tanta potestate, ut nisi edito fœtu removeatur vulvæ sequantur: utrumque vidit *Valeriola l. 1. Obs. 10.* *Plinius* ista indistinctè imperfectè & non sine errore, si ut hodiè legimus scripsisse existimetur: l. 36. c. 21: *Aetitæ omnes gravidis adalligati mulieribus continent partus*, scil. si gestent in brachiis, *non nisi parturiant removendi, alioqui vulvæ excidunt*; quod falsum est; faciunt enim hoc si ventri vel lumbis adplicentur: *sed nisi parturientibus auferantur, omninò non pariunt*. Hæc jam *ταυτοέπεια* est; dixerat, *partus continere*; *mox, non pariunt*, quæ habent adpensos. Trajectione a. sive *Plinium*, si is peccavit, ut solet narrationes diversas confundere, sive librariū, qui fines colorum commutavit, corrigim⁹: *aetitæ adalligati* brachiis *continent partus, non nisi parturiant removendi; alioqui omninò non pariunt; sed nisi parturientibus auferantur* à lumbis, seu ventre, seu cruribus, *vulvæ excidunt*: quæ veterū de cōtrariis viribus aëtitæ, si in diversæ conditionis fœminis diversis adplicetur locis sententia est; truncata & præpostere repetita sive à *Plinio*, sive ab analectis ejus libertis; hos n. quibus ad opus diffusissimum comportandum ex aliis utebatur, præterquam quod impari ingenio profectuque essent, non omnia intellexisse in autoribus Græcis, habuisse interdum Codices vitiatos, nonnulla etiam pravè legisse, multa quæ apud diversos reperirent sine judicio & ordine digessisse quasi unius hominis narrationem certum est; unde tantam pugnantium, falsarumque sententiarum segetem de qua purganda homo doctrina seria & ad vitæ officia devincta, distentus Reip. fori & bellorum curis, & de suis confidentior, nihil laboravit, succrevisse contigit; quæ post incredibile *Leonicenorum, Barbarorum, Virgiliorum, Cæliorum, Massariorum, Noniorum, Scaligerorum, Matthiolorum, Amatorum, Gvillandinorum, Dalechampiorum, Salmasiorum*, non ignobilium nec inexercitorum hominum studium & vigilantiam nec dum satis sarrita est. Iniquiùs tamen judicare videntur qui proptereà laborum *Plinii*, non item eruditionis & rerum quas profitetur cognitionis fautores esse volunt; analectas enim latiore culpa teneri vel scire, vel non dissimulare debebant. *Καὶ τὰ μὲν ἀμφὶ τούτων ὧδε ἔχει.* Eadem potestate promovendi enitentes fœtus anguium senectus est alligata lumbis, & *ipsa protinus à puerperio removenda*, id. l. 30. c. 14. ne videlicet uteri simul præcipitent.

pitent. Editor Kuranidôn τοῦ *gravidus* ſubſtituit *gravis, vel gravidis aptus*, ſed abſtinere debuit: Noſter enim rectè *Dioſcoridem* duabus peculiarium adfectionum nomenclaturis *gravidus & reſonus* expoſuit: de effectibus nihil voluit hoc loco dicere; quomodo autem *gravitatem* lapidi qui & ovi magnitudine, & cavus inſuper, adtribuere potuit? Ibid. p. 9. *ad faciendam excretionem* pharmacum ex acinis uvæ de vite alba tritis cum lapide aquilæ piſcis deſcribitur; ne intelligas de alvo citanda, quod infert edita lectio; corrige, *ad faciendam erectionem*: ſequitur enim *dare in potu iis qui habent genitalia ſoluta*, languida & ignava, *& multam inſtantiam præſtare*. Verbum nequam *erigere* uſurpat p. 39: *erectionem* hoc ſenſu p. 24: 56: 84: 88: 126: 134. Nominat etiam *intenſionem*, p. 55. 102. & 197. ἔντασιν; & *inſtantiam*, quaſi ἔνστασιν vocarent Græci. Mox de bryonia: *jus foliorum cum melle bibitum quietat omnem colli paſſionem*, lege *coli*: hujus enim dolores ab humore frigido, craſſo, glutinoſo, mitigare poterit, quia phlegma ducit; quod de ſucco è radice expreſſo vere *Dioſc. l. 4. c. 184.* tradit: & de facultate excalfactoria, acri & exterſoria magnificè commendatur ab herbariorum plerisque. Adipem draconis piſcis cum ſucco herbæ draconteæ inungere jubet p. 21. *ad dolorem capitis, & initium elephantiæ & lepræ & Keleſiæ & ad omnem ſcabiem cutis.* Editor hîc οὐκ ἔπραξε τὰ ἐξηλεγκὰ καίπερ τεχνῶν ὤν: expectabant enim medicinæ ſtudioſi, ut doceret quid morbi *Keleſia*. Arabas vocabulis linguæ Græcæ ſuam locupletaſſe pervulgata res eſt; & oſtendimus in *de Lingua Punica* c. 9. perinde ut Latino-barbari multa Arabica in cenſum Latinorum retulerunt. Hinc Keleſiam dixiſſe iſtos ſuſpicor, quam Græci ἀλφαίαν, ἀπὸ τοῦ ἀλφαίνειν, ab *immutando* ἄλφους λευκοὺς, & Latini *alphos candidos*, vitium quò cutis color in candidiorē mutatur cum aſperitate quadam ob præfixas ſummæ cuti ſquamulas, modò guttatim cuti inhærens, modò latiore macula turpedo, ipſos etiam pilos, ut ſimiliter fœdè inalbeſcant, corrumpens: *Celſus & Plinius* vitiliginis; alii morpheæ albæ; *Avicenna* appellatione *baras* comprehendit: quale in cachecticis & ad lepram inclinantibus obſervare eſt. Alphæam autem iſto nomine, ſive Arabes ita detorſerint; non enim adfirmamus liquidò quòd *Keleſiam* alibi nondum inveneri-

nerimus; sive id notarii scripserint pro *alphaa*, significari inde colligimus, quia radice dracontéæ dracunculi seu ari ex aceto illita vitiligines emaculari & cōcorporari, quod de batrachio ob vim causticam tradit *Plin. l. 27. c. 12.* annotarunt *Diosc. l. 2. c. 196: Aet. tetr. 1. s. 1. & tetr. 4. s. 1. c. 132: Avic. l. 4. fen 7. tr. 2. c. 11. & Bayrus dist. 25. tr. 1. c. 4. & dist. 7. c. 1.* utramque speciem dragontéæ mundificare faciem, auferre cutis fœditatem, lentigines & propriè morphéam. *Diosc. l. 2. c. 21.* tanquam cognata mala jungit ἐφήλιδας, ἀλφὸς, καὶ φακὸς: *Silvat. c. 32. alphas levcus, i.e. morphea alba: alphes melica* (leg. melæna) *morfea nigra*: noster p. 148. vocat *albositatem*: p. 123: *alphos albos*: p. 132. *alphos nigros*: p. 136. *alphos & lepras nigras*; p. 99. *alphæam*; quod propterea & h. l. reponemus. Pag. 28. docet sigillum quoddam in lapide Vulcani sculpere, cui inclusa sit radix eryngii idque in tantum magnificat; *in cœlis & in terris possidet aurum & argentum, disperdit infirmitatem & paupertatem crudelem & mala vincula necessitatis: ipse gestavit Saturnus & Phaos.* Hæc ita distinguenda sunt & intelligenda de Phaone, quem radice eryngii, potente εἰς φίλτρα καὶ χάριτας, effecisse tradiderunt, ut à Sappho sive poetria sive psaltria adeò impotenter amaretur: *Plin. l. 22. c. 8.* radicem alterutrius sexus similitudinem referre, raram inventu; sed si viris contigerit mas, amabiles fieri; ob hoc & Phaonem Lesbium dilectum à Sappho. Quod p. 30. habet de *cucuba* ave, quam upupam interpretatur; ex Ἀρχαϊκῇ Hermetis, id de Ægyptiorum sapientia defloravit: Hi enim hominem gratum indicaturi, cucupham pingebant; *Hor-Apollo 52. hierogl. l. 1.* Pag. 36. de jynge ave, quam in sacris magicis admirabantur & ad amatoria valere credebant. eam à quibusdam *alitem jugium* dici scribit. Varia comminisci possum⁹ de re obscurâ; sed quæ singula verosimilitudine non destituantur & elegantia. Juno ἀπὸ τοῦ ζευγνῦναι τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι dicebatur Ζυγία; Ζυγίη Ἥρη *Musæo, de amore Erûs & Leandri*: à Latinis *Juga, ante omnes cui vincla jugalia curæ*: credebatur nim. matrimoniis præesse; hinc etiã Γαμηλία, & Τελεία cognominata; τέλος enim nuptiæ. Non ineptè igitur jynx, ἐπιτήδειον πρὸς τὰς τῶν φίλτρων κακίας ὄρνεον quod amores immittere & allicere amantes putaretur, ζύγιος ὄρνις *ales jugium* diceretur: sed quia nec Græcorum

eorum nec Latinorum quiſquam ita adpellavit, neque Kuranidas eò trahere volumus. An Kuranides Græcæ, utpote ex Arabico Perſicôve translatæ, adpellationem jyngis Arabicam, *altejugi* hoc loco conſervarunt: quam in Græcis repertam ſic Latinè, *ales jugius*, exprimi poſſe putavit interpres homo omnium præterquam popularium linguarum imperitus? *Altejugi* a. & *altajugi* Arabicè avis nomen eſt; de qua non conveniunt interpres; Alii enim perdicem; alii faſianum interpretantur: *Ebenbitar* coturnici ſimilem eſſe aſſeverat, non expreſsò ſpeciei nomine; in quo ſententiarum divortio ſi alius quidam *jyngem* exponat *altejugi*, non erit ea res moleſta doctis. Imò videntur *Kuranides* cum *Ebenbitar* conſentire: expreſsè n. inſinuant præterea *jyngem* eſſe *altejugi* Arabum, cum de ea referunt, quòd *comedat ſicut coturnix retorquens collum*: ſuntque alterutrius adpellationis in altera veſtigia manifeſta; etſi neſciamus Arabumne illa an Græcorum primitiva ſit, & utri alteros in imponendo aviculæ nomine vel prævenerint vel ſecuti ſint. Iſta verò omnia vel interpres Latinus vel gloſſatorum quidam ſuis ineptiis *de jugio alite* obſcuravit & feciſſet, ut ipſi non intellecta neque nos intelligeremus, ſi ipſum ſine deliberatione ſequeremur. An luſus eſt hominis inficeti, qui ignorantia Græciſmi oſtentator interim febriculoſæ ſuæ eruditionis, *jyngem* quaſi *jungium* adpellatam eſſe putavit, Græcum è Latino, quod contrà fieri debebat, derivans; quomodo infelicibus iſtis ſeculis *cliſtere* dici exiſtimatum fuit, quaſi *clepens*, i. e. furans, ſubtrahens, *ſtercus*. & *andrapodocapelus*, quaſi qui præparat corpora & membra per artem & facit capelacia; ita *autor anon. explic. nom. Græc.* junctæ Operum Galeni Latin. Parti 2. edit. Ven. a. 1502? Et huc me inclinare facit, quòd iſta de jugio alite *μεγαλίσορα. Aldrovandum* in ſuo Codice non legiſſe reperio; unde exemplari Germanico, quod procul dubio è Bibliothecarum Italicarum Gallicarumque manuſcriptis diverſis, ut patet è p. 43: 58: 74: 79: 84: 144: 145: expreſſum eſt, mangonem quendam pro ſuo acumine alleviſſe colligo, deque hoc ejus ſomnio exponendo non eſſe laborandum ampliùs. *Ypoptiros immaculatas* p. 40. refinge in *ſapphiros immaculatos*; ſunt enim tales p. 38. & 54. verâ denominatione. Ex hoc malè-ſartô centone naturas ani-

 ma-

malium, plantarum & lapidum historias discere παιδιὰ ἂν φαίνοιτο εἶναι καὶ λῆρος: ita ubique præter vulgares narratiunculas & fabulas, quas ne imperitissima quidem pueritia sine tædio risuq; auscultaverit, nihil adfert. *Libanus* inquit, *herba est arborosa, cujus gumma suffumigata divinos excitant spiritus*, p. 42. Vel ex imâ fæce cerdonum aliquis de turiferâ arbore non garriret ineptiùs. Si fuisset cum Sapientibus, ejus naturam cognovisset meliùs; adeò exoticæ & soli, nec universæ tamen Arabiæ propriæ arboris & guttæ ejus peculiaria curiosè inquisivêrunt & consignarunt Naturæ mystæ *Theophrastus, Dioscorides, Plinius*. Tantùm natale solum libani addidisset & videretur veteres legisse, & rei quam profitebatur vel tantillam habuisse notitiam; nunc oratio ejus planè cauponica est, & dicta omnia perinde atque si nihil dixisset, narratque de re peregrina quæ in strepitu exaudivisse videri posset. Utinam lyncis terra obrutam & glaciatam, concrescere in gemmam, lyncurium dictam, ut firmiter credidêre veteres, *Arist. l. θαυμ. ἀκουσ. Theophr. l. de lapid. Evax* Arabum rex: *Demostratus* apud *Plin. l. 37. c. 2.* & ipse *l. 8. c. 38.* ita cordatè exploserunt posteriores *Diosc. l. 2. c. 10: Plin. l. 37. c. 3: Scal. Ex. 104. f. 12: Matthiolus ad l. d. Diosc.* Noster non tolerabiliùs de eô nugatur: cum lyncurium succinum seu electrum esse probassent peritiores; *Theophrastus* verò succinum in Liguria effodi dixisset; *lyngurium lapidem circà montes Linguos nominatum* scribit p. 42. cum tamen *Theophr.* isto ipso in loco lyncurium à succino lapide fossili distinguat. Ita nec secum nec cum autoribus quos sequi videri vult cōsentit. Per montes Linguos Liguriæ montana intelligit; sed fortasse in planis Liguriæ tam reperiri quàm in montibus scivit *Theophrastus*. Et cum de Lyngurio tradat *prodidisse quosdam esse populi arboris lacrymam*; hoc verò de electro seu succino, quod è populis juxtà Eridanum stillare soleret, Poëtæ dixerint, quin de succino quod hódièque adpellamus succo terræ pingui, bituminoso, in grumos concreto loquatur non est dubium: & adsuitur tamen de lyncurio lapide, in quo vultur sculpi possit: atqui λυγγούριον, quod esse solidissimum & è quo sigilla scalpi perhibet *Theophrastus*, à succino longè differt: Unde excrementa tumultuosi & volitantis ingenii esse ista omnia adparet; modò aliquid de

nomi-

nominibus blateret, profitetur reliqua ac ſi penitus ex imo fonte hauſerit, cum meris fabulis contradictionibus & falſitatibus chartas interim impleat. Iſta verò de ſuccino arida admodum ſunt & è *Plinii* myrotheciis l. 37. c. 2. potuiſſent nitidari, ſapiuntque Græculi alicujus ſimplicioris vel Itali imperitioris *πῖνον*, cui hiſtoria ſuccini, indigenæ litorũ Pomeraniæ Pruſſiæ & Livoniæ maximè Oceani Sudinorum, non fuerit cognita. Et ſanè de ejus ortu & natura trans-Alpini (de Arabibus & Græcis, à Germania remotioribus, nihil miremur) ſemper falſi, qui gummi arboris populi vel ex pinorum genere eſſe putarunt, donec Germanorum *Agricolæ*, *Entelii*, *Aurifabri*, *Boethii* induſtria plenè cognoſcere potuêrunt. Diligentiores lyncuria antiquorum ad hyacinthorum id genus, quòd flavi ſuccini colore eſt & cœlum admittit, referunt: *Ans. B. l. d. c. 30.* Nomen ergò ipſis à fabula de urina lyncis hæſiſſe intelligimus, ut electro à Sole, quẽ *ἠλέκτορα* vocant Poëtæ, patre Phaëthontis, cujus caſum cum deflerent ſorores ejus, ex earum lacrimis id concreſcere prodidêrunt. Ibid. *Λάβρακα* piſcem interpretatur *valorum:* ſed eſt *varolus*, ſeu *variolus*, adpellatio quâ vulgus Venetorum lupum veterum exprimit. fortaſſe ut piſcem marinum diſtinguat à ſpecie altera luporum, quos ſine macula vocat *Colum. l. 8. c. 17.* Apud *Silvat. c. 381.* ſimili menda *varioſus*; & in *Scal. comm. ad 1. hiſt. de animal. c. 6. apot. 42.* corruptiùs *barcolus*, quod nomen unius muconum generis eſt apud Adriaticos, & h. l. irrepſit pro *variolus*. Superiore ſeculo magna contentione diſputarunt docti, lupum antiquorum non eſſe lucium, quòd *Alberto magno* & *Simoni Januenſi* primùm viſum & receptum ab omnibus fuerat: oſtenderuntque lupum *λάβρακα*, eſſe piſcem pelagium ſine dentibus, voratorem & illum Lucilii inter duos pontes Tiberis catillonem, *Plin. l. 9. c. 54.* carnivorum, *Ariſt. 8. hiſt. c. 5.* ſectantem etiam putrida & purgamenta latrinarum cum in fluvios eſcendit, propterea propè ripas frequentem, *Macrob. l. 2. c. 12.* lucium autem ſeu hechtam noſtratem amnicum & ſtagnalem eſſe *ὄνον*, *aſellum* veterum. Sed cogitatis doctiſsmorum virorum repugnat tàm *Ovidius*, quàm *Columella*. Ille n. *in halievtico* cũ lupum quàm ſit *ἐπινοητικὸς τοῦ διασώζειν ἑαυτὸν* deſcripſiſſet, quem ejus aſtum etiam *Plin. l. 32. c. 2.* & *Plut. l. de*

ſolert.

ſolert. an. conſignavit, benè longo intervallo *rapidos lupos* umbris & percis proximos in iſto piſcium catalogo nominat; hic l. d. ſeptis piſcinarum pelagicos greges inertis mugilis & *rapacis lupi* includere jubet; unde quia rapacitas λάβρακι edentulo non convenit, non enim latrocinatur, inquit *Scaliger*, ſed lucio noſtrati, acri & dentato, hunc etiam ab utroque ſcriptore ſignificari, & noſtrum *Latio prænomine* Lucium lupum quoque adpellatum antiquitus fuiſſe concludimus: ex adjunctis autem judicari, quemnam, λάβρακα an ὄνον intelligere oporteat, ubicunque lupus nominatur. Idem de Græca adpellatione dicendum eſt, λάβρακα nim. etiam lucium *ore potentem* ut vocat *Bened. Jovius*, & prædonem etiam anſerculorum aquantium, ne à ſuô quidem genere abſtinentem, nuncupatum à poſterioribus Græcis fuiſſe contemta conſuetudine, quòd ὄνου adpellatio ejus immanitati neutiquam congruere videretur: Vide *Scal. Ex. 201. & ad 1. hiſt. de anim. c. 6. apot. 42: Fr. Maſſarium ad l. 9. Plin. c. 17: Bruyer. l. 19. de re cib. c. 2. & 17: & l. 22. c. 11.* Hic autē labrax, varolus, & lupus prò lucio, cujus fel ad acuendum viſum facit, indiſcretè ponitur: tribuit enim labraci p. 152. dentes, quos dentientibus circumligari jubet, eâque nota labracem antiquorum excludit: lucius autem non eſt varolus, ut interpres confundit. *Silvaticus c. 518. & 682.* lupum interpretatur lutium: quaſi à luto ita diceretur, quòd *obſcuras ulva cœnoq; lacunas obſidet*; ſed quòd addit Græcis eſſe *turnam*, non intelligo, niſi *ſphyrænam* velit; hanc n. *luzzo marino*, *lucium marinum* vocant Itali & ab his mutuatum vulgus Græculorum; *Geſn. de aquatil. p. 261.* Faciliores igitur eſſe oportebat *P. Jovium* & reliquos qui de lupo adeò concertarūt; abierat enim jam in conſuetudinem, ut quia lupus marinus piſcis eſſet ignotior, nomen ejus tàm Græcum quàm Latinum, fluviatili guloſo & rapaci lucio rectè impoſitum eſſe crederent; hoc ſaltem obſervemus, ne nominis identitate ſuppoſita ipſa commutentur quæ ſunt diverſiſſima. Pag. 40 ad ligaturam ceſtum ſeu cingulum Veneris parandum, ſumendos eſſe docet *veros uniones ſeu margaritas albas ex utriq; partibus erachmitas, i. e. retinaculum habentes. Deam Nemeſin ſuper rota pedem habentem & virgam tenentem.* Non curamus iſtas ſigillorum vanitates & impoſturas, quas [illegible]

μιᾶς

μιᾶς explodunt & rejiciunt ex artium theatro Sapientes; ſed intelligere tamen ſuave eſt. Vult autem unionibus ex utraque parte anſatis inſculptam eſſe debere Nemeſin. *Brachmitas* nihili vox eſt; ſcribe, *drachmitas* vel *dragmitas*. Δραγμὸς, ἀπὸ τοῦ δράττεσθαι ab adprehendendo dicitur, anſa; ἐξοχὴ, extantia in corpore globoſo, qua media prehendi poſſit cætera intactum; qua ratione in poculis ὦτα ſeu aures adpellarunt λαβὰς ἀμφιςόμους, quibus ea tollerentur. Δρὰξ, δράκος, δράγμα quantitatis adpellatio, pugillus, manipulus: & δρακαὶ in genere canino veſtigiorum articuli & ungues, ap. *Colum. l. 7. c. 12.* adprehenſionis & retentionis inſtrumenta. Δραγμῖται igitur ex utraque parte uniones ſunt auro vel metallo alteri ita incluſi ut utrinque emineat capitellum quô prehendi, adfigi, alligariq; poſſint: λαβιδωτοὶ, ἀπὸ λαβῶν, à manicis; nam & ſic manubria capulosque adpellabant. Effigiem ejuſdem Nemeſeos pag. 46. talem proponit, *ſpeciem ejus eſſe veluti virginis in ſiniſtra manu tenentis pirbin, i. e. brachium vel menſuram, & in dextra virgam, & pede conculcare bovem.* Editori non ſuccurrit legendum eſſe πῆχυν, cum tamen exegeſis, *brachium vel menſura* id inſinuet; quare mutat *pirbin in* κηρύκιον, & exponit *flagrum.* De κηρύκιον iſta ſignificatione docendi adhuc ſumus; non enim adquieſcimus in lexicorum ſimplice dictatura; flagrum autem Nemeſi ultra virgam in dextra nemo tribuit. Ita verò pingebatur apud antiquos: Stabat alata virgo ſuper rota, manu dextra ulnam, *legno con che ſi miſura, Vinc. Cartari de Imag. deor. ant. p. 420.* protendens, læva frænum geſtans; ut ſignificarent ejus, quippe Juſtitiæ filiæ, in perſequendis ſceleratis celeritatem; ὀξὺς γὰρ θεὸς ἡ ςρεφόμενος ἡ Νέμεσις, *Philoſtr. in Epiſt.* diſtributionem cuique ſui, & ſermonibus actionibusque omnibus præfigendum eſſe modum; in hunc ſenſum ſtatuæ ſuperſcripſit quisquis fuit Poëta *lib. 4. anthol. tit. 11:*

Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχει τῷ τε χαλινῷ,
μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν: i. e.

Menſura Nemeſis frænoq; inſtructa requirit
factis & dictis ſemper adeſſe modum:

Con queſto freno, e con queſta miſura
Jo Nemeſi dimoſtro, che frenare
debba ciaſcun la lingua, ne mai fare
coſa, ſe prima ben non la miſura.

Vetus autor apud *Svidam* de Nemeſi: *Αἴθυσσα πτὲρ πόδας βαίνεις*; ideò alata: *γαυρούμενον αὐχένα κλίνεις*; ſuperborum & iniuſtorum domitrix; ideò bovem calcare pingitur; *ὑπὸ πῆχυν ἀεὶ βιοτὴν κρατεῖς*, quia omnia modo circumſcribit, & temperantiam moderationemque præcipit. *Alciatus* iſta Nemeſeos pictura, quam Simo adſcribit *Plin. l. 35. c. 11.* nec verbo nec facto quemquam lædendum eſſe ſignificat *emblem. 27.* Aliter Phidias è Pario marmore Athenienſibus effinxit Nemeſin, ut eſt apud *Pauſan. in Atticis, Fr. Baccon. de ſap. antiq. c. 12. & Pier hierogl. l. 54. c. 9.* ſed ea nihil ad noſtram. Interpres iſta omnia ex antiquitate deſumta eſſe ignoravit; & hinc per *πῆχυν* *brachium* intellexit; contrario errore p. 156. ubi de lapide ſerpentis hydri, *πῆχυν* *menſuram* interpretatus eſt, cum deberet *cubitum*: *aptus eſt lapis ad menſuram geſtatus*: vult n. autor brachio alligatum ad cubiti flexuram portandum eſſe. Quibus *normam*, fabrile inſtrumentum ad quod exiguntur anguli, exponere placuit, eamque Nemeſi tribuere, abundarent per nos ii quidem ſuo ſenſu; ſed erroris propterea alteros, qui de ulna explicarunt, inſimulare abſtinerent. Pag. 47. *Echeneidis piſcis breve quiddam ex oßibus ſi conſueris in corio equi, & habueris tecum & aſcenderis in navem, non movebitur navis in aqua pro velo*: meliùs *protelo*; i. e. etiamſi impellatur remis vel trahatur funibus. Protelum, *ζεύγλαμπρον, ἄμπρεον*, funis quo per jugum traducto onera trahunt & machinas jumenta & quô helciarii naves adverſo flumine promovent. Pag. 50. *querqueram* exponit coturnicem. Variè extulerunt ejus avis nomen Latino-barbari ex idiotiſmo Italico; quagliam, qualeam, quaquiliam, *Sil. c. 579.* & *gagilam* c. 274. quod ad Germanicum accedit. Iſti verò primo utrumvis horum ſubſtituendum eſt: *querquera* autem febris epitheton eſt ἀπὸ τοῦ καρκαίρειν, à tremore. *Querquerum* abſolute pro febre apud *Min. Felicem Oct. p. 25.* Pag. 51. purpuram quibusdam *Kirikium* vocari dicit. Peſſimè editor qui mutat in *ſcolecium*. κήρυκες, conchyliorum genus: *Hipp. lib. 2. de rat. vi-*

rat. victus: Ariſtot. 5. hiſtor. c. 10: Dioſc. l. 2. c. 4. diminutiva locutione κηρύκια; Latinè *buccina, conchæ ad ſimilitudinem ejus buccini quo ſonus editur; unde & cauſa nomini, rotunditate oris in margine inciſa, Plin.* l. 9. c. 36: quod neſcivit interpres: retinet enim Græcum nomen p. 53. 150. 153. In epiſt. halievt. Thalaſsi ad Pontium apud *Alciphronem*, κήρυκες πέντε καὶ τριάκοντα ſunt triginta quinque conchylia ſeu buccina, non *galli gallinacei*, ut putavit Interpres; nominantur enim cum marinis aliis ψῆττα, σανδαλίῳ, χερσεῖ: & gallos è corte potiùs mitteret villicus, quàm piſcator è ſagenâ. *Gariopontus* ad cavitatem oſsi petroſo in auribus inſculptam tranſtulit, ob ſimilitudinem anfractus, *l. 1. de febr. c. 22.* de ſignis febris cauſonis: *Dolor capitis ſentitur, & in buccino aurium ipſe dolor cum forti ictu & tremore configitur:* quæ ſententia repetitur *l. de dynam. c. 300.* ſed ita ut ex alia lectione ſenſus etiam alius emergat: *Dolor capitis ſentitur, & buccinæ aurium*, i. e. ſonitus, tinnitus, buccinarum clangoribus & tympanorum bombis ſimiles: ſed prius illud elegantius eſt auriũ ſtructuram exprimens. Sed & externæ auris cavitatem, quæ quòd ſonum vagum colligere debuit ſimiliter anfractuoſa eſt ut concha, *buccinum* adpellare licet. Pag. 55. in deſcriptione confectionis Xeromyri: *de omnibus permixtis fac trochiſcos: poſteà ſuffumiga & deſicca eos in* θυΐνῳ *muſci arboris & ſtoracis & maſtichis & onychis, i. e. ungulæ, coſti; quibus deſiccatis repone in ampulla vitrea.* Planè ἀνάρτητα ſunt iſta, *muſci arb.* & reliquæ ſimplicium adpellationes & è præcedente Xeromyri formula huc derepſerunt. Ejicienda igitur: tum leg. vel θυΐα; quæ vox & mortarium, ſeu pilam piſtatoriam cavam, ὅλμον, ἴγδην, & lapidem pigmentis terendis & lævigandis aptum planũ, τριβαίαν, ἀκόνην, coticulam ſignificat; vel θυΐῃ λιθίνῃ, quomodo *Hipp. l. 2. de morb. mul.* adpellat. Thyitem verò lapidem, quẽ jaſpidi ſimilẽ in Æthiopia naſci ſcimus è *Dioſc. l. 5. c. 154.* in hos uſus adſumtũ fuiſſe à veterib. quod putavit *Dalechampius*, non eſt veroſimile. Θυΐα, θυεία, θυΐα eſt aliquãdo lapidea: & hinc lapis ipſe qui in θυΐας cavatur tornaturve θυΐτης, q. d. mortariorum & tritorium, adpellativè; ſed Θυΐτης Æthiopiæ, cum dilui poſsit reddatq; tum ſuccum lacteum oculorũ nebulis extergendis utilem, fuerit iſti rei ineptus; mortariorum enim lapides

 nihil

Digitized by Google

nihil ex sesè remittere convenit. Si quis τὸ θυΐνῳ haberet pro legitimo, is ellipticè, lapidem subintelligens, dictum esse posset argutari; nos quod attulimus verius esse judicamus. *Parvi* huic scriptori sunt infantes, pueri: Pag. 65: *da portandum* (l. potandum) *parvo cadenti qui dentes terit, i. e.* epileptico stridenti dentibus. P. 75: *parvorum dentes nasci absq; dolore faciunt.* P. 86: *cerebrum leporis inunctum in parvorum gingivis.* Pag. 82: *super pectus viri vel mulieris aut parvuli.* Ἐχῖνον ventriculum in volatilibus creberrimè adpellat noster: Pag. 56: *in echino seu stomacho struthiocameli.* Pag. 116. de gallo: *ventriculi interior pellicula cornea, quam vocant ἐχῖνον, alii sifukion: Plinius l. 29. c. 6.* ventris gallinaceorum membranam: & l. 30. c. 8. membranam è ventriculo gallinacei. Quod igitur p. 55. hac significatione legitur, *echidirum quod dicitur suffuvium aridum*, emendandum est in *echinum quod dicitur sifukion. Sifukion* à *siphac*, quod generale apud Arabas est de omni genere membranarum & panniculorum; tum de peritonæo dicitur: *suffuf* autem pulverem significat & medicinam quamvis siccam subtilissimè tritam: *Mes. antid. dist. 9.* & *suffufet*, pulveres qui per se sumuntur: depravatè *suffusci* ap. *Silv. c. 657.* Sifukion aridum est, quod p. 119. & 125. in mergo & laro vocat *ventrem siccum. Diosc. l. 2. c. 58.* in ossifrago κοιλίαν: *Plin. l. 30. c. 8:* ejus ventrem arefactum: c. 12. ventriculum ciconiæ: *Ægin. l. 7. è Dioscor.* ventrem palumbi & mustelæ: *l. de dynamid. c. 242.* ventrem gruis cum petris quæ in eo reperiuntur; & c. 181. in gallo *grosserium*, nisi *gasterium* legendum est; est enim γαστέριον, γάστρη, & γαστρὰς apud *Nic. Myrepsum c. 91. de unguentis*, vas ventrosum, utriculus; cui ob figuram globosam ventriculum non malè compares. Est tamen etiam ἐχῖνος ἡ γαστὴρ τοῦ βοὸς, *Suid.* item ἄγγος, ἐν ᾧ τὰ γραμματεῖα τὰ πρὸς τὰς δίκας ἐτίθεντο, scrinium seu forulus reponendis commentariis forensibus: ἀπὸ τοῦ ἔχειν, à recipiendo & continendo. Pag. 43. *si quis interiorem corticem radicis moreæ masticet & salviam transglutiat;* lege *salivam*, nim. succo radicis masticatione elicito medicatam. Pag. 58. medicamentum è batrachia herba, arsenico, cantharidibus, calce compositum, *rosarium* inscribitur: velim, vel *rosorium*, vel *rasorium*, causticum enim est & corrosa vel abrasâ cute crustam inducit,

alias

Digitized by Google

alias ἐσχαρωτικόν; item ruptorium. Pag. 63. de flore chryſanthemi: *hinc vocatur ſangvis humanus*: lege, *mundanus*; ſic enim ſuprà p. 32. & apud *Silvat. c. 184.* Artemiſiam quoque prophetæ adpellarunt αἷμα ἀνθρώπου *ſanguinem hominis*; quidam etiam chryſanthemon: ſed hic de caltha ſeu buphthalmo, floribus aurizantibus, μηλίνοις, ἰσχυρῶς ὄζουσι ſermo eſt, ut propter artemiſiæ iſta ſynonyma non ſit defendenda falſa lectio. Pag. 104: *Oſſa aſpalacis ſub terrâ in domo tua*: ob dejunctas voces, quas autor junxerat tamen, non poteſt percipi quid oſſibus talpæ fieri oporteat; fuit in autographo, *ſubterra*. *Sotterrare* Italorum idiotiſmo eſt *humare*, *defodere*, *ſepelire*, ὑπόθαψον, ὑπόγδον ποιεῖν. Ita explicat in ſeqq. *aſpalaca ergo ſepeli in domo tua.* Sexus nota eſt qua mas & fæmina diſtinguitur ſeu modus in ſpecie, quo ſecatur ipſa in ſe: noſter igitur de genitalibus uſurpavit; p. 78. de lacertis: *ſi fæminam & maſculum inveneris commiſcentes & ceperis & ſexum abſcideris*: & p. 73: *omnem fluxum narium & ulcerum & ſexuum ſiſtit*; ubi hæmorrhagias ex utero & menſes immodicos ſignificat. P. 105. de urſo: *ſummitas ejus maſculini ſexus in pulvere ſuppoſita matrici, ſuffocationem aperit*; i. e. glans veretri urſini, quod ſimul atque expiraverit ajunt corneſcere: *Plin. l. 11. c. 49.* Pag. 149. de adipe cyprini piſcis: *ſi quis eum deliquaverit & in balneo ſexum* (l. circà ſexum) *ſe unxerit.* Inter medicinas ex equo ſumtas p. 80. ſingulare amoris veneficiũ commendat *nebulam vel lapidem de fronte ejus* modò nati accipiendum. De hippomane, quod in equino genere pullorum fronti innaſcitur, caricæ magnitudine, nigrum, latum, rotundum, loqui certum eſt: ſed cur *lapidem* vocat, quod molle eſt, caruncula vel carnoſa membrana, hinnientium dulcedo Poëtæ apud *Apulejum?* Nos eum librario remittimus; fuit n. in manuſcripto *lepidam*: λέπος, λεπίς, *lepida*. i. e. tunica, lamina, lata potiùs & plana, quàm craſſa. Fimo canino trito & cum aceto iuncto *hydrocilos*, *i. e. tumidos ventre ſanari* p. 82. docet: leg. *hydrocœlios*; ὑδεροκοίλιοι, vel ὑδροκοίλοι ſunt, quibus in ventris aqualiculo ſeroſitates collectæ ſtabulantur & fluctuant: eas vomitum canum, item fimum vituli maſculi, ſi ventri illinatur, trahere promittitur, *Plin. l. 30. c. 11: l. 28. c. 17*: ſeceſſui verò canis, maximè ſi oſſibus ſolùm paſcatur, albo vis egregia diſcu-

Digitized by Google

ſcutiendi & ſiccandi ut aquas hydropicorum epotare dubitari nequeat; ſed & Hydrocelicis, quos p.72. nominat, fortaſſe è *Plin. l.d. c. 8.* i. e. tumore ſcroti ab aqua in eo collecta calamitoſis ſimiliter adhiberi poſſet. *Radices theogoni* quas p.104. nominat, vel *thelygoni* putarim eſſe: convenit enim mendacio magorum, qui eas guſtatas futurorum præſcientiam conferre pollicentur, alterum non minus audax vanumq; earundē potu fœminam concipi; perinde ac mares generari adfirmarunt, ſi arrhenogonon dictum ſeu catægonon vir & mulier dieb. quadraginta hauſerint *Dioſc. l. 3. c. 139: Plin. l. 26. c. 15: & 27. c. 8.* vel *theodonii*: ita vocatur pæonia, quam ex omnibus æquè in maxima admiratione poſuêre. Pag. 117: *ſtercus ejus* galli *bibitum cum bono vino ſuffocationes à frigidis* (ita correxit Editor, cum eſſet *affugeris*) *factas mirabiliter ſanat.* Nos cum antiquitate ſentimus à *fungis* inutilibus comeſtis ſtrangulatus fieri in eorumq; remedium h.l. ſtercus galli præſcribi. *Dioſc. l. 2. c 98. & l. 4. c. 73.* de fungis exitialibus: ſunt n. in eo genere etiā *βρώσιμοι*, ſeu edules: *βοηθοῦνται πάντες ὀρνιθείῳ κόπρῳ μετ᾽ ὄξους πινόμενοι, ἢ μέλιτι ἐκλειχόμενοι πολλῷ. Libro ſecretorum* qui Galeno tribuitur *c. 60.* medicus de terra Alexandriæ habuiſſe in experimentis fungorum noxias ſtercore gallinæ expelli ſcribitur; noſter p. 127. de eodem: *bibitum in vino temperato iis qui fungos comederunt prodeſt*: & ſuper numerum *Plinius l. 29. c. 5: gallinarum fimum duntaxat candidum cum hyſſopo decoctum in mulſa venena fungorum boletorumq; extringit: item inflationes & ſtrangulationes.* Modum auxilii è *Paulo Ægin. l. 7.* cognoſcimus: *facit, ut quis ſuffocantes fungos vomitu ejiciat, tanquam alexipharmacum*: h.e. ceu requiſitum, non indicatum; eidem ſcopo *Celſus l. 5. c. 27.* radiculam cum ſale & aceto edere: *& Dioſc. l. 6. c. 23.* communiter omnes ex oleo vomere jubet. Suffocationibus verò quæ potam adfatim frigidam præſertim ab æſtuantibus balneo, curſu, labore, conſeqvuntur, ad quas reſpexiſſe videri poteſt Editor, ſecundum indicationes aliter medemur. Pellis aſinina injecta impavidos infantes facit *Plin. l. 28. c. 19.* etiamnum lupina: id noſter p. 89. ita circumloquitur: *ſi quis dormierit, vel quieverit ſuper corium aſini, nulla dæmonia timebit, nec etiam Gelô, nec Gillu, i. e. ſtrigas aut nocturnos occurſus.* Ποινὴ Argivis ab Apolline immiſſa aliquando fuit quæ credebatur ἀπὸ

μητέ-

μητέρων τοὺς παῖδας ἁρπάζειν, *Pauſan. Attic.* De eodem maleficio ab aliis timebantur ceu παλαμναῖοι δαίμονες Lamia & Pytho oxyodontes, *Lucil. l. 30. Sat.* à Lesbiis Gello, quæ quod non ſua morte defuncta eſſet, inſidiari puerperis partubusque, & pueris pavorum nocturnorum & immaturæ mortis cauſſa eſſe putabatur: *Suid.* Alterius h. l. Φοβήτρου ſeu nocturni dæmonis nomen *Gillu* corruptum eſt è Lilith: Eam Judæi ceu gentium Deam, eandem cum Lucina, Luna, & Noctiluca, puerperiis intervenire & recens natis nocere crediderunt, perſuaſi ſolenni formula *Adam, Chava, Chutz, Lilith* parietibus cubiculorum inſcripta ceu ἀποτροπαίῳ τινὶ arceri poſſe: de quâ conſuetudine vid. *Seld. ſynt. 2. c. 2:* Wierus *l. 3. de præſtig. dæm. c. 1: Buxt. ſynag. Jud. c. 2: Merſennus in cap. 1. Gen. c. 4. ſ. 786.* Neque dubitamus, vetulas & nutrices mentione ejus tanquam Gorgûs Empuſæ vel Lamiæ puerulos ejulantes compeſcuiſſe, & demulſiſſe, uti ſolebant gentiles Accûs quoque & Alphitûs, notæ ſtultitiæ & improbitatis fæminarũ formidine adultiores à pravo otio deterrere, *Plut. l. de Stoic. repugn.* & noſtrates hodièque petulantioribꝰ & refractariis Manducum aliquem cum ore hiante frendentem dentibus κακοείμονα, ἀνυπόδητον, ἄσκεπον, διπόρπον, aut furibundam ſilveſcente coma, facie lurida, & cætero habitu terribilem cum comitatu mænadum Werram interminantur. Eadem pag. in multipedarum ſeu cutionum ſub aquariis vaſis ſtabulantium deſcriptione iſtâ, *eſſe animalia puſilla, quæ in exprimendo* συνιδροῦται, *i. e. conſudant*, errorem interpretis è ſphalmate notarii natum etiam [illegible]βλωψ, puto, vidiſſet; ſed Editor non advertit. Proprium eſt iſtorum animalium contrahere ſe & in globum convolvi cum tanguntur *Plin. l. 29. c. 6. Dioſc. l. 2. c. 37:* σφαιρούμενοι κτ̀ τὰς ἐπαφὰς τῶν χειρῶν. Hinc divinare licet in Græco fuiſſe, ζῶα μικρὰ, πολύποδα, ἃ κατὰ τὰς ἁφὰς σφαιροῦται, & exponi debuiſſe *quæ cum tanguntur vel premuntur conglobantur.* In crocodilorum hiſtoria p. 83. & 88. nihil ferè ſani eſt. Unum genus, majus, *terrenum* nominat, cum tamen ei vita in aqua terraque ſit communis: alterum verò longè minus eô ipſo, quod terreſtre ſolùm eſt, ab iſto diſtinguatur. Pulverem pellis combuſtæ ſuperadſperſum membro incidendo vel comburendo facere, ut ſine dolore fiat incisio

ciſio vel combuſtio, è *Plinio* hauſit; ſed is vult cinerem corii ex aceto illini partibus quas ſecari opus ſit; l. 28. c. 8. Id verò, *ſi quis fixerit crocodilum & ſe unxerit de eo vulnera & plagas nullo modo ſentiet*, de *frixura* ejus carnium intelligendum eſt; ita enim p. 88. & quidem remoto à liquore decoctionis adipe; *nam hoc tactus pilus defluit; Plin. ib. Stercus cum oleo illinitũ faciem ſplendificare*, de minore genere ſolùm verum eſt; id vocant crocodiléam. *Dioſc. l. 2. c. 98.* utiliſſimam præterea oculorum vitiis, *Plin. l. d.* Suſpectum eſt quod docet de ſtercore, *cum felle mixtum & inunctum auferre albulas.* Oculis enim cum porri ſucco inungitur: faciei contrà maculas & reliquas naſcentias cum oleo Cyprino; item ex aqua. Fel autem ſeorſim, ut reliquorum animalium rapto viventium & carnivororum, & cum melle dilutum ſuffuſiones emendat, uti & hippuri piſcis, p. 148. Malim igitur; *fel cum melle mixtum*; ita enim *Plin l. d.* Et veroſimile eſt cum de corio, dentibus, ſtercore, & ſanguine crocodili ſumſerit medicinas, etiam de felle tradidiſſe, quod præ omnibus extis maximè expetiverunt tàm magi quàm medici & quo nullum religionis capacius illi, hi efficacius judicaverunt. Tum iſta p. 88. *dextra mola geſtata erectionem facit, ſiniſtra verò mulieribus deſiccationem æqualem*, ad majorem crocodilum ἀμφίβιον pertinent; de ejus maxillæ dextræ dentibus idem dicit *Plinius* ſed ſi dextro lacerto adalligentur; dentium ſiniſtræ non meminit; Fieri poteſt ut præſtent in mulieribus *delectationem* (hoc enim h. l. legendum eſt) *æqualem* ſeu tantam, quantam tentiginem in viris dextri; fuiſſe n. & hoc curioſitatis magicę modò è dextris, modò è ſiniſtris, modò è marib. modò è fæminis, modò dextra modò ſiniſtra manu, modò pronos, modò ſupinos, modò poſterganeo raptu ſumere, quæ prodeſſe vellent; modò dextris modò ſiniſtris eventu contrariô adplicare obſervavimus. Ita teſticulo dextro muſtelæ conceptum adjuvari: ſiniſtro in corio mulæ ligato eundem prohiberi adſeverant, p. 74: commendant inprimis oculum dextrum lupi ad ſecuritatem itinerum; item phocæ: ſiniſtrum cancrorum: hyænæ dextrum pedem contrà latrocinia & terrores nocturnos: ſiniſtrum præſtare, ſi credimus, ne cernatur ab aliis qui habeat: Pectine è dextro cornu ovis in dextra capitis parte, alio è ſiniſtro in ſiniſtra curari hemicranéam, ſi iſto

dextra,

Digitized by Google

dextra, hoc ſiniſtra depectatur; p. 90. ranæ oculum dextrum dextro, ſiniſtro lævũ ſuſpenſos collô lippitudines ſanare: *Plin. l. 32. c. 7*: & de lapide è capite lucii ad cephalalgiam noſter p. 152. *Lapides qui ſunt in capite mænidis ſoluti cum ſelle alaniti nigri & minuti faciunt cernere ea quæ in tenebris ſunt*; p. 69. Ex Anaxilai ludicris videtur hoc fuiſſe: Is enim viſus hominum ut eſſent equinis capitibus, mortuorum pallore, Æthiopum faciebus, æris colore monſtrificè repræſentare ſcivit; meminit ejusmodi præſtigiarum *Plin. l. 28. c. 11: 32. c. 10: 35. c. 15: Irenæus l. 1. adv. hæret. c. 4: Sextus Pyrrhon. hypotyp. l. 1. c. 14.* Emendo verò *tauri nigri & mundi*; pecudes enim quibus non eſſet niſi ater color ſemper elegerunt arcanorum venditatores magi & medici. *Plin. l 30. c. 2*: felle canis nigri jubent ſuffire ligatos: ſi maſculus is ſit purificant eo domus contrà omnia mala medicamenta: maniacis cerebrum coctum ejusdem propinant: lanæ ovis nigræ cor crocodili illigant contrà quartanas: & noſter p. 93. ſanguine *tauri nigri* arido commixto oleo omphacino & inuncto caños denigrat. De *alanito* libenter didicero, atq; habebo docenti gratiam. Pag. 80: *Albus araneus cum animali in calamo miſſus ophthalmiam ſedat.* Lege, *cum ſua tela.* P. 85: *Fel leporis adipe vulpis & nardo liquefactum ſurditatem ſanat*: Scribendum erat, *lardo*; ita enim iſta è Kirani libro 2. citat *Val. de Tar. l. 2. c. 50.* Pag. 82: *catulus parvus ſi conſenſerit jacere cum antiquo in fimo & chronico in infirmitate ſua*: muta, *infirmo*: putant ſcil. ſic tranſire morbum in catulum. De interaneorum ſeu extorum morbis occultis, præcipuè doloribus inſolentibus, ſedari per catulos adplicitos, tradunt alii, & vitiato viſcere illo quod doluerit homini eos ægrotare, plerũq; & mori; alterumq; in exenteratis & proſciſſis vivis deprehendi: ſumi verò priusquam videant: *Plin. l. 30. c. 5. extr. & c. 7.* Pag. 96: *Dexter pes hyænæ ſi circumligetur fiale & detur ad portandũ*: leg. *ad potandum*: ita p. 157. corrigiam phocæ ligat circà phialam, & ex hac bibere jubet morſum à cane rabido, vel lymphaticum. Pag. 97. narrationẽ de pelle hyænæ in calceamenta podagricorum aſſumta ſequitur, *cum melle a. inuncta viſum acuit.* Non loqui de corio hyænæ plusquam manifeſtum eſt; niſi cinerem combuſti tritum & melle incorporatum intelligere quis velit. Malim *a. fel cum melle inunctum*:

ut p. seq. de phoca. Pag. 154: *Rhaphu, i. e. futura, piscis est qui vocatur* βελονὶς, *i. e. acus*. Et Græcum piscis nomen & figura rostri, quod acutum & longum est requirit, ut *subula* adpelletur; vocant & aciculam. Mox *Rhinas, i. e. ranæ pellis* pariter corruptum est; l. *rajæ*. Ῥίνη, squatina squatus, *Plin. l. 32. c. 11.* è planorum cartilagineorum genere, cute adeò asperâ ut limæ dentes repræsentet; unde & ei nomen. Eâ poliuntur ligna & ebora *id. l. 9. c. 12: 32. c. 9.* quod de caniculæ marinæ corio arido tradit *Albert. ap. Gesn. l. d p. 213.* Squatinam etsi diversi generis cum raja seu βάτῳ coire ferunt; *Arist. l. 6. hist. de an. c. 9 Plin. l. 9. c. 51.* unde nascitur qui parte anteriore rajam, posteriore squatinam refert, ῥινόβατος, *squatraja*, pariter spinosus, & hac nota à λειοβάτῳ seu lævitaja distinctus. Noster igitur quòd miscerentur raja & squatina, ῥίνην & βάτον habuisse pro iisdem & ῥίνην exposuisse *rajam* videri poterat. An fuit in Græcô, Ῥινοβάτου δέρμα, i. e. squatinorajæ pellis: quod iste ῥινὸς βατράχου legit disjunctis vocabulis & hinc de pelle (ῥινὸς enim ὁ καὶ ἡ, tergum, corium, cutis.) ranæ, ut re sibi notiore, quam fortasse puerili lusu iis detraxerat, narravit nobis? Et hoc ingenio hominis audaciâ majore, quam ipsa sit eruditio, ἁπλοῦ ᾗ λίαν καὶ σαπροῦ, maximè convenit. Squatinam quidam passerum & solearum generi annumerant, quia diffunditur in latum & plana est. Inde noster, p. 141: *buglossa, i. e. bovis lingva: marinus piscis qui dicitur squatina* inquit. *Skitopmia* enim quod h. l. ediderunt corruptis aliquot elementis è *squatina* exiit. Est autem buglossa nostri, qui apud *Plin. l. 32. c. 9.* solea, lieni proficiens. *Terra Melanitis*, quam p. 48. & 49. adpellat ab accidente incolis nigredine, de India, Æthiopia, & Habassenorum regno exponi potest. P. 9: *Scincus in Melanitide regione invenitur*; autor l. de simpl. med. ad Patern. c. 263. interpretatur Indiam. Est a. scincus non Indiæ tantùm, sed & Ægypti Mauritaniæ & maris rubri alumnus: *Diosc. l. 2. c. 60: Plinio l. 28. c. 8.* Indicus, Arabicus. *Lapis nigrorum* dictus a *Silv. c. 454.* est idem cum Thyite qui in Æthiopia reperitur: Eum *Avic. Canon. c. 412.* adpellat *hagjar al Habasch*; q. d. Habassenorum in interiore Æthiopia. Eandem Μελανίτιδα nominat *Olympiodorus* in ῥήσει fabulosa de talpa, quam l. 1. c. 2. è codice manuscripto Græco dedimus:

mus. *Endanicam columnam* p. 7. interpretamur è ferrô Indo fusam vel structam. Ferrum illud a Pontico, Asiatico & Europæo aliud fuisse & nobilius etiam chalybe recocto ferro, verosimile est quòd Damasceni insignes opere fabrili quod in ferro, ære, chalybe elaborando ponitur, gladios inde materiam excavando in folia, iisque aurum argentumve impingendo, vel undularum arbuscularum aliarumque rerum figuras eidem imprimendo conficerent. De artificio isto loquitur autor Chemicus Græcus *περὶ τοῦ θείου ὕδατος* ad Sergium, capite quod est *περὶ ποιήσεως ἀσήμου*, & jungit *τὸν ἰνδανικὸν σίδηρον καὶ τὰ θαυμάσια ξίφη*: ubi *Δαμασκηνὰ* intelligenda sunt. Pag. 87. *Si autem per os muris cum filo miseris & per foramen extraxeris filum, colico sanitatem dabit.* Acu os muris trajiciendum est cum adpendente filo; hoc si ventres cingantur, liberari colô. Pro adversativa igitur *autem* ponamus *acum.* P. 86: *Pedes viventis leporis circumsuspende in nomine patientis, sanabit arthriticos, anticos, podagricos & chiragricos perfectè.* Editor τῷ *anticos* substituit *ἀντιάδας*, quæ sunt tumores tonsillarum utrinque fauces obsidentium. Sed ratio ipsi reddenda fuit cur vocabulum Latinum & suis literis exaratum in Græcum mutare velit; docendum etiam, quis medicorum, & quomodo leporis pedes tonsillis adfectis adhibuerit. Nos *anticos* Italicismô scriptum esse pro *antiquos*, & sublata distinctione inveteratam arthritida significari scimus. Pede enim leporis viventis abscisso, si quis adsiduè secum habeat, podagræ mitigantur; & adalligati articulorum vitiis utilissimi sunt; *Plin. l. 28. c. 16.* Noster p. 102. arthriticos, podagricos & ischiadicos antiquos nominat. Ad *aphthas utile cerebrum anseris cum succo stigni* prædicat p. 137. Leg. *strychni*, i. e. solani hortensis: hujus enim folia ob vim refrigerandi & reprimendi hulceribus quæ serpunt & ignibus sacris conveniunt: *Diosc. l. 4. c. 71.* item prurigini, *Plin. l. 26. cap. 11.* *Doriginum* ibid. est *dorycnion*, illa halicacabi solani manici, quod potum mentes movet & facit insaniam, species, quam Apollinarem minorem vocant Romani, *notha Diosc. c. 73. l. 4.* inde ita dictum, quod cuspides telorum hastarumque in præliis eo tingerentur, ut toxico & belenio sagittæ; ita *Plin. l. 21. c. 31.* Crateuæ enim dorycnion apud *Diosc. l. 4. c. 75.* alia facie depingitur. Et

quod *aconitum* exponitur *cicuta*, vel interpretis inſcitia eſt, qui ἀκόνιτον & κώνειον non novit diſtinguere; vel deſcriptoris lapſus qui pro eô quod erat, *conium*, legit *aconitum*. Pag. 97: *de pelle hyænæ ſubtelare factum & calceamentum podagricos curat*: leg. *ſotulare*; ita nim. pronunciant Itali quod Latini *ſubtalare*: ſic p. 83: *pellis caſtoris pro ſotularibus geſtata podagricos ſanat*: Etiam antiquiſſimi jubent podagricos fibrinis pellibus calceari, maximè Pontici fibri: item vituli marini, *Plin. l. 32. c. 9. Vetus interpres librorum Galeni de comp. med. ſ. loca l. 10. c. 11:* eum qui terit medicamentum contrà calculos, quod ibi deſcribitur, *ſotulares non perforatos* habere debere; i.e. calciamenta ejus nō debere eſſe confixa clavis ferreis; & *Order. Vitalis l. 5. hiſt. Eccleſ.* nominat *ſotulares corduanos*. Femorum crurum & pedum integumenta prô gentium conſuetudine, pro vitæ genere & conditione varia fuêre, & nomina non minùs: hinc ἀναξυρίδες, σκελεαὶ, femoralia, braccæ, hoſæ, tubruci, tibialia, faſciæ; τουβία, pedules, zangæ, campagi, ſoleæ, caligæ ſeu gallicæ, baxeæ, ſculponeæ; crepidæ cum obſtragulis: βασαὶ, λαίβαθρα, ἐμβάται, ἐμβάδες, i. e. ſocci, cothurni; βλαυτία, σανδάλια, κρηπίδες, πέδιλα νοσούντων φορήματα ἢ γερόντων, *Philoſtr. in Epiſt.* Videatur *Iſid. l. 19. Orig. c. 34. & J. Nigronius diſſert. de caliga vet.* Hoc loco *ſotulare* eſt ſoccus in quem pes uſque ad talos induitur: in viatoribus & aratoribus vocant peronem. *Genuagra* p. 129. & 146. è Græco γόναγρα formavit, nim. cum vellet vitare inter Latina Græcum vocabulum, dedit monſtrum quod è Latino Græcoque coaluit; magiſtra loquendi conſuetudo *gonagram, podagram, chiragram* inter Latina dudum adſeruit; & hinc quos p. 97. *genuagricos* adpellat, ſine cunctatione debuiſſet *gonagricos*. Cephalalgiæ remedium è ſtercore columbino *cum terra Ægyptia*, euphorbio & crocomagmate, aceto ſoluto, fronti inungendo pag. 131. probat quod cap. XI. p. 517. de terrâ Alexandrinâ diximus, rectè factum eſſe. Lexicum vetus Chemicum, quo ſynonyma artis pleraque αἰνιγματώδη traduntur, manuſcriptum; Γῆ Αἰγυπτιακὴ ἐστὶν ἡ κεραμική. Videtur autem cephalææ potius adfectui diuturno ab humore frigido, craſſo, conculcato præſcriptum eſſe quòd præter repellentia & paregorica attrahentibus evocantibus & validè diſcu-

tien-

tientib. conſtet: idemq; eſt cum illo quod *Alex. Trallianus l. 1. c. 10.* dolori ab intemperie frigida opponit; terram v. Ægyptiam *c. 12.* hemicranicis è bile adplicat: *Silvat. c. 666.* In privatâ cujusq; partis coctione excrementa ſecedunt; Eſt enim in quovis ad ſpeciem puriſſimo aliquid inutilis fæcis: Id è quavis parte peculiare eſt ac ſui generis, & nomine peculiari gaudet. *Alex. Aphrod. lib. 2. probl. 63.* τὰ τῆς φύσεως πεψάσης περιττώματα recenſet πτύαλον, σκύβαλον, οὖρον, βλέννας, κυψέλλω, λήμας. Penultimo quod in aurium cavitate colligitur, ἰλυῶδες, cœnoſum, pingue, croceum, *ceruminis* nomen impoſuêre Latini. Noſter p. 83: *Caſtoreum bibitum cum cerumine, quod exit de aure mulæ, inconceptivum eſt*: p. 19. *cerumen auris mulæ*: P. 101: *aurium urſi cerumen*: & p. 79: *Mulæ ergò typos, i. e. cerumen quod eſt in aure ejus* leg. *rhypos*, ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος, *Ariſt. ſ. 32. probl. 4.* Græcis κυψελίς & κυψέλη ut apud *Caſſium probl. 32.* Falluntur igitur Grammatici qui diſtinctim κυψέλλω de alveari, κυψελίδα de cerumine dici obſervarunt; & inter eos *Svidas.* Iſtas ſordes morſibus hominum mederi celeberrimi autores ſunt, perinde ut ſtrigmenta à balneis, & gymnaſiis, & quæ ſunt è ceromate permixto cœno in palæſtris & deraſa parietibus gymnaſiorum in medicinas receperunt: ſordes ex pecudum auriculis *Plin. l. 30. c. 11.* & ne quid immunditiarum deeſſet, virilitatis ſordes. *Sacrificare* eſt mactare: noſter p. 95. quo ſenſu uſurpavit *Plin. l. 28. c. 19. & l. 36. c. 21.* Græci θύειν, & ἱερεύειν: Inde θύτης, popa, lanius; θὺς & θύνις, epitheta ſuis; ἱερεῖον pro quavis pecude: quo de cap. 6. p. 446. Quod apud *Plin. l. 28. c. 6.* legitur, *ſternutamentis, & ſi quis muris nares, ut tradunt, oſculo attingat, emendari gravedinem*, ſemper inter ejus autoris incogitantias vel collectorum deſcriptorumq; imperitias retuli, & medicinam tamen loco hulcerato convenientem adhibere nequivi, ut vellem maximè, donec Kuranides me docerent, *ſi quis habet frigidum catarrhum, & oſculatus fuerit nares burdonis ſanari, etiamſi coryzam habet* p. 79. De mulo igitur tradidêrunt veteres; *Plinius* malè de mure intellexit; E Latinô autem autore cujus codex eô loco corruptus eſſet, vel quem pravè legiſſent ipſi, hoc *de mure* excerpſerunt; immunes ab eô errore futuri, ſi in Græcũ, qui de ἡμιόνῳ iſta fuiſſet proditurus, incidiſſent. Creditum

fuisse sine hæsitatione quod perperàm semel imbiberant. inde liquet quod l. 30. c. 4. etiam repetiit, ne parcè & semel tantùm falsum dixisset; *Gravedinem invenio finiri, si quis nares murinas osculetur*: Emendamus, *mulinas*: & hanc eruditionem ut Plinî errorem hactenus à nemine agnitum deprehendere & publicè indicare possemus, lectioni harum Kuranidôn debemus, quæ antiquorum de naribus mulinis experimentum conservarunt. *Spuma cochlearum* quâ pilos palpebrarum revelli scribit, p. 151. est lentor ille salivarius, quo obductæ sunt, & quem semper exudant; ita vocavit *Plin. l. 32. c. 9*: & *salivam*, l. 30. c. 15. & *smegma*, c. 4: Græci κόμμι κοχλίου, q. d. viscositatem: *Paulus Ægin. l. 3. c. 22.* inter τριχόκολλα, i. e. quæ palpebrarum pilos incurvos & oculum pungentes reflectunt & rectis cohærere faciunt inviscando id nominat; sed interpres *Alb. Torinus*, quasi in cochlearum genere quoddam pilosum reperiretur, *comam cochlii limacis* nobis obtrusit. *Lapides chelonites*, ita enim leg. est p. 159. oculi testudinis Indicæ; cheloniæ *Plinio l. 37. c. 10.* & *chelonitides*, subintelligendo λίθυς vel gemmas: quarum portentosos effectus è Magorum traditione inde cognoscimus. *Abjicere* consuetudine veterum librariorum est *abigere*, dum tertiam literam exararunt pro septima. In nostro frequentissimè hoc admiserunt; P. 138: *Hujus*, psittaci, *rostrum portatum dæmones abjicit, omnemq; rigorem febrium* P. 159: *fel illitum omnem caliginem abjicit*: p. 118. *abjiciet ab eo somnum*: P. 81: *contrarietates abjicit*. Ipse loquendi modus è *Plinio* desumtus est qui de morbis cum curantur τὸ *abigi* usurpat lib. 28. cap. 8: l. 30. c. 11: l. 32. c. 10. De ψαμμοδύτῃ quem phalangiis accenset, p. 99. planè nugatorium est: nam præter genera araneorum, quæ accuratè enumerant & quodque suo nomine adpellant *Plinius l. 29. c. 4. Aetius tetr. 4. s. 1. c. 16. 17. 18.* & alii qui de bestiis venenatis scripsêre, nullus reperitur ψαμμοδύτης, seu arenarius. Error videtur ortus inde: serpens marina ab *Arist. l. 9. hist. de anim. c. 50.* inter καθαμμιζόμενα, i. e. ea quæ se arena occulunt, vel metu, vel insidiis refertur; Eam *Plinius l. 9. c. 27.* draconem marinum vocat, qui captus atque dimissus in arena cavernam sibi rostro mira celeritate excavat; quod convenit serpenti cum ore congrinô acutô: draco-

nem

nem autem marinum idem *Plinius l. d. c. 48.* araneum adpellat, & alibi piſcibus mari peculiaribus annumerat. Cum igitur Ariſtotelis ψαμμοδύτην ſerpentem Plinius adpellaſſet araneum; araneus autem de phalangio dicatur, ineptiſſimè collegit noſter, araneum inſectum eſſe illum ψαμμοδύτην, quod de araneo piſce dixerant iſti. Pergit ineptire, *ψαμμοδύτης, qui & harpocration dictus eſt; quoniam quot habet membra tot virtutes & utilitates.* Neque hoc de araneorum quacunque ſpecie promiſêre medici; neq; adpellatio concinna eſt; ſcripſerat *pantocratiòn*, vel *pancratiòn*, παγκρατίων, q. d. omni parte valentem & utilem. An de tetragnathus araneorum genere, quos nominant *Agatharchides l. 5. de mari rubro c. 28.* apud *Phot. C. 250: Plinius l. 29. c. 4.* & *Aetius tetr. 4. ſ. 1. c. 17. & 18.* aliquid ſubinnuere voluerit, non liquet; vocabula certè non abſonant. De Θυράπῳ ſeu *thyrapho*, quem araneum eſſe dicit, tantum ſcimus, quantum de *cichonati*, crocodili ſpecie, p. 88. de *culvi*, p. 23: de *migrio* p. 43: de *romphea* p. 53. de *Xilonati*, de *Xutheo*, p. 126. de Ϛωπίῳ p. 122. de *thyre*, p. 33. quæ avium nomina eſſe tradit, & quantum de Xuthô piſce p. 153 nim. non eſſe linguæ Græcæ ſed incognitæ alicujus Perſicæ vel Ægyptiacæ vocabula; & hinc probari exiſtimamus, quod initio capitis ſtatuimus, Κυρανίδας Græcas è Perſicô Ægyptiacove aliquo commẽtario collectas eſſe. P. 153. de ſmaride piſce: *hujus caput paſſum & combuſtum ſupercreſcentes carnes ulcera & paſsiones cohibet, ac clavos & phymos conſumit. Paſsiones* nõ patiuntur hujus ſententiæ reliqua: Lege, *paſtiones ſeu paſtinacationes*: Ita enim vocant chirurgiæ ſcriptores ſemibarbari τὰ νομώδεα & depaſcentias hulceribus copulatas; noſter de teſtis mitulorum uſtis; *paſtinacationes ſiſtunt & cicatrices curant.* Tum *phymos* in *thymos* muta: ita pag. antec *myrmecias, thymos & acrosbrodonas eradicant.* Sunt a. thymi penſilium verrucarũ quoddam genus, caruncalæ ſeu eminentiæ aſperæ, ſubrubræ maximè in obſcænis partibus *Paulus l. 6. c. 58.* capitellum thymi flore purpureo referentes. Etiam *Nonnus l. de med. morb. c. 147.* thymis exiccandis σμαρίδος κεφαλὴν πεφρυγμένην καυθεῖσαν μετ̓ θείου ἀπύρου ἴσου imponit. Pulicem marinum p. 64. deſcribit parviſſimum animal quo utuntur piſcatores, *quod pſallit per litus*: quaſi etymon ψύλλου dare vellet; debebat, *ſalit.*

Eum

Eum addunt in escam pro piscibus alliciendis; unde p. 100. & 159. pro *psyllio* leg. *psyllo*. Frigidæ sunt & languidæ narrationes de echeneide p. 46. & de saura seu lacerta p. 78: hanc è *Plinio l. 29. c. ult.* qui volet cognoscet pleniùs: fabulosæ ad demulcendos pueros de coturnicibus p. 49: de ciconiarum & corvorum pugna p. 127: de pelecano p. 132: de cervo p. 77: de gigantibus p. 5: de ἡλιοδρόμῳ p. 122. Pag. 152: *Myõn marinorum coccorum cum Smyrnium & porrii & apiis cum vino potum ischiadicos curat*. Myes marini, s. musculi è concharum genere sunt testis levibus & nitentibus intus ut ostreæ margaritiferæ, exteriùs lineis quibusdam striati & scabri: meminit *Plin. l. 9. c. 32.* & ibid *Fr. Massarius*: horum cum myrrha & reliquis *coctorum jus* ζέμα *seu brodum* h. l. capiendum est: & mox istud, *myacon cocca potata ventrem mollit*, de carnis mitulorum *decoctâ* intelligendum: horum enim jus alvum & vesicas exinanit, *Plin. l. 32. c. 9.* Nihil autem in conchis sive extus sive intus quod vel *coccum* repræsentet, vel ita adpellari mereatur: & sequitur de usu cineris à crematis mitulorum testis reliqui: quare de carne eorum hoc commate loquuntur Kuranides. Hæc ut quæque digna videbantur in isto quantivis precii libello ad censuram vocari, ita à nobis carptim accepta atque proposita sunt; in quibus si quid præter Editorem virum bonum & non illiteratum præsipuim[9], nihil temerè, nihil malignè fecisse putari debemus, & parati esse, quæ semel placuêre ab adversis sententiæ omni rectâ atque honesta ratione defendere.

CAP. XVI.

Inscriptiones antiquæ tres ad REIP. *Neapolitanorum veterem formam pertinentes, emendatæ, expletæ, explicatæ contrà Jul. Cæsarem Capacium, Joh. Antonium Summontium, & Bened. Falconem historicos & antiquarios Italos: Arcarius Reipublicæ: arceota: servus arcarius. Archontes Neapoleos. Hebo commune Campanorum Numen; idem cum Sole, Mithra, Serapide: cultum ceu πολιοῦχος & tutelaris quispiam à Neapolitanis, puteolanis, Nolanis, vicinis. Ναυκληαρχία magistratus vel officium publicum Neapoli. Ναυκέλια.*

ναύκε-

Digitized by Google

ναύκελα, ναύκλαι, naves, naviculæ. Ναυλῶται, portoriorum ſuſceptores & rationales. Ναυτοδίκαι, prætores rei nauticæ: Ναυφύλακες, navium cuſtodiæ deputati. Epitropi, Demarchi, alii magiſtratus municipales.

QVantum ad memorias rerum antiquarum, Numinum conſecrationes, ritus ſacrorum, origines populorum, κτίσεις urbium, Rerump. adminiſtrationes, magiſtratus & horum miniſteria, legum rogationes, militiæ inſtituta, collegiorum, corporumque rationes, conditiones artium, officiorum, profeſſionum, omnemque adeò Hiſtorices partem, etiam ſingularem ac privatam percipiendam, & ad quamvis doctrinæ elegantiam conferant lapides inſcripti οἱ μεμνημένοι ἴσασιν; & inculcata eſt eorum dignitas ac æſtimatio, quam ne cogitatione quidem adſequi perfectè poſſumus, invitatique ad iſtas lautitias, ſolenni pompâ, choragis literarum Phœnicibus *Scaligero* & *Grutero*, eruditi omnes, ut hodiè nihil pænè parturiant & extrudant docti, quod vel Inſcriptionum teſtimoniis non ſuperbiat, vel vetuſta marmora non illuſtret; Ita omnes καὶ ταῖς χερσὶ καὶ ποσὶ καὶ πάσῃ δυνάμει huc feruntur ſemel occento à prioribus iſtis claſſico. *Cl. Seldenus* ingens Britanniæ ſuæ lumen ſed quod etiam nobis ſubinde, dum in literis cæcutimus, adfulget, non interpretis ſolùm vice in obſcuriſſimis aliquot functus eſt, & reſtituit antiqua multa, quod probant *Syntagmata de DIS Syris* τῆς καλλίςης ἐργασίας, ſed & nondum viſa in Europa hæc marmora, è longinquis regionibus Aſia & Græcia, ſumtibus Ill. Comitum Arundeliorum conquiſita & advecta, quaſi excogitaverit ipſe, nova cum luculento commentario Orbi communicavit. Tabulam Eugubii repertam, lingua Ethruſca deſita dudum & ignorabili ſcriptam, inſertam operi Gruteriano p. 163. *Bernardinus Baldus Urbinas Gvaſtallæ Abbas* elucidavit, deq; ejus ſenſû ſagaciſſimè divinavit: *Fabric. Scharloncinus Epiſt. ad Lalium Ruinum Epiſc. Balneo-Regienſem*: Inſcriptionem Duilianam, omnium quas habemus vetuſtiſſimâ, qua ejus Conſulis pugna navalis cum Pœnis & victoria a. U.C. 493. continetur, in baſi marmorea columnæ roſtratæ, quæ in foro Rom. ſteterat, *P. Ciacconius*: fragmentum Legis agrariæ in ære *C. Sigonius*: tabulam marmoream Narbonen-

Eum addunt in eſcam pro piſcibus alliciendis; unde p. 100. & 159. pro *pſyllio* leg. *pſyllo*. Frigidæ ſunt & languidæ narrationes de echenéide p. 46. & de ſaura ſeu lacerta p. 78: hanc è *Plinio l. 29. c. ult.* qui volet cognoſcet pleniùs: fabuloſæ ad demulcendos pueros de coturnicibus p. 49: de ciconiarum & corvorum pugna p. 127: de pelecano p. 132: de cervo p. 77: de gigantibus p. 5: de ἡλιοδρόμῳ p. 122. Pag. 152: *Myôn marinorum coccorum cum Smyrninis & porris & apiis cum vino potum iſchiadicos curat.* Myes marini, ſ. muſculi è concharum genere ſunt teſtis levibus & nitentibus intus ut oſtreæ margaritiferæ, exteriùs lineis quibusdam ſtriati & ſcabri: meminit *Plin. l. 9. c. 32.* & ibid *Fr. Maſſarius*: horum cum myrrha & reliquis *coctorum jus* ζέμα *ſeu brodium* h. l. capiendum eſt: & mox iſtud, *myacon cocca potata ventrem mollit*, de carnis mitulorum *decoctâ* intelligendum: horum enim jus alvum & veſicas exinanit, *Plin. l. 32. c. 9.* Nihil autem in conchis ſive extus ſive intus quod vel *coccum* repræſentet, vel ita adpellari mereatur: & ſequitur de uſu cineris à crematis mitulorum teſtis reliqui: quare de carne eorum hoc commate loqvuntur Kuranides. Hæc ut quæque digna videbantur in iſto qüantivis precij libello ad cenſuram vocari, ita à nobis carptim accepta atque propoſita ſunt; in quibus ſi quid præter Editorem virum bonum & non illiteratum præſipuim[b], nihil temerè, nihil malignè feciſſe putari debemus, & parati eſſe, quæ ſemel placuêre ab adverſis ſententiæ omni rectâ atque honeſta ratione defendere.

CAP. XVI.

Inſcriptiones antiquæ tres ad REIP. *Neapolitanorum veterem formam pertinentes, emendatæ, expletæ, explicatæ contrà Jul. Cæſarem Capacium, Joh. Antonium Summontium, & Bened. Falconem hiſtoricos & antiquarios Italos: Arcarius Reipublicæ: arceota: ſervus arcarius. Archontes Neapoleos. Hebo commune Campanorum Numen; idem cum Sole, Mithra, Serapide: cultum ceu* πολιοῦχος *& tutelaris quispiam à Neapolitanis, puteolanis, Nolanis, vicinis.* Ναυκελαρχία *magiſtratus vel officium publicum Neapoli.* Ναυκέλια,

ναύκε-

Digitized by Google

ναύκελλα, ναύκλαι, naves, navicula. Ναυλῖκαι, portoriorum ſuſceptores & rationales. Ναυτοδίκαι, pratores rei nautica: Ναυφύλακες, navium cuſtodia deputati. Epitropi, Demarchi, alii magiſtratus municipales.

QVantum ad memorias rerum antiquarum, Numinum consecrationes, ritus ſacrorum, origines populorum, κτίσεις urbium, Rerump. adminiſtrationes, magiſtratus & horum miniſteria, legum rogationes, militiæ inſtituta, collegiorum, corporumque rationes, conditiones artium, officiorum, profeſſionum, omnemque adeò Hiſtorices partem, etiam ſingularem ac privatam percipiendam, & ad quamvis doctrinæ elegantiam conſerant lapides inſcripti *οἱ μεμνημένοι ἴσασιν*; & inculcata eſt eorum dignitas ac æſtimatio, quam ne cogitatione quidem adſequi perfectè poſſumus, invitatique ad iſtas lautitias, ſolenni pompâ, choragis literarum Phœnicibus *Scaligero & Grutero*, eruditi omnes, ut hodiè nihil pænè parturiant & extrudant docti, quod vel Inſcriptionum teſtimoniis non ſuperbiat, vel vetuſta marmora non illuſtret; Ita omnes *καὶ ταῖς χερσὶ καὶ ποσὶ καὶ πάσῃ δυνάμει* huc feruntur ſemel occento à prioribus iſtis claſſico. *Cl. Seldenus* ingens Britanniæ ſuæ lumen ſed quod etiam nobis ſubinde, dum in literis cæcutimus, adfulget, non interpretis ſolùm vice in obſcuriſſimis aliquot functus eſt, & reſtituit antiqua multa, quod probant *Syntagmata de DIS Syris* *τῆς καλλίστης ἐργασίας*, ſed & nondum viſa in Europa hæc marmora, è longinquis regionibus Aſia & Græcia, ſumtibus Ill. Comitum Arundeliorum conquiſita & advecta, quaſi excogitaverit ipſe, nova cum luculento commentario Orbi communicavit. Tabulam Eugubii repertam, lingua Ethruſca deſita dudum & ignorabili ſcriptam, inſertam operi Gruteriano p. 163. *Bernardinus Baldus Urbinas Gvaſtallæ Abbas* elucidavit, deq; ejus ſenſû ſagaciſſimè divinavit: *Fabric. Scharloncinus Epiſt. ad Lælium Ruinum Epiſc. Balneo-Regienſem*: Inſcriptionem Duilianam, omnium quas habemus vetuſtiſſimã, qua ejus Conſulis pugna navalis cum Pœnis & victoria a. U.C. 493. continetur, in baſi marmorea columnæ roſtratæ, quæ in foro Rom. ſteterat, *P. Ciacconius*: fragmentum Legis agrariæ in ære *C. Sigonius*: tabulam marmoream Narbonen-

nenſem de ſuſceptô pro ſalute AUGUSTI à plebe urbana votô & erecta in foro ara, in qua quotannis VIII. Kal. Oct. & VII. Id. Jan. ſacra faciunda, *Elias Vinetus*: Epitaphium cujuſdam Æliæ Læliæ Criſp. αἰνιγματῶδες, luſum ingenii otio abutentis, doctum interim & planè pro Perſiis, *Joh. Jac. Chifletius* ſolertiſſimè excuſſit: alii non inferiores in aliis deſudarunt, diverſo quidem ſucceſſu, ſed conatu eodem ſemper laudabili. Etſi enim βλεχέμυξοι quidam, ἀσεμφεῖς καὶ ἀπειρόπλαι manſuetiorum Muſarum cenſeant aliter, inutilem nim. in talibus poni operam, & omnem *circa ſaxa eruta & monumenta diruta diligentiam* derideant & ſugillent, ut in Julio Pomponio Læto quondam *Lud. Vives*; hoc tamen ipſorum biennæ imputandum eſt, qua fit, ut quæ communi quoque ſenſu dijudicari poſſunt, ea non percipiant; partem etiam facit malignitas, qua quæ non intelligunt & intelligere deſperant, audacter calumniantur, & de κενῇ πολυμαθημοσύνῃ apud pueros, quibus ſe admirabiles fecêre, traducunt. In rem noſtram μαρτύρων μὲν οὖν ἅλις; ſi qui de ſuo iſto ſupercilio nolint remittere, *per nos quidem licet illis ſine hac moroſa cura profundum ſtertere*: uti olim iniquos contemtores ſuæ in enotandis & illuſtrandis ſaxis vetuſtis literatis diligentiæ *L. Andr. Reſendius præf. antiq. Luſit.* abſolvit. Iſtud ſaltem, quod omnium rerum primum eſt in hoc negotio, ſtudioſiſſimè curare oportet, ut quia præter marmorariorum inſcitias & ſcriptionis per literas ſingularias compendia, quorum ratio intricatiſſima eſt & non niſi multô uſû addiſcitur, multa in lapidibus peccarunt deſcriptores, non omnes literati, multò plura audaces ſcioliqe correctores, multa etiam vetuſtas corrupit & deformavit, veram & primitivam ſcripturam indagemus & divinatione artificioſa adſequamur; germana enim verborum reſtitutio eſt optima autorum expoſitio, *B. Rhen. præf. in Fr. Maſſarii Plinianas comm.* ad quod ſolerter feliciterq; conficiendum exacta antiquitatis cognitio, multa lectio, & ingenium omnibus diſciplinis ſubactum requiritur. Error verò minimus & vel in literula, ſi vel aliena legatur, vel non eadem extritæ ſubſtituatur, vel jungenda dejungantur, diſtinguenda copulentur, & lapicidarum luſus & ſigna merè arbitraria non intelligantur infinitas & pudendas parit falſitates; unde vel falſa de anti-

antiquitate docentur pro veris, vel veris tamen falſa & inutilia inſtrumenta adhibentur; quod ex hiſtoricis & antiquariis Italis unum itemque alterum non proletariæ dignitatis deſignaſſe hoc capite demonſtrabimus.

Splendidiſſimæ Italicarum urbium in Campania, plaga omnium toto terrarum orbe pulcerrima, ipſa Româ 400. annis antiquioris NEAPOLEOS conditores Græcos fuiſſe tralatitium; conſentiunt pleríque omnes de Chalcidenſibus Eubœæ incolis, primùm in Ænariam & Pithecuſas inſulas, tum in continentem Italiæ delatos, Cumas, & partem eorum civium magno pôſt intervallo Neapolim condidiſſe; unde legibus Græcarum Rerump. vixiſſe, magiſtratus è ſuorum corpore legiſſe, & jure patrio uſos fuiſſe Palæpolitanos iſtos conſequitur, donec Romanis ductu Publilii Philonis Pro-conſule a. U.C. 428. bellô & obſidione fracti in deditionẽ venirent. Ab eo tempore inter fœderatas civitates diu fuit Neapolis; Certè Auguſto imperante nexu alio omni, quàm quòd neceſſitatem aurariam populi Rom. ſua liberalitate ſublevarent ſubinde, Romanosque comiter obſervarent, liberam adhuc fuiſſe arguit, quòd is à Rep. Neapolitanorum Capreas inſulam, quæ antiquitus ipſorum erat, permutatione agri, data nim. Ænaria, redemerit, *Sveton. c. 92: Dion. l. 52:* & quod decreto publico Neapolitanis annua vicena millia numerari juſſerit è fiſco ſuo pro colle inter Puteolos & Neapolim, Levcogæo dicto, è quo adferebatur creta ad alicam conficiendam neceſſaria: *Plin. l. 18. c. 11.* Pôſt ut urbem, cujus fidem ſemper eximiam fuerant experti, magis obnoxiam ſibi redderent, auſpicatò coloniam eò deduxêrunt, incertum quando & quibus IIIViris, vel XViris Romani. Neque enim hoc adſentiri poſſumus Viro maximo, in annum Conſulatûs P. Scip. Afric. II. & Ti. Semp. Longi, qui U. C. 559. eſt, (utpote nonageſimum retrò, à Conſulatû P. Rutilii & Cn. Mallii, h. e. à U. C. 648.) referri debere; quod ipſe ex Inſcriptione, quam *Gruterus p. 207.* exhibet, à plurimis viſam & deſcriptam Neapoli, collegit iſta:

AB. COLONIA DEDUCTA. ANNO XC.
N. FVFIDIO M.F.M.PULLIO, DVO VIR

 P.RU-

P.RUTILIO. CN. MALLIO. COS OPERUM. LEX. II. Quippe cum tabula iſta marmorea patrum memoria in agro Puteolano reperta ſit, teſte *St. pighio t. 3. annal. II. Romæ ſub a. 648.* & *Panvin. comm. in 1. Faſt.* certo certius eſt legem ædificatoriam iſti inſculptam à DuumViris Coloniæ Puteolorum FUFIDIO & PULLIO latam eſſe, eòq; nihilo ad Neapolin pertinere, etſi eò translata poſtea, ibiq; in ædibus *Adr. Gvilielmii Spathaſori* viſa tot viris doctis fuerit. Id verò indubitatò pro verô teneamus Neapolim civitatem Romanam jure coloniæ aliquando accepiſſe; nam & *patronum coloniæ* L. FABIUM, L. F. GAL. COMINIUM lapis ſextus *p. 373. in Op. Grut.* & apud *Manut. l. de orthogr.* itemque ſecundus p. 444. & apud *Summont. l. 1. hiſt. Neap. c. 6. è Briſſ. l. de form. ant.* OCTAVIUM AGATHAM, qui fuiſſet circà annum U. C. 949: ſextus p. 430. ALFIUM LICINIUM: ſextus p. 439. MUNATIUM CONCESSIANUM & alius à *Panvinio* enotatus M. AURELIUM PELAGIUM, *patronum Coloniæ Neapolit. pientiſsimum* nominat; & à DuumViris, Decurionibus, tribunis plebis, quos iſti Δημάρχους vocabant, Quatuor Viris, SeViris, Quinquennalibus, cenſoribus, ædilibus, quæſtoribus, auguribus, Pontificibus, qui coloniarum proprii magiſtratus erant à Romanis imponi ſoliti, gubernatam fuiſſe, tot pænè ſunt teſtimonia, quod ſaxa inſcripta eam quoquo modo concernentia. In DuumViris Neapoleos, Puteolorum, fortaſſe & aliarum urbium Græcanicarum poſtquam in ditionem Rom. conveniſſent, ſingulare eſt, eos nomine ἀρχόντων, in Inſtrumentis Græcis deſignari. Ita enim epigraphe Epiſtolæ ad Puteolanos magiſtratus à ſtationariis Tyriis ibi commorantibus datæ, apud *Grut. p. 1005:* Ἄρχουσι Βουλῇ καὶ Δήμῳ & in lapide Neapolitano 5. p. 1027. duo ἄρχοντες nominatim expreſsi ſunt; iterùmque undecimo p. 428. unus; quos eâ dignitate & loco in Rep. Neapolitana fuiſſe, qua Ἄρχοντες apud Athenienſes, & ab his tanquam aboriginibus acceptos vulgata omnium hiſtoricorum & antiquariorum Italorum ſententia eſt; ſparſa primùm à *Sigonio l. 2. de ant. Jure It. c. 14.* Sed iſtud quidem imperitè confictum eſt: Cumanos enim colonos Chalcidenſium inſularium, juxtà formam Reip. Athenienſium vicinorum, qua neque

Digitized by Google

que in patria Evbœa uſi fuerant, novum à ſe conditum in Italia opidum diſpoſuiſſe, ne probabile quidem eſt; Lapides etiam qui de archontibus Neapolitanis inſinuare viſi ſunt, & in hanc ſententiam producuntur, non antiquam illam Cumanorum Palæpolim, ſed Romanis jam ſubjectam Neapolin, ejusque magiſtratus & honoratos loqvuntur, quod vel exinde adparet quia decreta iſtis inſculpta Græca lingua concepta ſunt; ſubſcriptiones autem L. D. P. D. D. & in alterô, C. LICINIVS. PROCVLVS. ET. MECIONIA C. F. SECVNDILLA. PARENTES. & temporis nomenclaturæ JA. ΠΡΟ. ΚΑΛΑΝΔΩΝ. JANOTAPIΩΝ, ΑΠΡΕΙΛΙΩΝ, ΑΥΓΟΥΣΤΩΝ Latinâ: quod cur feciſſent Græcanicæ urbis primores & populus ſi antiqua ſuæ Reip. forma & libertate adhuc gaudebant, & Romanis non erant obnoxii? Iſto verò temperamento & à quibus quíve fuerint, & quorum tum ſint prodere voluit S. P. Q. Neapolitanus; *Ἄρχοντες* autem dixêre magiſtratus ſuos à Rom. conſtitutos, inprimis IIViros, laxa vocis ſignificatione, non illos Athenienſium olim ſingulares, modò perpetuos, modò decennales, modò annuos. Iſti IIViri ſeu *Ἄρχοντες* repræſentabant in municipiis & Coloniis Conſules: & hinc in lapidibus Neapolitanis Latinis 1. p. 355: 2. p. 444. DuumViri C. AVFIDIVS THRASEA, T. CLAVDIVS QVARTINVS. & CN. PAPIRIVS. SAGITTA. P. ÆLIVS EVDÆMON RETVLERVNT, i. e. rogarunt in Senatû ſententias: in Græcis 11. p. 428: 5. p. 1027. ΑΡΧΟΝΤΕΣ. ΠΑΚΚΙΟΣ ΚΑΛΗΔΟΣ ΚΑΙ ΟΥΕΙΒΙΟΣ ΠΟΛΛΙΩΝ: tum ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ΚΕΡΕΑΛΙΣ. ΠΡΟΣΑΝΗΝΕΓΚΑΝ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ vel ΤΟΙΣ ΕΝ ΠΡΟΣΚΛΗΤΩΙ, i. e. retulerunt ad Senatum, planè uti *Romæ* cum conveniſſet in curiam ordo ampliſſimus CONSVL referebat, & Conſularem qui quòd plures conſulatus geſſiſſet primæ ſententiæ erat & *princeps Senatus* adpellabatur, *Gell. l. 4. c. 10.* & *ſententiæ*, *Cic. Or. de reſp. haruſp.* primum, tum reliquos ordine vel extrà ordinem, quem ei viſum erat, rogabat; è qua collatione *Ἀρχόντων* ſeu IIVirorum Neapoli dignitas & magiſtratum eſſe Romanum non Græcum clarê perſpicitur. *Jul. Caſ. Capacius*, ut ſemel imbibitam de archontibus, magiſtratû Græco, Neapoli opinionem confirmet ſuis, & præterea

aliquando decem archontas fuisse probet, sc. ut sic Atheniensium planè germani sint, Latinum marmor, quod Neapoli apud Joh. Paulum San-Felicium servetur, tale producit *l. 1. hist. Neap. c. 8:*

D. M.
MARCIÆ. MELISSÆ. CONJUGI. INCOMPARABILI.
FELIX. ARX. X.
REIPVBLICÆ. NEAPOLITANORVM
L.D. EX PERM. MAGISTER
ET. MARCIVS. FELIX. MATRI. B.M.

Sed divinat infeliciter: τὸ X enim non est h. L nota denarii numeri, sed èliterâ R pravè expressa natum; spacium etiam quod ambobus X. X intercedit extritam esse literam subindicat. Fuit autem in lapide ARKAR. i. e. *arcarius*, ut in isto Ameriæ 7. p. 1071. quem ATTICO, Curatori Kalendarii Amerinorum, posuit SECVNDVS ARK. REIP. AMERINORVM. Emendatiùs idem saxum descripsit *Joh. Ant. Summ. lib. 1. dell' istoria di Napoli c. 6.* FELIX. ARK. REIP. NEAP. sed eâdem de archonte R.N. chordâ oberrat: & verba EX. PERMISSV. MAGISTRATVS ineptè exponit, *con esperto magisterio;* sunt n. hæc planè exsensa. Fuêre autem arcarii inter honoratos & magistratus minores, seu officia in Rebusp. quibus cura arcæ publicæ commissa ut titulos publicos super indictionibus administrarent, species singulas in annonis & tributis reciperent & canonas ac reliqua è tributis ærario inferrent, rationales summarum è reditibus, vel ARCÆ: 11. p. 1004: tali dignitate fuit Erastus Corinthi, quem *D. Paulus Ep. ad Rom. c. ult. v. 23.* *Οἰκονόμον τῆς πόλεως; vetus interpres* arcariũ civitatis adpellat; sed *D. Ambrosius* hunc œconomum gubernasse civitatē dictante justitia, maximè in preciis rerum moderandis arbitratur: unde *Panzirolus* de ædili, quasi ædibus viisque reparandis, & curæ rerum venalium præfuisset interpretatur, *l. de. magistr. munic. c. 19.* id quod nec vox Græca nec ejus versio Latina admittit; Istis sive parem sive superiorem fuisse putaverim, eum qui Q. ARC. PVBL. ET. PEC. ALIMENTAR. i. e. quæstor arcæ publicæ & pecuniæ alimentariæ in lapide Amerino, 6. p. 386: & 7. p. 1092. curator pec. publ. & Q. ALIM. 5. p. 451. apud

apud *Grut.* adpellatur. Arcæ quæſtoriæ meminit *Symm. l. 10. Ep. 33*: Arcæ fiſcalis *l. in provinciis 4. C. de numerariis act. & chartul.* quæ Imperiale ſacrumq; ærarium eſt: Ei præpoſitum *arcarium* ſimiliter vocat Senator Pr.Pr. apud *Caſſiod. lib. XII. 7. & 8.* cui fiſcus indictionis per canonicarios in provinciis & municipiis à poſſeſſoribus de prædiis exactus præſtandus erat; aliàs ſcaccarius, præfectus canonicarii tituli, Græcis *ταμίας*; in domo Auguſta ſub diſpoſitione Comitis rei dominicæ ſeu magiſtri rerum privatarum: Arcæ Præfecti Prætorio *l. 23. C. de curſu publico*; ſeparatæ à fiſco, *l. Cornicularii 3. C. de apparitoribus Pr. Pr. l. 6. de exactor. tribut.* & *l. duos tabularios 13. C. de ſuſcept. præpoſ. & arcariis*, è qua emolumẽta & penſiones præbebantur officiis Palatinis & ſalaria advocatis ac doctoribus: & arcarii Præfectorum, qui ſceleſtas imminutiones emolumentorum ſolennium, quæ percipere in Palatio militantes debebant, effeceꝛat, *Caſſiodorus lib. 1. Var. X. Nov. 147. c. 2. In Inſcr. Rom. 7. pag. 641*: CLASSICVS PAPIRIANVS P. P. ARCARIVS eſt, niſi PECVNIÆ PVBLICÆ arcarius fuit: ærarii militaris *Inſcriptio 1. & 2. pag. 407*: 3. p. 454: 1. p. 492. in quod conferebantur indictæ belli cauſa pecuniæ. Imò cujusque collegii, ſocietatis, corporatorum ſeu cohortalium arca quædam fuit: memoratur arca Pontificum, *Inſcr. 5. p. 765*: curator ærarii Pontif. 7. p. 306. IIII. Vir ad ærarium Pontif. 4. p. 413. arca Sevirorum Auguſtaliũ, 2. p. 414: 12. p. 424: ſocii Sevirorum Auguſtalium quibus arcam habere permiſſum à D. Pio 7. p. 419. *Arcarium Sedis Sanctæ* Marinum, quô præſente ceu nuncio ſedis Apoſtolicæ, Athanaſius Dux & Epiſc. Neapolitanus excommunicatus à Johanne IX. P. M. reſtitutus fuit circà a. Chr. 880. interpretor theſaurarium, hodiè tertio inter officia Palatii Apoſtolici loco: eumque Marinum ipſum eſſe arbitror, qui Johanni defuncto ſucceſsit; in cujus nomine & natalibus adeò variant hiſtorici. Servus arcarius *Scævolæ in l. Thais. D. de fidei comm. liber.* & marmore Romano 2. p. 463: 11. p. 580. eſt, qui domini pecuniam exigit, tractat, erogat, accepta & expenſa rationibus infert; *Pancir. l. 1. theſ. Var. ll. c. 45.* diſpenſatorem, i. e. æris domini penſatorem exponit; Fuit igitur talis in privatorum familiis. Sed quia cuilibet muneri publico plures in miniſterio eſſe convenit & neceſſarium eſt, quemadmodum

modum adjutores ſunt centurionis & aliorum ordinariorum in legione, optiones in officio officinatorum monetæ, ſubadjuvæ & adjutorum adjutores in ſchola agentium in rebus ſub diſpoſitione magiſtri officiorum, & adparitores Præfectorum, & Proconſulum: etiam arcarum præpoſitis & tabulariis in ſervitium additi fuerunt exactores ſeu compulſores, quos Lex 2. *C. de privil. cor. qui in ſacro Palatio mil.* & *Symm.* l. 9. Ep. 10. capitularios, *l. 6. C. de exact. trib.* curiales & adparitores vocat, qui à convictis & contumacibus poſſeſſoribus debitas functiones, etiam ad rem eorũ omnemq; ſubſtantiam accedendo & perſequendo ipſa prædia, quæ ſolennis compulſio nominatur, exigerent: quos quia arcæ famulabantur, arcarios ſervos nominari nihil adeò prohibet; ſed publici fuerint, cujus generis & provinciæ, & civitates, & municipia, & curiæ, & corpora poſſederunt, uti alteri illi privatorum. Quin & inter domûs Auguſtæ officia fuêre: Lapis Venetianus 10. pag. 570. Aſcanium Philoxenum TI. Claudii Cæſ. Aug. *ſervi arcarii* vicarium nominat, qui ſc. in iſtius tanquam ordinarii peculio eſſet: & membris urbium ac caſtrorum opificibus accenſiti arcarii, iidem cum lecticariis, è fabrorum inteſtinariorum corpore, *C. de excuſat. artif.* De tali quodam intelligo lapidem 8. p. 641. D. FABIO. D. F. CLA ARCARIO: niſi *clavicarius* fuit; quem Imp. l. d. artificibus urbani corporis quoque adnumerat. Hæc de arcario REIP. Neapolit. ſatis puto liquida ſunt, & ita ſolida validaque, ut unô quaſi ictu ab iis decem archontas Neapoleôs *Capacio* caſuros eſſe ſperem: in horum enim numero conſtituendo erravit ſolus, ſaxi pravè lecti mala fide nixus: in definiendo ipſo magiſtratu *Alciatum* vel ducem habuit vel ſocium; nam & is vocem Ἄρχοντες in reſcripto D. Hadriani quod *legem 48. D. de judic.* conficit, de Athenienſium magiſtratu expoſuit *l. 4. diſpunct. c. 6.* cum tamen Imp. generatim omnibus per municipia magiſtratibus, quorum capita ſunt DuumViri, reſcripſerit. Antequam alia manû, nimirum *Summontii*, deſcriptum iſtud ſaxum intuerer, videbatur FELIX iſte ARCHEOTA REIP. NEAP. fuiſſe, i. e. cuſtos archivi; quòd qui ἀρχείοις ſcriniis ſeu tabulariis civitatum, quibus inſtrumenta publica reconduntur & adſervantur, præeſſent & ſcripturarum codicumque curam gererent,

Digitized by Google

rerent, eos archeotas audivissem vocari ab Arcadio JC. *l. fin. D. de muner. & honor.* At præfero nunc quod modò astruxi.

Idem *Capacius*, ut thesin suam de Græcis in Rep. patria magistratibus defendat, l. d. c. 8. & 14. marmor, quod in ædibus hæredum Scipionis Sanctini Legum Doct. Neapoli viderit, describit tale:

ΗΒΩΝΙ. ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΙ. ΘΕΩΙ
Γ. JΟΤΝΙΟΣ. ΑΚΤΛΑΣ. ΝΕΩΤΕΡΟΣ
ΣΤΡΑΤΕΤΣΑΜΕΝΟΣ. ΕΠΙΤΡΟΠΕΤΣΑΣ. *Petrus Summontius*, qui ante seculum loca obscuriora in *Pontani Poematibus* explanavit, eandem tabellam, quæ fuerit apud Actium Sincerum Sannazarium, iisdem literis & apicibus expressit: itemque è modernis *Giov. Ant. Summonte dell' istoria di Napoli l. 1. c. 5.* cum interpretatione Latina *Bened. Falconii e lib. ejus antiqvit. Neap.* excerpta ista: PHOEBO SPLENDIDISSIMO DEO
FILIUS JUNIUS AKYLAS NOVITIUS.
MILES, CUM CIVITATUM CURAM
ET CURAM PLEBIS HABUERIT. *Lil. Greg. Gyraldus in hist. Deor. Synt. 8. & Grut. p. 36.* ex *Apiano*, mutilatam ultima voce exhibent; quam ne quis suspicari posset corruptè legi se castissimè & diligentissimè descripsisse profitetur *Capacius*, & *neminem quod ipse sciat*, interpretatum vel *interpretaturum esse* adseverat. *Falconii*, quisquis fuit, inscitiam transmittemus tirunculis castigandam: Est de C. Junio Aquila Juniore, *qui militaverit*, *Procuratoris & Demarchi munere functus*, *& Prætor navalis fuerit* in Rep. Neapolitana. ΛΑΤΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ initiali litera, ejusque uno crure, quod vetustas detrivit, mancum legerunt hactenus, eòque de prodigio vocabuli desperarunt; rectum est ΝΑΤΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ. Ναυκέλαι, Ναύκλαι, Ναύκελα, & Ναυκέλια naves sunt: *Leo Imp. Tacticor. Constit. 5. §. 9:* εἰ δὲ πρὸς ποταμοὺς ἢ λίμνας ναυκέλια, ἤγουν πλοῖα μικρὰ ἢ ἀπὸ βυρσῶν κατεσκευασμένα, ἢ κατ' φύσιν ἐπινοήσεις: & *Mauric. l. 1. c. 20:* Ὅτι τοὺς δρόμους καὶ τὰ λοιπὰ σκεύη τά τε δαπανηφόρα, καὶ τὰ ναυκέλια τά τε μικρὰ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ εἰς γέφυραν πεποιημένα. Ναυκέλαρχος igitur, & ναυκελαρχία, præfectum rei nauticæ, & prætorem in classe significant; quo

munere publico urbs maritima quæ & classem aleret ad defendendos fines, & commerciis floreret ob portuum commoditatem, & diversorum negotiatorum corporibus, tum lenuncularis, codicariis, nautis, remigibus & piscatoribus frequentibus habitaretur, carere non potuit, uti nec *λιμενοφύλαξι* seu limenarchis, qui portûs impositis stationariorum excubiis custodirent. In Insulanorum Rebusp. *ναυτοδίκαι* fuerunt *οἱ ἐπὶ τοῦ ἐμπορίου δικασταί*, qui mercatoribus & nautico corpori jus dicerent: *Svidæ*, *ἄρχοντες ἐπὶ τοῖς ναυκλήροις δικάζοντες, καὶ τοῖς περὶ τὸ ἐμπόριον ἐργαζομένοις*: Item *ναυφύλακες, ἄρχοντές τινες ἐπὶ τῆς νεῶν φυλακῆς*: qui navalia curabant, navibus instaurandis reparandis conservandisque incumbebant, tamquam Curatores operum publicorum, tabularum, statuarum, apud Romanos; & si Lexicis fides, *ναυλίκαι, τοῦ ναύλου ἀποδέκται; ναῦλον* autem *τέλος*, vectigal è portû, *Aristotel. 2. Oeconom. ἐλλιμένιον*: qui per operas suas (Romani mancipibus & publicanis utebantur, qui publica vectigalia à populo redemta habebant) portoria exegêrunt, eorumque rationibus præfuerunt. *Duumviros navales* classi ornandæ, reficiendæ, instruendæ commeatu & sociis implendæ causa jussit populus Romanus, sed extrà ordinem, rogante M. Decio trib. pl. a. U. C. 442. iique subinde iterùm creati sunt, ut constat è *Livio lib. 10. 40. & 41.* Ad instar horum Neapolitanos urbem ad mare incolentes & parandæ classis præ Romanis gnaros *constituisse navcelarchum*, cujus officium ex ipsa nominis ratione satis cognoscitur, nemo negaverit. Ejus ceu honorati in Rep. Neapolitana mentio prætereà est in duobus aliis itidem Neapoli, è fundamentis domûs Marcelli Muscettolæ Eq. N. nuper erutis marmoribus; unum tale est; ΟΙ ΠΟΛΙΤΑΙ ΣΕΛΕΥΚΟΝ ΤΟΝ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΔΙΣ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ, ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΑΝΔΡΩΝ, ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΝΤΑ, ΑΡΧΟΝΤΑ ΤΟΝ ΔΙΑ ΠΕΝΤΕ ΕΤΩΝ, ΤΙΜΗΤΙΚΟΝ ----- ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΕΥΝΟΙΑΣ ---- ΘΕΟΙΣ. Alterum ita habet: Η ΦΡΗΤΡΙΑ ΗΟΝΙΟΝΔΕΩΝ ΛΕΥΚΙΟΝ ΕΡΕΝΝΙΟΝ ΠΥΘΩΝΟΣ ΤΙΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΛΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΙΣΑΝΤΑ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΟΝ ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΝ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ

ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΘΕΟΙΣ Magiſtratus quibus tres iſti, quorum memoriæ ſunt in his lapidibus, Aquila Selevcus & Herennius functi, omnes à Romanis inſtituti ſunt; nuſpiam tales in Græcorum politiis uſu recepti fuiſſe leguntur: tantùm à civibus urbis Græcæ Græcis nominibus adfecti. Ἐπιτροπεύσας, qui Procurationem, officium ſplendidiſsimum & quod aditus erat ad honores ampliſſimos, non niſi familiaribus ſuis & receptæ autoritatis Viris conferebatur ab Impp. in partem adminiſtrationis provinciarum unà cum Præſidibus veniebat, & de bonis provincialium integram habebat cognitionem, geſsiſſet: cujus in omni Romana hiſtoria multa admodum mentio; in omni Græcorum, antequam à Romanis acciperent, ne quidem, niſi cum familiæ ruſticæ præpoſitum villicum ſignificat, unica. Δημαρχήσας eſt qui tribunus plebis vel Prætor fuiſſet: Illum plebs Romana contrà vim Patriciorum & concuſsiones è ſuo corpore ut legere poſſet, a. U. C. 260. à Patribus impetravit, & nunquam interrupto ordine primum V. pòſt X. Viros inſtituit, qui plebis jura tuerentur, & Senatus decretis, ſi quà fraudi fore populo viderentur, intercederent. Succedentibus temporibus & cum tribunatus ſeu δεκαδαρχία iſta exoluiſſet, in municipiis decreto honoratorum poſſeſſorum & curialium defenſores civitatum qui plebem ab injuriis & oneribus defendere tenebantur, è nobilioribus & ditioribus civium, ordinati ſunt. Cùm autem populus Neapolitanus eodem cum Romano in ſua Rep. jure eſſet, & æqualiter diviſa cum Senatû adminiſtratione Reip. gauderet, ſimili magiſtratû cui ſuas partes in Rep. committeret, opus habuit. Græci magiſtri Δημάρχους nominant, τοὺς τοῖς ὑπάτοις εἰς τὸ αὐτὸ τῆς δυνάμεως καθισαμένους ἐνιαυτῷ τε ταύτην καρπούμενοι τὴν ἐξουσίαν, δημαγωγοῦντας τὸ πλῆθος τοῖς καθ' ἡδονὴν πολιτεύμασιν: quæ tribunorum plebis apud Romanos deſcriptio eſt; & tribunitiam poteſtatem, quà in perpetuum accepta uſi fuêre quoque Imperatores, ut intercedere iis quæ contrà ipſorum decreta & placita moverentur ab aliis poſſent, δημαρχικὴν ἐξουσίαν. Prætores verò à populo iiſdem auſpiciis, quibus Conſules creabantur: inde Collegæ Conſulum; eo fine, ut abſentibus militiæ COSS. eſſet in urbe magiſtratus qui jus reddere vel inter cives

jus dicere poſſet. Hunc magiſtratum Græci Romanam hiſtoriam ſcribentes, quòd omnis major magiſtratus apud Rom. tàm qui jus daret, quàm qui exercitum duceret, Prætor dici poterat, generali vocabulo *ϛρατηγὸς, ϛρατηγὸν κτ̀ τὴν πόλιν καὶ ἐπὶ τῶν ξένων, Prætorem urbanum ſeu inter cives & peregrinos*, Inſc. p. 503. & *ἄρχοντας* vocaverunt; Neapolitani & alii Romanorum inſtitutis jam aſſveti Græci quòd in generali vocabulo ambiguitas eſſet, ſpeciali magis, & rei ipſi ſeu poteſtati magiſtratûs Prætoris convenientiore, *Δήμαρχον*. Eum aliquando geſſit Hadrianus, pòſt Imperator: *Apud Neapolim*, inquit *Spartianus*, *Demarchus, & in patria ſua Quinquennalis & Athenis archon fuit*: & neſcio an eodem ſeculo Munatius Conceſſianus, cujus *Demarchia* ex Inſcr. 6. p. 439. ſcriptoribus aliis omnibus tacentibus innoteſcit: & Caſtricius Caledianus, quem *δημαρχήσαντα* lapis ad D. Pauli Neapoli nominat. *Demarchi* autem vocabulum prò Tribunô vel Prætore Græcos uſurpaſſe *Capacio*, qui modò cum archonte, modò cum Conſule, modò cum Dictatore, modò cùm Ædili componit Demarchum, & dum ita titubantia profert ſolidum nihil docet, oſtendimus è ſaxo inſcripto Græcè reperto à *Douſa* alicubi in Græcia, *ap. Grut. 2. p. 425.* Id quia vitiosè deſcriptum eſt, ut de emendatione noſtrâ conſtet, adſcribemus & illuſtrabimus: Γ. ΙΟΥΛΙΟΝ. Γ ΥΙΟΝ. ΦΑΒΙΑ. ΣΕΟΥΗΡΟΝ. ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ. ΠΡΟΤΟΝ. ΜΕΝ ΠΕΝΤΕ. Κ. ΔΕΚΑΝΔΡΩΝ ΤΩΝ. ΕΚΔΙΚΑΖΟΝΤΩΝ. ΤΑ. ΠΡΑΓΜΑΤΑ ΙΠΠΩΙ ΔΗΜΟΣΙΩΙ. ΤΙΜΗΘΕΝΤΑ. ΧΙΛΙΑΡΧΟΝ ΛΕΓΙΩΝΟΣ. Δ. ΣΚΥΘΙΚΗΣ. ΤΑΜΙΑΝ. ΚΑΙ ΔΙΑ. ΤΟΝ. ΔΗΜΑΡΧΟ ΚΑΝΔΙΑ. ΤΟΝ. ΙΕΡΕ--- Julius iſte Severus, è gente Fabia ille ipſe eſt, quem L. Ælio Cæſare & Balbino Vibullio Pio COSS. qui fuêre a. U. C. 889. Chr. vulg. 137. vixiſſe & Pontificem DuumViro J. D. rogandæ cujusdam legis verba præiviſſe ex Inſcript. Salonenſi 12. p. 23. didicimus: honores & officia quibus functus recenſentur iſta; primùm fuiſſe QuindecemVirum ſtlitibus judicandis: tum equo publico honoratum, tribunum Legionis IV. Scythicæ: Quæſtorem Kandidatum, Prætorem Kandidatum (luxata enim Græca reponenda ſunt ita: *Ταμίαν Κανδιδᾶτον. Δήμαρχον Κανδιδᾶτον*) ſacerdotem. Hominem Romanum fuiſſe

pro-

produnt dignitates: apud Romanos autem ſub Auguſtis *Quæſtores Candidati* & *Prætores Candidati* Inſcr. 7. p. 459. de Fl. Poſtumio Titiano P. K. Q. K: 3. p. 381. de Cæſonio Rufiniano: 2. p. 450. de Anicio Probo, & 4. p. 431 de Lolliano V. C. Q. K. i. e. Quæſtore Candidato, & *Candidati in tribunatû plebis & pratura*: 5. p. 430. TR. PL. PR. i. e. *tribunus plebis & pretor* IN UTROQUE HONORE CANDIDATUS DIVI TRAIANI AUG. 8. p. 1025. de Cæcilio Marcello. Sunt autem Quæſtores, Prætores, Senatores Candidati, qui cum in honore eſſent, pro more amphitheatrica ſpectacula ſeu munera publica edebant: in quam editionem varias ſpecies, & peregrina animalia, urſos, leones, Libycas, belbos addaces pygargos, canes Scoticos immenſis preciis comparabāt è provinciis; quin & è Saxoniâ pro ludis Quæſtoriis gladiatores, terribiles ſpecie homines, truculēti & vitæ contemtores adduci conſueverunt: De Quæſtoribus & Prætoribus Kandidatis colligo è *Lampridii Alex.* maximè è Symmacho l. 2. Ep. 46. 77. & 81: l. 5. Ep. 62. & 65: Ep. 59. *largitas Candidati* eſt adparatus muneris ſplendidus & magnificum impendium. Qui a. in Prætura, Quæſtura, vel Tribunatu Imperatoris alicujus Candidati adpellantur, ut Licinius Sura Cæſaris, Cæcilius Marcellus Divi Trajani, & C. Popilius Pedo Divi Hadriani AVG. Inſcr. 6. p. 457. ii ſunt, qui in petitione Præturæ, Quæſturæ, Tribunatus voto judicio & reſcripto Imperatoris ad Senatum adjuvabantur: extantque commendatoriæ ejuſmodi apud *Caſsiodorum l. 5. Var. IV. & XLI: l. 8. XI. & XVII.* Hoc genus Prætorios Quæſtoriosque Candidatos *Symm. l. 8. Ep. 38. & l. 2. Ep. 59.* vel Præturæ & Quæſturæ Candidatos nominabant, ab iſtis longè diverſiſsimos. Athenienſium autem Δήμαρχοι multò inferiore loco & viliores fuēre, nim. ἑκάϛου δήμου ἐν Ἀθήναις κατέχοντες; Eorum officium erat, convocare populum ſi quando opus, ad ſuffragia ferenda ſuppeditare ei calculos, tabulas debitorum cujusque populi Attici tractare & à reliquatoribus pignora capere; *Poll. l. 8. Heſ. & Svid. in* Δήμαρχοι: & pompam feſtivitatis Panathenæorū curare: ut propterea Neapolitani ad hoſce tanquam ad exemplar referri nullo modo poſſint. Verba ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΑΝΔΡΩΝ Quatuorviratum inſinuant: Is apud Rom. fuit multiplex:

instituerunt IIII. Viros jure dicundo; IIII. Viros ad ærarium: IIII. Viros Viarum curandarum; IIII. Viros stlitibus judicandis: IIII. Viros ædilitia potestate. ΑΡΧΩΝ Ο ΔΙΑ ΠΕΝΤΕ ΕΤΩΝ, & ΑΡΞΑΣ Ο ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΣ est Quinquennalis vel magister quinquennalis; ut *Inscr. 9. p. 638.* MAG. QVIN. CONLEGI. AVRIFICVM. Hi cuique pænè corpori & sodalitati fuêre peculiares, lustri & ludorum singulo quinquennio celebrandorum gratiâ, modò bini, ut collegii tibicinum qui Romæ sacris publicis præstò sunt, *Inscr. 2. p. 269.* hos vocabant Duum viros quinquennales; ut *Inscr. 6. p. 168: 5. p. 485. 4. p. 487: 1. p. 351:* modò quatuor, *Inscr. 7. p. 485.* C. VESIDIENO. BASSO. ÆD. IIII. VIR. JVR. DIC. IIII. VIR. QVINQ. *6. p. 344:* POLITICIANO. ÆD. Q. IIII. VIR. J. D. IIII. VIR. Q. Q. *& 2. p. 14:* C. CLVVIVS. II. VIR. NOLÆ. IIII. VIR. QVINQVENNAL. modò plures, ut ordinis corporatorum lenunculariorum Ostiensium, *Inscr. Ost. p. 1077.* & collegii fabrûm tignariorum, *6. p. 252.* modò ambulatorii, modò perpetui, ut *Inscr. 10. p. 1083.* ΤΙΜΗΤΙΚΟΝ, nominat qui Censuram aliquando gessisset, *Censorium.* Ultimi versus in utroque marmore videntur verbo ΦΡΗΤΟΡΣΙ, ut Castores qui in honore Neapolitanis intelligantur supplendi esse vel ΦΡΗΤΡΙΑΙΣ, quod populus in φυλὰς seu trivus; hæ in φρατρίας & sodalitates, quæ certo loco, quem *Phetrium* inde adpellabant, *Inscr. p. 214. & 215. &* φράτριον *Poll. l. 3. c. 4.* religionis, sacrificiorum, epularum &c. gratia statis temporibus convenire solerent; quælibet harum habebat magistrum & ministros. Ille φρήταρχος vocabatur; ministrorum locô erant χαλκολόγοι, φρυγισταί, διοικηταί, i. e. Rationales, seu tabularum Curiones, Procuratores: qui cum privati essent quisque (REIP. enim nihil attingebant, sed tribuum seu cognationum synodis, quas ex quibuscunque de causis instituissent, præerant & tribulia negotia moderabantur, vicomagistris Romanis non absimiles) non debuerunt laterculo Potestatum, quod factum â *Capacio*, inscribi. Multò verò minus στρατηγός inter eos quidam tum fuit, cui partes in Rep. Neapolitana tribuit *Capacius*, quod in lapide Junii Aquilæ reperisset Στρατευσάμενον: hinc enim solùm professio, quòd is aliquando στρατιώτης, miles Reip. causâ fuisset, non στρατηγία

πηγίας vel ἡγεμονία, publica cum jurisdictione dignitas, elicitur. EBONEM Neapolitanorum Numen tutelare fuisse ex istâ Inscriptione, *Macrob. l. 1. Saturn. c. 18. & l. 1. Pontani Uraniâ* cognoscimus: Eum barbatum humana facie, taurino corpore exhibent numi veteres: nō igitur ἀπὸ τῆς ἥβης ita dictus fuerit, ut vult *Capacius*: verosimilius est, veteres Campaniæ incolas Oscos, Opicos, Auruncos vel Tuscos numen suæ regionis (fuit n. præterquam Neapolitanorum, etiam Nolanorum, Puteolitarum, Atellanorum, Suessanorum, Capuanorū πατρῷον & proprium) idem cum Sole, Apolline, Mithra, Serapi, lingua populari sic adpellasse; Cumanos a. advenas, & ex his Neapolitanos Numinis indigenæ cultum cum nomine antiquo, cujus originem etiam ignorarent, retinuisse, ut solemus vetusta admirari; Certè à Græcis Hebonem non acceperunt; ad quos cum omnia illustria & memorabilia suæ patriæ referre voluerit *Capacius*, etiam quæ à Romanis instituta essent, cur quæ Mithræ seu Ebonis simulacri taurini, reperti in crypta templi cujusdam Romæ, collo scripta leguntur, NAMA CEBECION, ea è lingua Persica petere adeò sui dissimilis voluit, l. d c. 14? Sunt n. manifestò Græca, νᾶμα Σεβέθιον, i. e. *fluvius Sebethus*; qui è Labulla derivatus prope mænia Neapoleos decurrit; propterque eum *Colum. l. 10.* Parthenopen *Sebethide lympha roscidam*, *Statius 1. Silv. 2. Sebethi alumnam* nominavit. Patet insuper quia ventri simulacri Latinis literis insculpta sunt: DEO SOLI INVICTO MITHRÆ, ad Neapolitanos & eorum religionē id pertinere; tum etiam quia duplici idiomate concepta est epigraphe, quod consuevisse Neapolitanos [s]υνευθύνως Romanis modò diximus.

Magistratus Consulari dignitate fuisse Neapoli naturæ Coloniarum, quibus duo intrà nomen DUOVIRÛM coacti præficiebantur: (Arpini loco summi magistratus erant Ædiles *Cic. 2. agrar.*) repugnat; CONSULES sola Roma habebat, incommunicabiles Municipiis & Coloniis. Vanum igitur est & quod *Mich. Zappullo dell'istor. di Roma c. 4* de pari Consulum Neapolitanorum, Nymphio & Charilao, qui fuissent cum dederetur opidum Romanis: & quod *Gio. Ant. Summonte l. 1. hist. di Napoli c. 11.* è *Joh. Villanô* de creato ab Aug. Imp. Consule Virgilio Mantuanô Poëta, tradidit; & de facto tū per totam

totam Campaniam terræ motû, quo urbes nobilissimas consedisse *Seneca l. 6. Quæstion. natur.* deplorat. Contigit enim strages illa COSS. Memmio Regulo & Virginio Ruffo, a. 2. Olymp. 210. U.C. 816. cum Virgilius ante annos 80. a. U.C. 736 2. Ol. 190. Saturnino & Cinna COSS. juxtà *Eusebium*, Brundusii obiisset: Isti mimo ut fides haberetur, ab eodem Virgilio admirabilē cryptam in Pausilypo effossam, & staticulum equi æreum, quod morbos equini generis sanare credebatur vulgò, arte magica conflatum fuisse commenti fuerunt. Incogitantissimè a. omnium fecit *Capacius*, quòd CN. DOMITIVM DEXTRVM, L. VALERIVM MESSALAM; itemque P. RVTILIVM, CN. MALLIVM COSS. in lapidibus Neapolitanis laudatos Neapoleos COSS. fuisse contendit *l. d. c. 9.* secutus fortasse *Summontium l. 1. c. 6.* Reperiuntur enim hi in Fastis Consularibus Romanis; municipales autem juxtà hos describebantur; ut patet è fragmento taliū apud *Grut. p. 1087.* Idem de L. Crepereio Proculo itemque de Philippo, pariter Consulibus, dicendum est; & Philippus in saxo Neapol. 8. p. 1098. apud *Grut.* expresſè Αυσονίων ὕπατος salutatur; quod quia non vidit *Capacius*, lolio eum victitasse & nō adhibuisse berillos autumamus. In provinciis municipiis & coloniis semper COSS. Romanorum magna fuit autoritas, eorum nominibus signata instrumenta publica, iisq; à clientibus statuæ, signa, & alia opera dedicata, ut cives Neapolitanos, Ordinem, Collegia nonnullis idem fecisse nemo mirari debeat. Quod autem annos Consulatuum Proculi & Philippi adnotare uti reliquorum omittimus, fit quia in albo Ordinariorum eos non reperimus. suffectorum autem, quia ferè neglecti sunt à scriptoribus, tempora inquirere tædium simul & laborem adfert; quem subire nunc minimè vacat.

In SCto Græco, quo II. Viri & Decuriones Neapoleôs Octavio Caprario Ædili pro filio cognomini in solatium parentis & honorem defuncti locum sepulturæ decreverunt, quod apud *Grut. p. 1072. & Summ. l. d. c. 6.* videri potest, nominantur qui interfuerint consilio Πετρώνιος Σκάπλας, Μάννιος Πρίσκος, Ποππαῖος Σευῆρος: tum ἄρχοντες seu DuumViri, qui ad Senatum de ista Caprari petitione retulissent, ΠΑΚΚΙΟΣ ΚΑΛΗΔΟΣ ΚΑΙ

ΟΥΕΙ-

ΟΥΕΙΒΙΟΣ ΠΟΛΛΙΩΝ; & hæc omnium SCtorum forma fuit, ut superiusculè quoque tetigimus, neque indiget res ultrà declaratione. *Capacius* ut ex Atheniensium Rep. illos magistratus Neapoleôs derivare posit & docere similitudinem instituti in utraque, è quinque suppositis facit, pro numero scil. nominum (*Vibius* enim, nisi melius *Vedius*, *Pollio* binominis & verè Romana adpellatione ipsi est *Vibiosson*, insolente & corrupto nomine) novem, & nomina priora sex *Petronius*, *Scaplas*, *Mannejus*, *Priscus*, *Poppatus*, *Severus* thesmothetarum; reliqua tria *Paccius*, *Caledus*, *Vibiosson*, regis, polemarchi, & archontis esse concludit. Sed violenta ista sunt, & cerebrina; Neque enim in instrumentis publicis nomina ita concisè referuntur, ut prænomina & cognomina omittantur; sed contrarium vel sexcenties in marmoribus occurrit, quibus quandoque etiam tribûs exprimuntur, & alia minutiora. Et PACCIUM CALEDUM unum singularem hominem fuisse alio lapide Neapolitano, quem ad D. Pauli servari dicit c. 14. p. 215. patet ad oculum: Is dedicatus est cuidam Cominiæ, Plutogeniæ sacerdotis Cereris filiæ, ΓΥΝΑΙΚΙ ΠΑΚΚΙΟΥ ΚΑΛΗΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΙΚΟΥ: *uxori PaccI Caledi DuumViralis*, vel Viri Consularis. *Capacius* dejunxit vocabula ΠΑΚΚΙΟΥΚΑ. ΑΗΔΟΥ, *Pacciuca, Aedi Viri Arcontici*; & mox ΠΑΚΚΙΟΥΚΑ. ΑΗΔΙΑΝΟΥ, *Pacciuca. Aediani*, quod esse debebat *PaccI Calediani*. De reliquis, quos ita multiplicat, idem doceri posset; sed res tanti non est; & habemus jamtum deprehensum in puerili ignorantia, gravi interim temeratione Romanæ Antiquitatis, *Capacium*. Et quia opus hoc *στηλοκοπίας* & *lapides vivificandi* nobis nunc fervet, de sex-septem ostendemus *ὡς ἐν συντόμῳ* (pleniùs enim enarrabuntur loco suo) summam rei difficultatem simul & incredibilem utilitatem. Est enim thesaurus iste è ruderibus & bustis urbium erutorum collectorumque lapidum verè *ἕρμαιον* illud in bivio positum, viarum diversarum rerumque index maximè fidelis, qui in literarum monumentis, ob temporum inertiam vacillantibus, ad veritatem manu protensa ducit, incognita annunciat, & deliquia scriptorum liberalissimè supplet. Quàm autem viros etiam perspicacissimos in ejusmodi fefellit interdum unica literula, signũ à quadratario vel

apex & induxit, ut puerili errore malè interpretarentur marmora, absurdas de Antiquitate sententias foverent & traderent posteris? quot immania σφάλματα sunt à malis indoctorum incuriosorumque notariorum manibus, quæ si visum effugiant, & relinquantur, jam tota sententia laborat, & nihil sani, ut maximè contendas, exfunditur. *Præpositum Consularem Coloniæ Dacicæ Sarmaticæ* è saxô Clausenburgi Transilvanorum W. *Lazius l. 12. comm. R. R. c. 1. f. 931.* exsculpit; commemorat eundem *Scaliger cap. 5. Indicis Inscr.* Sed inauditum hoc magistratus nomen est, & vel ab eo qui primus saxum enotavit, vel ab ipsô *Lazio* è non intellecto scripturæ compendio, quod fuit PR. PR. COS. confictum. Ita enim eundem lapidem Albæ Juliæ visum è *Sigleri* schedis exprimit p. 414. *Gruterus:*

P. FVRIO
SATVRNINO
LEG. AVG. PR. PR. COS.
COL. DAC. SARMIZ
PRÆSIDI DIGNISS.

Daciam, postquam provincia auspiciis Trajani Aug. victo Decebalo facta esset, & coloniæ in eâ deductæ, Proprætores regebant, titulo PRÆSIDVM; primus à Trajano impositus ei fuit M. Scaurianus. Lapis in ruinis urbis Varhel, quæ Coloniam Ulpiam Dacicam Trajanam Sarmizegethusam, olim regiam Dacorum, hodiè refert, apud *Grut. 3. p. 6:*

J. O. M.
ROMVLO. PARENTI
MARTI AVXILIATORI
FELICIBVS. AVSPICIIS
CÆSARIS. DIVI. NERVÆ
TRAJANI. AVGVSTI
CONDITA. COLONIA
DACICA
SARMIZ
PER
M. SCAVRIANVM
EJVS. PROPR.

& alius

alms Albæ Juliæ, metropoli Daciæ mediterraneæ apud Grut. 3. p. 10: J. O. M.

ET. DIS. PENATIBVS

SCAVRIANVS. Hoc nomen restituendum est alteri lapidi ibidem reperto, apud *Zamos. analect. antiq. Daciæ c. 3. & Grut. p. 259.* quem imperante *M. Ælio Antonino, cujus nutu & auspiciis provincia Dacica gubernatur* dedicavit M. SVRRIANVS. PR. PR. Memoriam istius SCAVRIANI oppidum Mœsiæ inferioris quod in ripa ulteriore Danubii inter Viminacium & Pontem Trajani locant *Sambucus & Lazius* & Severianum, Sverinum, Sornum adpellant, hodièque ostentat; vera enim appellatio hujus Scaurinum vel Scaurianum fuit. Adrianus Daciam Martio Turboni Mauritaniæ & Ægypti præfecto credidit, *Spart.* Tum ex intervallo ignoto nobis eam C. Marius Drusus C. F. PR. PR. DICTVS. EX. PROVINCIA. DACICA, *Zamos. c. 6. & Grut. 3. p. 180:* itemque L. Annius Fabianus LEG. AVG. PROPR. PROVINC. DAC. fide marmoris Græciensis in Hungaria, apud *Grut. 5. p. 354. è Panvinio,* prioribus Severi Imp. annis (octavo enim, qui fuit P. R. C. 954. Consulatum cum Muciano gessit, cujus dignitatis nulla in lapide mentio) administravit. Hinc abundè constat de sensû istarum siglarum PR. PR. & LEG. PR. PR. PROV. Daciamque perinde ut Mœsiam ex Inscr. Tiburtina apud *Grut. p. C53.* & Pannoniam inferiorem, è Bennana, 3. p. 442. & è Brixianâ, 10. p. 441. prætoriam, non Consularem provinciam, temporibus eorum quos nominavi Præsidum, fuisse. Quod autem Dacia mediterranea Consularibus adcensetur *in breviario Imperii Orient. 5. de Vicario Daciæ*, id de Honorianis temporibus, quibus prior ista Provinciæ Daciæ, quippe quam Barbari Galieno imperante occupatam aliquandiu tenuerant, gubernationis forma exoleverat, intelligendum venit; quæ si qui non distingvunt, immane chaos in historia Romana faciunt. Suggestum a. ab aliis fuisse *Lazio*, quod ita de PRÆPOSITO CONSVLARI DACIÆ delitavit, inde colligitur, quod Inscriptiones tres, quæ diversis Hungariæ & Transilvaniæ locis repertæ sunt, in unam conflavit & vitiosissimè descriptam produxit: quare judicio de talibus caruisse deprehenditur.

Quod ut clariùs perspiciat lector, huc istam miscellam ineptam cum suis sibi nugis & mendis adferam:

L. ANNIO FABIANO TRIVMVIRO Capitalium TRIB. LEG. II. AVG. QVÆSTORI Turbantum TRIB. PL. PRÆTORI Viæ LATINÆ LEGATO LEG. X. FRETENSIS LEGATO AVGVSTALI Primo Præfecto PROVINCIÆ Darcolomarum Vlpianarum Trajanarum Sarmaticarum D. M. Civis. SABINIVS. MILES. LEGIONIS. XII. Glibres A RATIONIB. VIX. AN. XXX. VALENS IIVIR. COL. ET COMINIA FLORENTINA PARENTES INEFFICACISSIMI Peurio SATVRNINO LEGATO AVGVSTALI PRÆPOSITOQ. CONSVLARI Coloniæ Dacicæ Sarmaticæ L. D. D. D.

Primus lapis de Annio Græciæ in Hungaria, teste *panvinio*, repertus est: 5. p. 354. apud *Grut.* Versu ejus primo lege; CAPITALI: Versu secundo, VRBANO: tertio, CVRATORI VIÆ: quarto PROPR. & DAC. COLON. quinto, VLPIANA TRAJANA ZARMATICA. De DARCOLOMIS, quorum coloniam Clausenburgum fuisse hinc elicit, frigidius est nive Scythica; & ita tamen placuit *Ortelio* ut *Darcolomas* Thesauro Geographico cum luculenta annotatione, è qua Daciæ populos esse intelligas, insereret. Sint nugæ; non deerunt earum admiratores. Sequitur alter lapis haud procul Strigonio visus: 10. p. 415: D. M. GAVIVS. SABINVS, & mox, G. id, est, Geminæ. LIBRES, conciso vocabulo pro LIBRARIVS. Tertius iste, 5. p. 414: P. FVRIO, & reliqua. Ultima nominandi casû efferenda sunt, COLONIA *Dacica Sarmatica* scil. Præsidi suo posuit. Neq; enim coloniæ alicujus municipiive sive præfectus sive Præses aliquis fuit dicique consuevit, sed Proconsul, Prætor, Præses provinciæ, in qua Colonia una vel plures. Coloniarum autem proprii erant Patroni; & ex magistratibus DuoViri, Ædiles, Quinquennales, Decuriones, curatores REIP. Procuratores. Tandem, ne quid intactum relinquamus, quod quovis modo facere possit doctiores, P. FVRIVS SATVRNINVS, quem saxa tria apud *Grut. Sigeri Clusii & Bongarsi* manibus descripta, & istud à *Lazio* expressum sic nominant, idem cum TI. ATERIO SATVRNINO,

NINO, qui aliquando collega Trebon. Gallo, a. U. C. 951. quintô Imp. Severi CONSVL fuit, ut eſt in Faſtis COSS. à *Panvinio* concinnatis, & in tabula marmorea Romæ propè SS. Apoſtolorum baſilicam, apud *Grut* p. 126. & in *Chronol. Rom. Ilbb. Emml* hoc nomine legitur, videtur eſſe, & nomenclaturâ gentis ATERIÆ in FVRII, cui adfinis eſt, refingi debere. Cognomentum enim *Saturnini* Hateriorum genti fuiſſe uſitatum, nullum prætereà teſtimonium eſt: de Furiis cognominatos eſſe Saturninos præter ſaxa commemorata Antiquitatum Roman. ſcriptores *Pighius* & *Schottus* docent. Cedemus tamen ſententia ſi quis Conſulatum iſtius FVRII alium ab eo quem definivimus ſive ex ordinariorum ſive ſuffectorum & honorariorum ordine monſtraverit; tum enim demùm duos diſtinctos Saturninos eſſe FVRIVM & ATERIVM certi erimus.

Arelatem, Sextanorum olim, hodiè Galliæ Narbonenſis ſplendidiſsimum opidum Rhodano impoſitum, *Mamiliariam* dictam fuiſſe, primus quod ſciam *Scaliger. lib. 2. Auſon. lect. c. 30.* obſervavit; inde ſublegerunt *Ortelius in theſ. Geogr. & P. Merula Coſmogr. P. 2. l. 3. c. 39.* & credidère adſeveranti, quia lapidis inſcripti teſtimonio niteretur, πολλοί τε κἀγαθοί: adſenſere omnes; nemo dubitavit. At hodiè cum ipſum lapidem, quem è *Scalig.* & *Knibbii* ſchedis repræſentat *Grut. p. 159*; mihi contigiſſet inſpicere, *Scaliger*, quod monſtro ſimile eſt, ἐσφάλη μέγα λίαν ἀτυχήσας. Syllabam enim MA initialem vocabuli, cujus reliqua obliterata ſunt in ſaxo cum ſequente integra & ſignificante vocula impertinenter connexuit; unde Chimæra iſta MAMILIARIA exivit. Ecce autem ipſum marmor: ---- VIR. INL. ---- AVXILIARIS. PRÆ. PRÆTO. GALLIA--- DE. ARELATE. MA---MILIARIA. PONI. S.--- M. P. I. cujus ſenſus, ſi ſuppleantur lacunæ, uti ſupplendas eſſe remur, talis eſt: XV. Conſulatu THEODOSII, qui cum a. Chr. 435. coincidit VIR ILLVSTRIS AVXILIARIS (prænomen enim quod detritum eſt divinare nondum potui) Præf. Præt. Galliarum DE ARELATE MARITIMAM uſque Miliaria poni Sua Pecunia curavit. C. Gracchus lata lege Sempronia de viis ſternendis, muniendis, reficiendis, Maſsiliam

dis, instituerat, ut lapidibus certa mensura positis notarentur millia passuum, & signa spaciorum columellis, quæ singulis miliariis statuebantur, inciderentur, *Plut. in ejus vita.* notata in lapidibus scriptis spacia vocat *Quintil. lib. 4. Instit. c. 3.* Ei rei *Curator Viarum* cujus mentio sub a. U. C. 732. in epigrammate Romano, apud *Grut.* 3. p. 160: tum *QuatuorViri Viarum curandarum* sub Impp. & in municipiis ædiles creati sunt. Ipsi Impp. magistratus, & viri illustres viis eversis & corruptis resarciendis, dimetiendis, & signandis per provincias incubuerunt: *Viam à Benevento Brundisium pecunia sua fecit* Trajanus, 2. p. 151. *Viam inundatione aquæ interruptam restituit* Capuæ M. Anton. PIVS, ib. 4. *Viam Svessanis municipibus sua pec. fecit* Hadrianus, ib. 1: *Viam longam pedes* MCLXV. *sua pec. silice sternend. curaverunt* Augustales Seviri Forosempronienses, 4. p. 150: Imp. Hadrianus *viam Cassiam vetustate collapsam à Clusinorum finibus Florentiam perduxit millia passuum XXCI:* 2. p. 156: Appulejus Allifano municipio Campaniæ *II. Vir, Curator sternendarum viarum pedum decem millia viam sua pecunia fecit*, 1. p. 152: Imp. Julius Maximinus Verus & Jul. Maxim. Verus Cæsar, VIAS ET PONTES TEMPORIS VETVSTATE COLLAPSOS RESTITVERVNT CVRANTE Q. DECIO. LEG. AVG. PRÆF. PRÆT. A. BRACC. AVG. M. P. id est, à Braccara Augusta in Lusitania per millia passuum tot vel tot: nota enim numeri obliterata est, 5. p. 151: expressa in 3. p. 156. A. BRACCARA. AVG. M. P. XXIIII: in 4. p. 158: A. BRACCARA. M. P. III: & 3. ibid. - - - - - - - - ORA. M. P. XXII. id est, *ab Ebora millia passuum viginti duo*; ut in 10. l. d. quem in prædio 12. ab Ebora miliario reperit *Resendius*: IMP. CAES. MAXIMIANO. PIO. FELICI. AVG. EBORA M. P. XII. Idem studium Præfecti Præt. Galliarum fuit, commoditatibus Provincialium miliaria ab *Arelate* usque ad *Maritimam*, quæ colonia fuit & urbs Avaticorum *Ptol. l. 2.* stagno seu fossis Marianis opera C. Marii bello cum Cimbris & Teutonibus è Rhodano ductis & mari Massalitano seu Ligustico adjacens, distinguere & signare: cujus operis memoriam iste lapis Arelatensis conservavit. In versu ultimo nota numeri quot videlicet passuum millibus iter Arelate Maritimam constiterit,

Digitized by Google

rit, excidit: In *Itiner. Portuum* à fossis ad Gradum, & à Gradu per fluvium Rhodanum Arelatem usque M. P. XLVI: in *Antonini d. Itiner.* à Fossis Arelatem M. P. XXXIII. numerantur; è quibus lapidis scripturam facile integrabimus. De Arelate Mamiliaria juvenile somnium fuit *Scaligeri*, & properantiæ culpa; cum enim Inscriptiones digereret nostram ad caput *de Operibus publicis* retulit & cognomen istud in Indicis cap. I. omisit; utrunque rectissimè factum & ingenua confessio, non omnia posse. Nosse autem debemus nos, *dignum esse venia quod necessitate delinquitur;* necessitas autem humanitas.

In lapide Braccarano 5. p. 151. nihil ultrà obscuri est, si admittatur, quod diximus: Decius iste, præf. Præt. sub Maximinis, est C. Messius Quintus Trajanus Decius, qui post Philippos imperavit; cujus Præfecturæ Prætorio aliud testimonium nondum audivimus. Autor Indicis Inscriptionum nihil in isto vidit, cum c. 6. exponit *Præfectum Alæ Braccar. Augustanorum;* Nusquam enim legimus, vel è Bracariis lectos fuisse equites, qui Braccar-Augustani vocarentur, vel Braccar-Augustæ alas equitum consedisse; de ibidem consistentibus cohortibus, in quib⁹ pedites, est Inscr. 6. p. 367: Præf. coh. II. Braccar-Augustan. 5. p. 466: *Præf. coh. III. Bracar. Aug.* & quomodo ad rem militarem ultima M. P. I. referre poterit? Est autem Braccara Bracarum seu Bracarorum civitas, *Plin. l. 3. c. 3.* Βράκαρ Αὐγούστα, *Ptolem. l. d. Inscr. 6. p. 498. 6. p. 379.* Conventus Bracar-Aug. hodiè Bragua colonia, inter PortuGallicas archiepiscopatu, olim primatu Sedis per omnem Hispaniam insignis: in qua quondam negotiabantur Cives Romani cujus rei memoria extat Inscr. 6. p. 498.

Jacobum Gutherium J C. libris *de officiis domûs Augustæ*, variæ & reconditæ eruditionis, multa feliciter eruisse, quæ hactenus Juris Antiquitatum lytæ simul & antecessores ignorarunt, palàm est; eòque videri dignissimum cui juxtà Alciatos, Cujacios, Brissonios, Fabros, Pithæos, Pancirolas, Rævardos, Juretos, Gothofredos & reliqua Europæ lumina in Comitio vel in memoriæ fano togata statua cum elogio ponatur; operam ejus commendat elegantiarum studiosis vel inprimis, quòd dicta sua veterum

terum marmorum ſcripturis, tanquam lemniſcis quibuſdam & clavis in purpura aureis exornat; quas & fideliùs repræſentat, & adplicat eruditiùs & exponit dexteriùs quàm à W. *Lazio in Comment. Reip. Rom.* factum: cujus ὡς ἀνοργιάστου τινὸς καὶ ἐξεμβύτος ὃ οὐκ ἔπωψεν errores in hoc genere infiniti ſunt, ut docebimus alibi. In Gutherii iſto corpore quantum velimus puro & integro paucos quosdam nævos effruticare conſpeximus; quibus diſtringendis operæ nonnihil dabimus. Gladiatorum familiæ non Romæ tantùm ſed & in provinciis alebantur ad editiones munerum: ei rei μονομαχοτροφεῖα & ludi publici; in Urbe plures quos à *Lipſio l. 1. Saturn. c. 14.* petas licet. *Dacicum* ex his nominat lapis Miſenus apud *Scip. Mazellam, antich. di Pozzuolo c. 30.* & Grut. 7. p. 389. ſed in quo mendum etiamnum hæret; ita edidêre: PROC. LVDI. MAGNI. PROC. CLAVDI. DACIC. Corrige, LVDI. Dacicus à gentilibus eadem ſtatione concluſis. Per provincias in opidis majoribus; ludus Lentuli *Capuæ*, quo effracto Spartacus cum ſuis commanipulis erupit, & collecta ſervorum ergaſtulorumque multitudine bellum concitavit in Romanos, *Liv. epit. l. 95: Florus l. 3. c. 20: Pergami*, è quo Pontifices dabant, *Gal. l. 3. de comp. med. ſ. l. c. 4: Veronæ;* teſtimonio inſcr. 6. p. 1020: *Arelate;* ibi enim effoſſum nuper marmor *negotiatorem familiæ gladiatoriæ* M. Julium Olympum quendam commemorat; 3. p. 333. niſi quod verius eſſe putaverim, is venaliciarius potius fuit, & mercem ſuam non tàm Arelate quàm alibi ad ludos publicos extruſit, σωματέμπορος: *Alexandriæ*, 3. p. 376. Iis præfecti erant laniſtæ, qui uſum armorum docerent auctoratos; & prætereà digniori loco medici & Procuratores. Didius Marinus PROC. FAM. GLAD. PER. ASIAM. HY. (lege BITHY: è ſpacio enim eraſas paucas literas eſſe agnoſco.) GALATIAM. CAPPADOCIAM. LYCIAM. PAMFVL. CILIC. CIPRVM. PONTVM. Inſcr. 4. p. 402: & quidam BOVIVS. CVR. PROCVR. LVDI. FAMIL. GLADIAT. CÆSARIS. ALEXANDREÆ. AD. ÆGYPTVM: 3. p. 376. *Gutherius l. 3. c. 35.* non obſervata vel menda fabrili, vel poteſtate literæ V quam loco Y poſuiſſe marmorarios diximus l. 1. c. 7. mutilata etiam inſcriptione, trajecta ſtructurâ, *Curatorem procurationis ludi fam. glad.*

inde

Digitized by Google

inde conficit, quæ τεῦλέπτα est & interpretatio nulli rei; quomodo enim quis *curator* sit *procurationis ludi?* Occasio erroris Viro optimo fuit *Procurator stationis hereditatium* ex Inscr. 3. p. 451. ubi per *stationem* intelligit procurationem & hinc h. l. *procurationem*, quam fingit tamen, exponit per stationem, quæ mera pistilli, quod ajunt, conversio videtur esse; statio enim est ubi officium quodcunque, e. g. Procuratoris vigesimæ vel centesimæ hereditatum consistit, ubi ab interventoribus adpellari solet; & de ludo gladiatorio non nisi τεῦϑῶς dicitur, eritque *Curator stationis ludi familiæ gladiatoriæ*, quem cudit τεῦλόγως, idem cum eo qui castigatè loquentibus *Procurator ludi*. Quid igitur? Lapis ὁλόγραπτος talis: L. BOVIVS. TRIB. MIL. LEG. III. CVR. PROCVR. LVDI. *fam. glad. Cæsar. Al. ad Ægyptum*: Τὸ CVR. est truncum cognomen legionis tertiæ, quod scire potuit, qui CYRENAICAM adpellatam fuisse, 5. p. 391: 3. p. 413: 6. p. 457: 5. p. 560: 7. p. 379. & legiones sine cognominibus additis rarissimè nominari meminisset. Idem *Gutherius*, occupatus suscipione ista, Inscriptionum nonnullas esse suppositi tias, quod fortasse nemo negaverit, etiam maximè legitimam & elegantem, in villa Tusculana suprà lacum Benacum repertam descripta à *Taur. Sarayna l. de orig. & antiq. Veronæ*, & repetita à *Grut.* loco 8. p. 263. eo nomine explodit. Ea de Imp. Severo concepta reliquis ejus titulis resectis talis est:

TRIB. POP. III. IMP. VII. COS. II.
P. P. PROCOS. DESIGN.
BENA CENSES:

ridiculum est, inquit, Imperatorem *Proconsulem designatum* dicere. Atqui non minus ridiculum est, si quis in lectione vel syllabas vel voculas pravè componat; monstra enim tàm verborum quàm sententiarum inde fiunt. Pertinet autem vox DESIGN. ad ultimam antecedentis lineæ COS. II. eòque huic exactè supposita est, & cum vocula PROCOS. non cohærere ipse marmorarius, relicto inter utramque tanto spacio, insinuare voluit. Solent librarii voculam unã alteramq;, quas lineam claudere vellent, immediatè vel in lineæ seqvẽtis extremo subjicere vel in antecedentis aliquod spaciũ rejicere; Interdum etiam lineola circumducere; quod imitari qua-

dratarios mirum non est. Nunc igitur Benacenses cum reliqua Imperatoris axiomata enumerassent, eundem etiam *Consulem secundùm designatum* nominant; è quâ nota tempus præterea inscriptæ hujus sive baseôs sive aræ, nimirum P. R. C. 947. ab O. R. 194. annum intelligimus: Et hi ejus natales indubitati de quibus controversiam à *Gutherio* immeritò passa est. Similis est isti, ut nos exposuimus, Benacensium alter à Furio Orfito Præf. Urbis Imp. Cæs. Aureliani honoribus consecratus lapis, 4. p. 276: TRIB. POT. V. COS. DESIGN. III. IMP. III. P.P. PROCOS. item Cumanus à Puteolanis Imp. Vespasiano TR. POT. III. IMP. IIX. P.P. Cos. III. DESIGN. IIII. apud *Mazell. l. d.* & epigraphe numi ærei Augustæ Vindel. eruti: *Cæs. Domit.* COS. DESIGN. II. ut quin rectè construxerimus ῥῆσιν ejus dubitari nequeat. Consuetudine ista notariorum & marmorariorum, de quâ dixi, cum semel observavissem, me ad obscurissima quævis in lapidibus, in quibus frustrà ingenia sua experti fuerant alii, exponenda profecisse seriò testari possum; & patebit, cum Inscriptionum Elucidarium publicabimus tot exemplis. Unum itemq; alterum saltem, ut *Gutherio* persuadeamus, nunc promimus. Producunt ex Aldo Salerni repertâ istam, d. p. 473:

T. TESTIO. LIBERTINO
SEVIRO. AVG. PATRONO. ET. Q. Q.
CORPORIS. T. REIECTVS
MARMORARIORVM.
IIII. TESTI. HELPIDIANVS
PRISCVS. PRISCIANVS.
ET FELIX. FILI. ET HEREDES
PATRI. DVLCISSIMO.

Autores Indicis cap. 9. de *corpore trajectûs marmorum* ariolati sunt; sed quid & quale istud fuerit nondum docuerunt; neque fortasse docebunt. Corporatorum ministerio non carere possunt Respublicæ; eòque variis urbium necessitatibus varii artifices conquisiti sunt & in curias, societates & collegia digesti. His etiam marmorarios annumerat Constantinus Imp. *C. de excusat. artif.* h. e. marmorum sectores, politores & sculptores: Lapis Augustæ Taurinorum 8. p. 624. *sodalicium marmorariorum*: & hic noster, qui patronum præterea & Quinquennalem sive magistrum sive Præfectum societati fuisse docet. Sed quid fiet voci impertinenti T. REIECTVS? Est nomen unius è quatuor istis

(nisi

(nisi numerus unitatis excidit & quinque fuerunt) Testiis, quod marmorarius quia locus ei non erat fine lineæ quintæ in vacuum tertiæ rejecit, legendumque est, T. REIECTVS. PRISCVS. Trajectiones ejusmodi, unde lineæ confunderentur, etiam exscriptores non nimiùm diligentes commiserunt. In ista Romana, quā *Smetius* sua manū exscripserat teste *Grut. p. 108.* valdè notabilis aliqua, & quæ sensum planè conturbat occurrit trajectio:

GALLICANO. ET VETERE COS.
VII. ID. JAN. COH. I. PR. 7
SATRI. GENIO. 7 MISSI
HONESTA. MISSIONE. VII
HIBERO COS
FL. L. CENSORIVS. JVSTVS. VIRVNO
L. VOLCEJVS. SEVERVS-SESTINO
Q. SEXTILIVS. RVFVS. FLANONA
C. VALERIVS. VERANIVS. TRIDENTE
SERVIANO III. COS.
T. ANNIVS. CRISPINVS. CVPRAMAR
T. ANTONIVS. PRIMVS. PERINTHO.

Est de quibusdam militibus è cohorte primâ Prætoriâ, centuriâ cui Satrus præerat, qui gratitudinis causâ & in rei memoriam, quòd honesta missione missi essent, GENIO Centuriæ, in quâ militaverunt, aram erexerunt, eiq; actum suorum honorum incidi præterea fecerunt: Addiderunt autem, quod solenne est publicorum instrumentorum, nomina paris Consulum (unus enim solitarius nunquam nominatur, nisi cum quis sine Collega, quod rarissimè contigit fuit) quibus missi fuissent, VIBIO. VARO. ET. SERVIANO III. COS. Hos enim a. P. R. C. 887. comparant Fasti. Finalis igitur syllaba versus quarti VII. & quintus, uti correximus, legendus est: decimus autem sexto loco reponendus, & omnia sibi mirè respondebunt. Hiberus, quem *Panvin. Comm. in 2. Fast.* Consulem anni P. C. R. 886. unô hoc lapide corrupto confisus constituit, in Fastis Siculis & Latinis omnibus *Tiberius* est nomine, & cognomine *Julius Julianus Alexander*: is qui cum Collega Erucio Claro legatus Imp. Trajano Seleuciam cepit & concremavit, *Dion.*

Digitized by Google

Caſsiodori exemplaria nominant ſimiliter *Tiberium*; quod *Panvinius* ad Th. Morum edidit, *Hiberum*: nim. ne diſſentiret ab ipſo: *Euſebii* Χρον. κανὼν, ΊΒΗΡΟΝ; ſed is ad reliquos exigendus eſt, IBERI enim nomen inauditum Romanis; & quid faciet *Panvinius*, ſi maximè vult HIBERVM, quarti verſus clauſulæ VII? Certè quod nos conjecimus de VIBIO VARO COS. verius eſt & omnes penè apices qui in depravato exprimit. Alterum par COSS. quod primam lineam occupat, fuit a. U.C. 902. ubi Conſulatu horum, poſt annos ſc. 15. quàm accidiſſet iſta miſsio, dedicatum fuiſſe lapidem colligitur. Reliqui, qui cum ſex iſtis vacationem impetrarunt, quia vel truncatus lapis vel facie altera, quippe muro inſtructus legi non potuit, nobis ita perierunt. Inſcriptio ſepulcri quod A. Larcius Chreſtos vivus fecit SIBI SVISQVE OMNIBVS LIBERIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE AEO

IN FR.P.VIIII.RVM. IN AGR.P.XI. apud *Grut. 3. p. 799.* ab iisdem notariis ita fœdata eſt ut quid ultimo verſu dicat nemo intelligere potuerit. Iſta *in fronte pedes novem, in agro pedes undecim* ſpacium ſepulcro determinant; eſtque uſitatiſsimum hac formula præſcribi terminos conceſſos; ſyllaba verò RVM quid conferet huic ſententiæ; vel ſi ſiglas eſſe putas, quid ſignificant? Inanis eſt omnis alia contentio & ambages inquiſitionum; Vocis EO in antecedente verſu particula eſt pro formando Genitivo EORVM: eamque marmorarius vel peculiari in linea conſtituerat ſolam vel in medio ultimæ ita ut à reliquis utrinque ſeparata eſſe facilè conſpiceretur, IN. FR. P. VIIII. RVM. IN AGR. P. XI. Ea ſpacia cum neglexiſſent deſcriptores, rem expeditam adeò intricarunt, faciendo ut quis facilè ſuſpicari, quod tamen erat, non poſſet. Idem *Guth. l. 3. c. 9.* auri & argenti expurgatores *Cenarios* adpellari docet; κήνσον enim *Heſychium* interpretari καθαρόν: reperiſſe in lapide epitaphio, qui apud *Grut. 8. p. 1054.* talis eſt:

HIC JACET NOMINE. MATRONA. C. F. IN. PACE
VXOR. CORNELI PRIMICERI. CENARIORVM
FILIA. PORPHORI. PRIMICERI. MONETARIORVM.

Autor

tor Indicis c. 7. *Cenarium* inter officia domus Auguſtæ recenſet. Inviti effutimus; dicendum tamen eſt, fallere viros egregios, non conſilio, ſed fortuna; quæ utrumque hîc deſtituit, ut vitium in vocabulo non deprehenderent; quod nos faciemus planum. Eadem officia fuiſſe in militia Palatina ſeu curiali cum iis quæ in armata, & ab hac tranſumtas ad illam adpellationes, indubium eſt, quòd illa ad hujus exemplum eſſet inſtituta, & in illa perinde ut in hac promotiones procederent, curæ diſtribuerentur, merita & commoda conferrentur. Hinc factum eſt, ut quemadmodum Ducenarii dicerentur hîc qui duas in acie centurias habebant, *Veget. l. 2. c. 8.* quæ dignitas ducenaria vocatur: ita in ſchola Agentium in rebus & quavis alia certi ducenarii, qui ducenarii in legione dignitatem haberent, centenarii qui centurionis commoda conſequerentur & reliquis præerant, etſi tot non eſſent qui ſub officio eorum militabant, habebantque, qui vocabantur *adjutores ducenariæ*, tanquam miniſtros. Eadem res eſt cum Primiceriatû. Sicut enim Primicerius in legione dignitate Tribuno, qui univerſæ legioni ſive alæ ſive turmæ præfectus erat, fuit proximus, quod ex D. *Hieron. Ep. 61. ad Pammachium adverſus errores Johannis Hieroſolym.* adparet ubi gradus militiæ equeſtris recenſet: Ita in claſsibus Palatinis Primicerius adpellabatur ille, qui locum inter cohortales ſuos tenebat primum, eratque cuilibet collegio corpori vel ſcholæ ſuus primicerius & officii, ut ita dicam, princeps. Cum igitur quodlibet corpus primicerium ſeu præpoſitum haberet, ipſi etiam ſingularii in officio Præfecti Prætorio, dubitari nequit, quin etiam Ducenariis cujusque ſcholæ unus præfuerit, eosque gubernarit, utpote ſuperpoſitus primicerius; atque hic eſt quem in lapide noſtro vel fabri vel exſcriptorum incuria capite minuit & PRIMICERIVM CENARIORVM adpellat, quem debebat DUCENARIORUM. Fuit autem officium Ducenariorum, de quibus Inſcriptio, in ſcrinio aureæ maſſæ, & in ſcrinio aurificum ſpecierum, ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum per Orientem; hisque & cohortalibus eorum primicerius erat præfectus: quæ omnia è Notitia ejus Imperii ſatis liquent: vid. *Pancirolus cap. 64.* Ad Largitiones autem ſacras etiam Monetarii pertinue-

Digitized by Google

nuerunt, qui Procuratores ſuos habebant Comiti S. L. obſequentes: & adparet hinc fuiſſe ex eadem Palatinorum ſchola Collegas generum Cornelium & ſocerum Porphorum ſeu Porphyrium, Matronæ patrem; idque emendationem noſtram vel maximè confirmat. Opus igitur non eſt reſpondere *Gutherio* de *Heſychio*; non enim debuit eum advocare ante veræ lectionis conſtitutionem falſo ſcil. confirmando. Severior eſt *Gutherius* iſte in Criticos licentioſos & pruritum illum omnia emendandi etiam correctiſsima ſæpè flagellat; laudamus; nam & nos continentiam in talibus voluimus, & ſine manifeſta ratione mutare abſtinemus etiam quæ non intelligimus: Intelliget enim & interpretabitur fortaſſe alius quæ nos habeamus pro mendoſis & depoſitis; At hoc locô ubi ſecare oportebat intempeſtiva eſt ipſius ἀδεξία: οὐ γὰρ, ajunt, πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι: *mentis vanitate jactantur Sorani judicio, qui modulis & cantilena paßionibus robur excludi poſſe crediderunt*: *Cæl. Aurel. l. 5. tard. c. 1.* Communi conſenſu introductum eſt, ut quædam verba atque nomina primis literis notarentur apud Romanos; nonnullæ res etiam ſignis arbitrariis quæ literæ non eſſent. C. J. Cæſarem ad amicos, qui abſentis ejus res in Urbe curabant, ſi quā occultiùs perferenda erant, commutato ordine literarum ſcripſiſſe adnotarunt *Sveton. c. 56: Dion l. 40. & Gell. l. 17. c. 9.* ut nullum verbum effici poſſet, ſed ſi quis inveſtigare vellet, quartam elementorum literam pro ea quæ ſcripta erat legere oportuit: Quænam verò pro qua ſcriberetur erat inter eos conventū clandeſtinum: D. Auguſtus pro unaquaque litera ſcribebat ſequentem: qui modi privatorum commenta fuerunt; excogitati ad inſtar ſciti publici circà ſiglas. Harum ſignificationes tenere neceſſarium eſt eum qui de Inſcriptionibus Jure antiquo & cæteris monumentis publicis aliquid velit profiteri. Fuêre initio paucæ; paulatim auctæ in immenſum ut ſcripto comprehendi debere Grammatici cenſuerint; hinc illa *M. Valerii Probi de notis literarum* tractatio; itemque *Diaconi, Magnonis, Papiæ*: & aliæ ἀνωνύμων, quas *Putſchio* editori debemus. Earum cenſum auxêrunt ex Inſcriptionibus Viri magni ſed ita ut & nos ſymbolam conferre poſsimus. A M. P. *Scaliger Ind. c. 20.* interpretatur, *amator*

tor patria: In lapide Tarraconensi: PAVLVS. HIC. JACEO. MILES. AM. P. BLACANÆ. NATVS. Parùm probabile est,& caret exemplo elogium tale; Igitur, quòd milites à legionibus, cohortibus,& alis denominentur, sæpissimè etiam à centuriis, malim sejuncta in literas syllabâ, MILES. A. M. P. & exponam, *Alæ Macedonicæ primæ*. Inscr. 13. p. 563. Turranius PRÆF. ALÆ. MACET. Et nihil usitati usquam ab ordine, quô conscriptæ erant, alis, cohortibus, legionibus nomina imponi; ita Ala I. Asturum: 6. p. 1028: ala III. Thracum 5. p. 433. ala VII. Phrygum; Præf. EQ. ALÆ. PRIMÆ CANNANEFATVM 1. p. 385. cohors prima Macedonica, 3, p. 443: quæ & COH. MONTANOR. M. PRIMA, 5. p. 552. & 10. p. 544: P. CAPATIVS. MIL. COH. MONT. PRI. STIP. XXX. T. R. E. S. P. R. *Scaligero* significat, *terra regesta pecunia sua restituerunt*. Sed marmorarium divulsisse vocabula TRES PR. i. e. tres Provinciæ Galliarum Lugdun. Narbon. & Aquitan. proque lubitû fecisse siglas, quæ tales non essent, manifestum est. Lapis Lugdun. 8. p. 386:

C. CATVLIO. DECIMIO. SACERD
AD. TEMPLVM. ROM. ET
AVG. III. PROV. GALL
T. R. E. S. P. R.

Decepit *Scaligerum* repetitiò de provinciis quam stare non posse putavit; sed si verba juxtà sensum Inscriptionis construxisset, nihil absurdi erat visurus, & dicturus aliud. Honoribus Augustæ templa decreverunt in provinciis: sed is ea non recepit, nisi communi suo Romæque nomine, *Suet. c. 52.* Huic religioni peculiaris sacerdos vel flamen, qui esset AD TEMPLVM ROMÆ & AVGVSTI à provincialibus institutus fuit; eôque honore sacerdotii templi Romæ & Aug. per tres Prov. Galliarum cû functus esset Catulius iste, tres Provinciæ Galliarum communi scito marmor hoc ei statuisse profitentur. Geminum germanum est Tarracon. 3. p. 443. ubi de quodam Numisio Oviniano;

FLAM. P. H. C.
P. H. C.

id est, *flamini Provinciæ Hispaniæ citerioris, Provincia Hisp. citerior*: ubi quia siglæ eædem

eædem per diverſos caſus efferuntur & ſenſus perfectus eſt & nihil ſuperfluit tamen: quod itidem faciendum in iſto Lugdunenſi.

Inter monumenta Auguſtana, quæ Ampliſ. *Welſerus* collegit, trigeſimum tertium ſepulcri inſcriptio cum tali clauſula legitur: N. I. F. L. *Welſero* non notæ ſunt hæ notæ: varia comminiſci poſſet, qui otio vellet abuti. Extimari velim non recipi, quod aliquando excogitabam: *Nemo Injuriam faciat lapidi;* cujus generis obteſtationes plures in medio ſunt. Ex iſtâ 3. p. 553. apud *Grut.* NE. QVI. EO. POSTEA. INFERANTUR. FELIX. LAPIS. ſi quis memoratas ſiglas interpretaretur, emergeret alius paulò ſenſus, ſed nec is incommodus. Hæ vocum ſiglæ fuerunt; ſunt etiam obſervatæ ſyllabarum: harum enim initiales eodem modo ſingularias ſculpſerunt, quod nos monemus primi, quia obſcuriſsimis & inacceſsis aliàs exponendis facere deprehenderimus; 1. p. 1110. P. T. R. Q. eſt POSTERISQVE: paulò aliter in 7. p. 791. PRS. Q. SVIS. niſi τὸ T ab exſcriptore prætermiſſum eſt: & in 7. p. 383. D. C. R. M eſt *Decurionum*: quas interpretationis ipſe ſenſus & *συνάφεια* non omninò hebeti cuivis ſuppeditat ac comprobat. Centurionis & Centuriæ adpellationis nusquam fere literis expreſsêre marmorarii; plerunque ſignis; ſæpiſsimè tali, 7. ut in 5. p. 567: VENONIO. VALENTI. ALTINO. MIL. COH. VIIII. PR. 7. CHARITONIANI. FEC. PLAVTONIVS. EXORATVS. MIL. COH. VIIII. PR. 7. EADEM. 3. p. 548: EQ. COH. III. PR. 7. ANICETI. NATIONE PANNONIVS: 7. p. 547: MIL. COH. VIII. PR. 7. VETTI. VALERIANI. 9. p. 489: 7. LEG. III. ITAL. 1. p. 532: MIL. COH. V. PR. P. V. EX 7. CÆCILIANI. Frequenter hoc ɔ: 1. p. 546: MIL. COH. III. PR. ɔ. LICINI: 3. p. 1101; PRÆF. COH. VI. BRITTON. ɔ. LEG. I. M. P. F. 7. p. 72: L. FAVONIVS. SECCIANVS. ɔ. LEG. VIII. AVG. Id verò rudiùs ſculpſerunt his formis >. & Ɛ. p. 350. MILITAVIT. IN. PR. AN. XVII. Ɛ. IN LEG. IIII. SCYTH. ANN. XVIIII. & Ǝ. 5. p. 1106: MIL. COH. VI. PRÆT. Ǝ. MACRONI. 9. p. 1110. MIL. COH. I. PR. Ǝ. PRVDENTIS. Hoc ipſum ſignum vel marmorarii placito vel lapſu deſcriptoris in literam S converſum eſt in

8. p.

8. p. 546: MIL. IN STAT. PR. S. CANDIDI. i. e. *miles in statione prætoria, Centuriâ Candidi:* quæ observatiuncula ut minutum quid videri possit facit tamen ut lapidem rectè legamus & intelligamus. Est etiam ubi literæ numerorum potestatem habent; quod si nescias frustrà de quamplurimis angêre. JVL. significat quinquaginta minùs quatuor; *Inscr. 3. p. 540;* BIX. AN. JVL. M. VI. D. XXIV. S mensurarum & ponderum numeris adjecta, dimidium designat: 2. p. 308. LONGVM PED. XIIS. LATVM. PED. VIS. i. e. *duodecim cum dimidio,* sex cum dimidio: 7. p. 774: IN FR. P. XVS. i. e. *in fronte pedes quindecim cum dimidio.* Cum projectam vides in marmore ∽ cogita signum esse στιγμῆς: *Inscr. 9, p. 156.* in quâ exprimenda etiam variè luserunt; modò circuli veru transfixi Φ, modò uncini, modò triboli, modò stellæ figuram vocabulis interponentes. Sed de tabula manum: videbimur enim plus satis ἐξαμαξεῦσαι; promisimusque toties talia separatim justo commentario tradere.

CAP. XVII.

In Adversariis C. Barthi *animadversa nonnulla, quæ non ferri posse videbantur: Observatio nova,* Sanitas tua, *esse alloquii formulam & inter titulos honoris, explosa: emendati D. Augustinus, Plinius Valerianus, Calpurnius, Festus, Pacianus, Bachiarius sermone de recipiendis lapsis, Hyginus mythologico. Apicius* Cepuro, *Isidorus glossario. Linteum de lecto: superstitiosæ curationes. Sidra; rhus Syriacus; rosmarinum. Arbor divina: laurus in vestibulo Palatii cum superposita corona querna: ea de re lapsus Alex. ab Alexandro. Cercalopis, cercalopes, κερκαλώπηξ, genus simiæ: Scaligeri de ea frustratio: x & s alternasse consuetudinē notariorū veterum; hinc cercalopis, pro cercalopex, scolis pro scolex. In Svetonio vulgata lectio defensa: Megistanes, Orosangæ, Βασιλέως πύτορες, magnates, purpurati in regno Parthorum & satrapæ a Rege secundi: item in Juliano Doctore Ecclesiastico: & Apicio. Mares Lacedæmonii contentiosi & victoriæ cupidi; de muribus Spartanis puerile commentum est. Ad Solis quadrigas equi fu-*

nales mares duo, σειραφόροι; fœminæ jugariæ totidem, ζυγίαι: equos jungendi curribus ratio apud veteres confusa cum nostratium. Trulla vas escarium latum; item patella minori forma; & tudicula, & cochlear. Humelbergio patrocinium contrà iniquum censorem: urticæ novellæ vis ad morbos prævendos: foliorum & seminis ad alvum molliendam: arctitudo. Abadir, Abdir, lapis in mysteriis Barbarorum; qui & Βαίτυλος: Βαιτύλια lapides animati: Varia genera τετελεσμένων: talismaoth à Zabiis confecta. Buxus, ensis in ligno, dolon: Ennodius emaculatus & explicatus. Physeter, φυσητὴρ, cete. Baston pro baculo, Græcum origine, non Germanicum. De P. Apollonio Collatio Poëta. Theodorus Priscianus, cum ficto nomine Octavius Horatianus, explicatus: ejus nomen corruptum à Torino in Muscieni, à Guinterio in Moschionis: Tralliani editiones correctæ: editio Argentin. librorum Prisciani notata; ætas Theod. Prisciani: Vindicianus medicus. Verba immineri, injici, novè constructa: pati pro esse. Judicium de Cœlio Aureliano scriptore medico Latino, sectâ Methodico: adserta in eo vulgata lectio tribus locis. Asclepius unde dictus: ἀσκελὴς, σκελτὸς, aridus, induratus: Idem emendatus, & explicatus pluribus. Procurare, i. e. facere, parare, exhibere. Modo percunctativo, i. e. generaliter: Percunctari; percontari. Sententia de ætate ejus Cœlii nova contrà Sichardum.

COgitabam, DEO medio, colophonem imponere his libris, eosque hoc momento absolutos molestissimo tricis & cunctationibus prelo, emittere tandem, cum ex illustri loco submurmuratur, *Cl. Barthium*, quem sæpiculè perstrinxissem, in me nescio quid parturire, vindicias puta suæ existimationis, censuræ meæ libertate læsæ; eaque de causa triumphum parari à quibusdam. Is rumor, cujus quem autorem esse suspicer, scio; dicere verò nolim, consilium meum turbavit, & vis minimè expectata, uti solet, admiratione me adfecit & molestia quadam. Etsi enim cum larvis luctaturum esse

reſſe videat quiſque eum, qui de nondum publicatis meis, quorum quid probem; quid improbem extremùm ſcire nequeat; (poteram n. quæ ipſe fortaſſe carpturus eſſet, ea corrigere δευτέραις φροντίσι, & tum fruſtrà foret cum ſuâ animadverſione) judicare præſumeret; & confingi à malevolis & alienorum plus æquo curioſis hominibus, ni peſtes potius hominum ſunt, iſta pænè perſuaderet: tamen non negligendum eſſe duxi, quod dictabat fama, placuitq; quòd nihil dum contrà *Barthium* dicere meminiſſem, cujus pœniteret, in iſtorum gratiam amplius in ejus Adverſariis exerceri; & quàm in hiſce literis *non omnia, nec omnibus, nec paſſim credere* oporteat, docere, ſi tamen docere ſe patiuntur homines ſeipſos tantùm admirari ſoliti & ſuo judicio tàm magni ut caput ad fornicem Fabii ſubmittere poſsint, quod M. Craſſus Orator olim de Memmio quodam homine omnis ſapientiæ inani, ſpiritibus tamen ſapientum turgido dixit. Eò quidem venêre mores, ut plerique nos pro Veritate fatigando nil niſi odium inveniamus; ſed de homine literis ad candorem modeſtiam & bonitatem formato aliud ſperare poſſumus, nimirum conceſſurum eſſe ut quod ipſe in aliorum conjecturis, quas ſubinde examinat, hoc nos in ipſius correcturis, quas bonis autoribus infert, facere ſine offenſæ metû poſsimus. *Differentium inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperandæ;* Veritatem enim eliciunt & illuſtrant; *falſa autem intelligere, primus gradus ſapientiæ eſt* Juventuti; *maledicta, contumeliæ; tum iracundiæ, contentiones, concertationesq; in diſputando pertinaces, indigna Philoſopho* ſapientibus *videri ſolent.* Exactiſsimus ſcriptorum omnis generis cenſor *Dionyſius Halicarnaſſeus* uſque adeò probavit hoc genus, ut Zoili, quem paſſivè exoſum eſſe ſciebat, & Ariſtotelis exemplo in vitia & virtutes Platonis, quem pro divino divino ἀμέμπτῳ καὶ ἀτρεκεῖ habebant omnes, inquirere velle profeſſus fuerit, nec quos Platoni amiciſsimos noverat, nec quos Zoilo inimiciſsimos extimeſcens, ſolo veritatis amore inductus. *Nicol. Leonicenus Vicentinus*, vir magni ſpiritus, & quem primum à barbarie in arte medica revixiſſe, & nugari deſiiſſe dici propterea poteſt, translationes librorum Hippocratis & Galeni, quibus aliquot ſeculis ſine querela uſi fuiſſent medici, quæ tamen contrarios dogmatibus Hipp.

& Gal. ſenſus referrent plurimùm, uno momento ferè doctorum manibus excuſsit omnes, in ordinem coactis eorum interpretibus & commentatoribus, *Nicol. Rhegino Calabro, Petro Paduano, ſeu Aponenſi, Vgone Bencio Senenſi, L. Laurentiano, Theod. Gaza*, doctoribus jubilatis & receptæ per totum orbem autoritatis; novam autem quam ipſe dederat non ſolùm contrà *Jac. Carpum*, & *Manardum*, qui tum in ſummâ luce & gratia Gymnaſiorum Bononiæ & Ferrariæ vivebant, ſed & contrà Collegium Patavinorum Medicorum, ad quos undequaque tanquam ad oraculum in dubiis itabatur, non ſine tamen moleſtia & animi dolore, quòd Veritati adeò à quibus non debebat obſtreperetur, defendit: quin & *Celſum* cujus tanta apud omnes eruditos exiſtimatio, de nonnullis non parvi in medicina momenti erratis convicit, *apol. ad Jac. Gal. ſi ſtilum ſpectes & Rom. ſermonis nitorem atq; elegantiam, cui Celſus non ſapit, meritò videri deſipere; ſed ubi de rebus agitur quas medicina tractat, cautiùs de homine eſſe judicandum.* In *Angeli Politiani* miſcellaneam centuriam, cum plauſu totius Italiæ exceptam & habitam tanto autore inſuperabilem, *Georgius Merula* cohortes & alas, quæ impetu obruerent & contererent copiâ, emiſſurus eſſe dicebatur, niſi mors feciſſet. De *Deſ. Eraſmo* nihil quidquam tàm magnificè dici poteſt, quin eruditio examuſsitata & luculentiſsima de bonis literis merita id ſuperent illius; & reperti tamen ſunt qui in ejus ſcriptis multa caſtigarent; videte vel *Adr. Junium, Henr. Stephanum in animadverſ. & Paulum Leopardum in emendationibus*, viri non minùs egregii: & quidem juſtiſſimè: multi etiam aſperiùs agentes veluti Itali quidam obnunciatores, & acerbè in eum facetus *Scaliger*. Iſtorum exemplo ſi nos quoque licet multis modis impares, collatis ad res ipſas ſcriptorum etiam præjudicatæ autoritatis ſententiis, nonnullibi ab iis diſſentiamus, cujusnam iſtorum βυκοφύζων intereſt? Deorum filiis ſine ulla ratione credendum eſſe, *Plato* dicebat; ſed nos in homines incidimus, quorum aſſertionibus tantum credimus quantum probant vel quantum rationi loqvuntur conſentanea; in cæteris ſi qua cuiquam contradicimus, non detrahimus quidquam, non fodicamus inciviliter; *non enim tàm vaſriciem profitemur, quàm exhibemus induſtriam*; ſolùm non diſsimulamus quid in quoque deſide-

ſiderare poſsimus, & ne decepturo fides præſtetur à ſimplicioribus impedimus. Sin verò omninò inſurrecturus eſt, quem volunt iſti, adverſus me, errores quibus obnoxius æquè ſum atque ipſe, & quos in hoc opere ſerere in proclivi fuit, indicet, accuſet, caſtiget, velim; non detrecto communem illam ſcribentium ſortem, librari, penſari, exigi; non movebor: cæterùm ſtyli acerbitate & maledicentia abſtineat, & hanc literarum, quibus uterque litamus, amœnitatem non trahat in arenam; alia enim ſtudioſorum quàm in ludo gladiatorio retiariorum vita eſt; Sed hoc agamus;

Veterum durante Imperio paganorũ & Chriſtianorũ reverentia & civilitas notanda eſt, qua ſe invicem honorificis verbis & titulis compellare conſueverunt, cuique dignitati & ordini peculiaribus. Imperatores & reges audiebant à ſubditis *Clementia veſtra*, Symm. l. 10. Ep. 54: *Æternitas veſtra*: *Perennitas veſtra*, ep. 37, 45, 49: *Imperium veſtrum*, *τὸ κράτος ὑμέτερον*, Amantius cubicularius ad Anaſtaſ. Imp. in *chron. Alex.* p. 764: *ἡ ἁγία βασιλεία σου*: *Manſvetudo tua*, Æn. Sylv. ad Fridr. III. Imp. *ſublimitas veſtra*, proceres Angliæ ad regem Wilhelmum II. apud *Order. Vit. l. 4. & 5. hiſt. Eccl.* *Almitas veſtra*, *Chenulſus Ep. ad Deſiderium*, inter epp. Francicas à *Frebero* editas. De ſeipſis dicebant *Pietas noſtra*, Honor. Imp. Ep. ad Bonif. P. R. apud *Walram. Ep. Numburg. de unit. Eccl. & Imp. l. 1. c. 9.* *Potentia noſtra*, *Largitas noſtra*, Theodoricus rex Gothorum ap. *Caſsiod.* *Magnificentia mea*, Imp. Conſtantinus *C. de veteranis l. 1.* Viri Illuſtres, Spectabiles, Perfectiſsimi, Clariſsimi & Egregii ad dignitatem officiorum Palatinorum evecti ab Impp. ipſis, *Devotio tua*, Dioclet. ad Julianum ProCOS. Afr. *Magnitudo tua*, Valentin. ad Auſonium Præt. Præt. *C. Gregor. l. 7.* de malef. & Manich. *Sinceritas tua*, Idem ad Probum Pr. Pr. *Laudabilitas tua*, ad Comit. Largitionum: *Gratia veſtra* & *Diſcretio veſtra* Arturus ad proceres Pictaviæ ap. *W. Britonem l. 6.* *ἡ σὴ σύνεσις*, *Gregor. Nazianz.* ad Sophronium Præſidem ep. 19: *ἡ σὴ λογιότης*, *Syneſius* ad Olympium ep. 132: *ἡ σὴ τελειότης* *Greg. N.* ad Adelphium ep. 128: *ἡ σὴ μεγαλόνοια*, *Id.* ad Procopium ep. 55. & 110. *Dulcedo tua*, Clotharius rex ad Ingundem conjugem ap. *Greg. Turon. l. 4. c. 3.* Si qui ad Pontificem, Epiſcopum, ſacerdotem loqueretur vel ſcriberet, venerabundus dicebat *Beatitudo ve-*

ſtra; *ἡ σὴ θεοσέβεια*, *Syneſ.* ad Theophilum Alex. Epiſc. ep. 89: & *Greg. Naz.* ad Euſebium Ep. Samoſat. 28: *ἡ σὴ εὐλάβεια*, *Id.* ad Baſilium ep. 21: *Dignatio tua*, *Hieron.* ad Auguſtinum: *Sanctimonia veſtra*, Honorius Imp. ubi ſuprà, *ἡ σὴ ἁγιωσύνη*, *Tzez.* ad quendam Metropolitanum: *Sanctitas tua*, *Ennod.* ad Hilpidiarem: Ultima hac προσφωνήσει nihil uſitatius fuit in hoc genere & ſimplicius; ita enim *Auguſtinus ep. ad Quintianum* 103: *Reliquias beatiſſimi martyris Stephani non ignorat ſanctitas veſtra quàm convenienter honorare debeatis*: ita *Ambroſius ſerm.* 61: Scire debet ſanctitas veſtra, Fratres: ita *Paulus* Ep. Nolanus ad Delphinum Barcinon. ſive Burdegal. Epiſcopum: *Spero me ad ſanctitatem tuam ei literas exacturum.* Ibid. *Juſtè ſanctitas tua depoſiti ſui debitum repetit*; ita *Siricius* Papa ep. ad Mediolan. Eccl. inter Ambroſianas 80: *Quod cuſtodituram veſtram ſanctitatem non ambigens hæc ſcripta direxi*: ita *Theodor.* Latinus ep. ad Dioſc. Ep. Alex. 83: *Tua ſanctitas Deo dilectiſſima*; ita reliqua ſcriptorum quorumvis χειμήλια: ſolus *Barthius* homines ſanctos inter ſeſe & Deo caros *Sanitas tua* dixiſſe & ſcripſiſſe obſervat *lib. LVI. Adverſ. c.* 5. è verbis *Auguſtini l. de geſtis Pelagii c.* 24: *Sanè ea diligentia ventilaſſe ſanitatem tuam textum ejuſdem libelli reperimus.* Sed cui perſuadebit *Auguſtinum* hoc uno loco *ſanitatem* dicere, qui infinitis aliis de re eadem, *ſanctitatem* dixerat? Manifeſtius erratum eſt & deſcriptorum & ejus qui emendare debuit, quàm ut ulla cavillatione poſſit ei parari patrocinium. Lib. V. c. 5. cum remedium Quartanæ ſuperſtitioſum è *Plini Valer.* l. 3. c. 6. recitaſſet tale: *Panem itidem & ſalem in linteo de Lyco liget, & circà arborem licio alliget, Lycus*, addit, *quid ſit neſcio*. Neq; ſanè opus eſt de Lyco cura ulla; ſcripſerat n. *Plinius*, *de lecto*. In curationibus Phyſicis per amuleta & periapta notamus plurimùm ex ipſis ægrotis & eorum ſupellectile deſumi conſueviſſe, quæ profutura crederent. Unguium reſegmina è pedibus manibusq; cera permixta alienæ januæ adfigere jubebant magi febribus abigendis: *Plin. l.* 28. *c.* 7: ſi interulam ἰσχιοῦχον ægroti fæmina pariens induat, eamque à partu recipiat iſte, iterumq; geſtet, quartanā depelli dixerunt: *Trall. l.* 12. ſplenem agninum calentem lieni dolenti impoſitum aliquandiu, tum remotum & parieti cubiculi, in quo dormire ſolitus eſt æger, adplicatum

Digitized by Google

ta tum lienis indignationes compescere, *Marc. Emp. c. 23.* capillos mulieris defluos in nodum collectos & ad arborē pomiferam ligatos menses immodicos & quævis profluvia alia restringere, *Oct. Horat. l. 4. de phys. scient.* Eadem ratione, *linteum è lecto* quartanarii efficacia majore fore putaverunt, quàm si aliunde telam lineam desumsissent. Lib. XI. c. 8. verba ejusdem Plinl l. 5. c. 28. de cibis quos dysentericis ministrari conveniat adstringendi siccandi & cohibendi facultate præditis emaculat; sed contrà autorem suum. *In pultes etiam*, inquit *Plinius*, *rosmarinum mittes aut desidia modicū, aut galla aut omphacii:* ipse pro *desidia* fingit *de acacia.* cujus elementa quam longè abeunt ab illius? Nos in vocabulorum, quæ distincta scripserat *Plinius de sidiâ*, copula peccatum esse, non in literis deprehendimus: *De sidiâ modicum*, id est, momentum corticis mali granati: Τὰ λέπη τῆς ῥόας, ἅτινες σίδια καλοῦσι *Diosc. l. 1. c. 154: Galen. l. 8. de simpl. med. fac. Paulus l. 7. c. 3:* τὰ λέμματα ῥόας σίδια προσαγορευόμενα: Latini *malicorium* vocarunt; *Celsus l. 4. c. 16. & 19: Car. Steph. prædii rust. pomario: interpres Elhavi seu Continentis Rhasis Ferragius Judæus medicus Salernitanus l. 8. c. 1: Gvainer. tr. de fluxibus c. 8: Joh. Matth. Gradius comm. in 9. Rhasis P. 2. c. 12. copulas & cupulas granatorum:* de quibus & nos h. l. c. 12. p. 544. Est alioqui granatum omnibus suis partibus, flore quem κύτινον vocant *balaustium*, & corrupto ex hoc nomine, *ampullagium*, & *ambulacium Cæl. Aurel. l. 4. c. 3: & l. 5. c. 2:* granis quæ πυρῆνας, nucleos, gigarta, ossa, acinos, & arillos adpellant: carne & succo, itemque cortice seu testa è stymmatum genere & alvi fluoribus accommodum, præter *Diosc. & Gal. l. d. Serapion l. de temp. simplic. c. 129. Buhahylyha tacuin. ægritud. 35. Gariop. l. 3. c. 16: J. M. Savonar. Pract. tr. 6. c. 16. rubr. 9: Platina lib. 2. de obsoniis:* Putamen verò propter substantiam terream omnium maximè stypticum est; unde farinam ejus pultibus ammisceri non inutile judicaverit *Plinius*. Panem è mali granati cortice siccata tusa & cribrata cum ovorum vitellis subacta coctum in furno & propensiùs manducatum cœliacis prodesse *Marc. Empir. c. 27.* docuit. Ex eo additis constrictivis aliis clysterem ad dysenteriam à materia cholerica acuta & ad tenesmum parat *Constant. Africanus l. 4. de morb. cogn. & curat. c. 15: Oct. Horatianus*

l. d.

l.d. Gariop. l. d. c. 18: ex eo solo injectionem parat *Cæl. Aur. l. 4. c. 8*, cum ramenta sanguinolenti coloris, læso ab ascaridibus longaone, excernuntur. Pro *rosmarino*, quod edidêre h.l. putem fuisse in membranis *rhun Syriacum vel erythrum*, i.e. sumach, semẽ fruticis excoriarii, colore coccineo, simile sorbi acinis, quo vice condimenti utebantur in cibatu veteres, *Brasav. in exam. simpl. c. de fruct.* juri in murænam elixam & anguillam indit *Apicius l. 10. c. 8. & 14:* hodiè ob acorem expetitur, *Lobel. frut. adversar. p. 412.* Confert enim ob frigiditatem & siccitatem cursui choleræ ad stomachum, ad epar & ad intestina: *Aben Mesuai apud Serap. l. d. p. c. 225. Rhasis Contin. l. 22. c. 5. n. 389: Aret. l. 2. de acut. cur. c. 2.* cibis sanguinem despuentium inspergit: De eodem *Dioscor. l. 1. c. 148.* *ὁ καρπὸς ἁρμόζων ἐν προσοψήμασι κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς* quæ verba *Plinius* sine dubio h. l. expressit. Rosmarinum enim, quod excalfacit, attenuat, digerit, resolvit, incidit, abstergit, noxium dysentericis potiùs damnasset; omninò modica enim ejus adstringendi vis est, *Ruell. l. 3. de nat. stirp. c. 50.* qua roborare ventrem frigiditate & hinc tarda coctione ac ventositate laborantem, non adeò sistere aut contrahere solutum poterit. Imò perperàm cum gallis & omphacio poneretur hoc, quòd ista humiditatibus & fluxui conferant astringendo, retinendo, repercutiendo, desiccando & infrigidando *προσοψήμασι μιγνύμενα: Diosc. l. 1. c. 147.* quæ potentiæ quia non insunt rosmarino, nec potuerit hoc cum illis eadem classe adstringentium locari.

Lib. XII. c. 10. è *Capurni Ecloga 4.* locum impeditissimum non pessimè composuisse putat, cum *vicinam arborem* exponit de palma quæ amet vicina esse suo pari & semper inclinet ad marem: & tamen l. XIV. c. 1. de myrto interpretatur; mox refert ad quercum, ut quæ in foribus Principum jungeretur lauro. Sed hic cum de re quavis plus uno verum esse nequeat, duo nimirùm falsa fuerint. De palma improbabile est, quòd *vicinum χέσιν* insinuet, cujus tamen in istis carminib. nec quidquam adparet. Palma adpetit vicina esse suo compari; at ea hic lauro conjungitur; hujus autem quomodo tandem vicina ista? De myrto non satisfacit, quòd versum Virgilii à Calpurnio alludi dicat: faciliùs n. negari id potest, quàm pro-

probaverit adfirmans; ipse Poeta hoc fortasse sciverit; nemo alius. Quercum intelligi à cantore rustico pro certissimo habeamus; sed constituenda prius est vera lectio, *divina arbor*; quam carminis ratio planè exigit. Benivolentiam enim Cæsaris habitu rustico Poëta exoraturus eum suos montes & lucos adire invitat; tum etiam à Phœbo & Jove eos frequentari & utrique Numini consecratis arboribus, videlicet lauro & quercu divinatrice & divina ipsa (cognominatur enim vulgarissimè *Jovis arbor* & tribuitur magnæ Deûm matri) quæ Deos, quibus tribui solerent, quorumque cura essent, vel solis symbolis & gentilitate sua pellicerent & detinerent, consitos esse gloriatur; quæ quorsum ab eô dicantur intelligunt non omninò hebetes. Hominem verò de rure, quid in Urbe & ante fores ædium Palatinarum cum lauro & quercu fieret cogitasse, eòque respexisse cum *quercum vicinam lauro* adpellat, Poëta præter decorum personæ, quæ ruri adfixa pompæ urbanæ ignara prorsus & negligens, finxisset. Imò nec quercus, uti optima maxima est, in vestibulo regiæ lauro conjuncta; sed querna corona in janitrice domibus Cæsarum lauro media suspensa fuit ut victoriis Cæsarianis cives toties esse servatos indicaretur: Clarè *Ovidius Trist. l. 3. El. 1: extr. 4. Fast. Dion l. 53.* è quibus memoriæ lapsum in doctissimo dierum Genialium scriptore, qui ædes Palatinas quercubus viridibus, nunquam lauro, exornari consuevisse arbitratur l. 3. c. 27. notare est. Jam quod hîc addivinavimus rectè habere ut agnoscat quisq; ipsum carmen emendatum adscribemus:

Me quoq; facundo comitatus Apolline Cæsar
respiciat, montes neu dedignetur adire,
quos & Phœbus amat, quos Juppiter ipse tuetur,
in quibus Augustos visuraq; sæpè triumfos
laurus fructificat, divinaq; nascitur arbor.

In *Festi* glossâ ista, *Cercolopis genus simiæ, quæ ultimam partem caudæ villosam habet*, nihil vidisse viros maximos, sanè miramur. *Scaligeri* κερκόλιπος & κερκόλιψ ab ipsa Grammatici exegesi repellitur: si enim id genus simiæ caudæ partem ultimam villosam habet, non potest ecaudis esse dici, nisi ἀντιφράσει figura Grammatica tem salvari posse cogitemus. *Cl. Barthius l. XLI. c. 1.* bestiæ nomen nobis

bis esse incognitum immeritò queritur; est enim, si secundam solùm vocalem in vocabulo mutemus, jam notissimum *Cercalopis*, h. e. simia cum cauda vulpina; qualem etsi nemo nostrûm viderit, id tamen antiquorum experientiæ ne tantillum præjudicat; viderunt enim hi, quod è *Plinio* & *Æliano* constat, sive Æthiopiæ sive Indiæ indigenas simias, cauda leonis flava, *latè fusa priori parte*, callitrichas dictas; quo insigni ad vulpes proximè accesserunt & convenienter *κερκαλώπηκες* adpellatæ sunt. Quin si nihil conceptui istiusmodi animalis respondisset unquam in natura, de vocabulo tamen rei fictæ imposito intelligendo curare nos oportebat. *Κερκαλώπηξ*, notariis Latinis *cercalopex*, *cercalopis* & *cercalopes*; x enim & s in lapidibus in membranis & codicibus veteribus excussis plerunque alternant: hinc *tossicum*, *frassinus*, *tassus*, *lissivium tr. 1. c. 4.* Practicæ Johan. Concoregii impressæ Papiæ a. 1485. *vincitossica* ap. veterem interpretem Oribasii: *consistisset*, Inscr. 4. p. 298: *Prætestatus*, 5. p. 173: *Conjus*; 5. p. 559: *Abdus* & *Abdux* nomen medici Arabis, è cujus memoriali quædam adducit *Rhases Contin. l. 11. c. 5*: *tigrix*, Inscr. 8. p. 946. *milex*, 7. p. 838: *maxtix* apud *Silvat. c. 531. piloxella*; *macronoxia* pro macronosia apud *Gariop. prol. l. Sintom. vexana mortalitas*, in synonymis Simonis Januensis editis Mediolani a. 1473. *scolix*, i. e. vermis, è Græcô *σκώληξ*, apud *Silvat. Pand. c. 628.* è quorum ultimô rationem, qua *cercalopis* pro *cercalopex* scripserint olim, intelligere possunt, si quibus emendationem nostram & adpellationem rari animalis nondum persuasimus.

Edita apud *Sveton. Calig. c. 5.* lectio, de luctu in funere Germanici, *regem etiam regum & exercitatione venandi & convictu Megistanum abstinuisse*, proba est & è fide omnium membranarum & codicum; nemo nobilissimorum sive Commentatorum sive recognitorum, qui minimùm viginti nominari possunt, aliter sensit; *Barthius* l. LVII. c. 9. è membranis nescio quibus proponit *Segestanes*, qui fuerint inter gentes Parthicas acerrimi bellatores; & tamen dubitat eos quippiam huc facere. Hoc verò est ursâ præsente vestigia ejus quærere, quod ajunt: *Μεγιστᾶνες, οἱ ἐν ὑπεροχῇ ὄντες*, *Hesych. οἱ τοῦ βασιλέως περιβλεπτοι ἐπεξούσιοι*, *vid.* Unde adparet Persarum satrapis & purpuratis peculiare fuisse id nomen, quos suo

quo-

quodam *Orosangas*, h. e. *εὐεργέτας*, & Beneficos, qui Regem insigni beneficio demeruissent, vel etiam pro salute regni strenuè rem gessissent, adpellabant Parthi; Græci aulæ Constantinopolitanæ illustriores *Βασιλεωπάτορας*; Latini *tutores Juven. Sat. 10.* de Sejano Præt. Præf. *Parentesq; principum & amicos*; Impp. Constantinus & Constans *C. Theod. l. 6. de ann. & tributo*, Rufinum Pr. Præt. Imp. Alexander Ulpianum Pr. Pr. *l. 4. C. de locato:* Theodosius Ablavium; Theod. & Valent. Albinum PRR. PRR.' Parentes Karissimos Augustorum, *Nov. de sepulcris: Nov. de Manich. Nov. 2. de testamentis* adpellare dignati sunt: *& Papinius* Rutilium Gallicum, Præfecturæ Prætorianæ admotum, *proximam Domitiano cervicem.* Ii nim. erant, qui in contuberniū Majestatis regiæ adsciti consiliorū, cubiculi, mensæ fuêre participes: à quo convictu fecisse cum abstineret rex regū luctus testandi caussa annotavit *Svetonius.* Ejus *μονοφαγίας* aliæ apud alios caussæ, de Æginetarum quadam lege *Plut. in Quæst. Græc. n. 44.* aliter quoq; atque aliter de eâ judicatum veteribus: quod à *Piccarto observ. historico-polit. dec. 17. c. 6.* fusè, breviùs ab *Hofmanno nostro comm. ad ll. Galeni de usu partium n. 506* doceberis. Qnomodo autem *Segestanos*, nationem Persicam, mensis suis & cœnis interesse rex regum voluerit, quod *Barthii* conjectura insinuat, ipse viderit. Certè megistanes non debuit loco movere, quia maximè sunt legitimi; multò minùs Segestanos supponere, qui regis commensalitio omninò inepti & exclusi tàm quàm Brigantes, Brabansones, Pincinati milites, & Stratiotæ quos velut audaciùs grassantes & vitæ contemnentiores historici his adpellationibus commemorant: *Scal. anim. ad Euseb. f. 175: Cambd. Britann. p. 552: A. Krantz. l. 6. Saxon. c. 28: Ursperg. sub a. 1101: Order. Vit. l. 9. hist. Eccl. Comin. l. 3. de bello Neap. P. Justin. l. 9. hist. Ven. Coriol. Cepio l. 3. de rebus gestis P. Mocenici.* Verba *Juliani archiep. Toletani*, quæ precationem libris contrà Judæos tribus præmissam inchoant; *Tu ergò, fili David, qui ad nos in carne venisti, clavo crucis tuæ secreta cordis mei adaperi*, satis sana sunt; clavo enim crucis Christi, re acutâ, & validâ cor suum lapideum adamantinumve feriri, pungi, scindi, aperiri exoptat. *Barthius* l. XIX. c. 14. mavult, *clave*, quòd os sibi referari postulet. Nos quia *clavi* in cruce dominica non fuisse locum scimus, nec hoc loco eam cruci jun-

 gen-

gendam, & cum rem optimè intelligamus vocabulis propriè sumtis figuratam locutionem non adfectandam esse arbitramur. L. XLII. c. ult. è *Paciani Episc. Barcinon, epistola quadam* producit, quæ proverbii speciem quandam habeat, hanc sententiam: *In quacunq; caussa velle superare præsumtionis insanæ est; non de Apostolico jure, sed de Græco, apud quos scriptum putatur, omnem morem Lacædemoniorum inflammatum cupiditate vincendi;* ipse mavult, *omnem murem Laced.* scil. adeò contentiosum id genus esse, ut etiam musculi ipsi vincendo pertendant. De muribus isto ingenio Lacedæmoniis difficilis fuerit probatio; & fatetur sponte, ejus proverbii nullum exemplum subire, & vanè igitur excogitatum erit. Nobis hoc videtur; Fuere Lacones pugnacissimi omnium Græcorum & vitæ quàm maximè prodigi; Pueri etiamnum plagis prædurabantur ad patientiam certaminum & vulnerum; habebaturque generosior & Laconica prosapia dignus qui quamplurima flagellorum verbera & manantem è visceribus largissimum sanguinem ad necem usque sustinuisset immobilis, sine exclamatione, imò sine gemitû, *Cic. 2. & 5. Tuscul. Vetus schol. Horat. ad Oden 7. l. 1:* & hinc solennitas apud eos maxima Διαμαστίγωσις ad Evrotam fluvium. Iidem vix natos clypeo imponebant, hastamque ponebant juxtà acclamando, Ἤ τὰν ἢ ἐπὶ τὰν: quasi dicerent, videbis cum adoleveris, ut hunc clypeum salvum ab hostibus reportes vel ut fortiter pro patria dimicando suprà eum mortem oppetas: *Auson. epigr. 24, & 23.* de Thrasybulo Lacedæmonio septem adverso pectore vulneribus confecto: qua disciplina ad res bellicas ita formabantur, ut præliis non excederent nisi victores, & victos cedere ignominiosum putarent. Eam pertinaciam responsum Gorgûs Lacænæ, uxoris Leonidæ, Μόναι Λάκαιναι ἄνδρας τίκτουσι, i. e. *solæ Lacænæ fæminæ viros pariunt*, ap. *Plut. in vita Lycurgi* describit: ad quod si *Paciani* ista referrre libeat, & rectè intelligere, dicamus necesse est, veterem scripturam fuisse, *omnem marem Lacædemonium inflammatum esse cupiditate vincendi;* quia solæ Lacænæ fæminæ viros, fortes & vitæ suæ pro gloria victoriaq; prodigos generant. Ita novam fabulam de muribus Spartæ in historiam, quæ Antiquitatis Græcæ testimonio adminiculata est, convertimus. *Bachiarii*

cujus-

cujusdam ad Januarium *de recipiendis lapsis* contrà Novati furorem Epistola est: Eam tomo I. Latinorum Orthodoxographorum edidêre Basilienses; sed incorrectissimam; à *Cl. Barthio* l. XVII. c. 15. nonnihil depurgata est ut legi & intelligi possit; In hisce adhuc latet scrupus: *Et tu, beatissime, in defuncto fratre opus imitare Helisei, manus manibus, pedes pedibus, os ori compone primùm, uti spaciaris ei qui mortuus jacet.* Habitum in quem se composuerat Propheta cum mortuum Sunamitidis filium resuscitare vellet describit; qui alio fine non fuit efformatus taliter quàm ut vivus mortuo omnibus membris, manibus, pedibus, ore, oculis cohæreret ac jungeretur. Legendum igitur, *ut copuleris ei qui mortuus jacet.* Quod autem in inferioribus ædibus deambulasse Prophetam addunt sacræ literæ 2. Reg. IV. id ad habitum vivificaturi mortuum non pertinuit; ut τὸ *spatiaris* eò nec referre debuerit *Barthius.* Emendationem nostram necessariam & rectam esse sequentia comprobant: *Adpone*, inquit *Bach. præterea oculos tuos oculis ipsius, manus manibus, pedes pedibus: custodi oculos ipsius, ne in perditionem sui ulterius evagentur: os illius, ne confabuletur iniqua: manus illius, ne operentur adversa; pedes illius, ne vagentur in turpibus; Et sic, cum pro custodia sui membris membra tua fuerint copulata, non solùm peccandi ulterius spacium non habuerit, verùm etiam spem capiet resurgendi, ut qui per peccati frigus emortuus est, copulationis tuæ tepore* (pravum enim itidem est, *consolationis tuæ tempore*) *revocetur ad vitam.* Incubatu enim Prophetæ, superextensione, & adæquato membrorum adplicitu revixit mortuus, quod per *copulationem* significatur. In verbis *Hygini*, quibus de equis Solis duobus maribus funalibus & fæminis jugariis totidem agit, duo sunt quæ minùs attentè legisse & perperam tradidisse *Barthium* l. X. c. 12. docere possumus. Dicit, *utraq; paria*, marium sc. & fæminarum in curru Solis *fuisse separatim*; nim. uti nostrate jungendi equos curribus ratione bini funales præcedunt, seqvuntur duo jugarii, temone intermedio; quod secus fuit in curru Solis & triumphali veterum, *Pan. l. de triumpho: Turn. l. 14. Adv. c. 17.* Processerunt enim omnes conquaternati & æquata fronte; medii jugarii, ζύγιοι, utrinque his adhærentes & loris vel catenis recti funales σειραῖοι & σειραφόροι dicti, quisque suo proximo, unus dextro alter

ſiniſtro. Addit *Hyginum tres fæminas nominare*, quod pariter falſum eſt. Nominat n. duas ſolùm ſi emendatè legatur ita: *Equi Solis: Eos, per hunc cœlum verti ſolet: Æthon* vel *Æthops*, non *Æthyops, quaſi flammeus eſt, concoquit fruges. Hi ſunales ſunt mares; fæminæ jugariæ; Bronte, quæ nos tonitrua adpellamus: Sterope, quæ fulgitrua. Locarie*, quam ultrà reliquas duas nominat *Barthius* nulla eſt: opponuntur enim funalibus duobus, qui & *ἄζυγες, jugariæ*. In numo Imp. Commodi, cum inſcriptione Græcâ, ΕΚΤΩΡ ΙΛΙΕΩΝ quem cum aliis multis *J. Sambucus* delineavit, viſuntur quatuor equorum ſtaticula junctorum vehiculo biroto, cui inſiſtens miles galea tectus, lævâ ſcutum, & funes quatuor, dextra jaculum prælongum tenet. Funes quatuor pertinent ad funarios duos: medii ad temonem juncti jugum ferunt. Similis *τετράζυξ* currus in numo Imp. Trajani expreſſus eſt. In certaminibus equeſtribus *τὰ τρίπωλα τῶν ἁρμάτων*, i.e, currus cum equis tribus fuêre uſitati, ita ut duobus ad temonem ſubjugis, tertius fune, loro, catena annecteretur, qui extrà currum incedebat, *παρήορος* ideò dictus: *Dion. Halic. l. 7. antiq. Rom. ἀπὸ τῶν παρηορεῖσθαι, τοῦτο τῶν ἔξω ζυγοῦ ἡνιῶν, Suid.* quod in cotzis Hungarorum hodièque videmus. Novum eſt & auribus Latinis inauditum quod lib. XL. c. 2. de *medulla* annotat, apud *Apicium* ſignificare juſculum ſpiſſius, quod medullæ referat faciem, ſitque pulte liquidius. Verba coci cepurô ſeu l. 3. cap. *de porrorum coctura* 10. (ſignum enim capitis undecimi *de betis* in editione *Gabr. Humelbergii* loco movendum eſt, & ita continuandum caput decimum) iſta ſunt: *Aliter; concides porrum, coriandrum, cuminum, uvam paſſam, farinam, & omnia in medullam mittes, obligabis, & ita inferes ex liquamine oleo & aceto.* Sed non immeritò ſuſpectum eſt hoc, ſuccurritque vel mediocriter attento legi debere *in trullam mittes*: ut vas ſeu receptaculum intelligatur: quorſum n. aliò quàm in patinam ſeu lancem, quæ hîc nominãtur herbæ, ſemina, fructus, quando inferenda ſunt, componi poſſunt? Idem *Apic. l. 4. c. 2: Cepas pallacanas purgas, viridia earum projicies, in patinã concides, l. 6. c. 2: imponis in lancẽ & jus perfundis.* Trulla a. eſt *τρύβλιον*, catinus, *παροψίς*, *L. Baïſ. tr. de vaſculis: Crateti in Heroibus ἔτνους τρύβλιον*, patina ſeu vas eſcariũ quo pulmentaria, obſonia, & reliquæ dapes menſis imponũtur:

eſt &

est & ὀξυβάφιον, acetabulū seu acceptabulum, patella minori forma; item instrumentum quo & res in ollarum cavis versari solent, & quivis liquores aliaque hauriri; δοίδυξ, ἀλετρίβανος, τορύνη & κοχλιάριον. Hac significatione utitur *Apicius* sæpissime: l.d. *ubi coctum fuerit, levabis cum jure suo, & in patella alternis de trulla refundes cum piperis granis integris & nucleis pineis*: & mox, *tot trullas impensæ desuper adjicies*; item *substernes diploides, patinam æneam & trullam plenam pulpæ*. Alibi vocem *boletaris* hac de re adhibet; l. 6. c. 2: *in boletari piper minutum aspergis*. Hæc, puto, *Apici* mens est; de interprete qui in *medullam* exponit *in massam substantiamq; & corpus unum omnia* mittere nihil curandum est; est enim ejus glossema tàm non aptum verbis scriptoris, quàm ab iisdem longè dissidens alterum istud *Barthii*: & convenerat utrique mendam priùs demere, quàm vel interpretatione frivola lectori fucum facere & non minus ridicula observatione Latinitati. Libri ejusdem cap. 17. *urticam fœminam Sole in ariete posito adversus ægritudinem sumere* jubet: Interpres rectè, *ad arcendum morbum eo anno obventurum quemcunq;*. E vetustissimorum n. ῥιζοτόμοις de urticâ silvestri, quæ & fæmina, desumsit *Plinius* hoc: *incipiens ipsa nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est ad pellendos totius anni morbos*: *l. 21. c. 15.* cui condescendit h. l. *Apicius* Audaciam igitur *Barthi* an'ne miremur qui quod eam vim urticæ nuspiam legerit vel inaudiverit, & *Humelbergio* ideò contradicit, & suum quoddam figmentum *Apicio* infert, emendans, *adversus arctitudinem*; quia scil. sciat urticam ventrem deducere. Quo enim autore alvi constipationem nominare licet *arctitudinem*; quæ vox neque satis Latina est, neque ventris siccitatem, pigritiem. & retentionem fæcum quæ ad multò plures caussas quàm ad intestinorum solam angustiam sequi solet, dicit? Πυκνότης, στενοχωρία, ἔμφραξις, meatuum & cavitatum adfectiones sunt cum à corpore præter naturam ἄγχονται ob laterum viciniā clauduntur connivent & obstructæ non transmittunt quod debebant; ea angustia si intestinis accidat, & propterea remorentur excernenda (*stricturam* vocat *Cæl. Aurel. l. 4. tard. c. 8.*) non corrigetur urticæ esu; hæc n. aliud non efficit, quàm quod ob partiū tenuitatem detergendo ventrē modicè subducit, ὑπαγαγεῖν τῆς

τῆς γαστρὸς ἄγειν; de femine urticæ refert *Plin. l. 22. c. 13. tostũ cibo difficilem ventrem emollire*: sed quia causæ retentionis semper contrariã causam opponere oportet, secundum *Gal. l. 1. de sanit. tu. c. 14*, angustiæ & coarctationi intestinorum à corpore duro, ab humore crasso, viscoso, pontico lubricantibus & remollientibus subvenire necessarium est. Immò quod alvi constrictionem *Barthius* adpellat *arctitudinem* non est è natura vocabuli: insinuat enim *arctitudo*, si quæ apud alios quoque scriptores reperitur, cujusvis cavitatis angustiam, spiritualium, venarum, arteriarum, nervorum, œsophagi, ventriculi in quo θλίψις & attritio vocatur, *Gal. l. de præcogn. ad Posthum. c. 11.* non solius ventris; & ad hujus tamen, non alterius partis aliquam urticam conferre docet: argumento tali, quod latitudinem rei cui probandæ adhibetur, non exhaurit. Vulgatam igitur lectionem Antiquitatis παραδόσει & sensis comprobatam nixamque, novitia correctura & corruptela valere jussa, retinebimus. Circà glossam Isidori, *Agadir*, *lapis*, mirè fategit *Barth. l. 16. c. 24.* Putat lapidem illum Germaniæ lucidissimum intelligi, qui agadstein adpellatur: mox crisin adhibet & interpolat, *ab acsir*, quod à lapide Azur nuncupato distortum esse quis arbitretur. Non agimus nos hoc ut doctorum nitida nomina decolorentur; cui proterviæ si studeremus quantus culpas & incogitantias Viri, multorum judicio in arte Critica non mediocris sed excellentis, patefaciendi & exagitandi campus nobis apertus esset? Observamus in *Hesychio* multa Germanis vernacula vocabula; ut cum Καλύκειον λίθον τὸν ἐν Ἄλπεις γινόμενον adpellat, qui alius non est quàm à nostratibus voce è chalcitidos detorta Galitzenstein dictus: sed de glossa isthac non licuit eò confugere. Vel illud de lapide Germaniæ, quia succinum sic nominat, quàm frigidum est? Adpellant id Germani vocabulo populari *lapidem*, sed impropriè & gagatis, cui adfine est in attrahendis stipulis, adpositione, cum nomen ejus substantiæ conveniens aliud non haberent, vel naturam ejus à gagate lapidea concretione diversam nondum explorassent penitus. Inter *Agadir* autem & *gagaten* quantilla convenientia est? Conjectura de *acsir* hujusque ad Azurum azulum seu lazulum lapidem cœlestini coloris, guttis seu scintillis aureis distinctum, vel

pigmen-

pigmentum, ultra marinum nuncupatum, *Fallop. de fossil. c. 33: Caesalpin. de metall. l. 2. c. 65: Mesues l. de simpl. med. c. 38. & ibi J. Sylvius: Ans. Boeth. l. 2. de gemmis & lapid. c. 119. & seqq. Encel. l. 2. c. 22.* & de variis cœrulei differentiis *Kentm. Catal. rer. fossil.* relatio adhuc infelicior est, cum *azurum* & *verdazurrum* pigmentorum seu colorum adpellationes linguarum popularium Italicæ Gallicæ & Hispanicæ sint vocabula ex Arabum idiotismo, qui *azulum* vocant, glebam sive lapidem cyaneum itemque Armenium maculis viridibus & cœruleis, pridie transsumta, ut Isidoro vix fuerint cognita: Ita falsum removimus. Videtur autem de inauditæ per omnia vastitatis petra in Phrygiæ finibus, quam indigenæ *Agdum* adpellabant, ut est apud *Arnobium l. 5.* intelligi velle *Isidorus*; ex ea enim lapides sumsere Deucalion & Pyrrha jactantes in orbem mortalibus vacuum: è quibus unà cum cæteris etiam magna Deûm mater, Ops, Cybele, Rhea, quam inde lápideæ molis effigie venerabantur, animata est divinitus: Ita igitur *Agdir, Agadir* vel si veram scripturam in *Arnobio* habemus, *Agdus*, lapis est; itemque Dea culta in simulacro lapidis grandis nigri è Phrygia Romam transvecto: *Vinc. Cartari imag. de i Dei de gli antichi p. 197.* quem quotannis carro à duabus vaccis tracto impositum Almone fluvio sublavabant sacerdotes & cum magna congratulatione populi in Urbem referebant; cujus profanæ religionis origo ad Cananæos referri potest, qui lapidem a Jacobo in memoriam divinæ in somniô adparitionis & promissionis oleo infuso consecratum in Bæthel, *Genes. 28.* de cætero divino honore adfecerunt. Sed & hoc in fabulis est, Rheam, quòd Saturnus quotquot ex se nati essent filios devorasset, eidem lapidem fasciis involutum pro Jove recens edito deglutiendum præbuisse, *Phorn.* θεωρία περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως: Eum suppositititium lapidem vocant *Bætylum* Grammatici: *Hesych.* Βαίτυλος, οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ δοθεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ ἀντὶ Διός: & *Scal. in 1. de plantis*: alii quibus id minus esset notum mutarunt in Beryllum. Constat in veteribus mysteriis Barbarorum *Abdir* vocatum: *id. Exerc. 271. f. 1.* Hoc igitur posterius si secutum esse *Isidorum* cogitemus, scripserit *Abadir*: sin illud, *Agadir*: sanè utrumvis voluerit, rectè habet. Iste Βαίτυλος innumeris similibus ἀγάλμασι καὶ

πελέσμασι, θείας μεθουσίας ἀναπλέοις, sensu enim animata & spiritu plena erant, secundum figuras in cœlo creditas à magis fabricata, fuit occasio; quæ & responsa sciscitantibus ederent, & mala quævis depellerent; itemque λίθοις ἐμψύχοις, *vivis lapidibus*: qualium *Plut. l. de flum.* aliquoties meminit, interque eos nominat θρασύδειλον dictum Evrotæ in Laconia peculiarem, qui tubâ sonante ad ripam prosiliat; Atheniensium audito nomine, in profundum mergatur; de hoc genere fuerunt contrà ventorum impetus, maris incursiones, murium & insectorum proventus idola καὶ οἱ κατὰ μαγείαν τύποι: contrà Barbarorum irruptiones consecrati colossi & statuæ: & magia vetus adversus crocodilos, crocodili signum plumbeum in Ægyptii cujusdam templi fundamentis defossum: quod cum erutum igne dissolvissent curiosi quidam, ex eo tempore infestare crocodilos regionem cæpisse querebantur indigenæ: cassiterina lamella, & speculum magicum quod muscas arceret in atrio suspensum: item ab Apollonio Tyanéo conflata & Byzantii certis locis disposita testudinum, ciconiarum, serpentum, equorum, aliarumque rerum συσχήματα ἔνζωδα ἐπὶ κιόνων ἱστάμενα, partim noxas averruncantia, partim futurarum rerum historias significantia: *Chron. Alex. sub Ol. 217: Hesych. de rebus Constantinop. Codinus in Origin. Const. mscr. Cod. Biblioth. Bavar. Scal. ep. 238*: & plenissimè elegantiss. *Seldenus Synt. de DIS. Syris 1. c. 3.* In monte Libano Asclepiadem, pòst etiam Isidorum Stoicos philosophos, vidisse βαιτύλια multa narrat *Damascius in hujus vita* apud *Phot. Cod. 242.* Ejusmodi τετελεσμένα, à quibus Ebræorum vocabulũ הטלסמאות *hetalismaoth* & Arabum *talisman*, quo Zabiorum seu Chaldæorum opera imagines loquentes seu futura indicantes & sigilla potestatibus siderum & dæmoniorum imprægnata contrà quævis infausta hominem à quo gestantur defendentia significant, detortam esse suspicamur, Græci adpellabant etiam ἀγάλματα τὰ ζῶντα: inter quæ & μὴ ζῶντα ἀτέλεστα καὶ ἀμύντα distinguere posse singularis peritiæ & divinitatis esse dicebatur; *Svidas* de Heraisco Ægyptio philosopho sub Imp. Zenone: αὐτόφυής ἐγένετο διαγνώμων τῶν τε ζώντων καὶ τῶν μὴ ζώντων ἱερῶν ἀγαλμάτων. Εὐθὺς γὰρ ἐμβλέπων ἐτιτρώσκετο τὴν καρδίαν ὑπὸ τοῦ θειασμοῦ, καὶ ἀνεπήδα, τότε σῶμα

σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὥσπερ ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατείχετο. Εἰ δὲ μὴ κινοῖτο τοιοῦτον, ἄψυχον ἦν ἐκεῖνο τὸ ἄγαλμα καὶ ἄμοιρον θείας ἐπιπνοίας: quæ verba *ἀμαρτύρως* allegat; ſunt autem *è vita Iſidori à Damaſcio* ſcripta, etſi in excerptis Photianis hodiè non legantur: quod & ſ. c. 5. p. 430. & 7. p. 479. monuimus. Sed de his etiam in medicum cyclum ad curandos morbos invectis *ματαιοτεχνήμασι*, interim vulgi perſuaſione efficacibus valdè & *πατροπαραδότοις*, libris ſequentibus exequemur. Cum dextrarum jungendarum fœderisque feriendi cauſa in colloquium venturi eſſent duo reges Clodovéus Francorum & Alaricus Gothorum ſimul in Galliis imperantes, placuit utrique ut inermes loco deputato comparerent. Paternus autem, quem legatum miſerat Clodovéus ſpeculandi cauſa, deprehendit *Gothos*, regem & qui cum ipſo erant, *fraudulenter buxos pro baculis in manu ferentes; & adprehenſum unum ex his extraxit*, adjecto improperio perfidiæ, non ſtetiſſe conventis, & dominum ſuum circumventum, inermen & incautum opprimere conſtituiſſe: ita rem narrat *vetus collector chronic. ex Idacio, editus ab Henr. Caniſio t. 2. lect. ant.* Qui ſint in his verbis *buxi* à ſe quæſitum aliquando fuiſſe ſcribit *Barthius l. 53. c. 14:* & divinat rectiſſimè, Germanicam vocem eſſe, ſignificantem thecas quarumlibet rerum. Sed quid theca ſeu buxa ad inſtrumentum quo homo interfici poſſet: ex hoc enim genere fuêre quæ à Gothis geſtabantur contrà pactum? hoc verò docere opus erat. In *Aimoino l. 1. de reb. g. Franc. c. 20.* legimus, *ferreum oſtiorum obicem* manu geſtaſſe Alaricum pariterq; reliquos. Sed neq; hinc rem percipimus; & caret bona ratione; Ferreus enim obex *χειρωνάκτων* & palangariorum potiùs quàm regis geſtamen fuerit & ſi talibus inſtructi fuiſſent Gothi, pactum quo inermes intereſſe placito oportebat violaſſe prima fronte argui potuiſſent. Dolo autem & clanculum acta fuiſſe iſta conſtat, quod cum legatus buxum unum adprehenſum extraxiſſet, tum demùm de fraude conſtiterit. Decepit igitur monachum quiſquis ipſi pro buxis ferreos obices ſuppoſuit; eòque neque pro idoneo interpretem eum admittimus neque pro fideli relatore. Nos quod jam promemus, rei omnibus circumſtantiis convenire & veriſsimum eſſe arbitramur. Gothi etſi amicitiam ſimularent, reverà inſi-

ita nunc Sapones nostri Busse vocant sclopetum pulverarium. sed generali significatione buxa sive pyxidem vocant in quo aliquid recondi vel abscondi potest.

Digitized by Google

ita Saxones nostri hodie Bussam vocant cannam ferream ligno inclusam, quae ignem glandem & plumbeam emittit

insidiabantur Francis & armati aderant, nim. cum bastones, stipites, baculos quibus innitebantur & incedebant, fecissent excavari, in iisq; ceu pyxidibus quibusdam ferrum occultassent. Id genus teli quod specie ligni falleret, *dolon* vocabatur: *Hesych.* Δόλωνες, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα: *Suet. Claudio c.13.* inter tela quibus per insidias infestatus fuit Claudius nominat *pugionem dolónem & cultrum venatorium*; & *Alfenus l.1. ex plagis. 52. §. 2. D. ad L. Aquil.* tabernarium flagello in quo *dolon* inerat verberatum fuisse dicit. *Ennodius* lemmate carminis *spatham in fuste* adpellat; eoq; in hos ipsos Gothorum Φαινοσκίμπωνας rem novam inauditā & Francis quorum capitibus constitisset execrabilem videtur lusisse. Id quia à nemine intellectum est, & mirè depravatum extat in edit. Basil. Orthodoxographorum tomo 2. correctum h.l. dabimus:

Utimur incluso per fraudes ense bacello.
Mors ligni tunicis quàm benè tecta latet?
Subsidium portas quo (ed. malè *quod*) *cunctis terror haberis.*
Pacificum non est quod necat (ed. sine sensû *negat*) *obsequiū.*

q. d. Cum pacis studium præ te ferre videreris, Gothe, occultè lethalia in fœderandos tuos arma adfers; virgam quam in subsidium gressus adscivisse fingebas in terrorem necemque istorum convertis. Hinc luculenta *buxos* qui fuerint in Francorum lingua expositio est; nim. cum telo nondum aliàs viso auditoque nomen imponendum esset, ab eô quod fusterna velut pyxide seu cavo ligneo conditum gestaretur, *buxum* nominari contigit. Aliàs *dolon* ensiculi brevioris & incurvi genus quoque fuit, ξιφίδιον λῃστρικὸν, latinis *sica*; quo solebant accingi, *Plut. in Tib. Graccho*; sed ideò sic dictum quòd latenter ferri posset ob brevitatem & cædibus tamen punctim faciendis inserviret maximè ex insidiis & in turba incautos adorturis. De etymologiis semper cura multa fuit eruditorum, & si verum licet dicere nugarum plurimum; non repetam, quæ seculis barbaris cucullati Grammaticelli de quavis ferè lingua commenti sunt. *Joh. Goropii* de Belgica lingua, quam Cimbricam adpellare mavult, paradoxa doctorum irrisû traductissima sunt; fuêre qui Persicam linguam è Germanicâ derivare præsumerent: novimus qui nuper adstruxerint *Plinio*, si

DIS

Digitized by Google

DIS placet, autore Gallos Saxonico idiomate aliquando locutos fuisse: *physeter* enim ajunt, balæna maris Gallici à Saxonibus petitâ adpellatione Fisseter q. d. *piscium devoratrix*, à Gallis denominata est, *Gryph. l. de insulis c. 32. n. 132: l. de Weichb. Saxon. c. 32. n. 14.* cum Græca vox sit Φυσητὴρ ἀπὸ Φυσᾷν, quod altiorem navium velis diluviem per tubulatam in fronte fistulam eructet: Φυσητὴρ, ὁ τῶν κητωδῶν αὐλὸς, *Hesych.* unde & πρῆστις dicitur *schol. Opp. 1. halieut.* ἀπὸ τοῦ πρῆσαι, ab efflando. Non minore studio satagit *libris quinque de prisca Celtopædia Joban. Picardus Touterianus*, ut Gallos à Græcis descendere probare posset, Gallicismum hodiernum è Græcia accersere; (tolerabilius est, quod *Budæus & Bayfius* inde concluserunt, Gallos veteres fuisse Φιλέλληνας:) sed eum meritò castigat *Barthius* inductis l. XIII. c. 8. tot exemplis vocum Gallicarum, quas à Latina Italicaque, tum etiam Germanicâ lingua transsumtas esse nemo negare possit. Id saltem indictum velle debebat; *baston*, quo baculum significant Galli, Germanicæ linguæ esse. Est enim Italicæ Hispanicæque sed formatum è Græcô βαςὸν, quo perticam, stipitem, sudem, de qua quid gestari vel quâ gradus firmari potest, adpellant: aliter βατῆρα, βατηρίαν, βακτηρίαν, ἀπὸ τῆς βάσεως. E tilia verò corticis, re vitili, & in quamcunque partem flexili, salicis, populi, ulmi, aliarum, quem Germani bast adpellamus, baculum non minus conficere licet, quàm è loro securim, vel è lino serram. Censurarum de scriptoribus cujuscunque generis vitia varia sunt, ut varii mentium humanarum conceptus & lapsus, ingeruntque se in oculos manusque ei qui non oscitanter rem tractat perquàm frequenter. Oribasium Sardianum, quem Imp. Juliani medicum & de re medica volumina multa Græcè scripsisse semper fuit quàm receptissimum, *Symphorianus Campegius l. de sectis medic.* Latinis accensuit, & inter Celsum & Plinium medium locavit, veterem interpretem Latinobarbarum, quem hodièque beneficio *J. Sichardi* legimus, reputans pro Oribasio autore ipso, qui immanis stupor est. Idem *Cl. Vossius l. 3. de hist. Lat.* Paulo Cyro Floro fecit, qui fuerat Poëta Græcus Imp. Justiniano, ut suprà c. 7. p. 471. diximus: *P. Castellanus in vitis ill. med.* cum Chrysippum Cnidium medicum describere se putat,

 adpli-

Digitized by Google

adplicat ei omnia quæ de Chrysippo Solensi Stoico, Zenonis discipulo dicuntur à Laërtio & aliis: Chrysipporum verò medicorum, (fuère enim minimùm tres, ut alibi docebimus) nihil omninò attingit. Gariopontum, quem seculo duodecimo vixisse probavimus c. 12. *Paulus Zachias l. 2. Quæst. medico-leg. t. 1. qv. 17.* pro medico antiquo habuit, seductus inscriptione, quam lucri causa præfixerat typographus: talia autem hodiè *sequimur multi atq; frequentes.* Hoc ipsum, ut à doctis pro prisco haberetur contigisse Petro Apollonio Collatio Presbytero Novariensi, autori *Carminis de excidio Hierosol. libris 4.* contexti, observavit *Barthius l. XXIII. c. 28.* Accusat autem hujus erroris viros summos, Scaligerum, Casaubonum, Juretum, Colerum, Bulengerum, Savaronium, Meursium, Dembsterum: quod iniquè factum esse videor docere posse. *Margarinus Bignéus* qui tomo 1. Bibl. Patrum eum Poëtam inseruit & ad seculum septimum retulit, est inexcusabilis: sed Scaligero tamen Casaubono & Meursio non sinam adfingi, quod ne dixisse quidem convinci possunt, multò minus sensisse. Citant isti locis quos indicat *Barthius* Apollonium hunc, sed sine ulla, sive ætatis sive alterius circumstantiæ nota: unde ergò habuisse pro antiquo colligetur? De *Scaligero* inprimis falsum id est, quem mortalium obliviosissimum esse oportebat, si quid parens suus de hoc Apollonio *l. 6. Poet.* censuisset ignorasse probaretur. Facit autem B. Castellioni, & Lancino Curtio Mediolanensi supparem, quos circà annum 1400. fuisse è *Jovio* colligimus. An verò solùm veteres in exempla genuinæ Latinitatis & rerum gestarum testimonium laudare solemus? nónne undiquaque veritati licitè petuntur lumina & subsidia, cum sæpè contingat, ut veterum defectus suppleant novi? Mihi certè tanti æstimabitur, si quis de problemate philosophico è Nipho, Pomponatio, Schegkio me verum doceat, carminis requisita numeros, nervos, venustatem in Pontano, Sannazario, Joh. Franc. Pico, Vida demonstret: de argumento medico è Fernelio, Mercato, Hofmanno me erudiat, quanti si ex Aristotele vel Themistio, in Virgilio vel Statio, è Celso Galeno vel Oribasio idem fecisset, eram æstimaturus, illisque recentibus si consentiant cum veterum dogmatibus eandem quam hisce reverentiam præstabo & fidem.

Theo-

Theodorum Priscianum medicum è Latinis *Octavii Horatiani* titulo publicavit ante hoc seculum *Herm. Comes à Neuenar*; cujus diversitatis & ἀλλοιοθέσεως ratio ab ipsa reddenda fuit; priori enim adpellatione frequentiùs allegatur. Nam præter eos à quibus cum nomine isto laudari suprà exordio cap. XI. diximus, *Simon Januensis* inter autores è quibus *Synonymorum librum* compilavit nominat *Theodorum Priscianum*; additque ex eo ipso *Garioponti passionarium* concinnatum esse, quod & nos cap. XII. ostendimus: item *Don. Anton. Altomar. l. de med. corp. hum. malis c. 7: Paulus Zachias lib. 2. Qv. medicoleg. t. 1. qv. 17: Bapt. Codronchius l. 1. de rabie c. 1. & Pignor. comm. de servis* gravem & nobilem rei medicæ auctorem Theod. Priscianum adpellat; altero verò nomine, antequam à *Neuenario* vulgaretur, fuit ignotissimus: unicus, quod sciam, O. *Brunfelsius* eum eodem Horatiani nomine *catalogo medicor. ill.* inscripsit. Ferè igitur est ut existimem è verô nomine THEODORUS PRISCIANUS quod in membranis obliteratum nonnihil repererant, à curiosô & tamen infelici lectore factum fuisse QV. OCTAVIUS ORATIANUS: haberi autem debere pro ficto, cum rectum interea cum omnibus literis & apicibus non tantùm è scriptis medicorum anteriorum, sed & è membranis, juxtà quas Basiliensis editio *S. Geleni* a. 1532. processit, emerserit. Certè à semidocto aliquo istud manasse, prodit inscriptio editionis Argentinensis non tantùm ridicula sed & falsa. Cum enim Theodorus *Evporistôn*, i. e. medicinæ præsentaneæ libellum cum præloquiô ad Timotheum fratrem, itemque alterum titulo *Logico* ad eundem scripsisset, fungus iste quisquis fuit *ad Evporistum* scriptum fuisse putavit: *Octavii Horatiani in primum operis sui librum qui Logicus dicitur ad Evporistum præfatio.* Sed de hac editione in sequentibus tractabimus; scatet enim audacissimis depravationibus recensitoris non nimiùm continentis & imparati. Id verò non omittere debui, ut φιλιατρεῦντες de Theodoro Prisciano pleniùs instituantur, eum etiā ab *Alexandro Tralliano l. 1. c. 21.* hoc nomine laudari. Describit enim ibi compositionem quandam pro epilepticis *è capite quinquagesimo octavo Theodori Muscieni*, uti est in editione *Albani Torini* Basil. a. 1533. & paulò ante eodem Theodoro autore docet, *si sacro morbo correptus ecci-*

ceciderit, & quispiam de pollicibus pedum ejus sanguinem detractum labiis & fronti illinat, confestim exacerbatione immunem surrecturũ: ubi *Muscienus* priore syllaba vitiosus est; *Trallianus* enim *Priscianum* allegaverat. *Gvint. Andernacus* in sua versione *Theodorum Moschionem* adpellat, sed lapsû graviore. *Torinus* veteris scripturæ observantior fuit cum legit syllabam Μους pro Πεις, & ad verum sic quidem accessit propiùs; hoc autem post emendationem nostram jam planè possidetur. Et quia *l. de phys. scientia* quem quartum Octavi Horatiani constituerunt in edit. Argent. eadem de sanguine è pedum pollicibus misso leguntur, vel hoc *Tralliani* testimonio evincimus, librum istum cum anterioribus tribus *Theodoro Prisciano* autori rectè à nobis vindicari: & *Octavi Oratiani* adpellationem ex ejus nomine eadem *πυρρεργασία* & audacia exiisse quà *Muscieni* è *Prisciani*. Ampliùs: Cum libellus iste *de Physica scientia* inscriptus sit autoris Theodori Prisciani, jam ætatem ejus de qua c. XI. disputavimus, certissimè scimus. Nominat enim in eô Vindicianum magistrum suum: hunc autem Valentiniano Imp. Comitis archiatrorum dignitate, *σύγχρονον D. Augustino*, qui Ep. 5. *magnum suorum temporum medicum*, uti interpres Nicolai Myrepsi *c. 711. medicæ artis didascalũ* appellat, & in tanta existimatione ut vulgari sermone jactaretur, *medicinam non profuisse quia Vindicianus non porrexisset*, tanquam omnem quam is exhibuisset profuisse & profuturam scirent, vixisse pariter est exploratissimum. Physica autem sua ipse *libro secundo seu Logico c. 11. & 15. allegat*. Iste *Theodorus* multa seculi vitio novè usurpavit contrà Latinè scribendi usum, & quæ vitari omninò debeant, instar scopulorum; ut cum *imminendi* Verbo, de quo s. c. 11. p. 521. activam significationem imposuit lib. 1. c. ult. *quietudo fomentis imminenda est*, i. e. procuranda, efficienda; converso termino objecti tertio casu qui regularis esset in primum; qua ratione etiam *Cælius l. 2. c. 13.* Verbum *fluendi* cum quarto casu construxit *sanguinem fluentes*; & præposterè verbo *injici* usus est l. 1. c. 1. *injiciendus est ægrotus calidâ & oleo rutæ*: & c. 4: *venter erit injiciendus calida per clysterem*, quod Latinè dixisset, injiciendus erit ægroto, ventri, clyster; quam phraseôs hypallagen adpellare possumus, Barbaris & in lingua quacunq; balbutire incipientibus proprium;

prium: & comparativis secundum casum junxit l. 4. c. 3: *ossa pectoris sunt tenuiora cæterorum*: l. 5. c. 5: *omnium eruptionum tutior est*: l. 5. c. 2: *est autem omnium levior præter cucurbitam scarificatio*. In istis *Theodori* l. d. de articulorum luxationibus, *malagmatibus perseverandum est quibus curata loca possint in perpetuum solida pati*, ineptam locutionem eadem ratione excusare possemus. Sed corruptus locus est, neque recipit antequam emendetur interpretationem. In editione Argentin. *Neuenariana* rectè legitur, *in perpetuum solidari*: quam si consulere libuisset *Barthio* in conditam phrasin depravatæ lectionis explicandi labore supersedere potuisset: quanquam meræ fidiculæ sunt, *pati esse idem quod constare, existere, & permanere*, lib. XLVIII. c. 4. & h. l. ita intelligi debere *Theodorum*: quod nos præcisè negamus.

Cœlius Aurelianus Siccensis medicus autor Latinus, cujus *de tardis passionibus* libros *Joh. Sichardo* debemus, passiones chronicas, diuturnas & tardas descripturus, ut operæ precium se facturum ostenderet, eas celeribus & acutis opponit eò, quod hæ celeriter vel fortuna vel natura favente solvantur; illæ minùs, & propterea illas potiùs quàm has medici peritiam poscere; *Hinc deniq; Græci ASCLEPIUM nomen sumsisse dixerunt, quòd dura curando primus superaverit vitia*. Rectè *dura*, i. e. difficilia, contumacia, insanabilia, ut podagram, phthisin, elephantiasin; respexit nim. etymon, quo Ἀσκληπιὸν παρὰ τὸ τὰ ἀσκελῆ τῶν νοσημάτων ἤπια ποιεῖν, h. e. quòd morbos vehementes & difficiles sanaret, dixerant Grammatici: Interpres Phornuti, *quod ad mortem vergentem inclinationem repelleret*: Ἀσκελὲς, ubi τὸ α dictionis significationem complet, ἐπιτατικῶς sumtum, σκληρὸν, χαλεπὸν, ἀδιάληπτον, πικρὸν, ἢ σεμνὸν; *Hesych*. ἀπὸ τοῦ σκέλλεσθαι, quod est, ξηραίνεσθαι, ἰσχναίνεσθαι, i. e. exiccari, indurari, extenuari; unde ἐσκληκότες, ἐσκληότες, σκελετοὶ, σκελετοὶ, aridi, & ex aridura contracti, viribus, & habitu corporis limati, exucci, extenuati; & ἀσκελέες, κατεσκελετευμένοι, cadavera. *Barthius l. 41. c. 25.* concinniùs legi putat, *diuturna*, & *nomen* mutat in *Numen* quòd Æsculapius aliis incurabilia sanando Deorum numerum ingressus sit. Atqui manifestissimum est ad appellationem ASCLEPI alludere *Cœlium*; expectamus igitur à *Barthio* ety-

mon quô suam interpolationem *diuturna* probari putet; nos jam dedimus quod editam lectionem confirmat maximè: Ἀσκληπιὸς vocatus est, quia ἀσκελῆ ἤπια ἐποίει, i. e. *dura faciebat mitia*. Sunt apud Græcos magistros aliæ præterea nominis rationes, una *in comm. ad Lycophr. Tzeza*, quòd ita fuerit vocatus quasi ἀσκελοποιός τις ὤν; sed quæ nec probantur eruditis quia distortæ sunt nimis, nec Barthii emendationem juvabunt quidquam. In Deorum autem numerum relatum fuisse Asclepium, hoc nec dicere voluit *Cælius*, neque si voluisset, phrasi ista, *Numen sumsisse*, dixisset. Quàm facilè labuntur faciles emendatores, & super litera syllabáve, quam malè inferunt, crimen vitiatæ integræ sententiæ, imò Latinitatis incurrunt?

Ista l. 1. tard. pass. c. 1. de cephalææ cura, *At si vehementiùs dolor convaluerit & majora exegerit diu etiam permittentibus viribus in ipsa diatrito, vel ante ipsam sanguis erit detrahendus*, leviter mendosa sunt; sed quia spacium post voculam *exegerit* tres quatuorve literas excidisse indicat, obvium est quomodo purgari debeant. Legerim autem *majora exegerit remedia;* quæ emendatio dependet ex edito *diu* & intelligenti rerum medicarum se facilè probabit. *Barthius* frustrà est cum suo *dementia;* quasi de superpositione morbi agat & ad capitis atrociorem & diuturniorem dolorem secutam dementiam hîc curare doceat *Cælius;* neque enim ulla dementia, sive depravatam sive abolitam Ratiocinatricis functionem hoc nomine intelligamus, reperitur, quam à dolore capitis ortam vel agnoscant vel curent medici, pleraque etiam deliriorum genera & gradus capitibus dolore quocunque liberis accidunt: Et si talem vel maximè novisset *Cælius*, eam tamen nec hoc *de capitis dolore* tractatu curare, neque hoc remedio, venæ sectione, erat docturus, sed locis propriis *de mania c. 5. & 6. de melancholia* reservaturus. Dementiam autem partem maniæ facere liceat ἀνιατρολογήτῳ & populariter loquenti ut melancholiam initium & partem maniæ facit *Aretæus l. 1. de causs. & notis acut. c. 5.* & *Cælius l. 1. c. 2.* scotomaticam passionem è vertigine & obscuritate veluti partibus confectam esse videri dicit: medicorum filii δογματίζοντες aliter loquuntur & sentiunt; nam morbos & symptomata in genera &

ta & differentias nequaquam in partes dispescunt; vocabulo a. *dementiæ, ἀνοίας,* occasum mentis, abolitas facultatis principis actiones significant; quæ quia in maniacis non ablatæ, sed tantum à spectris seu phantasmatib. absurdis depravatæ sunt, de mania ne quidē genericè prædicari potest dementia; laxa a. significatione, si pro παραφροσύνη quavis mentis alienatione & delirio sumatur, genus fortasse maniæ quidem & omnium aliorum adfectuum, qui rationem oblædere possunt, quod placere quoq; *Paulo Zachiæ l. 2. Quæst. medico-leg. t. 1. qv. 1. & 4.* video, constituerit; sed usus ferè id repudiat. Ibidem *sellam procuratam* exponit ad vectationem ægroti commodè instructam atque omnibus necessariis curatam; Verba Cœlii l. d. sunt: *adhibenda igitur vectatio pro viribus ægrotantis sertorio vel sella procurata:* quæ si benè penitus introspicias, constructionem à *Barthio* luxatam & quod *Cœlius* de vectatione quam sella procurari voluit, inconcinnè de sella enunciatum esse suspicari poteris. *Vectatio sella procurata,* i.e. facta, instituta, peracta in sella. *Procurare* hoc sensu familiarissimū scriptoribus cadente Latinitate; *Sitis procurata,* i.e. excitata, ap. *Theod. l. 2. c. 32:* c. 3 *lethargicis vigiliæ procurandæ sunt.* c. 13: *procuravit vitæ periculū,* i.e. creavit: l. 2 c. 3: *æque ventris officium procurandum est*: l. 1. c. 35: *bis calidum lavacrum procurandum est*: *l. gynæc. c. 5 adjutoriis conceptiones procurantibus imminendum est*: c. 6: *innoxie purgatio procuratur. Horat. de experim. phys. par beneficium procuravit,* id est, idem auxilium præstitit. *Gariop. l. 3. c. ult. puellarum speciosarum servitium procurandum est,* è *Theod. l. 2. c. 11.* Procurabo cibos cum *sopgriferis speciebus* c. 8. i. e. ministrabo, exhibebo; c. 25: *lectus orthocathemenus accurandus: cubiculum in superioribus procurandum est: proderit currere cum vestibus laneis maximè si hoc in proclivitate procuretur,* i. e. fiat. *Gariop.* l. 5. c. 14: *si digestiones in balneô procurentur*: quibus locis *procurandi* verbo simplex actio insinuatur, non aliquo peculiari adparatu; neque igitur *sella procurata* erit peculiariter ad vectationem instructa, cum quævis simplex & nuda ei sufficiat. Pro paralyticis, quorum partes ad motum ineptæ sunt, peculiarē sellam cum obliquis anconibus quibus innitentes sese levare conentur, & vehiculum fabricare docet l. 2. c. 1: sed ea nihil ad cephalalgicos. Fateor in utramque partem perplexam orationem

ſcriptoris alioqui nubili differi poſſe; ſed poſteriora tamen proxima vero videri queant. In eadem cura poſtquam relevatum aliquâ caput eſt ſuadet *Cœlius* adhibere varia motus competentis genera, quæ priori caſu prohibuerat, lectionem, exercitium, ut veſtiti currant, & unctionem: *tunc manus ſuo motu exercere vel certè luctationem jugem facere* præcipit, adhibitis ſanè his rebus, quæ implere atque commovere caput ſolent, ut ſunt ea quæ cùm objectione plurima corporis fieri jubentur: *nec non etiam circulatos ductus atq; retrogreſſus cum ſaltibus;* quæ duo ultima curſus, quem imperaverat, modum determinant, ſcil. oportere & circulariter moveri, & retrogredi cum ſaltibus; eſtque repetenda ἀπὸ κοινοῦ vox *facere.* Hanc concinnitatem & limpidam ſcriptoris graviſſimi mentem conturbat *Barthius* qui h. l. ſcribere jubet *circulati obductus,* cum proximè præcedente Nominativo connectens, quod cum Accuſandi caſu & Infinitivô Verbi debebat: nobis in vulgata lectione nihil deſiderari poſſe ad rei intelligentiam videtur. Idem de ῥήσει circà apoplecticum ſentimus iſta: *Punctus etiam vel inclamatus ægrotans palpebram movet, atq; labia conducit ſignificans ſeſe audire vocantem poſſe. Univerſali dicto, quod Græci catholicon vocant, quidā primò die moriuntur, quidam duobus vel tribus ſupervivunt. Univerſali dicto,* i. e. generaliter & univerſim loquendo; comprehendit enim quæ pluribus dixerat particulatim generali quadam enunciatione. Eodem modo loquitur l. 5. c. 10: *communiter ſive univerſim dicendo, quod Græci catholicon vocant.* Idem aliter ſed inſolente locutione effatur l. 4. c. 8: *Apollonius percunctativo ſive univerſali modo, quem Græci catholicon vocent, omnia, inquit, in inteſtinis animalia nata in morbis gravia ſignificare:* retulerat alios qui diverſū circà præſagia è lumbricis ſtatuiſſent, diſtinctione utentes; nunc univerſale Apollonii pronunciatum addit. *Modo percunctativo,* i. e. cuncta uno quaſi faſce complectens, ὡς καθόλου εἰπεῖν, per cuncta, quæ de re vel dixiſſent alii vel dici potuiſſent, diſcurrens eaque ſeponens. *Cunctari* Latini dixêrunt quaſi ad cuncta oblata hærere & morari: cum enim cuncta alicujus negotii penſanda & excutienda ſunt penitus mora intercedat neceſſe eſt; & *percunctari* cuncta mentis agitatione perambulare, cunctis inhærendo explorare eadem veluti dinumerando; unde

Digitized by Google

unde Lexicis *ἀεροβατεῖται*, *ἐξετάζεται*: quod & *percontari*, q. d. conto, quid in alto maris subsit, tentare & inquirere, cui rei catapiratetem, linum cum massa plumbea adhibent nautæ: noster autem *percunctativo* imponit significationem *generalis*, *communis*, *universalis*, novè, sed satis ad id quod usitatum erat veteribus, mea quidem sententia, commode, & quod recipi à Latinis mereatur. *Barthi* pruritum ne *universali dicto* mutaret in *universali ictu* l. 38. c. 3. compescere poterat pronomen relativum *quod*, nisi nimiùm iste invaluisset. Imò percussos *universali ictu*, quem non nisi de apoplexia fortissima; *Hor. Augenio l. 11. ep. 40.* maxima, acutissima interpretari possumus, *supervivere duobus vel tribus diebus* nemo sanus de fæce hominum, nedum *Cœlius* tanta cum literatura medicus & medicorum omniū judex quidam è prima decuria dixerit, & hunc tamen tanti absurdi reum facit cum sua emendatione *Barthius*.

Lib. II. acut. ejusdem Cœlii cap. 37. de regimine cardiacorum seu diaphoreticorum, quibus sudore immodico diffluentibus totius naturæ tenor destruitur & vires resolvuntur auctore humido frigidoq; ista legimus: *Convenit etiam neq; majora loca esse, solubilibus n plurimus aër esse perspicitur, sed neq; plus satis brevia n præfocabilia & quæ facilè fervorem ex ingressu hominum concipiunt.* Ratio cur cubicula diaphoreticorum nolit esse patentiora est, quia loco amplo plus aëris concludatur: copiosior a. aër resolvat potentiùs. Legerim igitur, *solubilis enim plurimus aër esse perspicitur. Solubile* quod facilè plurimùmque resolvit *διαφορητικόν*: cavendum propterea feralis sudoris nimietate liquescentibus & defectis. Hac formâ Adjectivorum in *bilis* Cœlius uti maximè delectatus est cum agendi facultatem indicare voluit, quam alii Participiis præsentis temporis eloquerentur: *Vexabilis*, i. e. vexans, l. 3. c. 6. de re Venerea: *est hoc nervositatis vexabile*: l. 2. c. 13: *damnaverunt adjutorii genus* phlebotomiam *tanquam virium vexabile. Densabilis*, i. e. densans: l. 5. c. 7: *Cibus etiam constrictivus dandus vel densabilis & frigidus. Siccabilis*, i. e. siccans: l. 5. c. 1. *Item quidam tanquam siccabile humoris ophitem lapidem ligaverunt* hydropicis. Sic *inflabilis* pro inflativo l. 3. c. 2: *nauseabilis*, l. 3. c. 2: *pausabilis*, l. 2. c. 13: *perseverabilis*, l. 3. c. 2. & apud *Theod. Pr. l. 2. c. 1. quassabilis tremor*. Item *nutribilia* pro nutritivis:

Digitized by Google

Cœl. l. 2. c. 13: *regula*, i. e. diæta, *ſicca frigida & nutribilis*: l. 5. c. 21: *cibus nutribilis*: ibid. *percuſsibilis pulſus* pro majore & vehemente l. 2 c. 5. & l. 4. c. 8: *odores percuſsibiles* pro graviter adficientibus l. 1. c. 4. Paſſivam ſignificationem habent ejusdem formæ Adjectiva regulariter, & ſic apud *Cælium* ſequentia; *digeſtibilis ſuccus levis* l. 1. c. 4: *exercibilis regula*, l. 5. c. 11: *immitigabilis ardor* l. 4. c. 3. Iſta ſignificatio τοῦ *ſolubilis* abſtruſior & res ipſa medicis ſolùm cognita *Barthio* impoſuit ut hunc locum purgaturus fædiùs commacularet. Corrigit enim l. XXXVIII. c. 2. *Soli ſubibilis enim plurimus aër eſſe perſpicitur*; quaſi locus patentior ſolem faciliùs recipiat, quem in ægroti cubiculum non admitti debere ex *Aetio* tetr. 3. ſ. 1. c. 1. didicerat. Sed vanæ ſunt cogitationes, & criſis temeraria. Locus enim quivis ſolem recipit non quà ſpacioſus & capax multorum corporum ſed quà Soli obverſus eſt & patet; ſuntque ideò vel anguſtiſsima cum feneſtris frequentioribus lucida, contrà ampliſsima, ſi clauſa ſint, feneſtris rarioribus & à Sole averſa, tenebroſa. Deinde de aëre h. l. præcipit *Cælius*, non de Sole; quod idem etiam voluit *Aretæus cum l. 2 de curat. ac. c. 3.* domo verſus urſam cardiacos decumbere juſſit. Adparet prætereà, quod dixi, de aëre cavendo monere *Cælium*, ex oppoſito de locis nimis anguſtis; eſſe nim. ea præfocabilia, quia fervorem ex ingreſsû hominum concipiant; ubi aërem quaſi conculcari, ejusq; eventationem ob exhalationes copioſas convenientis turbæ prohiberi intelligimus; unde reſpirationis difficultas cum præfocabili ſenſu, ut loquitur noſter l. 3. c. 2. ægroto obvenire poſsit, cum locis, quò perflatus aliquis accedat, diaphoreticos continere oporteat, juxtà *Celſum* l. 3. c. 19. In poſteriore ῥήσεως parte aliquid deeſſe, ſed quô ſenſus non corrumpatur, videt quisque. Supplerem ita ſi indulgeretur *n* in *ut* convertere: *ſed neq; plus ſatis brevia, ut præfocabilia & quæ facilè fervorem ex ingreſſu hominum concipiunt*; Hæc adeò vera eſſe ſcio, ut ad omnia Medicorum & Criticorum ſecundum me pronunciaturorum collegia ac conſeſſus provocare audeam. Eodem cap particula curationis circà cardiacos inſtituendæ hæc eſt: *At ſi ſudorũ perſeveraverit fluor, probandam etiam aſperginem, quæ ſuo frigore ac propria virtute vel obtruſione conſtringat. judicamus, cujus frigerantia atq;*

obtru-

Digitized by Google

obtrudentia tactu. Dirarato nimis habitui corporis corrigendo & sudorib. symptomaticis compescendis pulveres frigorãtes & constipãtes inspergere membris soliti sunt veteres; eos ξηρία, ἐμπάσματα, συμπάσματα, καταπάσματα vocarunt Græci. *Orib. l. 10. collect. c. 37.* diapalmata *Plin. l. 17. c. 2.* cum odoratis & aromatibus constant ad exiccandas humiditates in partibus compositos; item ad superficiem rubificandam pustulandamque & pruritum excitandum ex acribus fervidisque adarce, nitro, euphorbio & similibus: De quibus noster *l. 1. Chron. c. 14.* l. 3. c. 5. & 7: l. 5. c. 2. & 6. vocari à Latinis *aspergines.* Siccatis autem semper constitêre & sicca forma inspersili administrati sunt omnes: *Theodorus Prisc. l. 2. c. 12.* & ex hoc *Gariop. l. de febr. c. 24.* membra sudántia myrti vel rosarum foliis siccis contusis & cribellatis: item gypsi, manna turis, gallarum pulvere adspersit; quod non intellexit *Barthius* qui l. d. asperginem pro levi irrigatione, quasi humidis fieret, habuit: composuit n. cum perfusione: malè. Humidum vel humectatio laxaret potiùs habitum, cum hic densationem indicari pateat. *Asperginem cujus frigorantia atq; obtrudentia tactu,* inquit *Cœlius,* i. e. quæ frigorat & obstruit simul ac tetigerit partes; nihil n. mutare opus est, cum omnia sic sibi constent. *Barthii* emendatio, *cujus vis frigerantia atq; obtrudentia,* nihil dicit quod non ex edito intelligi posset; inutiliter igitur & impertinenter voculã *vis* intrudi consequitur. Potuissem probabiliùs, ne addito quidem apiculo, *cui vis frigerantia*, i. e. cujus facultas est refrigerare; sed religio est sine manifesta necessitate in Antiquitate vel literulam apicemve convertere. Est alioqui *Cœlius* iste scriptor eruditus qui Græcorum vetustissimorum ut in sectas abierãt doctrinas diligentissimè compilavit, digessit, recensuit & liberè excussit. Etsi n. Methodicorũ sectæ fuerit adscriptus, quod inde conjicitur, quia Themisonis, Thessali, & Sorani, quem principem identidem adpellat, & semper sequitur, dogmata frequenter repetit & illustrat, laudatis eorum à nemine præterea memoratis libris, subinde tamen quod majores sui peccanter definiverant non erubuit vellicare. Themisonem circà curam cephalalgiæ, l. 1. c. 1: epilepsiæ, c. 4: paralyseos, l. 2. c. 1: podagræ, l. 5. c. 3. liberè reprehendit: in cura elephantiaseôs cum quædam erronea

nea sensisse scribit, cum methodicam disciplinam nondum liquidè, ab Asclepiadis erroribus & secta adhuc circumfusus, perspicere: l. 4. c. 1: l. 5. c. 2. Thessalum itidem l. 1. c. 1: l. 2. c. 7. Omnium verò veterum in curatione dolorum articularium ordinationes, Dioclis, Praxagoræ, Erasistrati, Erophili sectatorum, Asclepiadis, Heracliti l. 5. c. 2. & cap. 1. longè plurium in sanandis Ischiadicis varietates inconstantias & errores pertransit, ne Hippocrate quidem intacto. Stilo ut ferebat seculum (quinto enim vixisse arbitramur, cum linguæ Latinæ puritas Europæarum gentium idiotismis & Hunnorum Gothorumque barbarie penè decoxisset) & genius patriæ, quæ Sicca Veneria Africæ non ignobile opidum fuit, usus est grandi, implexo, difficili, ad tavtologias usque luxurlante, irregulari, semisolœco nonnunquam, modò archaismis, modò peregrinis & novis à vulgo acceptis suspendente lectorem, omninò mirifico, quasi Ennodii aut Fulgentii alicujus, ut Latini Græcum videri voluisse, Græci locutum Latinè existimare possint: Græcorum ubique adfectator est & interpres, interdum infelicitate etiam suâ festivus. Quamvis enim ubique ferè crepet Græcos, in horum tamen literis non nimis profundè doctum fuisse & minutiis præsertim Grammaticis non nosse adtendere adparet: nonnunquam etiam scientem volentem usitata significatione neglecta novam utcunque quadrantem vocabulis imposuisse, ut cum *lexipyreton tempus* dicit ἀπυρεξίας horas quibus æger à febre vacat, cum veteres de medicamentis febrem tollentibus ἀπὸ τοῦ λήγειν, lexipyreton & alexipyreton ἀπὸ τοῦ ἀλέξειν usurpaverint: Alexipyretos compositio est apud *Scribon. c. 96:* Lexipyreta epithemata apud *Paulum l. 7. c. 18: Nicol. Alex. sect. 35. n. 1. 2. 3. 4:* cum ὀνειρώγονον & ὀνειρωγμὸν confundit, c. 7. cum sint diversissimæ adfectiones: cum ἐσχάρωσιν, quo crustæ cauterib. factam inductionem vocant Græci, reddit scarificationem l. 4. c. 7. vocabulum Græcum abjecta capitali corrumpens & Latinum longè alia ab usitata significatione (est enim scarificatio cutis lancinatio facta scalpello *Colum. l. 6. c. 7.* quod σκαριφᾶσθαι dicunt; Barbari *charaxationem*, quia σκάριφος, ξέσις, γραφὴ *Hesychio* & linearum characterumque & liturarum impressio) ponens: cum anxietatem, jactationem, & incontinentiam,

tiã, qua ægroti maximè quibus humor vitiosus os ventriculi obsedit locũ subinde mutant, ad quævis δυσαρεστεῖσθαι & summa inquietudine adficiuntur quam Græci ἄλυν, ἀλύκην, ἀλυχὴν, ἀλυσμὴν, ἀλυσμὸν & ἄλυσιν vocant, adpellat *concatenationem mentis* l. 3. c. 2. quasi ἄλυσιν, quod catenam significat, dixissent isti: cum *venam laxare* dicit ex eo quòd Græci χάσαι φλέβα Pollux l. 4. c. 25. χάσαι a hac locutione est σχίσαι, secare, findere, pertundere: cum *poros*, πώρους, lapidationes barbaro-Latinis & saxeas in articulis concretiones Latinè *transitus* dici posse docet l. 5. c. 2. cujus ignorantiæ socium habet *Gariopontum* quoque, ut notavimus cap. 12. p. 553. Quia autem Græcos hoc opere sibi proposuit inprimis antiquos, vel imitandos, vel exponendos vel arguendos, nemo mirabitur, si Celsi Pliniique utpote Latinorum ex instituto non meminit. Perperàm enim persuasi sunt viri docti non potuisse, quia ætate hos præcessisset; ubi cum opinione falsa luctari nos oportet. Nam præter quam quod dicendi genus incomtum & semibarbarum reclamat, certè ex ineptis Græcarum vocum etymologiis, (v. g. cum podagram à ferali dolore ita dici argutatur, siquidem omne quod immite fuerit agreste vocamus l. 5. c. 2: cum μανίαν dictam modò quasi μονίαν quod perseverantiùs corpus teneat ac difficile pellatur: modò quod animum ultrà modum laxet; μανὸς enim dimissus sive mollis: modò ἀπὸ τοῦ λυμαίνειν, quod polluat ægrotantes: modò ἀπὸ τοῦ μονοῦσθαι, *quod desertum sive solitudinem cupientes faciat ægrotantes*, l. 1. c. 5: cum ὀρθόπνοιαν contrario vocabulo suæ virtutis nomen accepisse, & cum sui ratione convertat ac depravet, tanquam corrigat, *spirandi correctionem* vocari ait l. 3. c. 1:) & è corruptelis earum ut cum σφυγμὸν μυρμηκίζοντα seu formicalem adpellat *myrmezonta* l. 2. c. 14: ὑμένα ὑπεζωκότα, *hypozygon membranam*, c. 12: νομὴν, *menomen* l. 4. c. 3: l. 5. c. 8: ἀμήλυσιν, *omelsin* l. 4. c. 3: ἀρθρῖτιν, *aretam* l. 5. c. 8. & 10: ἐσχάρωσιν, *scarosin* l. 1. c. 4: item ex irregulari earum ad Latinorum modulos flexione, (ut quod Græcè erat περὶ κοινοτήτων reddidit *de cœnotetis*, quasi *de cœnotetibus* vel potiùs *de* communitatibus dicere non licuisset, l. 2. c. 12. & 13: l. 3. c. 1. & 4: l. 4. c. 1: quæ rudibus seculis delirorum Grammaticorum in Africæ & Europæ claustris φθειριώντων; ægrisomnia & mucidæ

lautarum in Italia & Græcia dapum reliquiæ sunt) nudum, uti loquitur ipse, & probabile est elapsis seculis melioribus, quæ annis quingentis à constituta Monarchia communiter circumscribuntur, vixisse. Et quomodo si Celso prior fuit sub Julio & Augusto, Themisonem, qui Pompei M. ætate floruit & ab ipso videri audirique potuit, connumerat veteribus? quomodo Thessalum Neronis, & Soranum Adriani principatu celebrem ipse prædecessores sequi se profiteri eosque partim laudare partim reprehendere toties *in libris tardarum* potuit? *Galeni* verò mentione, non quod non novisset Virum per ætatem, ut volunt, sed consultò abstinuit ab eo qui sectæ Rationalium acerrimus ὑπερμαστιγής, & cum ingenio juxtà & dicendi facultate polleret Methodicos & Empiricos ad unum omnes penè confecisset, maximè Thessalum, quem *Cœlius* optimum propemodum maximum adpellare gestit, ejusque *περιώδεις κοινότητας*, quas sine caussarum notitia ad curationes morborum sufficere putaverat, indignis modis fuisset insectatus: qua judicii libertate (cæteri malignitatem & dicacitatem adpellabant) eloquentia & excellente doctrina odia multorum & vivus in se concitavit, & sustinuit mortuus, ut parcè propterea à medicis proximis, maximè sectariis, & Latinis laudaretur. Etiam *Theodorus Priscianus*, cui noster penè geminus-germanus est, Galenum eandem ob causã & quòd præter ejus *therapevtica ad Glauconem* nihil in linguam Latinam versum tum esset, ut è *Caßiod. l. de div. lect. c. 31.* colligo, ne semel quidem citat, cum tamen *Hippocratis* autoritate minimùm sexies l. 1. c. 21: l. 3. c. 7, 23, 31, 32, 34: l. 3. c. 5. utatur; & *Gariopontus* bis tantùm, l. 2. c. 22: l. 3. c. 5. *Galenum* (nescio tamen Pergamenum'ne, an alium *ὁμώνυμον*, qui Zenone imperante floruit Constantinopoli) nominat; *Hippocratem* v. vel vigesies & cum elogio *sapientißimi, omnium peritißimi* adpellat. Hæc sunt quæ Barthiastris occinenda fuere, si fortè persuaderi possint, ut sentiant submissiùs: & agnoscant veritatẽ non imperari sed inveniri oportere: quorsum enim intellectus homini, si secundum aliorum tanquam dominorum commentarios tantùm sapientum est? Nihil odio dedi: scripsi sine ira, sine palpo, quorum causas habeo procul; egi hoc unum, quantum valui mediocritate, summo studio-

dio, ne sub ullius autoritate fides studiosorum periclitaretur, & paratus sum non pudorem modò adire si temerè convulsisse quæ posuerat iste deprehensus planè, sed & culpæ satisfacere, si incivilius tetigisse convictus legitimè fuero: *num aliquid fingo, num mentior? Cupio refelli: quid enim laboro, nisi ut veritas in omni quæstione explicetur?* De ipso *Barthio* tanta expectatio nostra est, quantam de eô viri magni nobis fecere dudum; daturum esse Veritati ut si vicerit triumfare quoque possit; ipsumque lætabundum & laureatum currum hujus secuturum etiam singularium, & ante omnes conspicuum; mihi verò ignorabilem interesse pompæ & extremo ordine cum manipularibus incedere sufficit.

CAP. XVIII.

Reliqua de Cœlio Aureliano: in eô præter Sichardum & Cornarium plurima restituta, purgata, explicata, notata. Cassiodorus emendatus & illustratus. Prædare, præsumere, præfacere, præmovere, præfovere, prætangere: prægypsare, & alia ejus farinæ ordinis significativa Verba: Præcadentia & præruina matricis, i. e. prolapsus. Toryneton, ἀθήρα, pulmentarium: laus A. Foësii. Ruma, ἀνθερεὼν, circulus gutturis. Vacui, vacantivi, βαχάνται: adjectiva in ivus. Ἐπιβολὴ, ἐπιβυλή. Membranum, palpebrum, coagulus, linteolus, cubiculus, alia genere mutata. Testes porcellionis. Res abominandæ in medicinas receptæ, carnes & ossa hominum. Pylorus. Τυφλὸν ἔντερον. Radius pro vase virili. Καθετὴρ; καθετηρισμὸς; argalia, fistula; aulifcus, olifcus, siphon. Κυστοφύλαξ: κύστη: Φῦσα: ἀσκὸς, utriculus, folliculus. Scilla, bulbus pruriosus. Propter nomina plantarum alia atque alia difficultas in re herbaria: laus Ruellii, Tragi, Gesneri, Thurneiseri, Clusii, Dodonæi, Bauhini, aliorum, qui studium botanicum excoluerunt: scillæ vires. Adarce, calamochnus: limnæa adarce: limnestis; limnitis. Scamma, machina è lignis: ligna conjecta præ pedibus ad exercenda transcensui crura. Vinum scybeliticum; item scilliticum. Fractura ossium cura. Manificum, manufactum: manutigium, χειραψία. Dentium constrictio & concubitus.

Ambices. ἄμβικες, βίκοι, βῆκοι: *vasis genus. Myxæ, prunorum genus. Ctesiphon medicus antiquus. Diarrhetinismus. Naxia cotis retrimentum.* Δυσαγέσησις: Ἡλίωσις, *insolatio, apricatio: Torror corporis: paroptesis. Sinapismus. Diacopragejas medicamentum: Archagathium; diacappareos; Macharionis. Forense, cutale, quicquid extrà est & in cute adparet. Adjectiva in alis terminantia. Vocis amputatio. Modus clysterem injiciendi: cotus: Lac filicare,* διὰ κοχλήκων: κόχληκες, *lapilli: lac* σχιστὸν: *de eo error Cardani.* Ῥίνημα, *ferrago.* Ῥοφήματα. *Cretus & cernitus Participia Verbi Cerni. Cyathiscus; lauromele: pyrenomele: Silvaticus emendatus & illustratus. Alum Gallicum seu alus. Rubeta, rana rubea. Osculatio,* ἀναςόμωσις; *caussa fluoris sanguinis. Vinum scybelites. Fædare: fætare: fætidare: fluidare: humidare: tepidare, succidare: candidare. Elogiare: latinare: resimplicare: frigorare: papulare: pustulare, Verba à Cœlio ficta pleraq. Plinius Valerianus emendatus.*

C*Oelium Aurelianum*, cujus neminem è mediæ ætatis medicis, Græcis, Arabibus, Latino-Barbaris, nedum è vetustioribus quenquam meminisse mirabar, in *Caßiodori libro de divinis lectionibus* aliquando opinabar invenisse, & exultabam non minùs effusè, quam olim reperto Adoni Alexandrini & Byblienses: Commendat iste post sacrarum literarum lectionem medicam artem exerciturıs monachis *Dioscoridis herbarium, Hippocratem & Galenum Latina lingua conversos; tum Cœlii Aurelii de medicina libros.* Sed gaudium istud non fuit diuturnum: Deprehendi enim postquam singula excuterem diligentius librarios mihi illusisse qui è *Cornelio Aurelio* vel *Celso Aurelio* fecissent *Cœlium Aurelium.* Aurelium enim Celsum designari à *Caßiodoro* ex inscriptione librorum *de medicina*, quam nulli suorum operum præfixerat *Cœlius*, certum est. De ejus nomine singulariter sentit *A. Junius* Lucium Cœlium Arrianum adpellandum esse *l. 6. an. c. 1:* sed sine cujusquam suffragio; reliqui enim omnes *Brunfelsius in catal. ill. med. Snebergerus in catal. cyporiston contrà artic. dol. Gesnerus, & Pasch. Gallus in biblioth.*

biblioth. Spach in nomencl. ill. med. Wilh. Rheginus in exercitatt. medic. H. Mercurialis l. 1. Var. c. 2: P. Salius de adf. part. c. 19. Prosp. Alpinus l. 10. meth. med. c. 10: Bapt. Codronchius l. 1. de rabie seu hydrophobia c. 1: Senn. Inst. & l. 1. Pract. P. 2. c. 16: Jos. de Aromatariis tr. de rabio contag. P. Castellanus in vitis med. Heurnius prol. comment. in aphor. Hipp. Marc. Donatus hist. med. mirab. l. 6. c. 1: An. Foësius in Oecon. Hipp. & comm. in l. de locis in hom. Joh. Bauhinus lib. Germ. de lupis rabidis: Dalech. annotat. ad Plin. P. Zachias l. 2. Quæst. medico-legal. t. 1. qv. 1: Abel Roscius ep. ad Gvilh. Fabricium, in hujus cent. 1. obs. Chirurg. Schenk. obs. med. lib. 7: Dodonæus obs. med. 12. Casaub. ad Svet. Aug. cap. 94: Rutgers. l. 1 Var. c. 3. eô nomine quo *Sichardus* a. 1529. cum primùm publicavit adpellant, hoc ipso refutantes, quod *Junius* sine ratione effutierat. In isto Cœlio edendo adjutum se plurimùm esse à *Jano Cornario* prædicat *Sichardus*; & nos credimus; qui marginalia terminorum Græcorum, non rarò inusitatiorum tàm partium corporis & morborum, quàm modorum & remediorum in parte curativa à nemine nisi lectione Græcorum medicorum quos expilasse *Cœlium* diximus, subacto, annotari potuisse scimus. Sed reliquit tamen *Cornarius* plurima, quæ emendasse famæ ejus intererat & opinionis, quam doctis de se concitaverat: adlevit etiàm nonnulla quæ omisisse erat satius: videbimus. *Prædare* Verbum *Cœlius* frequenter usurpat cum de præmittenda exhibitione vel cibi vel medicamenti agit; semperque ea præpositione Verbis juncta ordinem insinuat; *tard. l. 3 c. 7: post cœnam imperat vomitum prædato passo aut vino dulci: l. 1. c. 1. prædato initio cui consummatio perfecta respondeat: prædato*, i. e. ante exhibito, vel propinato passo, quod nō intellexit *Cornarius* cum *prædationem* h. l. exponit *cibi abstractionem*; cujus contrarium nim. antè oblationem requirit sensus & mens sana scriptoris: l. 2. c. 1: *passionis* (paralyseos) *prædata atq; demonstrata significatione*. i. e. cum de nominis & rei significatione satis egerimus, *necessario curationē ordinamus*. Isti Verbo eleganter composito respondet alterum *Plinio* usitatum *præsumere*: lib. 23. c. 4: *de elæomelite seu oleo Syriaco: potores certaturi præsumunt ex eo cyathum unum*, i. e. sumunt antè cum certamen subituri sunt: l. 30. c. 15: *ebrietatem arcet pecudum pulmo assus præsumtus*: l. 15. c. 22: *bibendi causa etiam venena conficiun-*

ſiciuntur, aliis cicutam præſumētibus: l. 25. c. 2. de Mithridate, *quotidie venena bibit, præſumtis remediis*: & Theodoro Priſciano, l. 2. c. 14: *ſomni interdicendi ſunt diurni quàm maximè & ciborum prohibenda præſumtio*, i. e. non cibandi ſunt ægroti paulò antequam ſomnum capturi ſunt: c. 15: *vini penitus præſumtio inhibenda eſt*: l. 3. c. 3: *convenit adpetere lavacra, cibos humectiores præſumere*, ſc. antequam in ſolium deſcendant: & *Gariop.* l. 5. c. 5. & 12: l. 1. c. 15. Noſtro *præſumere* quoq; eſt, antè auferre; ut cum l. 2. c. 13. ſanguine fluentib. ſuadet dare *poma & cydonia cocta vel torrida, præſumto tegmine*, i. e. toſta & ablata cute, *farina cōſperſa*. Eadē forma *præfacere*, dixit pro ante facere, ut *præcapere* in Epp. Plinianarum vetuſtis membranis, pro ante primùmve capere: l. 2. c. 11: *præfacta vaporatione ſcarificamus*: & c. 14: *ſinapiſmi ulceratione cutis præfacta adhiberi non poſſunt*: & l. 5. c. 4: *ſanguis ater & purulentus ex ulcere præfacto & dolore antecedente*. Malui *præfacta* præ illo vulgatæ lectionis *præfecta*, ut à participio Verbi *Præfici*, quod huic loco ſua ſignificatione non convenit, diſtingueretur participium Verbi *præfieri*: qua ratione & noſter l. 4. c. 3. *præcadentem podicem* dixit neutraliter, non *præcidentem* ut ab Activi Verbi *præcidere* ſignificatione, quod alienum eſſet, ipſa locutione ſeu conjugandi modo nos abduceret. *Præfactum* a. ut *benefactum, fabrefactum, malefactum, vacuefactum, calefactum, labefactum*, præpoſitione in Nominis vel Adverbii quod ordinē ſignificat claſſem tranſeunte. Notavi in *Cælio* plurima Verba ad hunc modū novè facta ad prius & poſterius in actionibus denotandū. *Præmoveri* l. 1. c. 5. de partibus quæ priores reliquis moventur; *Quoties longè remota, nō adfecta, præmoventur transmiſſa commoditas ſine partium curandarum*, laborantium, *commotione latenter advenit*: l. 2. c. 1. de paralyticis: *Præmotis igitur vel exercitis, ut ſuprà dictum eſt, dabimus ut ſella ſedeant*. *Prætegi*: l. 1. c. 4: *adbibenda ligatio, prætectis articulis ex lana*, ne videlicet articuli quaſſentur ſtrictiore ligatura: c. 5: *torrendum etiam corpus fervore ſolis, prætecto capite*: l. 2. c. 7: *adhibenda geſtatio prætecto ore quò ſpiratio nulla tangatur injuria*: l. 3. c. ult. *phreneticis luce commotis oculorum prætectio* morbum videtur ſolvere. *Præcoqui*: l. 4. c. 3. *vinum quod ſit præcoctum in cortice mali Punici*: ibid. *lac bibendum præcoctum*. *Prælini*: *oportet conciſas in vas fictile novum prælitum mitti*; ib. idem *prægypſari* eſt l. 3. c. 2: *Prætangi*: l. 4. c. 3: *Venter le-*

ter leviter oleo Hispano prætactus: l. 1. c. 5: partes etiam localibus adjutoriis prius *erunt prætangendæ & renovandæ. Præungi*: l. 4. c. 3: *immittendus digitus usq; ad ultiora præunctius adipe anserino. Præradi*: *Prærasis* capillis cucurbitam pubetenus adhibet l. 5. c. 6. *Prælaxari*: l. 2. c. 1: *motus beneficio prælaxato ægrotante. Prævexari*: l. 1. c. 1. *caput etsi sua passione prævexatum non fuerit. Prætinctum candens ferrum*, l. 1. c. 4. *Præpotare, præbibere, prælavare, præpurgare, præroborare, præmollire, præsiccare, prætentare, prævaporare*: l. 1. c. 3: *prævaporabo loca*. *Theod.* l. 1. c. 21. dixit *præfomentare*: noster l. 4. c. 2. *præfovere*, omnia tempus & ordinem actionum, quas significant verba simplicia, includunt: & quod hisce simile est, apud veterem interpretem semibarbarum Oribasii, *præruina matricis*, quam alii procidentiam vocant; juxtà nostrum *præcadentia*, ein fürfall. Lib. 1. cap. 1. asteriscum prænotarunt verbis istis; *Dehinc cibum damus, ut est panis aquæ calidæ elutione purgatus: vel certè aliqua similiter fiant aut cum mulsa mediocriter cocta, aut ex panis pulticula confecta, quam Græci torineton vocant.* Nos totum locum rectè habere docebimus non relicturi quidquam de quo ultrà hæsitare possint lectores. *Torineton*, Τορυνητὸν est quodvis ferculum, quod τορύνῃ cochleari spatha pistillo, vel tudicula subigitur ad ignem eò usq; dum mollem pultis substantiam vel mellis crassioris similitudinem faciat: τὸ διαλελυμένον ἀπὸ τῆς ἑψήσεως καὶ τῆς τορύνης πολλάκις, μέλιτος λιπαροῦ ἀφομοιώθη-σαν: qualia fiũt exalica, è farinis & ptisanis hordei, tritici, zeæ quod genus ἀθάρας vocant Græci, *Diosc. l. 2. c. 114*; *Gal. 2. ad Glauc.* & *Paulus l. 7*: itẽ ἔτνη, pulmentaria è micis panis confriatis, è carnib. pomorũ, cucurbitarũ aliorumq; fructuũ; è leguminibus quoq; fresis, pisis, lente, fabis, milio, oryza, olyra, panico, ad putrilaginem discoctis & crebra tuditis conversione lævigatis, redditisque unctiusculis. Veteres ut h. l. *Cælius* indicat ex aqua coxêrunt panem & cum oleo, sale, vel melle, adjecto anethi momento condiverunt. & ita emendandum est quod cap. 4. extat: *pulticula ex pane quam torsiniton vocant*. Hæc sic excogitaveram *Cælio* exponendo, cum *Foesium* de *torynito* eadem vidisse priorem comperi, cujus viri consensu confirmatus sum ut illustrari potiùs mea putarem, si indicavissem, quàm fieri contemtibiliora, quasi, aliunde sublecta, si dissimulassem.

ſem. *Eod. cap.* procuranda cephalæa dropacem primò cruribus tum thoraci, dein dorſo à prima cervicis vertebra usque ad ultimam adhibere jubet; *tunc*, pergit, *partium propungentibus pilis capitis, atq; buccarum vel temporum muſculis quos ſiagonas adpellant, collo vel mento cum ſubjectis gutturis, quæ ante rumam vocant, dropacem adponemus.* Ruma pars colli eſt, carnoſa nim. ea ſub mento, ubi cavum jugulo proximum ſeu σφαγὴ, qua ruminare jumenta videmus. Noſter l. 4: *gutturis atq; rumæ partes, quas ἀνθερεῶνας vocant*: c. 2: ex utraque *parte gutturis, quam Græci anthereona vocant, nos rumam*: l. 2. c. 7: *thoraci vel gutturis circulo, quem rumam vocamus*: ibid. *thoraci atq; gutturis ſummitati quam Græci anthereona vocant nos rumam.* Ita igitur legere & diſtinguere velim; *tunc parùm prohibentibus pilis, capitis atq; buccarum vel temporum muſculis*: & mox, *quæ Latinè rumam vocant*: vel *quæ anthereonas Græcè Latinè rumam vocant.* Solet enim *Cælius* familiariter Græca partium nomina præmittere & ſubjungere interpretationem Latinam: quod in eodem ſibi permiſerunt interpolatores quidam ſcioli, quorum audentias & libidines in hoc genus autoribus *noſtro, Theodoro Priſciano & Gariopontα* frequentiſsimas notare licet, ut cum l. 1. c. 2. *noſter* de ſcotomatica paſsione dixiſſet, *adficit frequenter vacuos homines*, addidit quidam alius, *h. e ſine aliquo exercitio vitam ducentes*, quaſi ſine iſto gloſſemato *Cælius* intelligi non potuiſſet; idque poſt in ſeriem Cœlianæ ῥήσεως incuria receptum eſt: quanquam ſi genium hujus ſcriptoris benè conſiderē, *vacantivos* ſcripſiſſe ſuſpicer. Vacantivi, βακάνϑαι, vacantes & otioſi: qua forma delectati ſunt ſeculis mediis: ita *abſentivus*, *præſentivus*, *jacentivus*; *hortivus* pro hortenſi apud *Gariopontum.* Cap. III. de incubone: *Item quidam veteres ephialten vocaverunt, ali epibolen, quòd utilis patientibus perhibeatur*, qua ſententia quid ineptius? Incubum qui ſit epileſiæ prætentatio eſſe poſſeſſis utilem? quid quod nec nomini ἐπιβολῆ, ut torqueas contentiſſimè, reſpondet etymon. Scribe, *epibulen, quòd hoſtilis patientibus perhibeatur.* Ἐπίβουλος, ἐχθρός; Heſych. ἐπιβουλὴ inſidiæ: vel, ſi malis, *epibolen*, ἀπὸ τοῦ ἐπιβάλλειν, quòd cum impetu irruat, gravet, promat, præfocet, quæ hoſtilitatis actiones ſunt. Ἐπιβολὴ, ὁρμὴ, invaſio, aggreſsio, preſſura: quomodo Hercules

apud

apud Thurios Ἐπιβολεὺς dictus est. Cap. IV. de generatione epilesiæ: *fit plerunq; vel nascitur ex vinolentia aut indigestione, aut contusione: vel, ut Asclepiades, percussu aut divisura membrorum, quæ cerebrum tegunt.* Scriptura vetus fuit *membranorum*, i. e. meningum seu tunicarum quæ cerebrum integunt & continent; dicitur etiam de pericranio, quod *Interpres Oribasii* vocat *testæ membranam*. Genera & declinationes commutare in Nominibus solenne est nostro & æqualibus: l. 2. c. 1. *palpebrum inferius: pascua salsior*, l. 4. c. 3. ib. *lactem, lacrymum*, dixit. *Coagulus, lixivia*, est apud interpr. Orib. *Scalpellus* apud Celsum l. 2. c. 10: *macellus*, ap. anon. in descript. Constantinop. *cubiculus*, Itin. Hierosol. à Pithæo ed. *linteolus*, ap. Al. Bened. l. 22. c. 5: *campanum*, in antiq. Alem. Gold. *Vertebrum ap. Gariop.* l. 2. c. 3: l. 4. c. 1. & 2: *Membranum* ap. eundem l. 2. c. 61: l. 5. c. 31: l. 7. c. 13: & ap. autorem *l. Donum Dei* qui est *Practica de febribus*. c. 27: *membrana quæ sunt in nucibus dividentia partes nucis*. Ita *Cœlio* sua Latinitas irregularis & nova, non ubique tamen despicabilis, reddita est, & simul caussa epilepsiæ, rarior ea, meningum cerebri continuitas soluta seu vulnus, indicata. Ibid. de sententia Empiricorum specifica antepileptica enumerans: *Dant etiam*, inquit, *bibendum lac asininũ cum sale vel sanguine testudinis marinæ vel humano, aut vituli marini; & non solùm sanguinem, verùm etiam coagula, quæ lacti miscentur.* Ista simplicia ex animalibus petita singula prodesse credebantur, non conjuncta, ut vulgarunt: lege igitur, vel *sanguinem testud. mar. vel humanum, aut vituli marini*: è *Diosc. eupor. cap. 18.* Mox ista, *item testes vel veretrum marini sive fluminalis cancri & porcellionis*, pessimè acceperunt editores; nam & mutila & depravata sunt. Lege ipso *Cœlio in* seqq. ita volente: *testes vel veretrum vituli marini sive fluminalis caballi;* nominat enim ibi, virilia hippopotami: vel *fluminalis canis:* nam & canis aquarii, qui fiber est, testes huic negotio expetebant, *& porcelliones:* testes verò in porcellione, quos vulgata lectio nominat, μαΐσορες ἀναζωμικοὶ, si qui curiosiores sunt, quærunto. Insuetis novis & odiosis materiarũ generibus, qualia Xenocratem conscripsisse ferunt & quibus epilepsia caducos curari posse putarant veteres, accenset etiam *corda hominum*. Hoc verò vel inprimis abominabile est, cum aspicere

 huma-

humana extra nefas habeatur, cor hominis hominem mandere: Particulam è jecinore jugulati gladiatoris novies datam comitialibus profuisse scribit *Scrib. Largus n. 17:* carnem hominis siccatam exhiberi epilepticis *noster in seqq.* iisdem & arthriticis ossa humana, *Gal. l. 11. de simpl. med. fac. c. 11: Avic. 2. Can. c 535: Gvainer. de agritud. junct. c. 29: Gattinaria c. de cura epil. Benif. Simoneta l. 5. de Christ. fidei & Rom. Pont. persecut. Ep. 9: Crato l. 2. Cons. & Epist. med. 26: Anton. Gallus apud Horst. P. 2. l. 3. obs. med. 5:* quæ autoritates facile me movent, ut *ossa* Cœlium quoque voluisse arbitrer. Cap. V. historias absurdarum in melancholicis imaginationum, quarum plerasque etiam consignavit *Trall. l. 1. c. 16. & Marc. Donatus l. 2.* narrat; nim. quòd furens alius se passerem esse, alius gallum gallinaceum, alius vas vitreum vel fictile, *alius Deum, alius Oratorem, alius stipulam ferens mundi se censum tenere* existimaverit; muta *centrum*. Lib. II. c. 1: *Perulo paralysi vitiato cibus nulla digestione mutatur, sed tanquam per infundibulum ad inferiora descendit. Cornarius* margini adscripsit πηρλ⊙, scil. ut *perulum* Cœlii exprimeret. Scribe *pylorus*: πυλωρός, dextrum ventriculi os, quod in ventriculo conclusa tantisper dum cocta sint custodiat ita dictum: *Rufus l. 2. de appell. part. c. hum. c. 11.* desinens in duodenum, chylo in intestina transmittendo. Ibid. *typhloteron* est τυφλὸν ἔντερον, intestinum cæcum: *typhlon enteron*: Eademque menda c. 6. l. 4. demenda est. *Ruff. l. d. Gorr. in defin. med.* Noster l. 3. c. 1. *entera* nominat omnia inferiore ventre conclusa viscera q. d. interanea. Signum virile, ut honesto vocabulo rem turpem velaret, nominavit *radium*: sed editores ἄπειροι πρὸς ταῦτα non intellexerunt & pro *radio* dederunt *radicem*: *non concluditur ad exprimendum liquorem radix virilis paralysi vitiatus sed multò major aut minor efficitur & nulla tentigine provocatur.* Lege, quod dixi, *radius*. Radius est ῥάβδος: dicetur igitur de eodem de quo *virga*: virga autem res quævis directa in longitudinem quandam. *Serv. ad Virgil. Ecl. 9. Radio id est, virga philosophorum, quo Geometræ lineas inducunt*: sunt & radii αἱ ἐν τῇ ἀψῖδι τροχοῦ ἐνηρμοσμέναι ῥάβδοι, *Poll. l. 1. c. 10.* qui in curvatura rotæ infixi sunt: & a similitudine telum, hasta, stimulus, tasta chirurgorum qua sinus vulnerum ulcerumque explorant radii no-

dii nomine vocantur. *Radius* igitur h. l. est id quod ἐρετμὸν, εὐρώσταν & νεύρων φύσιν, *Sotades* κέντρον, *Juvenalis* nervum, alii securim, rudem, vomerem, vasculum & fascinum adpellant; κοινολεκτοῦντες & vernilius loquentes aliter atque aliter. Paulò post læsis paralysi intestinis & vesica compatiente urinæ factam retentionem solvere docet hoc modo: *encathismata sunt adhibenda; tunc cathatherismus faciendus quo urina detrahatur ac post detractionem oleum calidum injiciendum atq; adnexo folliculo catheterè ex ea parte quæ cystophilos à Græcis est adpellata, vel otico clystere, quem nos auricularem dicere poterimus, tenui exabilisco formatum, quo possit cavernam invadere directum cathetere.* Καθετηρισμὸς & καθετηριασμὸς, catheterismus est cum stilus teres lubricus cavus per urethram in vesicam, urinā emoliendi & corporis quod se intus opposuit removendi causa, demittitur: quo intrò molliter demerso urinæ per ductum ejus circà extremitatem in lateribus perforatum seu ἀμφίτρητον evadunt. Huic instrumento, cum in colem intrusum est, adaptari solet fistula seu siphon cum annexo folliculo, qui injiciendum liquorem contineat: eoq; complicato leviterq; compresso medicamentum per fistulam seu auliscum in catheteris cavitatem, & ex hujus continuo in vesicæ fundum compellitur: ex *Aetio t.2.s.2 c.34. Celso l.7.c.26. Albucas. P.2 Chir.c.58: Pareó l.16.c.35. F. Platero Pract.tr.3.c.15. Fabric.l. de lithotom. ves.c.11. & seqq.* Instrumentum hoc *Celso l.d.* est fistula ænea; aliàs καθετὴρ, ἀπὸ τοῦ καθιέναι, syringa tentativa *Mariano Sancto l. de lap. ren. & ves.c.4.* argalia adpellant Latino-barbari *Constantinus l.5.c.15: Bayrus dist.14. tr.2. c.5: Alf. Ferrius de carunc. in cervice vesicæ: W. Rheginus in exercitam. med.* Ex his non obscurum est quid velit *Cælius*; restant tamē emaculanda nonnulla. *Catatherismus*, κατατηθερισμὸς ab editoribus ficta est & vox nihili; tum legendum, & *quidē annexo folliculo catheteri*. De *cystophilo* dicta parte catheteris nescio quid dicam, nisi cistophylax, κυστοφύλαξ est, vel κυστιδοφύλαξ. Κύστη & κύστις, φῦσα, vesica; ut apud *Moschionē* περὶ γυναικ. παθ. c.3. item quivis è pelle membranáve folliculus, θυλάκιον & receptaculum: *Hesychio* κύστις, ἡ φῦσα. Φῦσα v. ἀσκὸς & ἀσκοφῦσαι, ἀσκοφύσια folles flatorii officinarū, in ποιήσει χρυσαλλίων, quæ *Zosimo* tribuitur. *Diosc.l.2, c.68: & l.3. c.13:* σκώληκες εἰς κυστίδα ἐνδεδεμένοι, vermes in folli-

folliculo colligati. Rectè a. extremum catheteris quod extrà virgam eminet ita adpellari puto, quia ea parte fistulam cum adpenso utriculo seu vesica intrà se recipit, & propterea ita formatum est ut instar στομίου in tuba sensim dilatetur ejus orificium repandis per ambitum labris. Demum, *tenui ex avlisco formatum.* Ἀυλίσκος, fistula, cannula, canaliculus, è quacunque materia factus, qui cavo catheteris inseritur: dicitur & oliscus, ut *καυλός, colis, & cauda, coda.* Pagina seq. ad calorem in resolutis partibus excitandum præscribit unctiones & fricationes è rebus quæ corpus mordicare & lacessendo papulare valeant, *squilla quam uulum pluriosum vocant, urticæ semine, pyretro, pipere, helleboro albo, nigella, galbano, iri Illyrica, lemnida carie & his similibus.* Cætera satis nota sunt cuivis; in primo & ultimo hæreat deficiatque vel peritissimus Physicus. Scillæ à vulgo impositum nomen quod'nam: à quo vulgo, Africanóne Gallico, an Italico: an à pharmacariorum in seplasiis? Certè in re herbaria non minimùm difficultatem auget nomenclaturarũ diversitas, conquestumque olim *plinium, tandem herbam aliter alibi nuncupari*, l. 25. c. 4. audimus: sunt enim cuivis regioni peculiares; sed quia à vulgò inventæ & frequentatæ, malô more non valdè in literas relatæ ab artificibus, nisi quod *Ruellius* & *Gvilh. Rheginus Exercitam. medicinæ* in Gallicanis, in Italicis *Matthiolus; Dodonæus, Pena & Lobelius* in Anglicis & Belgicis, *Clusius* in Pannonicis & Austriacis, *Lacuna* in Hispanicis præstitit, sumtis de promiscua turba rusticorum, vetularum, olitorum, vinitorum, fabrorum materiariorum vernaculis nominibus quæ propositæ rei congruerent: & *Bauhinus* in vetustorum recentiorumque Latinorum synonymiis componendis: Germanicas, quarum inprimis immensa differentia est, nemo dum conquirere tentavit, multò minùs ad Græcas Latinasque antiquorum suo quamque merito referre. *Hier. Tragi & Gesneri* conatus *in catal. plant. & in tabb. collectionum*, itemq; *Joh. Fischarti in Onomastico medico synonymo, B. Carrichteri & Michaëlis Toxitæ* in libellis herbariis Germanicis prostant; sed suæ tantùm gentis quisque Helvetiæ, Alsatiæ, Sueviæ, Styriæ & vicinorum adpellationes herbarum tradunt; reliquis aliarum provinciarum neglectis. *Thurneiseri* opera, quam huic rei impendit homo ingeniosissimus, lingua-

Digitized by Google

linguarum variarum notitia & peregrinationibus ad remotas regiones Barbarorum celeberrimus, *in historia plantarum librorum X*, omnium expectationem sustineret, si publicaretur aliquando; librum enim solùm, quod sciam, primum, regi Poloniæ nuncupatum, Berlini a. 1578. editum habemus: in quo consilium secutus esse videtur ejus qui variarum gentium de plantis nomina, Afrorum, Ægyptiorum, Pænorum, Arabum, Syrorum, Ebræorum, Phænicum, Cypriorum, Gallorum, Hispanorum, Hetruscorum, Dacorum, magorum & prophetarum Dioscoridæ libris hinc inde inseruit, quæ & hodie *nothorum Dioscoridæ* titulo leguntur, & à *Gesnero*, qui utilitatem rei vidit cum paucissimis, secundum literarum ordinem, ut quæq; repertu esset facilior, dispositæ sunt. Caremus tali nomenclatore qui nos de *nulo pluriosо* doceat; conjectura igitur de nomine, quod fortasse nullibi præterea legitur, utemur; & cum scilla è bulborum genere nobilissima, cujus medicas vires justo volumine Pythagoras prodidit, *Plin. l. 19. c. 5.* facultate acri & exurente cupidinem coëundi accendat veterinis, soleantque ideò perorigæ equarum quæ saltum fastidiunt & marem admittere nolunt naturas eadem linire & fricare quod è *Varr. l. 2. de re r.* scimus & annotat *Ruell. de nat. stirp. l. 2. c. 101.* & de urticæ semine prodidit *Plin. l. 22.* valdè congruum videtur nobis si in Cœlio legamus, *bulbum pruriosum*, quia generat pruritum, ὀχείας καὶ συνδυασμοῦ desiderium in quadrupedibus: & hoc sic in mediô liberum æstimaturis relinquimus; id tamen obtinere volentes tamdiu, dum alius conjectet feliciùs. Ultimum *lemnidacarie* confidenter mutamus in *limnaa adarce*: ita l. 3. c. 2. ad rubificandam cutē defricationē suadet *ex nitro atq; oleo & adarce*: Est autem ἀδάρκης, adarce concreta salsilago seu spuma crassescens in paludibus arundinibus & graminibus adnascens acerrima & calidissima; apta proinde humoribus ex alto evocandis & adurendo corpori: calomochnus est q. d. lanugo arundinum: *Cæsalpinus l. 2. de metall.* fruticulum cui adhæret lanugo inferiore parte tegi scribit crusta lapidea acri; hanc esse adarcen: *Limnaa adarce* fuit prima scriptura quam nos è literis vulgatæ velut olfecimus. *Theod. Prisc. l. 2. c. 19.* resoluta membra colligenda esse jubet unguentis mordentibus *è calce viva, euphorbio, ca-*

floreo, adarebe. Vocatur quoque λιμνῆτις à *Paulo l. 8. c. 19.* & *Actuario l. 6. meth. med. c. 1.* item *limneslis*, nisi σφάλμα est, ab *Aretæô*: Is *l. 2. de curat. morb. acut. c. 3.* ad evocandum in syncope ad extrema calorem illitionem parat è *limnestide euphorbio & lauri baccis*: ubi limnestida doctissimus interpres *Junius Paulus Crassus* reddidit *adarcen*. Ibid. postquam quomodo partes paralyticorum movendæ sint & quibus ad motum modis exerceri adsuefierique debeant dixisset, *conficienda sunt ligna*, inquit, *quæ transgredi pedibus nitantur ægrotantes*. Atqui non requirunt ejusmodi ligna fabrilem operam & confecturam; rudia, impolita, cum cortice suo, & cujuscunque figuræ huic negotio, ut ea transcendendo crura exerceant paralytici, satis apta nata sunt: malim igitur *conjicienda* h. e. pedibus ægroti deambulantis in plano objicienda, ut varicare crura & levare à solo pedes paulatim adsuescat. *Theod.* l. d. de re eadē: *nam & ligna jacentia subinde eos suadeo debere transc ndere*. Diversum ab hoc genere motus fuit quod *scamma* vocabāt, quando videlicet trans machinam à fabris materiariis è tignis extructam erectamq; velut eqvuleum agitatione corporis & nisû sese quasi ultrà transtra levare jubebantur: iterùm noster; *ordinat præterea in arenæ spacio deambulationem & quod adpellant scamma atq; transcensum lignorum*. Sententia doctorum qui non distingvunt ista in medio est, sed caduca ea, καὶ μὴ πρoχωρεῖ. Eod. l. c. 7. *vinum scivelliticum coctum donec mellis habeat crassitudinem* catarrhis qui ad arteriam asperam præcipitant sistendis & viis exasperatis leniendis adhibet; rectè; id enim cum dulcedine modicè adstringit; *Galeno l. 5. de san tu c. 7. & l. 7. de comp. med. s. l. c. 1. & l. 9. c. 4.* σκυβελίτης: Scybelitanum *lib. de vinis*: *Aetius tetr. 3. s. 1. c. 24.* interpretatur οἶνον τὸν αὐτομάτως ἀποστάζοντα ἐκ τῶν μὴ πατηθεισῶν σταφυλῶν; h. e. protropum, sponte defluens antequam calcentur uvæ, si cum *Plinio l. 14. c. 9.* loqui libeat. Qui igitur ignorantia vini scybelitæ *squillíticum* voluit h. l. reponi, non adtendit intentioni *Cælii* & indicationibus à morbo causa & adfecto loco petitis. Vinum n. scilliticum, quale contrà cruditates & hinc orta in ventriculo, intestinis, visceribus & habitu mala conficere docet *Diosc. l. 5. c. 2. Actuar. l. 5. meth. med. c. 7.* omnia alia faciet & geminabit morbum. Afuisse *Sichardum* & Cor-

& *Cornarium*, cum ista cap. XII. de fluore sanguinis è vulnere ejusque curandi indicationibus elaboraret typothetes credimus; neque enim præsentes ista, unde neque cognitio neque liberalis sensus ullus elici possit delirare homini concessissent: Scripsit, *siquidem solutioni divisura dominetur & figmentorum vel fabularum conjunctionem ex initio deposcat.* Refinge, *fragmentorum vel tabularum;* & intellige de vulnere cum contusione & fractura ossium, quorum festucæ & capita præmissa si exciderint simul per extensionem decentem repositione & commissione reunienda sunt, & conveniente deligatione, plagulis, ferulis seu astellis, ut adpellat *interpres Albucasis Chir. P. 3. c. 2.* superaccommodatis stabilienda dum callo intermedio ferruminentur, & consolidentur *Celsus l. 8. c. 10: H. Fabric. Chirurg P. 2. l. 4. c. 3: Fr. Feccet. l. 4. c. 1.* Extremo libri pro aversione humoris ex altioribus (ita semper adpellat interiora) partibus ad exteriores imperari scribit ulcera facienda extrinsecus & *magnificas ulcerationes*, *h. e. quas nos extrinsecus infiximus* adhibitis emplastris debere ne in cicatricem veniant prohiberi. Ab editoribus quibus genius scriptoris minus erat perspectus est τὸ *magnificas*: & dissonat à re tota. Lege *manificas*, manufactas, χειροποιήτυς, χειρυργυμθύας. Simili libertate & elegantia, cum phlebotomiam habitum exiccare, si nim. celebretur sæpiùs, docere vellet, eam *arificam esse carnis* dicit l. 4. c. 1: & l. 1. c. 4. Χειρεργίαν, quæ mollem blandamque manibus suspensis factam contrectationem præsertim oculorum & dolidarum partium significat, *manutigium* exponit: quæ novitate, felicitate interim & perspicuitate ita delectant, ut obnunciantibus etiam Ciceronianis omnibus imitari velim. Lib. III. cap. 2. de symptomatibus quæ stomachicas adfectiones seqvuntur: *Quibusdam*, inquit, *vocis amputatio, & dentium confrictio sive concubitus, inseparabilis capitis gravedo.* Lege *constrictio*: hoc enim requirit sequens vocula, *concubitus inseparabilis* quando nim. dentes sibi incumbunt & infiguntur validè ut digitis vel etiam ferro facienda sit eorum distinctio & quasi discuneatio. *Confrictio* verò solùm stridorem dentium & collisionem, quæ epilepticis solet contingere, notaret. Ibid. *aliquando testea vascula, quæ Græci amphoras vocant, sive vitrea apponenda sunt.* Componit ista

iſta vaſa cum cucurbitis quæ corpori adfiguntur : *amphoræ* ergò vaſi capaciori & vaſto quis locus? ſcribe *ambicas*; ἄμβιξ, ollæ ſpecies *Heſychio*; inde *alembicus*, pileus & operculum ampullæ in furnis Chemicorum & βῆκοι, βῖκοι, exceptabula minora quæ μαστε-ρίοις ſeu tubis alembicorum aptantur, ventricoſa & anguſto ore: quibus minori forma ſimile eſt vaſculum uſui quem dixi, eòque etiam eodem nomine. Noſter l. 4. c. 7: *cucurbitæ adponendæ leves: item vaſcula, quæ ambigas vocant & ſunt materia teſtea vel vitrea confecta.* Extremo capitis ventriculi vitia etiam fumationibus emendari docet, ſi nim. accenſis ſeu igni impoſitis convenientibus ſpeciebus nidorem earum raptu quodam potili, ut alibi loquitur, transvorent ægroti: Modus iſtius σκευασίας eleganter deſcribitur; ſed, ut oſtendam, alicubi ἐλλιπής. *Sumto*, inquit, *vaſculo fictili immittimus puſcam: tum admixto nitro, origano, cardamomo* (l. cardamo, quod eſt naſturtium) *maſtiche Chiâ, carbonibus ſubjectis decoquimus; ſed erit primò os vaſculi prægypſandum, immiſſo utraq; ex parte forato, cujus ſummitatibus ovi vacuati imponimus teſtam, ex utroq; ſuo vertice perforatam; cujus altera caverna calamo inſeratur, altera vaporem ſumet acceptum: tum ægrotantem jubemus ore aperto ſupradictam cavernam labiis amplecti ſive ovi verticem atq; ita ejus exhalationem excipere.* Antequam olla oblinatur, immittendus eſt in eam utraque ex parte foratus *calamus*; hunc ergò inſeremus etiam ῥήσει iſti. *Decoctio noxarum* qua colluere jubet ad mitigandam in faucibus à catarrhis ſalſis mordicationem, diu me detinuit dum quid ſubeſſet velut olfacerem. *Myxas* autem intelligit, ſebeſten officinis, quæ è prunorum genere fructus ſunt, maturi in atrum vireſcentes, dulces intus albo mucoſoque lentore ſeu pulpa; unde emollire linguæ aſperitatem, & pectori opitulari conſentaneum eſt. *Serap. l. de temp. ſimpl. c. 8.* pectus lenire & ſedare catarrhum calidum & mordacem propter ipſius humiditatem ſcribit: *V. Matth. in Dioſc. lib. 1. cap. 137.* Cap. IV. mera monſtra nobis dedere cum è ſylva medicamentaria veterũ aliud expectaremus: *tunc malagmata quæ corpus valeant papulare conveniunt & primò leviora ut eſt polyarthion, ex caphiſo fonte & ſalibus confectum, quod diabalos adpellant. Item ex tribus reſinis quod diaretiſmum vocant. Poliarchion*, quod ad Poliarchum

auto-

autorem referebant, est apud *Celsum l. 5. c. 18.* Tum lege, *Ctesiphontis,* cujus malagma descriptum à *Celso l. d. Galenus l. 6. de comp. med. s. g. c. 10.* cerinen Ctesiphontis indigitat. Hinc *Aetius* qui tetr. 2. s. 4. c. 57. *Cissophontem*, & noster qui l. 2. c. 1. *Caphysofontem* & commentator Celsi *B. Ronsseus* qui *Cleophantam* vocare mavult, emendandi veniunt. Ridiculum est, & multo tamen sudore constitit forte editoribus, quod de Cephisso fonte vel fluvio, quem è Parnasso descendere facit *Dionysius*, somniarunt, hac certè vice non à Musis sed à Favnis adflati; ita improprium est doctis ejusmodi delirium & ignorantia. *Diaretisinus* est *diaretinismus*: Διαῤῥηλινισμός; *Diarrhetines* Διὰ ῥηλίνης: ῥηλίνη & ῥηλινίζω. Paulò post de lienicorum medelis: *dicunt* asplenon herbam *specialiter deducere vel destuxionem purgare, ex quibus ad nutriendum noxiæ coticulæ & aqua ex lacu, in quo sæpissimè candens ferrum fabricatores tingunt.* Aquam vel poscam ubi ferrum igneum extinctũ est potam splenẽ absumere tradunt *Theod. l. 2. c. 28: Gariop. l. 3. c. 2.* cum innumeris aliis qui chalybem huic negotio variè præparant. De altero medicamento habendum est, rectè legi, *ex quibus est & retrimentum Naxiæ coticulæ. Diosc. l. 5. c. 168:* Ἀκόνας Ναξίας τὸ ἀπότριμμα τὸ πρὸς αὐτὴν ἀκονηθέντος σιδήρου ποθὲν μεῖ ὄξυς σπλῆνα τήκει. Epilepticos etiam juvare habet in evpor. c. 18. *Diarescesis*, quam vocat cap. 6. est δυσαρέστησις, quando ægroti ad omnia morosè habent, de omnibus sunt Φιλαίτιοι, & vel in semetipsis displicent. Heliosin seu apricationem, quando corpus ad excoquendas serositates firmandumque habitum solis ardori exponitur, vocat l. 4. c. 2. *solicationem* vel quod malim substituere *solificationem*, Latiniores *insolationem*, ut *Columella* de uvis quas passas esse volumus & corrugatas; hoc capite *corporis torporem*, quòd depravatum esse puto: genuinum autem, *torrorem*; sic enim l. 5. c. 6. de vesicæ passionibus & doloribus: *paroptesi, & solis torrore vel arena ignita, corpora roboremus:* utiturque *torrendi* vocabulo sic satis frequenter l. 1. c. 4: l. 2. c. 13: l. 3. c. 5: c. 8. sole ignito jactari, vel pellibus sole ignitis involvi; harena litoris sole ignita torrenda esse corpora: quæ ψαμμοχωσία est: Παρόπτησις sive assatio complectitur modos omnes sive carbonibus ignitis, sive flammâ, sive sartagine candente, sive solis fervore,

vore, sive pellibus fervefactis procuretur sudor & corporis deficcatio. Cap. VIII. *sinapismus usq; ad cutis humorem adhibendus, qui maximè vehementem fortitudinem locis humore corruptis & ut ita dixe-xerim habentibus admovet ac ministrat:* lege, *usq; ad cutis tumorem;* sinapismus enim vi pyrotica cutem papulat seu in vesiccas elevat; tum *tabentibus.* Ibidem in adpellatione *diacapregias* unica triplicem ἀνωμαλίας admisit editor; rectum est *dia-copraegeias;* Διὰ κόπρου αἰγείας: id *Paulus* l. 7. c. 18. describit titulo σπογγίον ὑδρωπικοῖς, quod aquas hydropicorum exugat si pellibus illitum corpori adponatur. *Argagatium* l. IV. c. 1. est quod Archagathus medicus è Peloponneso, qui primus omnium è Græcis in Urbem receptus fuit, & tabernam habere mereri judicatus, *Plin. l. 29. c. 1.* invenit: *Celsus* istius medicamenti descriptionē ponit l. 5. c. 19. *Diacapaneos* cap. 3. ne de Capaneo nugemur, est *diacappareos*, Oribasio tributum ab *Aet. t. 4. s. 3. c. 19.* emplastrum: emplastrum *macerinos* l. 5. c. 1. *Macharionis* apud *Aet. l. d. c. 12.* Lib. IV. c. 1. de elephantiasi Themisonem impugnat, qui materiā morbi ejus ab exterioribus ad interiora repellere adhibitis corpori frigorātibus & condensantib. insessibus & unguentis consueverat: hoc autem ita sensisse scribit, *cum* ab Asclepiade seductus *passionis caussam in extasin æstimaret quam præstabat fieri per ensem & cutem; & ob hoc quærebat materiam à superficie ad altiora, velut latius patientia, revocare.* Editores sensum satis adsecuti sunt, cum substituunt, *pass. caussam intrinsecam;* & mox *fieri superficiem;* sed ista ab exaratis *inextasin & per ensem* nimis abeunt, eoque pro scriptura vetere & vera haberi nequeunt. Paulò concinnius videtur si legamus, *cum passionis causam in extis sitam æstimaret,* vel si hyperthesi peccasse notarios cogitemus, *causam intus sitam existimaret, quam præstabat fieri forensem sive cutalem. Præstabat,* i. e. præ oculis erat, adparebat. Forense est τὸ θυραῖς, quicquid foris & extrà domum est: translatè *ulcera forensia Theod. Prisc. l. Phys.* quæ extus cutem & carnes obsident; eoque distingvuntur ab exulcerationibus collectionibus vomicis & apostematibus interaneorum: eodemque modo brachia & crura in domesticam & silvestrem partem dispescunt alii; illam adpellantes quæ corpus adversum spectat, hanc quæ aversum. *Cutale* pro cutaneo planè Cœlianum est,

Digitized by Google

eſt; ita *annalia* l.5.c.2. pro annuis; *intemporale* pro intempeſtivo l.1. c.4: l.2.c.14. & 11: *menſtrualis fluor* l.3.c.8. pro menſtruo; *aqua imbrialis* l.5.c.11. pro pluvia; *viæ mictuales* l.5.c.4. pro urinariis; *urinalia* pro diureticis, l.5.c.1: *viæ ſenſuales* pro nervis l.5.c.ult. *cibi carnales Theod.* l.2.c.11. *fortitudo vinalis* ap. *Macrob.l.7.Saturnal.c.7.* Mox lege, *velut latiis patentia*; trahere n. ſolemus ad εὐρύχωρα, quorum meatus expediti ſunt & laxi. In eadem vocula corrupta ſunt etiam hæc l.2. c.5. ubi de ſignis catalepſeos: *ſequitur patientes febricula & vocis amputatio cum oculis patientibus* (leg. patentibus) *& impalpebratione*, h.e. palpebrarum immobilitate & ad claudendum ineptitudine. Qui vocem amittunt quacunq; de cauſa, dicuntur φωνὴν ἀποκεκομμένοι à *Paulo l.3 c.28* & vocis interceptio, φωνῆς ἀποκοπή: eademq; metaphora Latini Græcorum imitatione *vocis amputationem* adpellant: *Cæl.l.2.c.6. l.4. c.8.* Cap. III. modum injiciendi inteſtinis ulceratis clyſterem curioſè deſcribit, apponendam eſſe podici fiſtulam usque ad verticillum impulſu levi, neque rectò ductu contrà oppoſitas partes, neque verſus ſuperiora, ſed ſenſim verſus os ſacrum injectionem fieri debere: *tunc illic enim ſpatium latius longaonis cum appoſitione facta erit digitis detrahendus, quo caverna fuerat obſtruſa;* & ſiniſtra manu fiſtula ano ſc. inſerta ſervanda immobilis & dextra folliculus moderatè complicandus ut liquor emulgeatur. Non intelligo quid poſt intruſum canalem detrahendum ſit, niſi concedatur ita emendare: *illic enim*, parte verſus os ſacrum, *ſpatium latius longaonis: tunc cotus appoſitione facta erit digitis detrahendus*, quo ſcil. foramen canalis fuerat involutum. Monoſyllabum *cum* trium literarum tantum in charta ſpacium requirit quantum *cotus*, ut licet hoc in manuſcripto fuerit illud tamen præ inuſitatiore notius legerent non exercitati characteribus ſæpè carie ſituque obliteràtis aut tinearum blattarumque injuria ἡμιβρώτων & mutilis noſcitandis: ſed id navci non eſt & omninò inducendum vel refingendum potiùs in id quod dixi. Eodem ad fluores craſſificando cohibendos, ulcera detergenda & acrimoniam humorum temperandam dyſentericis bibendum præſcribit *lac præcoctum, quod adpellant diacocleon ſive ſingulare*; addit etiam *cochleas*, *quas Latini marinos vel fluminales lapides accipiunt*, ex igne candentes & *pellucidas lacti*

immittendas, & simul coquenda omnia dum lac veniat ad partem tertiam. Hoc lac illud est, quod *Diosc. l. 1. c. 75.* διαπύροις κόχλαξιν ἐξικμασθὲν, στυπτικὸν γίνεσθαι τῆς κοιλίας, i. e. per ignitos silices (injiciuntur & ferri igniti laminæ) sero exucto fieri alvi constrictivum tradidit: ita quoque *Gal. l. 3. de alim. facult. 10. de simpl. med. fac. Paulus l. 1. c. 77. Trall. l. 8. c. 7.* Et cum Græci κόχλακας, κάχληκας & κοχλάδας vocent λίθακας ἐν τοῖς ὕδασι, *Suid.* lapillos perpetua in aquis volutatione orbiculatos & politos, æstuque in litora cōjectos, huic rei privatim requisitos, placuit nostro, quasi indifferens esset, *cochleas* inde facere, cum *cochlacas* & *lac diacochlacôn* debuisset. Quod v. adpellat *singulare lac* nō ipsi sed descriptoribus imputandum est; ipse n. *silicare* scripserat. Diversum ab hoc est quod σχιστὸν dixêrunt seu fissile: noster l. 4. c. 1. *accuratum* & cap. 3. *catharticum.* Id enim quia caseosæ seu terrestres partes secretæ sunt coctura & colatura, ventrem turbat & solvit; error igitur *Cardani* manifestissimus est qui scissile cum silicari confundit & bilē educere, simul purgare ulcera adstringere & mitigare dolores scribit *l. 3. de san. tu. c. 13.* Hoc evaporato sero crassescit & stringit: illud separato caseo tenuescit & laxat. Cap. VIII. de prognosticis circà lumbricos: *quidam communiter mortuos lumbricos ajunt gravia denunciare: siquidem ostendant inesse corpori ruptionem:* excidit syllaba *cor* quòd in proxima esset; restitue, *corruptionem.* Ibid. *cervini cornu serragine aspersa, quam Græci rhinen vocant.* Ῥίνη radula vel lima est: πρίσις, serra; πρίσμα, serratura: ῥίνημα, quod limâ deteritur, vel serra: confundunt tamen. Repone *rhinema*, addita finali. Mox abjice capitalem, *trophemata*: rectum enim est *rhophemata*, ῥοφήματα, sorbitiones. Eod. formula est pilularum è scilla & chamelæa, de qua ita: *scilla concoquenda, tum terenda diligenter, ac deinde chamelæa, anchusa atq; creta admiscenda squillæ.* E duobus simplicibus promittebat catapotia; nunc format è quatuor rebus. Nos ut sibi constet anchusam hinc & cretam, quà pro Nomine accipitur, ejicimus: scripserat enim Cœlius, *contusa atq; creta*, i. e. cribellata, secreta; per cerniculum trajecta. Cernere sic usurpat *Theod. Prisc. l. 4: Thymum Hispanum tundis & molliter cernis: Pall. Æmil. l. 1. de re rust. c. 19: suprà marmor tusum cernatur.* Participium

Digitized by Google

cretus & *cernitus*. *Palladius* Nov. t. 22: *cineris benè creti quantum manus utraq; gestabit*. *Noster* l. 2. c. 4: coralli tusi pulvis *cretus*. *Theod*. Ibid. *lomentum fabacium benè cernitum; & cineres de fornacibus optimè cernitos*. Cap. IX. *Nullus cupiditati modus, nulla satietati spes est: singulis spartanum sufficit sua*. Emacula, *Sparta non sufficit sua*. Lib. V. c. 2. de tofis in articulis podagricorum chirurgia curandis: *qui articulos solvunt, cutem distendant & erumpentes promineant & chirurgia detrahantur aut exilientes cyathis, quo ferramenti tollantur, quod nos laureolum dicere poterimus*. Ineptam distinctionem amove & lege *cyathisco: quo* pro *eo:* uti lib. 3. c. ult. *quilen* scripserant pro *cilen*, κοῖλω, cavam & *arquata* sella ap. Arnob. l. 2. pro *arcuata*. Cyathiscus est pars specilli concava ad cochlearis instar qua vel infundi medicamina vel eximi anfractibus & sinubus quid potest. *Nicolaus Alexandr. sect. 48. n. 6*. κυαθίσκῳ μηλωτρίδος, auriscalpii ea parte utitur ad expurgandas congestis sordibus & infuso oleo aures. *Scribon. Larg. n. 227. & Marc. c. 31*. exulceratas hæmorrhoïdas & casuras propediem eadem instrumenti parte sensim tentat, & movet ut celerius excidant. *Hippocrates* τὸ πλάτος μήλης adpellat quia specillum altera parte sit acutum vel capitatum: Ipsi ferramento λαυρομήλη *lavromele*, transpositis τοῖς *laureolum* elementis, nomen est, ἀπὸ λαύρου, quod latum sit altera extremitate & cavum, ut pyrenomele, quod pomellatum est & capitellum instar nuclei præfixum habet. Hæc è veterum Græcorum chirurgia quam totam pæne abolitam dolemus reliqua ceu fractas tabulas nobis conservarunt Latino-barbari: absque *Silvatici Pandectis* enim & *Simonis Januensis Synonymis* fuisset, hunc locum Cœlii de *cyathisco* & *lauromele* nec emendare nec interpretari potuissemus. *Silvat. c. 498: Lavromelis Græcè instrumentum chirurgicum: seu quiasciscon*: quæ depravata alludunt ad κυαθίσκον & hinc corrigenda sunt; item c. 596. *Quiatistrum est nomen ferramentorum ocularibus morbis aptorum: & quiacistromeli, Demosth*. quod Græcis erat κυαθισκομήλη, h. e. specillum cum cyatho seu lata cavitate. Ibid. cataplasma mitigativum pro partibus dolentib⁹ tale describit: *sit igitur panis diligentius emollitus solus, aut admixta radice argallici, quod Græci symphyton vocant*. Lego *ali Gallici*; hoc enim nomen esse symphyto apud quosdam tra-

didit *Scribon. c. 21:* habet *Ruellius in Diosc. l. 4. c. 8: Rivius ib. & Pena in Adv.* Eam radicem contrariis viribus esse, habere aliquid quod incidat, quid quod astringat, aliudq; quod discutiat; humectare etiam nonnihil & emollire ajunt: unde paregoricum articulorum dolentium non inefficax esse convenit. Eodem cap. de topicis antipodagricis: *Alii acopum ex rana rubea in podagricis admirantur: alii marini vituli, alii pedes unxerunt ex ejus tergo calciamenta facientes.* Φρῦνον seu rubetam dictam quod inter rubos fenticetis & dumetis moretur nescias an *Cœlius* à rubo adpellatam similiter existimet, an à colore; ita mirifica ejus oratio est; an scripsit, *rana rubeta*, uti *Plin. l. 32. c. 5?* Acopum verò è rubetis describit *Aet. tetr. 3. s. 4. c. 44.* Mox lege, *alii marini vituli adipe pedes unxerunt*: adipem enim *Plinius* & *Kyranides* commendant. Vulgata lectio duplici ratione vitiosa est, & quia acopum vituli marini cujus tamen linea sequente meminit è bellua vivente oleo cocta insinuat, & quia unctionem omissô è qua materia fieri ea debeat. Fine capitis Themisonis in curanda podagra methodum examinans, *phlebotomat* ait, *ex pedibus & nihil adprobat.* Lege sic, *vinum adprobat*: quod è refutatione *Cœlii*, *vinolentia nervos amputari, phlebotomia patientes impleri partes*, colligi potest. Quorsum enim vini noxam enumeraret, nisi Themison, cui sic respondet, vini usum suasisset? Cap. 4. de rheumatismo vesicæ sanguineo: *Est autem curatione facilis eruptione factus vel oscitatione sanguinis fluor.* Scribe, *osculatione*: intelligit enim eam sanguinis excretionem quam per ἀναστόμωσιν, h. e. dehiscentibus & dilatatis vasis fieri docent medici, diversam à reliquis quæ διαιρέσει, divisura, & διαπηδήσει rarefactis venis contingunt. Eas causas solutionis sanguinis enumerat de sententia Demetrii l. 2. c. 10: ponitque aliam cum incisura, aliam sine incisura; & hanc fieri vel viarum raritate, (ita enim legendum est, non *varietate*) vel expressione sive sudatione vel debilitate retentricis, vel osculatione à plenitudine aut medicaminibus *osculantibus* quæ ἀναστομωτικὰ, *aperientia*, vocant: l. 2. c. 13: *osculatio venarum ex redundantia materiæ veniens fluorem sanguinis faciat*: & c. 10. l. 5. *osculatio vomicæ* est ejus eruptio, apertura, exitura. Cap. X. de collectionibus internis seu vomicis docet eas ruptas interdum coacervatim

& u-

Digitized by Google

& unica vice omnem humorem evomere, interdum ex parte solùm fieri effusionem; illud contingere, si vomica in fundo, hoc si in lateribus aut supernis partibus aperta & si æger debilis nimis & humor crassior justo fuerit. In priori casu facta effusione omnia levigari, febrem illicò solvi & gravedinem remittere; in posteriori vomicam post aliquot dies iterum repletam tensionem rursum & febrem movere ægrotanti. Hinc æstimare licebit quid peccaverint operæ in ista ῥήσει. *sin verò difficulter atq; paulatim liquida* (i. e. sanies seu humores in vomica contenti) *fuerint exclusa*, erit inquirenda causa, *utrumne ob debilitatem ægrotantis id evenerit, quo minimè valeat excludere aliena; an verò ob crassitiem liquidorum, vel ob eruptionem non in febribus factam vel in fundo collectionis*: nim. legi oportere, *ob eruptionem in lateribus factam; non in fundo collectionis*. Ibid. adjuvari eruptiones vomicarum scribit melle lincto cum resina terebinthina: ptisana ex tritico confecta, aut *cum protropo vino aut squillitico*. Usum scillæ, aceti & vini scillitici omnibus cavendum esse qui de interna exulceratione suspecti sunt monet *Diosc. lib. 2. c.202. l.5. c.25. & 26.* & *Cælium* empyicis exhibere credemus? absit: *scybeliticum* propinavit, quod idem cum protropo. *Archigenes* apud *Aetium* in abscessu hepatis humores ad exclusionem parat *vini scybelitæ, Theræi ac protropi similiumq; potu, tetr. 3.s.2.c.4.* Cap.ult. de vomituum molestiis & incommodis, *gingivas in putredinem mittunt, atq; os odore fœtant, retrò stomachum limant.* Interpunctione laborat sententia; tum depravatione. Scribe, *os odore fœdant tetro.* Si liceret ultrà scalpellum immittere huic ulceroso loco mallem *fœtidant*: Verbum enim *fœdare* tantùm sordes insinuat; hîc verò de δυσωδίᾳ, odore percussibili malo ingratoque oris, quem vomitus crebri inducant, præterea sermo est. *Fœtidare*, facere ut fœteat: ut *fluidare* nostro hoc cap. fluidum reddere: *tepidare Plin. lib. 17. c. 26.* de cura vitium ne eas frigus adurat: *humidare* apud *Gariop. l.5.c.33. & 38: succidare*, quod l. 2. c. 8. Plinio Valeriano restituimus; idque rectè fecisse putamus, cum eodẽ verbo eundem *Plinium* uti intereà resciverimus: sic autem iste *l. 1: mel in quo apes mortuæ sunt effectuosissimum erit ad lanam succidandam. Candidare*, dealbare; *Gariop. l. 3. c.24: pannis rudibus non à fullone candidatis.* Non repugnabo tamen, si

quis

quis *Cœlium* Verbum *fœtare* activa significatione novè formasse contendere velit; est enim talium mirè artifex: ut cum *elogiavimus* l. 5. c. 4. pro elocuti sumus, recensuimus: *latinavimus vim vocis* pro latinè interpretati sumus: *frigorare* l. 4. c. 1. pro refrigerare: *resimplicatum linteum* l. 5. c. 1. pro duplicatū: *papulare* & *pustulare* dixit l. 3. c. 4. & l. 5. c. 1. pro *pustulosum reddere.* Inter cibos pro catarrhosis fluore obtinente proponit l. II. c. 7. *uvarum fabrilium sive pensilium siccatarūacinos;* quasi dixisset, uvas passas: item l. IV. c. 3. in diæta cœliacorū & diarrhoicorum commendat *uvam & magis fumi vapore siccatam quam fabrilem adpellant.* Ex privatis Romanorum rebus est, interque desita hodiè, in fornacibus ferrariorum fabrorum suspendi consuevisse uvas, ut fumum scil. biberent, & fierent hoc modo passæ. Gratiam enim iis, uti vinis quoque & caseo, adferre putabatur; *Plin. l. 14. c. 1.* & cap. 4: *quas suspendas duracinas, ammineas majores vel ad fabrum ferrarium: pro passis hæ rectè servantur.* Levia videntur ista, scil. cum indicatæ sunt origines; quas qui ignorant, quàm varia, quàm speciosa & ex altissima eruditione repetita, de uvis fabrilibus commenturos esse putas? *Theod. Prisc. lib. 2. c. 13.* uvam fabriciam adpellat: quam cave mutes in *Apiciam* de qua *Plin. l. d. & Macrob. l. 3. Saturn. c. ult.* Sed ad fastidium jam nos & languorem exercuit hic *Cœlius*, ut missione honesta mitti nunc æqvum postulemus. Avocat præterea ab his amœnis res maximè seria funesta conditio & gravissimus sine certa tamen desperatione morbus unius è primariis hoc loco Viris amicissimi nobis, cujus insignes virtutes admiratione & veneratione tacita nunc prosequar potiùs quàm stricta laudatione deteram: Ejus saluti & sanitati curas, cogitationes, vigilias, officia, obsequia, studia, rem, fidem nostram omnem & vitam adeò ipsam lubentes meritò impendimus, confirmaturi hoc modo persuationem animi de nobis ipsius ut nullà in re vel afsiduitatem operæ vel fidem officii vel observantiæ constantiam sibi defuturam à nobis esse existimare possit; caussa est Reipublicæ, quam etiam cum καχεχλικωτάτη διαθέσει uno eo capite salvô salvam fore prudentes & boni omnes ominantur.

EPI-

EPILOGUS AD LECTOREM.

OΚόσα Θεοὶ ἔθεσαν, ἀεὶ ὀρθῶς ἔχουσιν: Hipp. l. 1. de rat. victus: *Solius Dei opera recta sunt:* Scal. in Hipp. l. de insomn. *hominum cogitata & gesta non solùm multis modis deformia & imperfecta, sed etjam vana plurimùm & vitiosa; & nemo ideò nescit minus mirum esse memoriam aliquarum rerum excidere, quàm omnium constare. De opere hoc meo, mi optime* LECTOR, *aliud non habeo dicere, quàm attulisse me voluntatem & ut prodiret quàm pote nitidissimum, & ut excussa diligentissimè exasciataq; singula expectationi tuæ satisfacerent; sed utrumq; mihi intervertisse ad TE nunc conqueror. Typographorum oscitantia, præsertim Lipsiensis istius, qui alphabeti tertii quaterniones sex septem excudit, hominis refractarii, sublestæ operæ sunt in propatulo, ut erratorum index, si curiosè conficiatur, in molem longè maximam surrecturus sit. Ad eum verò extremo libri conspicuum recurrere te velim, si quando hæseris; & antequam eum consulueris nihil graviùs configere. Partem etiam fecit mea quædam culpa, cum alicubi indulgentia caloris, quem nemo in se non sentit, aliquid peccaverim, nonnullibi supinitate, interdum obscuritate. Utcunq; cessit ea in bonum: Nam ne TE sciens fallerem, ingenuo candore inductus sum profiteri, si quid aliter dici oportuit vel meliùs potuit & submutare; addere si quid omissum quæsturus esse putareris; illustrare quæ te ambiguitate & perplexitate moratura; communire, quæ objecta calumniantibus; & pinguiora lætioraq; facere recolendo, quæ arida primùm provenisse viderentur; easq; post-curas in hunc fascem compactas epilogi vicem tuis manibus simul concredere. Sequor autem in iis ordinem librorum capitum & paginarum, & per numerorum notas præscriptas versusq;*

Pppp adsi-

adsignatos quò quidq; harum additiuncularum pertineat significos deprehendes non inutiliter ita fieri; imò nonnullibi planè necessario: & requirebat fides nostra, qua studiosorum commodis inservire consuevimus.

PAg. *6. tur. c. 11:* Petr. de Argellata l. 4. Chir. tr. 8. c. 1: Anton. Gvainer. Pract. l. de ægritud. junct. c: 29: Jac. Dondus in enum. simpl. & comp. ad Chirurg. pertin. Ant. Sneberg. catal. simpl. med. adversus artic. dolores p. 45, 83, 108, 114, 129, 152: Nicol.

Pag. 7. *nunciasset* in animal sui nominis mutaverat, ut

Pag. 8. *Dei de gli antichi p. 378.* pertinent. Quomodo

Ib. *Aboali & Rhasis,* Chirurgiam Albucasis, interpretem

Ibid. *rit* minimè esse indagabilem, vetustum

Ibid. *esse videri poßint* etiam ex Hermetis Physicis,

Pag. 17. *μυοθὴς ὄφις:* & *πιννοθὴς*, qui cancellus est seu parva squilla comes & hospes pinnarum *πιννοτήρης* dictus & *πιννοφύλαξ*, Plin. l. 9. c. 42.

Pag 20. *notarent ab iisdem petiisse consentaneum est;* horumque exemplo Gv. Canterus in epitaphio lapide parenti suo Lamberto a. 1553. posito

B. ANN. XL. MENSS. III.
Θ. AN. AB. O. R. 1553. scripsit; ubi τὸ B per *βιὼς*, τὸ Θ per *θανάσιμος* exponi debet.

Pag. 39. *nissent.* Est tamen quod nunc demum à vocula *Συναγωγῆς* submoneor, videri ea conventum & quidem septem Sapientum significari. Hos diversis temporibus diversisque locis, Corinthi apud Cypselum, Sardibus apud Crœsum, Delphis, & in Panionio convenisse constat, è Laertio Thalete, & epistola Periandri qua eos Corinthum invitavit. Sapientum verò istorum res privatim descripsere Damon Cyrenæus, Anaximenes, Dicæarchus: eorum *ὁμιλίαν παρὰ Κυψέλῳ*, cui & ipse interfuerat, Archetimus Syracusius: unde non improbabile est Agatharchidem ista scripta contulisse & fecisse breviarium ex amplis *περὶ σοφίας τῶν ἑπτὰ* commentariis. Hoc fortasse est quod dicere voluit Photius, si per describtores inertes licuisset. Pag. 47.

Pag. 47. *& fter ex eo quod Græcis ὑστέρα est*; Videor tamen invenisse Græcos & Latinos veteres morbum semper χολέραν; Latinos non optimos, quibus etiam Serenus iste annumerandus est contrà quàm putabam, eum anatropam & catatropam stomachi, & caussam ejus nim. bilem *choler* nuncupasse: Theod. Prisc. l. 2. c. 29: *Eum colera nigra cum inflatione sollicitant*; Gariop. l. 2. c. 16: *dolor in stomacho fit ex choleribus vel phlegmate in ventriculo conclusis*: l. 1. c. 5. de vertigine: *Ex stomacho & conclusione cholerum hæc causa nascitur*: c. 10: *hæc caussa nascitur sæpè à choleribus nigris aut nimiùm viridibus*; interdum etiam coleram.

Pag. 50. *alterutro, locutio* Grosse Panerherren: quanquam Pannerheros seu Banderarios, quos inter Imperii Ordines censent matriculæ, à bando, banderia, banneria, quo majores nostri itemque Græci recentiores & Latino-barbari vexillum nominarunt, dictos quasi vexilliferos verius esse existimem.

Pag. 54. *leia Siscia comminiscitur, ruinis deducit.* An Turcæ eo nomine regiam vel palatium Imperiale adpellent, quod à Slavorum isto desumserint, ignoro; id verò certum est Italos *Seraglio nuovo* vocare Constantinopoli, *dove habitar il gran Turcho*, & Græculos Σαράγιον: hanc nomenclaturam pro Turcica arripuit Rosinus & corrupit prætereà.

Pag. 57. *adpellat, i. e. Deam cui canes mactarentur*: *Gv. Canterus* & Dan. Furlanus not. ad charact. mor. Theophr. n. 19. interpretan

Pag. 60. *secla* & domi absentis *fuerat*

Ibid. *typ. P. c. 10:* Pollux l. 5. c. 5.

Pag. 73: *Gell. l. 4. c. 11:* Clemens l. 5. Strom. Euseb. l. 13. Præp. Ev. c. 13: Aristoteles 1. art. rhetor. c. 13. duos ejus hexametros; totidem de Poëtica c. 25: tres l. 1. de anim. c. 5. l. 1. de gen. & corr. c. 1: l. de Xenoph. Zenonis & Gorgiæ dogmat. decem l. de sensu & sensili: vigintiquinque l. de respirat. 4. meteor. c. 4.

Pag. 100. *lian.* sic & Athen. l. 1. & Svidas in Πυλάδης: quas

Pag. 107. *qua ibi, demonstrandæ gratia adduci.* Utrumque verò è Plinio illustramus qui spongiis intellectum esse putat ideò quia ubi avulsorem sensère contractæ multò difficiliùs abstrahantur: hoc idem fluctu pulsante eas facere: quæ ex Aristotele decerpta in

suam παραδόξων ἱστοριῶν συναγωγὴν retulit Antigonus c. 67. Pergit Plinius: Circa Toronen etiam avulsas conchis vesci; lib. 9. c. 45. quo quicquid in Aristotele & Apostolio hic emendamus mirificè comprobatur, etsi in narrationibus aliqua sit diversitas; de Toronensibus enim spongiis aliud Aristoteles, aliud Plinius commemorat; quod tamen non obest nobis. De portu Toronæo itidem in proverbium de surditate traducto interpretari Apostolium commodè non possumus.

Pag. 110. *joru fratri Aristobuli filio, Herodis M. nepoti, notum est*; adeumque quinto seculo genus suum retulit, Diogenis filia, Eusebii neptis, proneptis Flaviani, Theodora, cui Damascius vitam Isidori Philosophi Stoici nuncupavit; Phot. Cod. 181.

Pag. 111. *nunt Lexici: Veneta porcellana*; mare alSchem i. e. Syriacum Ebr. & Arabes vocant mare occiduum vel mediterraneum inter Palæstinam & Gades.

Pag. 114. *quis dubitet, docebitur*: Templum Solis quem Alagabalum adpellabant, in media urbe extructum erat tantæ magnificentiæ & vastitatis ut fastigia ejus cedris Libani certare scripserit Ruffus Avienus periegeseos Dionysianæ interpres.

Pag. 121. *Proditur ab Aristotele in Physiognom.* Plat. l. 5. Polit. & Polluce l. 2. περὶ ῥινὸς καὶ ὀσφρήσεως.

Pag. 122. *in secundam reficia e Dolo faciendus in Colum. libris Bolus*; eodemque modo in Casaub. notis ad Sueton. Aug. c. 49. & Wower. Polym. 16. quibus similiter imposuit prava lectio.

Pag. 124. *mati nomen pristinum vindicamus.* De Æschyli Isostasio, quam ψυχοστασίαν adpellarat Plutarchus, nondum liquida sunt omnia, rectè nim. restitutam esse. Turbant enim Grammatici duo Pollux & Hesychius. Iste l. 4. c. 19: hic in ἀγκιδος, & ἀνεμβάτως inscriptionem quam nos ut suspectam rejecimus laudantes. Hæremus: tres in rem unam testes ὁμόψηφοι conjecturam nostram & ratiunculam premunt; deficiunt etiam idonea argumenta alia ex ipsa fabula quæ periit cum aliis ejus Poëtæ multis (è triginta enim quarum tituli nobis noti sunt; scripserat autem ipsas nonaginta; vix sexseptem supersunt beneficio Stephanorum & Canterorum) petenda ad rem ultrà declarandam. De his igitur opinetur ut cuique lubitum erit. Pag. 125.

Digitized by Google

Pag. 125. ubi de Cæcilio Statio Comico, totam ῥῆσιν ita refingo: *Commemorat. Cæcilium*, ob conditionem, quia servus, *Statium* nominatum priùs, pòst cognominatum *Festus* in *Numero*, in *Ore*, in *Sentinare* allegat *Æthrione*: quæ inscriptio indubitatò falsa est, etsi transmiserint Viri magni. De *Æschrione*, quod placebat aliquando, probare nemini possim; fuit hoc nomine quidam jamborum scriptor Samius sive Mitylenæus *Athen. l. 8.* è comitibus Alex. M. *Suida* teste; sed quid iste ad argumentum Satyrarum? Malim igitur *Æthone*: Erisichthon enim qui & Αἴθων ob inexplebilem famem, sacrilegii à Cerere inflictam pœnam, Poëtis, mythographis & passim: *Tzez. ad Lycophr.* rectè fabula Poëtis; deditque *Achæus* Eretriensis tragicus Αἴθωνα Σατυρικὸν, *Athen. l. 8. & 10.* Etsi igitur constet Cæcilium suas plerasque è Menandro vertisse, quod à *Clemente Alex. l. 6. Strom.* observatum est; non obstat tamen, quin *Æthonem* ab Achæo artifice non minus nobili (fuisse enim in precio cum Evripide & Sophocle circà Ol. 85. fertur) transsumere potuerit. Interpreti Athenæi fabulæ de Æthone non venit in mentem; reddidit enim adpellativo, *fervidum*, *acrem*, *ardentem*, *bellicosum*: quod est contrà Poëtarum ipsorum institutum. Idem argumentum etiam *Æschylo* tractare placuit; Versus n. quos ex ejus *Leone Satyrico* apud *Apollonium* repertos producunt docti particula sunt vel *Æthonis Satyrici*, vel *Kercyonis*, quam *Hesychius* nominat in ἐυλημάτει; & amovendus iste *Leo*.

Pag. 147. *magno, significat.* Ἄξιοι, proceres, purpurati in aulis: Joh. Lavr. Philadelphensis Lydus in βροντοσκοπίᾳ ἐφημέρῳ, die 4. Aprilis: Ὀργὴν τῶν κρειττόνων ἀπειλεῖ τοῖς ἀξίοις: qui & ἀξιώματοι, τυγχάνοντες τὰ πρῶτα: item axiomatici Wilh. Biblioth. in Hadr. II: *Eum præcedentibus axiomaticis & subsequente reliqua turba in urbem redire patriarchamq. subire conspexerant*: qua voce puriores Græci augusta forma spectabiles adpellant.

Pag. 150. *insuper*: sed quod Plinium etiam fecisse notamus qui l. 23. c. 1. *rhevmatismum cicatricum* adpellat quod Diosc. l. 4. c. 156. ἕλκα ῥευματιζόμενα dixerat.

Pag. 154. Καππαδόκης: Procopio qui eum graphicè depingit l. 1. Pers. Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης τῆς αὐλῆς ἔπαρχος.

Digitized by Google

Pag. 156. *ejov.* Servius in 6. Æn. è Seneca Philas exponit amicas, quòd illic est placata ab Ægyptiis Isis, quibus irascebatur quod membra Osiridis mariti non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. Est igitur nomen Filarum multò vetustius. Dicemus autem id tempore

Pag. 163. *eum modò nominatis censetur;* cujus compositionem diachartu, ad carnem putrem continendam exedendamque tradit Celsus l. 5. c. 22. quique idem est

Pag. 164. *ceperant: de Amphipoli ejus patriâ sat testium dedimus.* Ista de Megapoli ex Æliano sic allegat Cl. Vossius l. 1. de hist. Gr. c. 15. Ipsa verò Æliani editio, à J. Vultejo curata, expresse Amphipolitanum vocat Zoilum. Non igitur suspicemur de Æliano ignorasse patriam Homeromastigis, quam veteres annotaverant. Vossium vel vitiatum exemplar vel lema aliqua decepit.

Ibid. *ris esse*, cujus inventum lysiponion medicamentum ad dolores oculorum recitat Galenus l. 4. de comp. med. s. loca c. 7.

Pag. 165. *fuisse fatetur.* Imò verba ejus è lib. 8. c. ult. de exhalationibus sulphuratis & aluminosis per intervenia fistulosa terræ ad puteorum fossionem pervenientibus & necantibus puteatios, sine autoris mentione in cap. 3. libri 31. transtulit.

Pag. 175. *diæ templo. Bedas*, Byzantius Vitruvio præfat. l. 3.

Pag. 182. *firmos*, & Cent. 5. curat. 6.

Ib. *viis*, & l. de lepra.

Pag. 184. *redactum in rotundas ampliores quas magdalidas dicunt.* Autor l. de dynamidiis c. 338: quando autem commistum fuerit compositis magdaliunculis conde, & c. 275: tractum ad omnem plagam; fac magdalionem.

Pag. 165. *dentium abigere tradunt & mederi infantium tussibus l. d. c. 15.* Marcellus Empiricus cap. 2: Fimus corvi lanula obvolutus denti cavo infulcitur minutatim ac sine dolore eum discutiet.

Ibidem *l. 29. c. 6. quæ Valerianus h. l. exscripsit.* Herinacei terrestris usti cinis pice liquida exceptus alopecias sanat Aet. t. 1. s. 2. c. 172: Kyranides: caput echini combustum & cum melle inunctum alopeciam spissat.

Pag. 192.

Pag. 192. *de ulceribus cap. 4.* Latino-Barbari spatumilia vocant: eorumque varias figuras videre est in Chirurgia Albucasis ex interpretatione Ger. Carmonensis. Vetus interpres Oribasii lib. de loc. adf. cur. c. 21: spatumelle mittentes in oleo ut coloretur de succo ejus; & c. 29: palpebras inversas frica cum spatomelle calido; quod Rasarius specilli cuspidem reddidit.

Pag. 193. *cari putavit, & hac ignorantia hoc pro illo usurpavit.* Est tamen commune Latino-barbaris filicem dicere pro astula seu fistuca; Vetus int. Orib. l. 1. synops. de cataplasmate è fermento; *dispergit quæ congregata sunt & spinas & cannas vel filicem extrahit.*

Pag. 195. *& sequaces horum Latino-barbaros extat.* Kyranides p. 71: eos qui venenosas potiones biberunt, efficaciter salvat. Pag. 89: eadem die salvabitur. Pag. 126: salvat bibentem ab omni venenо sanguis anatis bibitus.

Ib. ῥωστικὸν adpellat: Hesych. ῥωστικὸν, ὁρμητικόν· & ῥῶσαι, εἰς ἀλκὴν παρορμῆσαι.

Pag. 197. *quit, cùm gula sua arefactus in fumo, dein tusus ex melle quotidiano ecligmate.* Rabanus Maurus in gloss. Latino-b. Gurgulio, quercu, chela (quod Germanicum feele est) à gutture nomen traxit cujus meatus ad os & nares contenditur. Gariop. l. 1. cap. 23: Bronchus & ejus summa pars quam gurgulionem dicimus: Vocarunt etiam gargalam: Vetus int. Orib. *Ad eos qui in arteria aspera quæ dicitur gargala ulcus habuerint.*

Pag. 199. δεξιῶς. Strophos est levis ventris tantummodò dolor, Theod. Prisc. l. 2. c. 9: Gariop. l. 3. c. 28: & strophici, torminosi.

Pag. 200. *scuros extra hanc memoriam, quos peculiariter citet;* primum & tertium à Galeno l. 7. de comp. med. sec. gen. suggestos.

Pag. 201. *tribuerat;* eumque secutus Malchus in vita Pythagoræ.

Pag. 202. *palàm est.* Jamblichus decidit quæstionem lib. de vitâ Pythagoræ, & Pythagoram filium Eratoclis, philosophi ὁμωνύμου sectatorem Φιλογυμναστοῦντα καὶ σωματασκοῦντα ἀλειπτικὰ συγγράμματα composuisse ait καὶ τὴν ἀντὶ ἰσχάδων τοῖς πότε ἀθληταῖς κρεώδους τροφῆς διάταξιν, οὐ καλῶς εἰς Πυθαγόραν τοῦ Μνημάρχου τούτων ἀναφερομένων idq; seqvuntur Rittersh. not. ad Malchum & Meurs. notis ad Aristoxeni harmon. elem. p. 151. Svidas hac de re capiendus est

dus est in ἰσχάς: ἐπειδὴ πρὶν ἢ δοθεῖναι τὴν κρεωφαγίαν τοῖς ἀθηναίοις, ἐχρῶντο τῇ ἰσχάδι: Sed emendandus prius, τοῖς ἀθληταῖς. Iis qui studia hæc contemnunt, leve videri potest, ita Svidam emendasse; scil. postquam de athletarum è caricis victû tot testimoniis edocti sunt; credo autem plerosque antequam de isto monerentur Svidam corruptum securè secuturos, & immane falsum de Atheniensibus imbibituros fuisse.

Pag. 205. Memoria lapsus sum cum Ambrosium adpello negotiatorem istum Romanum; fuit enim, ut è Junio 4. anim. c. 8. didici Augustinus Chiesius, Leone X. sedente civis & trapezita Romæ.

Pag. 224. *Lucio Commodo etiam* Severôque, ut adparet è cap. 26. lib. 1. de antidotis.

Pag. 225. λόσοφον, è Svida Arignoten μαθήτριαν Πυθαγόρου καὶ Θεανοῦς Σαμίαν φιλόσοφον Πυθαγορικήν.

Pag. 241. *quàm emacem oportet esse, sublectum est.* Hac tamen conjectura carere posset, qui glossarium exponeret de Angariani interpretamento, ut sit Angarianus, qui agrum locat ut angariam accipiat; paucæ saltem literæ *Avia* exterendæ tum erunt, & syllaba restans præcedenti voculæ annectenda.

ibid. *gillo è Græco γύαλον*: hoc ex Ebræo גֻּלָּה gyllah, i. e. phiala.

Pag. 242. c. 1: t. 2. seu Logico c. 31: Gariop. l. de sintom. c. 12: l. de dynam. c. 299.

Pag. 243. *usus est* & gutturo apud Scal. Ex. 60. s. 2: morbus gutturatio; aliàs gulæ bocium.

Pag. 269: *ostentatione aliqua Latinis Græcive expressisse observemus*: ita Arnulphus Marchio Chambensis & Vochburgensis l. 1. de S. Emmeramo fluvium Regen / qui juxtà Ratisponam Danubio miscetur, Imbrem nominavit; & urbem ipsam Hiatospolim ἀπὸ ὑετοῦ, i. e. pluvia.

Pag. 271. *ignorantia hodiè tenemur.* Quantum ad Boletham seu Polidem, quam à Botfelda aliam esse rectè suspicati sumus, aliquid tandem investigando cepisse videmur, quod liberaliter communicabimus. In Eichsfeldiæ regiunculæ extremis Orientalibus quæ Stolbergensem Comitatum ad Ilfeldam & Walckenrietam contingunt,

Digitized by Google

cingunt, tres fluvioli Marca Poela & Runa scaturiunt & recto cursu versus Orientem delati in agro Eimbecensi decurso Principatus Grubenhagici territorio confluunt: horum medii ripis vicus cognominis insidet & paucis à fontibus stadiis cœnobium hodièque Polede: hoc ipsissimam Lamberti Bolетham esse putamus.

Pag 283. *stabilienda omnibus modis laboremus; & fortasse non erimus frustra.* Vera prædixeramus; superavit enim etiam hanc difficultatem labor improbus. Καυδὼ, Caudos, insula est maris Cretici, contrà Hierapytnam Plin. l. 4. c. 12. Eadem & Gaudos & κατ᾽ ἀντιστοιχίαν Gaulos, & de sententia nonnullorum κατὰ παρέμπτωσιν Clauda, quam brevissimo trajectu à Melita Africi maris locant: Barthol. Anglicus l. 15. de propriet. rerum cap. 39. Caudam inter Syriam & Italiam juxtà Cretam & Sardiniam. Ea maximos onagros quondam producebat; Svidas: Καυδὼ, νῆσος πλησίον Κρήτης; ἔνθα μέγιστοι ὄναγροι γίνονται. Γαυδαρις igitur vel Γαυδάριος χλεύη plebis Constantinopolitanæ, quasi Γαυδόθεν, è Gaudo inde allatus asinus; quemadmodum Ἀντρώνιοι Antronibus urbe Thessaliæ ubi etiam magnitudine & tarditate notabiles asini generarentur nati altique eodem convitio dicebantur quos aurium enorme deridiculos & & de animi vitiositate (est enim nota loquacitatis & stultitiæ Plin. l. 11. c. 52) suspectos reddebat.

Pag. 285. ἱερὰ σκευή: i. e. cum jam in armarium seu uti Justin. Nov. 59. c. 7. adpellat venerabile vasorum custodiarium

Pag. 293. *plurima, competebat.* Græca Galeni l. 2. de arte ad Glauc. hæc sunt: ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παμπολλοὶ διὰ τὴν δίαιταν ἐλεφαντιῶσιν· ἀθήραν γὰρ ἐσθίουσι καὶ φακὴν καὶ ταρίχη πολλά: è quibus quid apud Gariopontum pro voce *materiam* legere oporteat evadit manifestissimum. Veterum interpretum hoc solenne fuit vocabula inusitatiora Græca & quæ interpretari nescirent Latinis solùm literis exprimere & cum Latinis quasi & ipsa talia essent ponere: idem fecerunt etiam Arabes; unde tot Græcis detortis ad Arabum flexiones eorum lingua locupletata est. Gariopontus igitur ἀθήραν à Galeno nominatam deficiente vocabulo Latino commodo *ateram* dixit; è quo per correctores sciolos exiit *materiam.* Ἀθήρα autem & ἀθάρα est farina elixata, h. e. pulticula è farina farris, zeæ, tritici,

Digitized by Google

milii, amyli ad conſiſtentiam mollem cocta: Dioſc. l. 2. c. 114. Paulus l. 7. Polluci l. 6. c. 9. ἀθάρα, ἔτυ@- ἐκ πυρῶ, puls fritilla, è fricta tritici farina, & vox ipſa uſu demùm Latina facta.

Ib. *nibus quippe frigidiu quidquam opitulari eat, ut J. B. Egnatius* & Baiulius, quem propterea reprehendit Scal. in l. 1. de plantis.

Pag. 294. *ciarent, habuerant.* Hinc Plinius l. 28. c. 6. Augurium ex homine ipſo eſt non timendi mortem in ægritudine, quamdiu oculorum pupillæ imaginem reddunt: &

Pag. 295. *conſpexiſſe nugati ſunt* & perſuaſi firmiter poſſe nonnullos ſingulariter adflatos conſideratis quorumvis obviorum oculis de genere mortis non ſuæ cuique vaticinari, quod de Salluſtio quodam Philoſopho Cyniſſante refert Damaſcius in vita Iſidori apud Phot. Cod. 242.

Pag. 311. *vel ſui corporis eſſonio.* Eſſonium autem legale ſeu legitimum eſt triplex: aut enim fit per infirmitatem lecti, aut per ſervitium Domini regis, aut per tranſitum ad nundinas: Attachiamenta ſeu leges Baronum in Scotia c. 57. §. 5.

Pag. 312. *quam volumina numero ignoto.* Fulgent. l. 1. mythol. Aut comœdico phaſmate delectabam, aut tragica pietate mulcebam.

Pag. 314. *ger argenta hyperpera in marcas argenti reſolvere voluerit.* Eſt a. nomen ἀπὸ πυῤῥοῦ: πυῤῥὸν a. Græcis, uti Latinis flavum, & rubrū aurum ſignificat; *Flavi* apud *Mart.* de Cæſareis ſolidis aureis; unde in argento non fuiſſe hyperpyra, quod Scaliger perſuadere voluit, elicitur. Quis primus ſit inventor ejus numi non magis inv.

Pag. 319. *genere extat.* Interpres Svidæ, quem hic notamus veluti obſcurum, Hier. Wolfius eſt. Portus autem qui urbem principatum inter Illyricas obtinentem exponit, paulò clariùs eloquitur. Sed reſtat etiamnum in gloſſa ipſa offendiculum quod poſtquam Græca Svidæ adquiſivimus removere poſſe arbitramur. Σἰρ, ait, μεγάλη πόλις καὶ πολυάνθρωπος, καὶ πρωτεύουσα τῶν Ἰλλυρίων ἔθνους. Hinc intelligimus unam gloſſæ interpretationem eſſe in verbis Svidæ; non duplicem, uti putabamus, nim. de opido quodam copioſo apud Illyrios; ejus verò nomen duabus ſyllabis truncarunt deſcriptores; fuit enim ſcriptura vetus & ab autore Σίρμιον: *Sirmium* quam Pannoniæ, modò Illyrico, provinciis finitimis annume-

merant, ortu aliquot Imperatorum Probi Valentiniani & Gratiani nobilitatam. Vopiscus de Probo: *Ipse Almam montem in Illyrico juxtà Sirmium, militari manu fossum, lecta vite consevit.* Acta Concilii Aquileiensis: *Caput Illyrici non nisi civitas est Sirmiensis.* Hoc verò voluisse Svidam ex ipso literarum ordine quo disposita sunt vocabula eruimus: præcedit Σίρμις: sequitur Σιρμάτης: medio inter hæc loco rectissimè consistet Σίρμιον.

Pag. 321, *Vitruv. l. 10. c. 18. memorat.* Ex isto Germanico Galli fecêre sua *trabucheta*, & Hispani, *trabuco*, quod interpretantur ipsorum Lexici, instrument ancien à jetter pierres engin de batterie. Gallorum vocem trabucheta ulteriore variatione interpolarunt Græculi recentiores & τριμπουτζέτα adpellarunt istud à Germanis inventum & denominatum machinæ genus: solent enim τὸ b in vocabulis linguæ latinæ Italicæque in μπ resolvere; unde *bajulus* ipsis est μπάϊουλος: *bastardus* μπάσταρδος; *busones* μπούφονες.

Pag. 155. *pollophanium dictum*, & diasmyrnion similiter ita dictum, ad præcordiorum tensiones, l. 7. de comp. med. s. g. c. 4. & malagma ad laterum dolores apud Celsum l. 5. c. 18.

Pag. 346. *tis Rhetorica præcepta tradidisset.* Patriam ejus Athen. l. 13. indicat, Λικύμνιον τὸν Χῖον adpellans.

Ibid. *e Svida in* λιγνύς & Macrob. l. 1. Sat. c. 18.

Pag. 350. *est ad quem* Trallianus l. 11. c. ult. &

Pag. 357. Ὀφέλλας, quod est apud Apollodorum Carystium in ἱερεία teste Athen. l. 6. unius Cyrenarum dynastæ ab Agathocle Siciliæ rege interfecti apud Svidam in Δημήτριος & Ὀφέλλας:

Pag. 371. Plut. conv. sept. Sap. & l. de Pythiæ orac. Κορινθία Εὔμητις, dicta πατρόθεν Κλεοβουλίνη;

Pag. 380. *Alciphron autor epistolarum amatoriarum* & piscatoriarum, quas cum aliis ejusdem argumenti à Jac. Cujacio collectas & Latinitate donatas, è bibliotheca Pithæi Colon. Allobrogum a. 1606. edidit Pyrrhus Caldoræus.

Pag. 389. Svidam in γλάυκιον & ἰατρός,

Pag. 396. *vulnerumque immittitur.* Stock. empir. l. 1. c. 17: fluellus è pilis leporis in albumine ovi intinctus & in pulveribus restrictivis circumvolutus stringit sanguinem è venis & arteriis fluentem subitò.

Pag. 304. *datur*. Sic enim voce borſellæ utitur vetus interpres Oribaſii l. 4. de loc. adf. cur. c. 31: *quæ autem infixa ſunt oculis cum borſella levabis & cum lacte mulieris lavabis*: quæ Joh. Bapt. Raſarius ita vertit; *quæ verò fixa inhærent & oculum lædunt vulſella auferenda ſunt*: & c. 20: ad pilos adulteros in palpebris ſeu inverſos & oculum lædentes: *pilos adulteros in palpebris naſcentes cum borſella tollunt*. Ut tenebroſus iſte locus plenius colluſtretur, addenda judicavimus iſta; Evulſo pilo tantum de iſto medicamento imponere jubet quantum porus ſeu veſtigium ejus capere poſſe videbitur; hoc enim eſt, quod dicit, *in ipſo tantum punctum impones cum melle de medicamine ſupradicto*. Si liquidum id medicamentum eſſet, imperaret guttam ejus inſtillare; ſed quia ſolidum eſt & ſiccum, vult ut tantillum, puncti quantitate, pro pori ſcil. modulo, indatur. At quid eſt *cum melle?* Indicat inſtrumentum quo cum medicamentum adplicandum; nim. *impones cum mele*, μηλη, mela, ſpecillo capitato: hunc uſum melarum docet iſta gloſſa Silvat. 648. *ſpatomelle eſt inſtrumentum cyrurgicorum quo immittuntur medicinæ in vulneribus & oculis; raſpatorium ſecundum alios ſpatomelis, ſpatumile*. Ita nihil eſt præterea quod lectorem Plini circa iſtam ῥῆσιν hæſitare faciat.

Pag. 405. *dat) referente Balæo catal. ſcript. Brit. cent. 3. n. 63*. niſi quod nunc videtur probabilius, per verſus Ægidii opuſcula duo metrica, verſu hexametro, unum de urinis, alterum de pulſibus, à magiſtro quodam Egidio Salernitanæ ut videtur, ſcholæ doctore, quia Mompelienſis Academiæ medicos veluti contrariæ ſectæ apertè ſugillat conſcripta, intelligenda ſunt; Ea quondam in precio fuere adeò ut omnis de urinarum judicio & de pulſibus omnium ſubtiliſſima doctrina inde peteretur; & publicè in ſcholis ſepoſito Galeno prælegerentur & explicarentur; unde hodieq; cum commento Gentilis de Fulgineo extant Venetiis a. 1494. & Baſil. a. 1529. excuſa.

Pag. 406. *fiſtulas non tantum ἀμφιτρήτους &*

Pag. 407. *bus pro cicadis*, interpres Latinus P. Æginetæ A. Torinus l. 7. c. 11.

Pag. 411. *rint*; niſi concedatur eos ut conjicimus, formaſſe τὸ *ſuſanum* è τῷ *ſuſum*: quod ἀρχαϊσμῷ fuga concurſus literæ r cum ſ dicebant.

cebant pro *surſum*, quod eſt *ſus verſum*, ut *proſum* pro *prorſum* vel *pr overſum* à vetere voce *ſus* quæ motum cœlum verſus ſignificaret. Græcis ἄνω, ὑπερθεν, ὑπερἄνωθεν: quæque in compoſitis adhuc reſtat, *ſuſcito, ſuſpicio, ſuſpendo, ſuſtineo, ſuſtollo*. De re ipſa autem ſic habendum eſt:

Pag. 412. ἡλιόστροφον, Ῥωμαῖοι γάστα: & Valer. Cordus ad eum locum. Barth. Anglicus l. 7. de propr. rer. c. 78: *Gutta ad modum galbani eſt cujusdam herbæ vel arboris lacrima, quæ alio nomine armoniacum adpellabatur.*

Pag. *Creſoll. Vac. autumn. l. 2. c. 7. ſ. 12.* Imò non tantùm conſuebantur his talibus ora, ſed movere, ne in hoc quidem ut loquerentur, licere domini permittebant: *Macrob. l. 1. Saturn. c. 11.*

Pag. 427. *ſtimonium*; & ſchol. Ariſtoph. Equit. ad vocem κυνοκοπῶ de canis marini cute, quam dicit eſſe aſperrimam, in hos uſus adſumtá.

Pag. 437. *ta fuerit*. Pollux l. 6. c. 50: ἐπίκλησις, ὄνομα, κλῆσις, προσηγορία.

Pag. 461. *reſiſtere ſcribit Plinius* l. 8. c. 48.

Pag. 467. *lant Coſtinum*, & Arabes Coſtam; ita enim interpres Rhaſis Ferragius Judæus ſemper vocant Conſtantinum.

Pag. 475. *ſuppeditabit* & uberiùs Wower. c. 12. de Polym.

Pag. 477. *men excidit. Eſt autem autor Plato* l. 9. de legibus.

Pag. 478. *alios Politicos*, alios Mathematicos, vocatos:

Pag. 486. παρὰ λευκῶν ςηγμῶν: & hinc à Simonide in epigrammate de Lycade cane Theſſala, quod eſt apud Pollucem lib. 5. c. 5. *marmoreus tumulus* λευκόστικτος τύμβος, epitheto marmoris in nomē ejus mutato vel voce adjectiva ſubſtantificata; nihili n. eſt quod in editione Grynæi & fragm. Poët. lyric. H. Stephani legitur λευκοστάτῳ.

Pag. 480. *fratriq; ejus notho Petro Karloto opus ſuum*, cum annum quinquageſimum quintum ætatis ageret canô jam vertice, ut loquitur ipſe l. 3.

Pag. 493. *ma: ea hodieq; in tenuiorum amictus adſumitur*. Utebantur olim pharmacarii ad cribellandos ſpecierum pulveres. Interpres Rhaſis Contin. lib. 11. cap. 5: *Vere cordumeni cribellando ipſum*

cum cindeto pistum in pulvere. Ib. *cribellando per cindetum spissum.*

Pag. 494. *Queno*, qui alias Cueno, Cuono, Cuno, nomine Germanicis Gallicisque historiis noto.

Pag. 495. *veternis*. Imitator hîc est *Aur. Prudentii*, qui *veterna silentia* dixit *hymno in omnes horas*, de eo qui à natalibus mutus fuerat:

Lingua fatur, quam veterna
vinxerant silentia.

Veterna, i. e. diuturna, & quæ cum ipso nato inceperant.

Pag. 496. na & solis Flandris Zelandis & Hollandis

Pag. 512. *stericam pnicam*, ὑστερικὴν πνῖγα: eandemque sic expressit Casp. Wolfius harmon. Gynæc. Parte post. c. 7.

Pag 514. *πικαῖς & Zonæus*, cujus ἐρωτικὰς & ἀγροικικὰς laudat Svidas; sed extat ad eum epistola Æneæ Gazæi, cum inscriptione Ζωναίῳ σοφιστῇ; inde qua ætate vixerit colligi potest.

Pag. 516. *unius*. Theod. Prisc. l. 2. c. 23: terebinthina munda in modum unius olivæ jejunis quam maximè danda erit; similiter & contrà noctem.

Pag. 518. c. 24: Cœl. Aurel. l. 1. c. 4. & l. 5. c. 1.

Ibid. *dentium*: nivis glebulæ quàmplurimæ devoratæ ad hirudinem potam excutiendam apud Scrib. Largum c. 67: styracis glebulæ instar ciceris, apud Montuum Pract. P. 1. l. 1. f. 6. c. ult.

Pag. 520 *Chia reponendum* qua utitur l. 3. c. 5.

Ibid. *& Aëtius: recentiores gravis novem*. Cœlius l. 3. chron. c. ult. euphorbium vel mulso commixtum vel ovis sorbilibus aspersum exhibet ad prohibendum ne corpora rursum repleantur.

Ib. *nant salutis officia. Lege, ut intelligas*, fructibus, vel fruticibus, ut est in edit. Argent.

Pag. 523. *solvunt*. Tolerari tamen posse *ætatis* editio Argent. me submonet, itemque Lugdunensis & Basiliensis Garioponti, qui caput istud Theodori de diaphoreticis integrum in suum de febribus librum loco 24. transtulit. Vapor igitur ætatis calidior adolescentiam significat & viriles annos, quos c. 16. ætatem calidiorem, & cap. 25. medias ætates adhuc calidas adpellat: Cœl. l. 2. tard. c. 12: *ætates mediæ*, i. e. *adolescentes*, *& pueri*, *quorum calidum cum moderato humido forte ac vegetum.*

Pag. 524.

Pag. 524. *internum potabile converteret*. Quod si verò pro externo medicamento ad stomachum sanguinantem capias gypsum cum posca, uti Gariop. l. 2. c. 2. ventri poscâ solutionis acaciæ peruncto superspargit *pulverem turis, terræ Lemniæ, coralli, aloës, electri*, non opus est ista trajectione, sed omnia rectè habere intelliguntur.

Pag. 526. *melancholicis* ex Argentinensi editione, vel ejus exemplari, quô capita ista legebãtur, & hodièq; extant integra supplere

Pag. 529: c. 89, 222, 121, 167: condisum: au

Pag. 530. *superflua comedat*: l. 5. c. 30: adjutoria quæ faciant morsum & comedant cutem, ut est acetum.

Pag. 531. *losi æmuli & ostentatores putidi*. Interpres Nicolai Alexandrini vetus Nicolaus de Rhegio Calaber in antidotario cap. 77. & 128. *pulverem specierum subtilissimè tricoscinatum*.

Pag. 534. observarent, Cœl. l. 2. c. 13. inprimis verò Methodici, quorum sectæ autor Themison, completor Thessalus; Gal. Isag. c. 2. & 3: l. de sectis & l. de opt. secta.

Pag. 535. *de pulmone fugiat*. Videntur autem desumsisse à Græcis qui κούφας σικύας vocant: Cœl. l. 1. c. 4: erunt cucurbitæ leves adponendæ quas sicyas adpellant: l. 5. c. 6: cucurbitæ adpositio levis quam Græci cuphen adpellant.

Pag. 545. *bari, è Celso tamen* l. 6. c. 11: Colum. l. 9. c. 13. & Palladio l. 4. c. 15.

Ibid: *runt, ruseritru: ruseritro, ruseritrias, ut est apud Silvat. cap. 609.* è Græco ῥοῦς, ὁ καὶ ἐρυθρὸς, corrupta adpellatione.

Pag. 546. *decumbenti* lotii &

Pag. 547. *ἀπὸ τοῦ μολύνειν, quod est conspurcare*: Aet. t. 3. f. 4. c. 21 ἕψε ἕως ἀμολύντου.

Pag. 548. *nem laxam nimis hinc discimus restringere*. Cogitare tamen velim eruditos an de myrrha πεδιασίμῳ, quam nominat Dioscor. l. 1. c. 78. aliquid subsit; certè ea myrrhæ pinguis species membris resolutis non inefficaciter adhiberi judicatur.

Pag. 551: *splenis deprimat: Archigenes apud Aet. tetr. 3. s. 2. c. 11.* Non eram lectionem editam sollicitaturus quod hisce scriptoribus etiam quendam lapidem militarem dictum fuisse scirem; ita enim Silvat. c. 452: *Lapis militaris, i. e. lapis piritis*: puto autem eum esse

quo

ſuam παραδόξων ἱστοριῶν συναγωγὴν retulit Antigonus c. 67. Pergit Plinius: Circa Toronen etiam avulſas conchis veſci; lib. 9. c. 45. quo quicquid in Ariſtotele & Apoſtolio hic emendamus mirificè comprobatur, etſi in narrationibus aliqua ſit diverſitas; de Toronenſibus enim ſpongiis aliud Ariſtoteles, aliud Plinius commemorat; quod tamen non obeſt nobis. De portu Toronæo itidem in proverbium de ſurditate traducto interpretari Apoſtolium commodè non poſſumus.

Pag. 110. *jori fratri Ariſtobuli filio, Herodis M. nepoti, notum eſt*; ad eumque quinto ſeculo genus ſuum retulit, Diogenis filia, Euſebii neptis, proneptis Flaviani, Theodora, cui Damaſcius vitam Iſidori Philoſophi Stoici nuncupavit; Phot. Cod. 181.

Pag. 111. *nunt Lexici: Veneta porcellana*; mare alSchem i. e. Syriacum Ebr. & Arabes vocant mare occiduum vel mediterraneum inter Palæſtinam & Gades.

Pag. 114. *quis dubitet, docebitur*: Templum Solis quem Alagabalum adpellabant, in media urbe extructum erat tantæ magnificentiæ & vaſtitatis ut faſtigia ejus cedris Libani certare ſcripſerit Ruffus Avienus periegeſeos Dionyſianæ interpres.

Pag. 121. *Proditur ab Ariſtotele in Phyſiognom.* Plat. l. 5. Polit. & Polluce l. 2. περὶ ῥινὸς καὶ ὀσφρήσεως.

Pag. 122. *in ſecundam reficta e Dolo faciendus in Colum. libris Bolus*; eodemque modo in Caſaub. notis ad Sueton. Aug. c. 49. & Wower. Polym. 16. quibus ſimiliter impoſuit prava lectio.

Pag. 124. *mati nomen priſtinum vindicamus*. De Æſchyli Iſoſtaſio, quam ψυχοστασίαν adpellarat Plutarchus, nondum liquida ſunt omnia, rectè nim. reſtitutam eſſe. Turbant enim Grammatici duo Pollux & Heſychius. Iſte l. 4. c. 19: hic in ἀνηκιδοῦ, & ἀνεμβαίτας inſcriptionem quam nos ut ſuſpectam rejecimus laudantes. Hæremus: tres in rem unam teſtes ὁμόψηφοι conjecturam noſtram & ratiunculam premunt; deficiunt etiam idonea argumenta alia ex ipſa fabula quæ periit cum aliis ejus Poëtæ multis (è triginta enim quarum tituli nobis noti ſunt; ſcripſerat autem ipſas nonaginta; vix ſexſeptem ſuperſunt beneficio Stephanorum & Canterorum) petenda ad rem ultrà declarandam. De his igitur opinetur ut cuique lubitum erit.

Digitized by Google

Pag. 125. ubi de Cæcilio Statio Comico, totam ῥῆσιν ita refingo: *commemorat. Cæcilium*, ob conditionem, quia servus, *Statium* nominatum priùs, pòst cognominatum *Festus* in *Numero*, in *Ore*, in *Sentinare* allegat *Æthrione*: quæ inscriptio indubitatò falsa est, etsi transmiserint Viri magni. De *Æschrione*, quod placebat aliquando, probare nemini possum; fuit hoc nomine quidam jamborum scriptor Samius sive Mitylenæus *Athen. l. 8.* è comitibus Alex. M. *Svida* teste; sed quid iste ad argumentum Satyrarum? Malim igitur *Æthone*: Erisichthon enim qui & Αἴθων ob inexplebilem famem, sacrilegii à Cerere inflictam pœnam, Poëtis, mythographis & passim: *Tzez. ad Lycophr.* rectè fabula Poëtis; deditque *Achæus* Eretriensis tragicus Αἴθωνα Σατυρικὸν, *Athen. l. 8. & 10.* Etsi igitur constet Cæcilium suas plerasque è Menandro vertisse, quod à *Clemente Alex. l. 6. Strom.* observatum est; non obstat tamen, quin *Æthonem* ab Achæo artifice non minus nobili (fuisse enim in precio cum Evripide & Sophocle circà Ol. 85. fertur) transsumere potuerit. Interpreti Athenæi fabulæ de Æthone non venit in mentem; reddidit enim adpellativo, *fervidum*, *acrem*, *ardentem*, *bellicosum*: quod est contrà Poëtarum ipsorum institutum. Idem argumentum etiam *Æschylo* tractare placuit; Versus n. quos ex ejus *Leone Satyrico* apud *Apollonium* repertos producunt docti particula sunt vel *Æthonis Satyrici*, vel *Kercyonis*, quam *Hesychius* nominat in εὐλημαῖεῖ; & amovendus iste *Leo*.

Pag. 147. *magno, significat.* Ἄξιοι, proceres, purpurati in aulis: Joh. Lavr. Philadelphensis Lydus in βροντοσκοπία ἐφημέρῳ, die 4. Aprilis: ὀργὴν τῶν κρειττόνων ἀπειλεῖ τοῖς ἀξίοις: qui & ἀξιωμάτικοι, τυγχάνοντες τὰ πρῶτα: item axiomatici Wilh. Biblioth. in Hadr. II: *Eum præcedentibus axiomaticis & subsequente reliqua turba in urbem redire patriarchiumq. subire conspexerant*: qua voce puriores Græci augusta forma spectabiles adpellant.

Pag. 150. *insuper*: sed quod Plinium etiam fecisse notamus qui l. 23. c. 1. *rhevmatismum cicatricum* adpellat quod Diosc. l. 4. c. 156. ἕλκα ῥευματιζόμενα dixerat.

Pag. 154. Καππαδόκης: Procopio qui eum graphicè depingit l. 1. Persl. Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης τῆς αὐλῆς ἔπαρχος.

Pag 156. *ejor.* Servius in 6. Æn. è Seneca Philas exponit amicas, quòd illic est placata ab Ægyptiis Isis, quibus irascebatur quod membra Osiridis mariti non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. Est igitur nomen Filarum multò vetustius. Dicemus autem id tempore

Pag. 163. *eum modò nominatu censetur ;* cujus compositionem diachartu, ad carnem putrem continendam exedendamque tradit Celsus l. 5. c. 22. quique idem est

Pag. 164. *ceperant : de Amphipoli ejus patriâ sat testium dedimus.* Ista de Megapoli ex Æliano sic allegat Cl. Vossius l. 1. de hist. Gr. c. 15. Ipsa verò Æliani editio, à J. Vultejo curata, expressè Amphipolitanum vocat Zoilum. Non igitur suspicemur de Æliano ignorasse patriam Homeromastigis, quam veteres annotaverant. Vossium vel vitiatum exemplar vel lema aliqua decepit.

Ibid. *ru esse*, cujus inventum lysiponion medicamentum ad dolores oculorum recitat Galenus l. 4. de comp. med. f. loca c. 7.

Pag. 165. *fuisse fatetur.* Imò verba ejus è lib. 8. c. ult. de exhalationibus sulphuratis & aluminosis per intervenia fistulosa terræ ad puteorum fossionem pervenientibus & necantibus putearios, sine autoris mentione in cap. 3. libri 31. transtulit.

Pag. 175. *dia templo. Bedas,* Byzantius Vitruvio præfat. l. 3.

Pag. 182. *firmos,* & Cent. 5. curat. 6.

Ib. *viis,* & l. de lepra.

Pag. 184. *redactum in rotundas ampliores quas magdalidas dicunt.* Autor l. de dynamidiis c. 338: quando autem commistum fuerit compositis magdaliunculis conde, & c. 275: tractum ad omnem plagam; fac magdalionem.

Pag. 165. *dentium abigere tradunt & mederi infantium tussibus l. d. c. 15.* Marcellus Empiricus cap. 2: Fimus corvi lanula obvolutus denti cavo infulcitur minutatim ac sine dolore eum discutiet.

Ibidem *l. 29. c. 6. qua Valerianus h. l. exscripsit.* Herinacei terrestris usti cinis pice liquida exceptus alopecias sanat Aet. t. 1. f. 2. c. 172: Kyranides: caput echini combustum & cum melle inunctum alopeciam spissat.

Pag. 192.

Pag. 192. *de ulteribus cap. 4.* Latino-Barbari ſpatumilia vocant: eorumque varias figuras videre eſt in Chirurgia Albucaſis ex interpretatione Ger. Carmonenſis. Vetus interpres Oribaſii lib. de loc. adf. cur. c. 21: ſpatumelle mittentes in oleo ut coloretur de ſucco ejus; & c. 29: palpebras inverſas frica cum ſpatomelle calido; quod Raſarius ſpecilli cuſpidem reddidit.

Pag. 193. *cari putavit, & hac ignorantia hoc pro illo uſurpavit.* Eſt tamen commune Latino-barbaris filicem dicere pro aſtula ſeu fiſtuca; Vetus int. Orib. l. 1. ſynopſ. de cataplaſmate è fermento; *diſpergit quæ congregata ſunt & ſpinas & cannas vel filicem extrahit.*

Pag. 195. *& ſequaces horum Latino-barbaros extat.* Kyranides p. 71: eos qui venenoſas potiones biberunt, efficaciter ſalvat. Pag. 89: eadem die ſalvabitur. Pag. 126: ſalvat bibentem ab omni veneno ſanguis anatis bibitus.

Ib. *ῥωστικὸν* adpellat: Heſych. *ῥωστικὸν, ὁρμητικὸν· & ῥῶσαι, εἰς ἀλκὴν παρορμῆσαι.*

Pag. 197. *quit, cum gula ſua areſactus in fumo, dein tuſus ex melle quotidiano ecligmate.* Rabanus Maurus in gloſſ. Latino-b. Gurgulio, quercu, chela (quod Germanicum feele eſt) à gutture nomen traxit cujus meatus ad os & nares contenditur. Gariop. l. 1. cap. 23: Bronchus & ejus ſumma pars quam gurgulionem dicimus: Vocarunt etiam gargalam: Vetus int. Orib. *Ad eos qui in arteria aſpera quæ dicitur gargala ulcus habuerint.*

Pag. 199. *δεξιῶς.* Strophos eſt levis ventris tantummodò dolor, Theod. Priſc. l. 2. c. 9: Gariop. l. 3. c. 28: & ſtrophici, torminoſi.

Pag. 200. *ſcuros extra hanc memoriam, quos peculiariter citet;* primum & tertium à Galeno l. 7. de comp. med. ſec. gen. ſuggeſtos.

Pag. 201. *tribuerat;* eumque ſecutus Malchus in vita Pythagoræ.

Pag. 202. *palam eſt.* Jamblichus decidit quæſtionem lib. de vitâ Pythagoræ, & Pythagoram filium Eratoclis, philoſophi *ὁμωνύμου* ſectatorem *φιλογυμναστοῦντα καὶ σωματασκοῦντα ἀλειπτικὰ συγγράμματα* compoſuiſſe ait *καὶ τὴν ἀντὶ ἰσχάδων τοῖς πότε ἀθληταῖς κρεώδους τροφῆς διάταξιν, οὐ καλῶς εἰς Πυθαγόραν τοῦ Μνημάρχου τούτων ἀναφερομένων* idq; ſeqvuntur Rittersh. not. ad Malchum & Meurſ. notis ad Ariſtoxeni harmon. elem. p. 151. Svidas hac de re capiendus eſt

dus est in *ἰσχάς*: *ἐπειδὴ πρὶν ἢ δοθεῖναι τὴν κρεωφαγίαν τοῖς ἀθηναίοις, ἐχρῶντο τῇ ἰσχάδι*: Sed emendandus priùs, *τοῖς ἀθληταῖς*. Iis qui studia hæc contemnunt, leve videri potest, ita Svidam emendasse; scil. postquam de athletarum è caricis victû tot testimoniis edocti sunt; credo autem plerosque antequam de isto monerentur Svidam corruptum securè secuturos, & immane falsum de Atheniensibus imbibituros fuisse.

Pag. 205. Memoria lapsus sum cum Ambrosium adpello negotiatorem istum Romanum; fuit enim, ut è Junio 4. anim. c. 8. didici Augustinus Chiesius, Leone X. sedente civis & trapezita Romæ.

Pag. 224. *Lucio Commodo etiam* Severôque, ut adparet è cap. 26. lib. 1. de antidotis.

Pag. 225. *λόσοφον*, è Svida Arignoten *μαθήτριαν Πυθαγόρου καὶ Θεανοῦς Σαμίαν φιλόσοφον Πυθαγορικήν*.

Pag. 241. *quàm emacem oportet esse, sublectum est.* Hac tamen conjectura carere posset, qui glossarium exponeret de Angariani interpretamento, ut sit Angarianus, qui agrum locat ut angariam accipiat; paucæ saltem literæ *Avia* exterendæ tum erunt, & syllaba restans præcedenti voculæ annectenda.

Ibid. *gillo è Græco γύαλον*: hoc ex Ebræo גלה gyllah, i. e. phiala.

Pag. 242. c. 1: t. 2. seu Logico c. 31: Gariop. l. de sintom. c. 12: l. de dynam. c. 199.

Pag. 243. *usus est* & gutturo apud Scal. Ex. 60. f. 2: morbus gutturatio; aliàs gulæ bocium.

Pag. 269: *ostentatione aliqua Latinù Græcùve expreßisse observemus*: ita Arnulphus Marchio Chambensis & Vochburgensis l. 1. de S. Emmeramo fluvium Regen/ qui juxtà Ratisponam Danubio miscetur, Imbrem nominavit, & urbem ipsam Hiatospolim *ἀπὸ ὕδωρ*, i. e. pluvia.

Pag. 271. *ignorantia hodiè tenemur.* Quantum ad Bolethàm seu Polidem, quam à Botfelda aliam esse rectè suspicati sumus, aliquid tandem investigando cepisse videmur, quod liberaliter communicabimus. In Eichsfeldiæ regiunculæ extremis Orientalibus quæ Stolbergensem Comitatum ad Ilfeldam & Walckenrietam contingunt,

Digitized by Google

cingunt, tres fluvioli Marca Poela & Runa scaturiunt & recto cursu versus Orientem delati in agro Eimbecensi decurso Principatus Grubenhagici territorio confluunt: horum medii ripis vicus cognominis insidet & paucis a fontibus stadiis cœnobium hodièque Polede: hoc ipsissimam Lamberti Boletham esse putamus.

Pag 283. *stabilienda omnibus modis laboremus; & fortasse non erimus frustrà.* Vera prædixeramus; superavit enim etiam hanc difficultatem labor improbus. Καυδὼ, Caudos, insula est maris Cretici, contrà Hierapytnam Plin. l. 4. c. 12. Eadem & Gaudos & κατ' ἀντιστοιχίαν Gaulos, & de sententia nonnullorum κατὰ παρέμπτωσιν Clauda, quam brevissimo trajectu à Melita Africi maris locant: Barthol. Anglicus l. 15. de propriet. rerum cap. 39. Caudam inter Syriam & Italiam juxtà Cretam & Sardiniam. Ea maximos onagros quondam producebat; Svidas: Καυδὼ, νῆσος πλησίον Κρήτης; ἔνθα μέγιστοι ὄναγροι γίνονται. Γαυδαρεις igitur vel Γαυδάριος χλεύη plebis Constantinopolitanæ, quasi Γαυδόθεν, è Gaudo inde allatus asinus; quemadmodum Ἀντρώνιοι Antronibus urbe Thessaliæ ubi etiam magnitudine & tarditate notabiles asini generarentur nati altique eodem convitio dicebantur quos aurium enorme deridiculos & & de animi vitiositate (est enim nota loquacitatis & stultitiæ Plin. l. 11. c. 52) suspectos reddebat.

Pag. 285. *ἱερῷ σκευῶν*: i. e. cum jam in armarium seu uti Justin. Nov. 59. c. 7. adpellat venerabile vasorum custodiarium

Pag. 293. *plurima, competebat.* Græca Galeni l. 2. de arte ad Glauc. hæc sunt: ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παμπολλοὶ διὰ τὴν δίαιταν ἐλεφαντιῶσιν· ἀθήραν γὰρ ἐσθίουσι καὶ φακὴν καὶ ταρίχη πολλά: è quibus quid apud Gariopontum pro voce *materiam* legere oporteat evadit manifestissimum. Veterum interpretum hoc solenne fuit vocabula insitatiora Græca & quæ interpretari nescirent Latinis solùm literis exprimere & cum Latinis quasi & ipsa talia essent ponere: idem fecerunt etiam Arabes; unde tot Græcis detortis ad Arabum flexiones eorum lingua locupletata est. Gariopontus igitur ἀθήραν à Galeno nominatam deficiente vocabulo Latino commodo *ateram* dixit; è quo per correctores sciolos exiit *materiam*. Ἀθήρα autem & ἀθάρα est farina elixata, h. e. pulticula è farina farris, zeæ, tritici,

 milii,

Digitized by Google

milii,amyli ad conſiſtentiam mollem cocta: Dioſc. l. 2. c. 114: Paulus l. 7. Polluci l. 6. c. 9. *ἀθήρα, ἔτνος ἐκ πυρῶ*, puls fritilla, è fricta tritici farina, & vox ipſa uſu demùm Latina facta.

Ib. *nibus quippe frigidis quidquam opitulari eas. ut J. B. Egnatius* & Baiulius, quem propterea reprehendit Scal. in l. 1. de plantis,

Pag. 294. *ciarent, habuerant.* Hinc Plinius l. 28. c. 6: Augurium ex homine ipſo eſt non timendi mortem in ægritudine, quamdiu oculorum pupillæ imaginem reddunt: &

Pag. 295. *conſpexiſſe nugati ſunt* & perſuaſi firmiter poſſe nonnullos ſingulariter adflatos conſideratis quorumvis obviorum oculis de genere mortis non ſuæ cuique vaticinari, quod de Salluſtio quodam Philoſopho Cyniſſante refert Damaſcius in vita Iſidori apud Phot. Cod. 242.

Pag. 311. *vel ſui corporis eſſonio.* Eſſonium autem legale ſeu legitimum eſt triplex: aut enim fit per infirmitatem lecti, aut per ſervitium Domini regis, aut per tranſitum ad nundinas: Attachiamenta ſeu leges Baronum in Scotia c. 57. §. 5.

Pag. 312. *guam volumina numero ignoto.* Fulgent. l. 1. mythol. Aut comœdico phaſmate delectabam, aut tragica pietate mulcebam.

Pag. 314. *ger argenta hyperpera in marcas argenti reſolvere voluerit.* Eſt a. nomen ἀπὸ πυῤῥοῦ: πυῤῥὸν a. Græcis, uti Latinis flavum, & rubrū aurum ſignificat; *Flavi* apud *Mart.* de Cæſareis ſolidis aureis; unde in argento non fuiſſe hyperpyra, quod Scaliger perſuadere voluit, elicitur. Quis primus ſit inventor ejus numi non magis inv.

Pag. 319. *genere extat.* Interpres Svidæ, quem hic notamus veluti obſcurum, Hier. Wolfius eſt. Portus autem qui urbem principatum inter Illyricas obtinentem exponit, paulò clariùs eloquitur. Sed reſtat etiamnum in gloſſa ipſa offendiculum quod poſtquam Græca Svidæ adquiſivimus removere poſſe arbitramur. Σίρ, ait, *μεγάλη πόλις καὶ πολυάνθρωπος, κὶ πρωτεύουσα τῶ Ἰλλυρίων ἔθνους.* Hinc intelligimus unam gloſſæ interpretationem eſſe in verbis Svidæ; non duplicem, uti putabamus, nim. de opido quodam copioſo apud Illyrios; ejus verò nomen duabus ſyllabis truncarunt deſcriptores; fuit enim ſcriptura vetus & ab autore Σίρμιον: *Sirmium* quam Pannoniæ, modò Illyrico, provinciis finitimis annume-

merant, ortu aliquot Imperatorum Probi Valentiniani & Gratiani nobilitatam. Vopiscus de Probo: *Ipse Almam montem in Illyrico juxtà Sirmium, militari manu fossum, lecta vite consevit.* Acta Concilii Aquileiensis: *Caput Illyrici non nisi civitas est Sirmiensis.* Hoc verò voluisse Svidam ex ipso literarum ordine quo disposita sunt vocabula eruimus: præcedit Σίρις: sequitur Σιρμάτης: medio inter hæc loco rectissimè consistet Σίρμιον.

Pag. 321, *Vitruv. l. 10. c. 18. memorat.* Ex isto Germanico Galli fecêre sua *trabucheta*, & Hispani, *trabuco*, quod interpretantur ipsorum Lexici, instrument ancien à jetter pierres engin de batterie. Gallorum vocem trabucheta ulteriore variatione interpolarunt Græculi recentiores & τριμπουτζέτα adpellarunt istud à Germanis inventum & denominatum machinæ genus: solent enim τὸ b in vocabulis linguæ latinæ Italicæque in μπ resolvere; unde *bajulus* ipsis est μπάϊουλος: *bastardus* μπάσταρδος; *busones* μπούφονες.

Pag. 155. *pollophanium dictum*, & diasmyrnion similiter ita dictum, ad præcordiorum tensiones, l. 7. de comp. med. s. g. c. 4. & malagma ad laterum dolores apud Celsum l. 5. c. 18.

Pag. 346. *ut Rhetorica præcepta tradidisset.* Patriam ejus Athen. l. 13. indicat, Λικύμνιον τὸν Χῖον adpellans,

Ibid. *e Svida in* λιγνὺς & Macrob. l. 1. Sat. c. 18.

Pag. 350. *est ad quem* Trallianus l. 11. c. ult. &

Pag. 357. Ὀφέλλας, quod est apud Apollodorum Carystium in ἱέρεια teste Athen. l. 6. unius Cyrenarum dynastæ ab Agathocle Siciliæ rege interfecti apud Svidam in Δημήτριος & Ὀφέλλας:

Pag. 371. Plut. conv. sept. Sap. & l. de Pythiæ orac. Κορινθία Εὔμητις, dicta πατρόθεν Κλεοβουλίνη;

Pag. 380. *Alciphron autor epistolarum amatoriarum* & piscatoriarum, quas cum aliis ejusdem argumenti à Jac. Cujacio collectas & Latinitate donatas, è bibliotheca Pithæi Colon. Allobrogum a. 1606. edidit Pyrrhus Caldoræus.

Pag. 389. Svidam in γλάμων & ἰατρός,

Pag. 396. *vulnerumq; immittitur.* Stock. empir. l. 1. c. 17: fluellus è pilis leporis in albumine ovi intinctus & in pulveribus restrictivis circumvolutus stringit sanguinem è venis & arteriis fluentem subitò.

Pag. 304. *datur.* Sic enim voce borſellæ utitur vetus interpres Oribaſii l. 4. de loc. adf. cur. c. 31: *quæ autem infixa ſunt oculis cum borſella levabis & cum lacte mulieris lavabis*: quæ Joh. Bapt. Raſarius ita vertit; *quæ verò fixa inhærent & oculum lædunt vulſella auferenda ſunt*: & c. 20: ad pilos adulteros in palpebris ſeu inverſos & oculum lædentes: *pilos adulteros in palpebris naſcentes cum borſella tollunt.* Ut tenebroſus iſte locus plenius colluſtretur, addenda judicavimus iſta; Evulſo pilo tantum de iſto medicamento imponere jubet quantum porus ſeu veſtigium ejus capere poſſe videbitur; hoc enim eſt, quod dicit, *in ipſo tantum punctum impones cum melle de medicamine ſupradicto.* Si liquidum id medicamentum eſſet, imperaret guttam ejus inſtillare; ſed quia ſolidum eſt & ſiccum, vult ut tantillum, puncti quantitate, pro pori ſcil. modulo, indatur. At quid eſt *cum melle?* Indicat inſtrumentum quo cum medicamentum adplicandum; nim. *impones cum mele*, μήλῃ, mela, ſpecillo capitato: hunc uſum melarum docet iſta gloſſa Silvat. 648. *ſpatomelle eſt inſtrumentum cyrurgicorum quo immittuntur medicinæ in vulneribus & oculis; raſpatorium ſecundum alios ſpatomelis, ſpatumilo.* Ita nihil eſt præterea quod lectorem Plini circa iſtam ῥῆσιν hæſitare faciat.

Pag. 405. *dat) referente Balæo catal. ſcript. Brit. cent. 3. n. 63.* niſi quod nunc videtur probabilius, per verſus Ægidii opuſcula duo metrica, verſu hexametro, unum de urinis, alterum de pulſibus, à magiſtro quodam Egidio Salernitanæ ut videtur, ſcholæ doctore, quia Mompelienſis Academiæ medicos veluti contrariæ ſectæ apertè ſugillat conſcripta, intelligenda ſunt; Ea quondam in precio fuêre adeò ut omnis de urinarum judicio & de pulſibus omnium ſubtiliſſima doctrina inde peteretur, & publicè in ſcholis ſepoſito Galeno prælegerentur & explicarentur, unde hodieq; cum commento Gentilis de Fulgineo extant Venetiis a. 1494. & Baſil. a. 1529. excuſa.

Pag. 406. *fiſtulas non tantum ἀμφιτρήτους &*

Pag. 407. *bus pro cicadis*, interpres Latinus P. Æginetæ A. Torinus l. 7. c. 11.

Pag. 411. *rint;* niſi concedatur eos, ut conjicimus, formaſſe *τὸ ſuſanum* è *τῷ ſuſum*: quod ἀρχαϊσμῷ fuga concurſus literæ r cum ſ dicebant

cebant pro *ſurſum*, quod eſt *ſuverſum*, ut *proſum* pro *prorſum* vel *pr o-verſum* à vetere voce *ſus* quæ motum cœlum verſus ſignificaret. Græcis ἄνω, ὕπερθεν, ὑπεράνωθεν: quæque in compoſitis adhuc reſtat, *ſuſcito, ſuſpicio, ſuſpendo, ſuſtineo, ſuſtollo*. De re ipſa autem ſic habendum eſt:

Pag. 412. ἤλιξ ςρ.., Ρωμαῖοι γῦπα: & Valer. Cordus ad eum locum. Barth. Anglicus l. 7. de propr. rer. c. 78: *Gutta ad modum galbani eſt cujusdam herbæ vel arboris lacrima, quæ alio nomine armoniacum adpellabatur.*

Pag. *Creſoll. Vac. autumn. l. 2. c. 7. ſ. 12.* Imò non tantùm conſuebantur his talibus ora, ſed movere, ne in hoc quidem ut loquerentur, licere domini permittebant: *Macrob. l. 1. Saturn. c. 11.*

Pag. 427. *ſtimonium*; & ſchol. Ariſtoph. Equit. ad vocem κυνοκοπήσω de canis marini cute, quam dicit eſſe aſperrimam, in hos uſus adſumta.

Pag. 437. *ta fuerit*. Pollux l. 6. c. 50: ἐπίκλησις, ὄνομα, κλῆσις, προσηγορία.

Pag. 461. *reſiſtere ſcribit Plinius* l. 8. c. 48.

Pag. 467. *lant Coſtinum*, & Arabes Coſtam; ita enim interpres Rhaſis Ferragius Judæus ſemper vocant Conſtantinum.

Pag. 475. *ſuppeditabit* & uberius Wower. c. 12. de Polym.

Pag. 477. *men excidit. Eſt autem autor Plato* l. 9. de legibus.

Pag. 478. *alios Politicos*, alios Mathematicos, vocatos:

Pag. 486. παρὰ λευκῶν ςιγμῶν: & hinc à Simonide in epigrammate de Lycade cane Theſſala, quod eſt apud Pollucem lib. 5. c. 5. *marmoreus tumulus* λευκόςικτος τύμβος, epitheto marmoris in nomē ejus mutato vel voce adjectiva ſubſtantificata; nihili n. eſt quod in editione Grynæi & fragm. Poët. lyric. H. Stephani legitur λευκοςατῶ.

Pag. 489. *fratriq; ejus notho Petro Karloto opus ſuum*, cum annum quinquageſimum quintum ætatis ageret canô jam vertice, ut loquitur ipſe l. 3.

Pag. 493. *ma: ea hodieq; in tenuiorum amictus adſumitur.* Utebantur olim pharmacarii ad cribellandos ſpecierum pulveres. Interpres Rhaſis Contin. lib. 11. cap. 5: *Tere cordumeni cribellando ipſum*

cum cindeto pistum in pulvere. Ib. *cribellando per cindetum spissum.*

Pag. 494. *Queno,* qui alias Cueno, Cuono, Cuno, nomine Germanicis Gallicisque historiis noto.

Pag. 495. *veternis.* Imitator hîc est *Aur. Prudentii*, qui *veterna silentia* dixit *hymno in omnes horas*, de eo qui à natalibus mutus fuerat;

Lingua fatur, quam veterna
vinxerant silentia.

Veterna, i. e. diuturna, & quæ cum ipso nato inceperant.

Pag. 496. na & solis Flandris Zelandis & Hollandis

Pag. 512. *stericam pnicam*, ὑστερικὴν πνῖγα: eandemque sic expressit Casp. Wolfius harmon. Gynæc. Parte post. c. 7.

Pag 514. *τικαῖς & Zonæi*, cujus ἐρωτικὰς & ἀγροικικὰς laudat Svidas; sed extat ad eum epistola Æneæ Gazæi, cum inscriptione Ζωναίῳ σοφιστῇ: inde qua ætate vixerit colligi potest.

Pag. 516. *lumus.* Theod. Prisc. l. 2. c. 23: terebinthina munda in modum unius olivæ jejunis quam maximè danda erit; similiter & contra noctem.

Pag. 518. c. 24: Cœl. Aurel. l. 1. c. 4. & l. 5. c. 11.

Ibid. *dentium:* nivis glebulæ quàmplurimæ devoratæ ad hirudinem potam excutiendam apud Scrib. Largum c. 67: styracis glebulæ instar ciceris, apud Montuum Pract. P. 1. l. 1. f. 6. c. ult.

Pag. 520 *Chia reponendum* qua utitur l. 3. c. 5.

Ibid. *& Aëtum: recentiores gravis novem.* Cœlius l. 3. chron. c. ult. euphorbium vel mulso commixtum vel ovis sorbilibus aspersum exhibet ad prohibendum ne corpora rursum repleantur.

Ib. *nant salutis officia. Lege, ut intelligas,* fructibus, vel fruticibus, ut est in edit. Argent.

Pag. 523. *solvunt.* Tolerari tamen posse *ætatis* editio Argent. me submonet, itemque Lugdunensis & Basiliensis Garioponti, qui caput istud Theodori de diaphoreticis integrum in suum de febribus librum loco 24. transtulit. Vapor igitur ætatis calidior adolescentiam significat & viriles annos, quos c. 16. ætatem calidiorem, & cap. 25. medias ætates adhuc calidas adpellat; Cœl. l. 2. tard. c. 12: *ætates mediæ*, i. e. *adolescentes, & pueri, quorum calidum cum moderato humido forte ac vegetum.*

Pag. 524.

Pag. 524. *internum potabile converteret.* Quod ſi verò pro externo medicamento ad ſtomachum ſanguinantem capias gypſum cum poſca, uti Gariop. l. 2. c. 2. ventri poſcâ ſolutionis acaciæ perunctô ſuperſpargit *pulverem turis, terræ Lemniæ, coralli, aloës, electri*, non opus eſt iſta trajectione, ſed omnia rectè habere intelliguntur.

Pag. 526. *melancholicis* ex Argentinenſi editione, vel ejus exemplari, quô capita iſta legebãtur, & hodièq; extant integra ſupplere

Pag. 529: c. 89, 222, 121, 167: condiſum: au

Pag. 530. *ſuperflua comedat*: l. 5. c. 30: adjutoria quæ faciant morſum & comedant cutem, ut eſt acetum.

Pag. 531. *loſi amuli & oſtentatores putidi.* Interpres Nicolai Alexandrini vetus Nicolaus de Rhegio Calaber in antidotario cap. 77. & 128. *pulverem ſpecierum ſubtiliſſimè tricoſcinatum.*

Pag. 534. obſervarent, Cœl. l. 2. c. 13. inprimis verò Methodici, quorum ſectæ autor Themiſon, completor Theſſalus; Gal. Iſag. c. 2. & 3: l. de ſectis & l. de opt. ſecta.

Pag. 535. *de pulmone fugiat.* Videntur autem deſumſiſſe à Græcis qui κούφας σικύας vocant: Cœl. l. 1. c. 4: erunt cucurbitæ leves adponendæ quas ſicyas adpellant: l. 5. c. 6: cucurbitæ adpoſitio levis quam Græci cuphen adpellant.

Pag. 545. *bari, è Celſo tamen* l. 6. c. 11: Colum. l. 9. c. 13. & Palladio l. 4. c. 15.

Ibid: *runt, ruſeritru: ruſeritro, ruſeritrias, ut eſt apud Silvat. cap. 609.* è Græco ῥοῦς, ὁ καὶ ἐρυθρὸς, corrupta adpellatione.

Pag. 546. *decumbenti* lotii &

Pag. 547. *ἀπὸ τοῦ μολύνειν, quod eſt conſpurcare*: Aet. t. 3. ſ. 4. c. 42. ἕψε ἕως ἀμολύντου.

Pag. 548. *nec laxam nimis hinc diſcimus reſtringere.* Cogitare tamen velim eruditos an de myrrha πεδιασίμῳ, quam nominat Dioſcor. l. 1. c. 78. aliquid ſubſit; certè ea myrrhæ pinguis ſpecies membris reſolutis non inefficaciter adhiberi judicatur.

Pag. 551: *ſplenis deprimat: Archigenes apud Aet. tetr. 3. ſ. 2. c. 11.* Non eram lectionem editam ſollicitaturus quod hiſce ſcriptoribus etiam quendam lapidem militarem dictum fuiſſe ſcirem; ita enim Silvat. c. 452: *Lapis militaris, i. e. lapis piritis*: puto autem eum eſſe

quo

quo in castris plurimum uterentur, scintillas si clavo vel altero lapide percutiatur edentem, quæ exceptæ sulphuratis, fungis, aridis foliis vel alia quadam esca ignem dicto citius præbent, Plin. l. 36. c. 19. è Pyritarum, quos vivos vocant, genere; sed quia jam ante pyritem nominasset, militarem, qui & ipse pyrites, etiam nominare voluisse, non videbatur verosimile. Et quia pyritarum plura genera enumerantur, interque eos etiam molares; nescimus autem quodnam per pyriten significarit Gariopontus, etiam quænam lectio præferenda sit dubitamus. Si pyriten de molari dixit, est autem molaris pyrites, quoniam plurimus ignis illi; edita lectio sana erit; sin de militari, vel de altero æroso pyrite qui & marcasita, molarem ultimo nominasse tenebimus. Ita in medium protulimus, quicquid de hoc edoctum nobis comprehensumq; est.

Pag. 559. *habeamus nunc διὰ στόματος*. At nacti sumus interea Camerariana ista, quorum hæc ratio est: In dedicatoria Græca ad Jacobum Milichium Mathemat. & Medicum Witteberg. ostendit antiquitatem & dignitatem Astronomiæ & quidem istius è positione luminarium & planetarum cursuque per XII. Zodiaci signa judiciariæ, contra reprehensores, in quibus & Joh. Franciscum Picum esse dicit, obliquè ejus contra prænotiones Astrologicas scriptos IX. libros perstringens; tum è codice manuscr. Græco reperto inter reliquias librorum Johan. de Regio monte producit 1. Κύκλον Ἡλιακὸν, è Ptolomæi traditione: 2. Διάγνωσιν τῆς Ἡλιακῆς σφαίρας τῶν ιβ εἰδώλων, ὅπως ἐν ἑκάστῳ μηνὶ ἀκριβῶς χρὴ διαιτᾶσθαι. 3. ex apotelesmaticis Hephæstionis Thebani & aliorum veterum περὶ τῆς τῶν δωδεκατημορίων ὀνομασίας καὶ δυνάμεως. 4. Ὅσα οἱ πλανώμενοι ἀστέρες ἐν ἑκάστῳ τῶν ζωδίων σημαίνουσι. 5. Ἡ Σελήνη τί δηλοῖ ἐφ᾽ ἑνὶ ἑκάστῳ ζωδίῳ τὴν πάροδον ποιουμένη. 6. Ἑρμοῦ τοῦ τρισμεγίστου ἰατρομαθηματικὰ πρὸς Ἄμμωνα Αἰγύπτιον. Horum præterquam primi & ultimi versionem Latinam elaboravit Camerarius & nuncupavit Andreæ Perlachio Astrologo: iisq; Latinis suis undecunque acceptum (non enim expressit) Vestii Valentis Antiochéi ex primo libro Floridorũ de natura VII. Planetarum & effectionum ratione Latinum ἀποσπασμάτιον triũ chartarum annexuit. Camerarii igitur non esse scimus; sed nescimus

ſcimus tamen cujus ſit; niſi Julio Firmico Materno Siculo, Mathematico Genethliaco, cujus Aſtronomicôn libros VIII. Aldi beneficio habemus, tribuere liceat; quod non ſine ratione nobis ita videri cognoſcet qui ad Firmicum iſtud fragmentum contulerit. Ex eodem Vettii Valentis opere particulam de ratione annorum climactericorum περὶ κλιμακτήρων ἑβδομαδικῆς καὶ ἐννεαδικῆς ἀγωγῆς inſcriptam, quam doctrinam traditam à Petoſiri & Necepſo regibus Ægyptiis laudat *Herm. Barbarus Caſtigat. ad Plin. l. 7. c. 49.* & ex libro ejus tertio de climacteribus non tantum horarum dierum & menſium ſed & partium, quas κλήρους vocant Aſtrologi, nonnulla adducit. De inſcriptione verò librorum iſtorum, *Antilogias* prænotatos fuiſſe, fallitur: Valens enim Ἀνθολογίας nuncupaverat, interpres FLORIDA. Hermetis autem Jatromathematica Joh. Stadius Profeſſor Mathematum primùm Lovanii tum Lutetiæ P. Ramo ſucceſſor datus Latinitate donavit.

Pag. 568. *Lesbium dilectum à Sappho.* Alabaſtro pleno unguenti quod formam conciliaret à Venere ipſi donato χάριτας ejus adſcribunt Palæphatus Ἀπίστοις, Ælian. l. 12. ποικ. Apoſtolius Cent. 20. Prov. 15. & Gvido Morillonus in argum. Epp. heroidum Ovidii.

Pag. 573. *nipulus:* ὅσον περιλαμβάνει τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ὁ θερίζων. Heſych. δράγματα, δέσμαι, καὶ ὅπερ ἡ χεὶρ δράξηται.

Pag. 576. *nium ſeu forulus reponendis commentariis forenſibus;* & vas æreum in quod teſtimonia conjecta ſignabantur:

Pag. 590. & planè pro Perſiis, extrà Bononiam viſum; itemque alterum Geminiæ Matris ſacrorum

Pag. 597. Inſcriptionis Græcæ Neapol. quartum verſum typographus oſcitans omiſit; Is verò talis eſt: ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΣ ΛΑΤΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ.

Pag. 629. *tratur l. 3. c. 27. notare eſt:* Libro enim 5. c. 24. laurum ſemper & civicam ex quercû pro foribus regiæ adfixas fuiſſe rectè commentatur; oblivio quædam in tanta denſitate & copia facilè obrepere poteſt homini, ut nemo ſe eximium quendam eſſe putare debeat.

Pag. 630. a. 1473. *Juſta* dicebant antiqui, id eſt, ἐγγὺς, *junctim:* pro quo nos hodiè *juxtà:* Ita in veteribus membranis Catulli reperit

rit Scaliger & modernum istud errori librariorum & vitiosæ consuetudini adscribit:

Pag. 636. τῆς γαστρὸς ἐξῶν· uti betæ, bliti, atriplices, brassica, spinachia, malvæ, & oleracea reliqua ventriflua κοιλιολυτικὰ καὶ μαλακτικά.

Pag. 644. *Prisciani*. Fuisse quidē imperante Anastasio a. post natum Chr 512. Consulem Rom. Muscianum quendam è Cassiodoro qui ei coætaneus, Marcellino Com. & Victore Tunnunensi notum est; unde videri poterat edita in Tralliano, qui circà ea tempora vixit, lectio defendi. Sed Consulem istum fuisse nomine Theodorum præterea & medicinæ adeò peritum ut de ea in medium aliquid comminisci potuerit, unde nam probabitur? Panvinius Flavium Muschianum vocat & Consulem in Oriente, collegam Pauli, qui Romæ, constituit; quod ipsum quoque non adeò convenit in hominem qui Latinè scripsisset. Theodorum autem Priscianum laudari à Tralliano Græco, nihil miremur; elaboravit enim sua etiam Græco stilo.

Pag. 665. linea duodecima scribendum fuit, *ut quodq; repertu esset facilius, disposita sunt.*

Pag. 667. *Albucasis chir. P. 3. c. 2.* quas nos assulas. Sed

Ἱκανὰ ἀπὸ πολλῶν καὶ παύω.

Cogitavi multa, tentavi aliqua, feci paucula,
promtior fortasse voto quàm ingeni virtutibus.
Nunc, quod est reliquum, videbunt ista quando qui legent
nunquid emendatione digna fortè existiment,
an putent vel supprimenda vel abolenda esse omnia.
Persium mî quæro vel severiorem Persio
judicem doctum; de Lælii non convertam manum.

INDEX

I.

INDEX scriptorum gentilium & horum scholiastarum, anonymorum plerorumq; qui in his libris allegantur, explicantur, illustrantur.

A.

ACHMES, Oneirocriticus, 49.
Ælianus, 68. 292. 328. 370. 374. 419. 421. 424. 425. 473. 630. 682. 693.
Agatharchides Cnidius, 19. 151.
Agathocles Babylonius, 451.
Alexander Aphrodisiens, 62. 585.
Alexis, 336.
Ammianus Marcellinus, 198. 250. 313. 426. 434.
Anacreon, 70.
Anaximenes, 678.
Androcydes, 345.
Antigonus Carystius, 132.
Antonini Itinerarium, 250. 259. 270. 611.
Apicius, 185. 186. 198. 244. 394. 407. 533. 628. 634. 635.
Apollodorus, 38. 169. 126. 326. 327. 340. 345. 346. 417. 458.
Apollodorus Carystius, 687.
Apolloni Argonaut. scriptoris scholiastes, 15. 333. Sophocleus nomine, 437.
Appianus Alex. 79. 85. 88. 127. 168. 466.
Apulejus, 155. 195. 293. 427. 514. 577.
Araros Comicus, 69.
Archetimus, 678.
Archippus Comicus, 69.
Aristophanes Comicus Athen. 18. 172. 295. 320. 392. Ejus scholiastes, 99. 139. 184. 340. 379. 383. 426. 432. 450. 689.
Aristoteles Stagirita, 17. 27. 60. 62. 64. 73. 106. 121. 132. 147. 160. 168. 173. 174. 291. 320. 346. 362. 378. 395. 398. 417. 428. 432. 464. 549. 555. 570. 571. 575. 582. 586. 598. 679. 680.
Asconius Pedianus 109. 420.
Athenæus, 15. 16. 17. 26. 59. 69. 97. 124. 125. 147. 149. 151. 159. 162. 163. 164. 165. 191. 288. 290. 294. 332. 333. 334. 344. 346. 361. 362. 363. 366. 370. 372. 377. 378. 379. 381. 382. 383. 384. 385. 408. 437. 441. 446. 450. 452. 458. 477. 478. 679. 680. 687.
Autor anonymus Ætnæ, 78. de castrametat. 315. 459. Etymologici, 163. 171. 320. de rebus bell. 313. Vitæ Pythagoræ, 478.

C.

CALLIMACHUS Batti Cyrenæus, 70. 336.
Jul. Capitolinus, 225. 293. 294.

Cato, 292. 299. 407.
Catullus, 70.
Charinus jamborum poëta, 151.
Charisius Grammaticus, 373. 374. 379.
Cicero, 68. 70. 88. 90. 91. 110. 194. 323. 324. 325. 334. 367. 373. 374. 379. 382. 383. 448. 449. 560. 593. 603. 632.
Jun. Columella, 127. 163. 187. 195. 196. 198. 244. 397. 418. 481. 540. 571. 573. 603. 644. 691.
Conon, 57. 327. 340. 470.
Cornel. Nepos, 378.

D.

Damon Cyrenæus, 678.
Damascius Damascenus philosophus Stoicus, 479. 638. 680. 686.
Demosthenes Orator, 79. 344. Ejus scholiastes Ulpianus, 425.
Dicæarchus, 678.
Didymus, 341.
Dinonis Persica, 191.
Diodorus Siculus, 19. 148. 157. 372. 374.
Diogenes Laertius, 3. 39. 58. 75. 127. 159. 171. 201. 225. 304. 324. 325. 328. 332. 333. 364. 370. 372. 378. 381. 384. 386.
Diomedes Grammaticus, 75. 240. 374. 439. 448. 458.
Dion Nicæus, 26. 66. 86. 88. 112. 127. 127. 145. 153. 292. 295. 340. 341. 342. 350. 370. 484. 591. 618. 629.
Dionysius Halicarnasseus, 89. 149. 328. 374. 479. 623. 624.
Dionysius Periegetes, 669.
Diphilus, 203.
Dosiadas, 78. 152. 398.

E.

Epicharmus, 17. 193.
Erotianus, 44.
Evax, 166. 570.
Eunapius Sardianus, 38. 345. 428. 429. 452.
Euphanes Comicus, 335.
Euripides, 143. 346. 373. 457. 468.
Eutropius, 332.

F.

Favorinus, 201.
Festus, 24. 125. 244. 373. 374. 629. 634. 681.
Florus Livi epitomator, 110. 424. 612.
Jul. Frontinus 440. 470.

G.

A. Gellius, 12. 17. 26. 39. 73. 100. 124. 125. 126. 127. 164. 171. 373. 374. 379. 382. 449. 475. 485. 593. 618.
Germanicus Cæsar, 481.
Gratius Poëta, 185.

H.

Val. Harpocration, 25. 39. 93. 99. 366. 367. 371. 378. 379. 383. 385.
Hecatæus, 484.
Hegesander Delphus, 441.
Helenius Acron comm. Horatii, 11. 28. 80.
Helladius, 32. 339. 340.
Hephæstion Thebanus, 692.

Hera-

Heraclides Ponticus, 364.
Hermes in Ἀρχαϊκῇ βίβλῳ, 7. *Ejus Physica* 8. Κυρανίς, 7. *Jatromathematica*, 693 694.
Hermesianax, 37.
Hermippus, 304. 328. 330. 372.
Herodianus. 338. 417. 474. 485.
Herodotus, 144. 169. 416. 417. 439. 440. 441. 442.
Hesiodus, 373. 440.
Himerius rhetor, 450. usq; ad 457.
Homerus, 60. 78. 135. 303. 320. 340. 439. 446. 452. 454. 477. 486. *Ejus scholiastes*, 64.
Homerus Sellius Gramm. 373.
Horatius Flaccus, 11. 12. 21. 27. 66. 78. 79. 80. 243. *Ejus comm. vetus* 79. 240. 632.
Hygini nomine scriptor, 101. 337. 340. 370. 372. 373. 374. 419. 458.

I.

JAmblichus junior Chalcidensis de vita Pythagoræ, 325. 434. 445. 485. 683.
Julianus, 10. 114. 152. 442.
Junius philargyrus, 109.
Justinus. 78. 110. 121. 369.
Juvenalis, 481. 631. 663. *Ejus scholiastes*, 193. 427.
Lactantius Placitus f. Planciades, 373.
Lampridius, 277. 295. 337. 345.
Livius Andronicus, 373.
Livius Patavinus, 89. 91. 118. 127. 139. 598. 612.
Lucanus, 232. 497.
Lucianus, 7. 100. 162. 223. 293. 296. 325. 392. 425. 446. 467. 514.
Lucilius, 70. 117. 579.
Lycophron, 16. 57. 78. 152.
Lynceus Samius, 191. 336.

M.

MAchon Comicus, 336.
Macrobius, 69. 374. 383. 511. 603. 671. 676. 689.
Malchus, qui & Porphyrius, 345. 378. 434. 683. *Sophista Byzantius, nisi Christianus est*, 284.
Val. Martialis, 26. 31. 114. 686.
Maximus Tyrius, 299.
Pomp. Mela, 107.
Melanippides Comicus, 345.
Memnon, 346.
Musæus, 568.

N.

NÆvius, 373.
Nicander Theriacis, 17. 458. *Ejus schol.* 163.
Nigidius Figulus, 473.
Nonius, 373. 374. 80. 124.
Nonnosus, 148.
Numenius Apaméus pythag. 449.

O.

OEnomaus Gadarensis, 287.
Olympius Nemesianus, 185.
Oppianus, 440. 487.
Orpheus, 487.
Ovidius, 11. 24. 340. 373. 409. 461. 571. 629.

P.

PAcuvius, 373.

Palæphatus, 287. 693.
Palladius Æmilianus de re rust, 199. 399. 418. 481. 672. 673. 691.
Papinius Statius, 537. 603. 631.
Paterculus, 127.
Pausanias, 99. 109. 138. 164. 169. 234. 329. 372. 441. 574.
Persius, 197.
Phanodemus, 126.
Philippus Hor-Apollinis hieroglyphicorum interpres, 148. 149. 568.
Philippus Mendeus, 287.
Philostratus, 154. 203. 429. 446. 452. 573. 584.
Phornutus, de Diis 201. 367. 637.
Pindarus, 433. Ejus schol. 101. 109. 171. 486.
Plato, 36. 37. 60. 432. 433. 442. 477. 680.
Plato Comicus, 82.
Plautus, 11. 24. 25. 69. 85. 288. 426.
Plinius natur. hist. 26. 46. 58. 60. 67. 70. 90. 97. 109. 115. 116. 118. 120. 121. 125. 132. 137. 147. 156. usq. ad 167. 182. usq. ad 195. 200. 203. 205. 206. 234. 242. 244. 290. 292. 293. 298. 303. 331. 332. 360. 362. 364. 375. 377. 389. 390. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 418. 419. 424. 427. 439. 440. 443. 444. 461. 481. 483. 488. 498. 511. 512. 522. 533. 534. 537. 540. 545. 547. 552. 554. 559. 565. 567. 568. 570. usq. ad 588. 591. 611. 626. 630. 635. 636. 651. 664. 666. 674. 675. 676. 679. 680. 682. 685. 685. 689. 692.
Plinius Nepos, 277. 338.
Plutarchus Chæronensis, 1. 10. 58. 16. 37. 57. 58. 60. 73. 79. 82. 88. 93. 95. 103. 115. 116. 120. 136. 148. 160. 203. 204. 250. 209. 246. 248. 261. 289. 290. 323. 330. 333. 344. 362. 363. 367. 368. 369. 371. 374. 378. 379. 380. 419. 420. 421. 422. 426. 427. 430. 440. 447. 457. 463. 514. 552. 557. 571. 579. 610. 631. 632. 641. 687.
Plut. de fluvi. & mont. 1. 2. 3. 4. 556. 5. 7. 5. 8. 458. 638.
Jul. Pollux, 17. 74. 75. 93. 99. 237. 373. 383. 432. 601. 612. 679. 680.
Polyænus, 79. 686. 690.
Polybius, 30. 288. 446.
Pomponius Sabinus, 240.
Porphyrion comment. Horatii, 28.
Porphyrius, 3. 93. 209. 228. 287. 331. 342. 345. 346. 449.
Pratinas Comicus, 81.
Priscianus Cæsar. Gram. 126. 374. 379. 383. 384.
Proclus, 126. 326. 429. 450. 470. 474.
Propertius, 78. 282.
Ptolem. geogr. 107. 114. 259. 267. 631.
Ptolemæus Hephæstio. 3. 611.
Ptolem. Mathemat. 692.

Q.

M. Fab. Quintilianus, 590. 616.

R.

Sext. Rufus. 332.
Rufus Avienus, 680.

Digitized by Google

Rutilius Lupus, 560.

S.

Sappho, 486.
Scylax, 44.
Seneca, 90. 105. 156. 182. 422. 604. 682.
Servius Honoratus, 109. 240. 241. 294. 409. 513. 662.
Sextus Empiricus, 60. 446. 581.
Simmias Rhodius, 452.
Symmachus, 509. 595. 596. 601. 625.
Socrates periegetes, 58. ἐν Θεσσαλικοῖς, 109.
Solinus, 121. 182. 291.
Sopater, 39. 327.
Sotades, 663.
Sophron, 57.
Spartianus, 337. 341.
Stephanus ethnicorum scriptor, 16. 38. 122. 162. 334. 336. 367. 422. 467.
Strabo Amasenus Geographus, 9. 13. 19. 25. 26. 79. 97. 102. 110. 115. 116. 156. 159. 161. 164. 182. 289. 290. 329. 334. 336. 369. 376. 389. 390. 409. 418. 419. 420. 557.
Svetonius, 67. 248. 290. 291. 292. 350. 371. 375. 379. 591. 618. 619. 630. 631. 640.

T.

Corn. Tacitus, 65. 355. 441. 559.
Telephanes, 437.
Theocritus, 61. 452. 536.
Theopompus, 160.
Thespis Athen. tragicus, 364.
Thucydides, 107. 463.
Timaeus Siculus, 160. 347.

V.

Valerius Maximus, 121.
Valer. Probus, 618.
Ter. Varro, 70. 97. 161. 163. 164. 172. 187. 244. 374. 379. 418. 419. 665.
Fl. Vegetius, 495. 506.
Vespa Poeta, 394.
Sex. Aur. Victor, 277.
Vindanius Anatolius Berytius, 352.
Virgilius Maro, 11. 78. 109. 241. 372.
Vitruvius, 118. 164. 165. 321. 329. 409. 441. 462. 485. 518. 682.
Fl. Vopiscus, 65. 145. 687.

X.

Xenophon, 139. 203.

Z.

Zenobius, 339.

INDEX

II.

INDEX scriptorum gentilium, de quibus in his libris differitur, quibus sua nomina, ætates, opera, lectiones, inscriptiones & argumenta restituuntur, & vel data opera vel obiter mendæ eximuntur.

A.

Achæi Eretriensis tragici Æthon, 125. 681.

Achilles Tati⁹ Eroticôn scriptor, 154.

Æliani Prænestini de patria Zoili dissensus, secundum Cl. Voßium, à Vitruvio, Plinio, reliquis, 164. *Ejus alia præter libros de animal. & variæ hist. opera*, 422. 514. 423. 424. 425.

Æschylo Atheniensi (est enim & Alexandrinus.) restitutæ fabularum inscriptiones, Ισοστάσιον *pro* ψυχοστασίᾳ, 124. 680. Ἀγαμέμνων *pro* Αμύμονι, 382: *Æthon vel Cercyôn Satyricus pro Leone*, 680.

Æthicus Cosmographus non magnæ rei, quis, qualis, excussus, emendatus, explicatus, 45. 46.

Afranius, Menandri plagiarius: Ejus fabula Abducta, vel Adducta, 384.

Agatharchides Cnidius scripsit epitomen τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων ἀνέμων, 38. 39. 6. *Epitomen Lydes Antimachi*, 37.

Aglaosthenes, 161.

Alciphron, scriptor epistolarum piscatoriarum & meretriciarum, 380. 514. 575.

Alexinus Eleus Dialecticus è scholâ Evclidæ, 372.

Alexis Ισοστασίῳ, 124. 6. ψυχοστασίᾳ, 16. *Pythagorizusa, vel Pythagoræ vita* 379.

Antimachus Colophonius Poeta, Homero prælatus: ejus Αυδη γῦσα, 37.

Antiphanes Æsculapio correctus, 207. *Ejus fabula* Γεργίθιος, 382.

Antiphon Rhamnusius, Atheniensis ἐν ἀληθείας δευτέρῳ, 128. *condidit* τέχνην ἀλυπίας, *& docuit Corinthi*, 43.

Antiphon Athen. somniorum conjector & de arte scripsit, 351.

Antonini Itinerarium, 119.

Antonius Diogenes Eroticûs, 514.

Apollodorus Bibliothecâ emendatus loco uno: libri ejus de deorum & heroum origine fuêre viginti: supersunt tres tantum: vivendo ad Cæsaris principatum usq; pervenit σύγχρονος *Castori, quem allegat*, 326.

Apol-

Digitized by Google

Apollonides, cogn. Hor-Apion, scripsit de religione & regibus Ægyptiorum, horum vanitate in sectandis disciplinis, magices studio, extructione Pyramidum & pecuniæ otiosa & stulta ostentatione, 114. item librum inscriptum Σεμῶρϑι, qui videtur idem cum libris Ἰμῶϑ Zosimi Chemicis, 380.
Apollonius Alexandr. autor mirabil. historiarum, 484.
Apollophanes philosophus Stoicus discipulus Aristonis, medicus in aula Antiochi nobilis vixit sub Ptol. II. & III: descripsit vitam praeceptoris, 334. 335.
Aratus Cilix Poeta, unus è Plejade, quando vixerit, 476.
Aretades, 331.
Aristenætus scriptor Eroticôn, 514.
Aristides Adrianensis rhetor, 171. 422. 423.
Aristocles Curiensis, 15. ejus libri de philosophia, 449. 508.
Aristomenis Comici fabulæ Βοηϑοὶ & Γόητες, 383.
Ariston Chius Stoicus, 334. Ejus erotica, 514.
Aristophanes Mallotes: Milesius, 163.
Aristoteles Stagirita corruptus in hist. de anim. ubi de Lygniis septicostibus, 74. 75. item ubi de spongiis circa Toronem trajectione vitiatus, 106. 107. suppletus ubi de lapide è sepulcro regis Argivorum Argi sumto, 109. 110. Ejus διδασκαλίαι quid, 475.
Aristoxeni Tarentini, Musici d. Praxidamantia, particula magni operis de vitis clarorum virorum, maximè Pythagoréorum, 39. alius ab Herophilio medico, qui multò junior, 484. 485.
Asius Samius Poeta vetus, 349.
Athenæus dipnosophista de κωνοφόντες ἑορτῇ explicatus, & illustratus copiosè, 56. 57. 58. 59. emendatus de Evphoro, 166. 167. in ῥήσει quadam Antiphanis: de Apollophane, 334. 335. de Philonide, 335. de Cerybione scurra & phagone, itemq; Phyromacho ejusdem farinæ, 336.
T. P. Attici Amalthéia seu Imagines doctorum virorum, 377.
Attilii Electra. 379.
Autor Anonymus historiæ philosophicæ, Galeno tributæ, non est Damascius, ut visū Gesnero, 430. Kuranidôn, seu libelli de naturali magia ex Arabico seu Persico Græci, & hinc Latini facti, 6. 7. 8. emend. & explic. 351. 389. 390. 511. 512. 523. 544. 545. 563. & deinceps usq; ad 588. 682. 683.

B.

Boli duo, unus Pythagoricus, alter Democritéus Mendesius, 122.

C.

CÆcilius Statii Comici Æschrio seu Æthon, 125. 681. Episatomus, 383.
Callicrates & Calliphanes Geographi, 161.
Callistratus Aristophanéus Grammaticus, 366. 475. ἐν τῷ περὶ ἄσπως: 438
Jul. Capitolinus de M. Ninnio Quadrato, 340. 341.
Carcinus Atheniensis tragicus, 371. 464. item Agrigentinus, 465. & Prætor Athen. ib.
Castor scriptor χρονικῶν ἀγνοημάτων, Cæsaris principatu. 327.
Censorinus, 485.
Chamæleon, cognomen Megaclidis Philos. Peripat. 333. 334.
Charax, 162.
Chares Mitylenæus, 162.
Charisio Prisco rhetori verum nomen; quando vixerit: quibus laudatus, 560.
Chryserôs nomenclator Imp. L. Veri: historicus, 117.
Ciceronis edita lectio defensa, 81. 323. 324. 325. 326. emendata de Cn. Carbone, 326. de Phædro, & Βίῳ ἑλλάδος, 377.
Claudius Julius scriptor Phœniciorum; alius ab Jola Bithyno herbario, 360. 361.
Clearchus Solensis: Epist. ejus amatoriæ, 514. explicatio Mathematice dictorum à Platone, 287.
Clidemus in Attide, 370.
Clinodemus, 371.
Clitodemus, ib.
Clitonymus scripsit Θρᾳκικά, non Τραγικά: Item Italica & Sybaritica. 2.
Columella emendatus de Dolo Mendesio 122.
Crates Mallotes Grammaticus, 161.
Cratini Comici fabula Πυτίνη, 378. χείρωνες, 384.

D.

DAmascius Stoicus philosophus, Imp. Justiniano ad Persas trãsiit; emendatus & explicatus pluries in vita Isidori, 430. 431. 432. 433. 434.
Damasus rhetor Trallianus, 336.
Demarati Τραγῳδούμενα, 3.
Democritus περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν, 125. περὶ ἱερῶν ἐν Μερόῃ γραμμάτων, 97. Ejus magia, 114.
Dicæarchi Βίος ἑλλάδος; & alia, 377.
Dino Persicorũ scriptor. 161. 162. 326.
Diodorus Syracusanus Geographus, 162.
Diogenes Laertius suppletus & explicatus, 34. edita ejus lectio de Pythagora περὶ κήλης adserta, 125. emendatus de Cyzicenis, 332. de Timocratis εὐφραντοῖς, 381. fœminæ opus suum dedicavit, 224. eam Arriam Platonis studiosam aulæ

aulæ Imp. Marci Anton. familiarem, ib.

Diogeniani Κέρας Ἀμαλθείας, 127.

Dion Caßius Nicæus emendatus de Erygro fluvio, 118. *de Juliano Servio*, 337. *de Cardiano & Maximo Quintiliis fratribus*, 377. *de Condiano Sexto*, 338. 339.

Dion Colophonius, 162.

Dionysius Persicorum scriptor, 325. 326.

Dionysius, autor κλίσεων, *Atheniensis vel Chalcidensis*, 208.

Dionysius periegetes dictus vulgò, Afer, Alexandriæ in Susianâ natus,

Diophanes Nicæensis Dionysii Uticensis librorum de agricultura Græcorum epitomator, 161.

Diyllus Atheniensis, 159. 160.

Domitius Callistratus ll. *de Heraclea*, 367.

Dorothei quamplures de diversis argumentis celebres, 162.

E.

Empedocles, de ejus Poesi philosophica, 72. 73.

Ennii fragmenta unita; explicatus: 69. *Euripidem imitatus est*, 374.

Ephorus Cumanus de inventione rerum, non Ephorus, 159. 166. 167.

Eudoxi periodi, 378.

Evmerus Theol. & historicus, 374.

Eunapius in historia Cæsarum, 14. *in vita Libanii*, 428. 429.

Euphanes Comicus, 335.

Euphronis Θεωροί, 471.

Eupolis in χρυσῷ γένει, 379.

F.

Pomp. Festus à Paulo interpolatus, 238.

Flori edita lectio retenta, 118.

H.

Val. Harpocration Lexico emaculatus, 127. 330. 331. *explicatus*, 39. 380.

Heliodorus, 514.

Heraclides Ponticus Philos. Platonicus: Ejus comm. de ætate Homeri & Hesiodi: redargutus à Megaclide Chamæleonte Peripatetico cive suo, 332. 333.

Herennius Philo Byblius, 347. 198.

Hermias Curiensis, 15.

Herodiani erotica, 514.

Hipponax de Φαρμακοῖς, 82. 83.

Hippys Rheginus Chronicorum scriptor, 339.

Hyginus excussus, quis, qualis & restitutus, 372. 373. 374. 375. 480. 481. 633. 634.

I.

Iamblichus Syrus autor dramatis amatorii de Rhodane & Sinonide, 317. 367. 514.

Jamblichus alter junior, Chalcidensis philosophus Platonicus, 344.

Jason Byzantius Θρᾳκικοῖς, 2.

Iolas Bithynus rei herbariæ auctor, 160. 161.

Jonis Chii tragici & lyrici fabulæ, 93. Φρουρ. 471. 420.
Jophon Cnosius versu hexametro panxit oracula, 99.
Juba historicus, 17. 18. 19.
Julius Titianus, 240.
Justinus Tragi abbreviator, 331. 369.

L.

LÆvius, erotopægnia ejus, 126.
Lamprias, 10.
Latinus de Menandri genuinis, 331.
Licymnius Chius Poeta, 346. 687.
Livius Andronicus, 126.
Livius Patavinus historicus, 86.
Longus eroticôn scriptor, 514.
Lucanus Poeta: De eo judicium Scaligeri, 561. 562. Gvilh. Britoni æstimatus, 404. 497. 561.
Lucilius Tarrhæus epigrammatarius & Gramm. Græcus, 69. 70.
Lucius Patrensis eroticô scriptor, 514.
Lysiæ rhetoris oratio περὶ αδυνάτου, 380. περὶ σιτου, 436. epist. amatoriæ, 514.
Lysimachus lib. de reditu Græcorum unum, 118. duos de Ephori furtis scripsit, 331.

M.

MArsyas Pellæus Macedo, 164. Menæchmus Sicyon. hist. 162. (165.
Menæchmodorus, 126.
Menander autor biochrestorû, 127. Ephesius, 127. Heracleotes, 127. Pergamenus, 127. Prienæus, 127. rhetor, 16.
Menander Athen. Comicus, 209. 210. Ejus Ἀνδρία, 384. Disexapotus, 383. 384. Παιδίον, 383. Ραπιζομένη, 380.
Mnaseas patarensis in Europa libris, 384. Berytius Gramm. ib. Locrus seu Colophonius, ib. Phœnix, ib.

N.

NÆvius in Ludo, 382. Philempora, 384.
Nicophon Comicus, 199.
Nymphis Heracleotes, 346.

O.

OLympiodorus Thebis Æg. Philosophus Alexandrinus, Chemicus, seu ποιητής, 7. 148. 154. 155. 156. 298. 353. 565. 582.
Orpheus de herbis: ejus Φυσικὰ: Λιθικά: Idiophye, 126. Κρατῆρ, 381.

P.

PApinius Statius Wilh. Britoni carus, 497. 561.
Parthenius eroticôn scriptor, 514.
Phædrus Epicureus περὶ Θεῶν, 377.
Pherecrates Ἰπνῷ, Κραπάταλοις, 385.
Philetæ Ἄτακτα seu glossæ confusaneæ, 24. 25.
Philippi Amphipolitani amatoria, 514.
Philippus Θεαγγελεύς, 116.
Philistion Comicus: ejus Φιλογέλως 15.
Phillyllius, in Αὐγῇ: Ἄργει, 382.
Philo Byzantius, 346. Philo

Philo Heracleotes, 346.
Philochorus Atheniensis, 351.
Philostratus vitis Sophistarum, 223. 224. 225.
Philoxeni Δεῖπνον, 362. 363. 477. 478. Alexandr. Gramm 471.
Platonis Comici fabula αἱ ἀφ' ἱερῶν, 470.
Pigres Car Poeta, 371.
Plutarchus Chæronensis, 15. 32. 33. 34. 35. 36. 124. 147. 328. 329. 330. 420. 421. 422. 427. 428.
Plinius natural. hist. 17. 18. 19. 62. 114. 115. 126 157. 158. 159. 160. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178 179. 188. 205. 328. 414. ejus error de ὑπωπίῳ in oculis. 523. de aestatæ effectu, 566. 567. de naribus murinis, 585. 587. 681.
Plutarchi liber de flumin. & montibus 556. 536. 537. 538.
Porphyrius 342 343. 344. 345 382.
Posidonius perieges. scriptor, 161.
Procli χρηστομαθείας libri, 474.
Pythagoras περὶ σκίλλης: περὶ κηλῆς, 83. 125.

Q.

QVintilii fratres, autores Geoponicôn, 387.

S.

SCriptores Eroticon, 514. de plagiis. 330. 331. de VII. Sap. 679. 680. de somniorum interpretat. 351. de vitis virorum illustr. 39.

(o)

Simonides epigrammate, 689.
Socrates ἐπικλήσεσι θεῶν, 427.
Sotacus de lapidibus, 121.
Spartianus. 341.
Strabo, 159. 418. 419. 420.
Strato Lampsacenus, d. Physicus. 159.
Strato Alexandrinus Peripateticus, 159.
Suetonius Tranquillus, 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 630.

T.

TElephus Pergam. Gramm. 287. 368. 384.
Terentianus Maurus, 125.
Themistoclis Epistolæ, 467.
Theoxenias, 162.
Theoxenus, 162.
Theophrasti Καιροὶ, 385.
Timæus Locrus, 345.
Timocrates περὶ σφαιριστικῆς, 381.
Turpilii Boethuntes, 384.

V.

VAlerius Pollio Alexandrin. 331.
Ter. Varro, 80. 81. 122. 124.
Vectius Valens Mathem. Antiochenus scripsit Florida Græcè: interpres ejus Latinus nescitur: distinctus à cognominibus, 559. 560. 692. 693.
Vibius Sequester. 46.
Vitruvii error de Zoilo, 329.
Uranius, 467.

X.

XEnophon Grylli, 371.
Xenophontes tres, 514.

Z.

Zenones, Cittiéus Stoicus, & Sidonius Epicuréus, 324. 325. Illius erotica, 514.
Zethus Amphipolitanus, 528.
Zoilus Amphipolitanus, rhetor, Philosophus, Gramm. 164. 328. 329. 623.
Zonanus, Zonæus sophista; Epist. ἐρωτικὰς scripsit, 514. quo seculo vixerit, 690.
Zosimi Panopolitani libri ψυχὸ seu de Chemia, 8. 280. 352. 353. 380. 381. 663.

III.

INDEX scriptorum veterum, qui plerique Christiani sunt, & in his libris citantur, explicantur, illustrantur vel operibus ipsis, vel inscriptionibus vel rebus suis.

A.

Æneas Gazæus sophista, 690.
Agathias historicus, 119. 365. 430. 457. 458. 469. 471.
Ambrosius Mediolan. 594.
Arnobius. 101. 367. 376. 419. 637. 673.
Athenagoras, 16.
Augustinus, 79. 94. 125. 130. 194. 228. 509. 626. 644.
Ausonius, 118. 409. 414. 472. 632.
Autor incertus Notitiæ Imperii, 120. 148. 183. 250. 607. Chronici Alex. dicti, 233. 248. 459. 460. 561. 638. Vita D. Cypriani, 67. Vitarum Patrum ab Herib. Rosweide ed. 29.

B.

Basilius, 509.
Beda, 384.

C.

Candidus Isaurus, 284. 366.
Cassiodorus, 23. 182. 249. 344. 495. 595. 601. 626. 694.
Chrysostomus, 281. 297.
Clemens Alexandr. 3. 56. 92. 93. 97. 98. 99. 109. 125. 159. 225. 324. 331. 367. 376. 378. 379. 384. 434. 679. 681.
Clemens Papa, 244.
Cyrillus, 102.
Cyrus Panopol. Poeta Pr. II. & Pr. 561.

D.

Dorotheus, 233.

E

ENnodius Ticin. 344. 626. 640. Ephræm Antioch. Episc. 14. 153. 435.
Epiphanius, 231. 233.
Evagrius, 281. 264. 347. 561.
Evgipius, 365.
Evlogius Alex. Ep 152 349. 353. 466.
Eusebius, 15. 78. 97. 121. 130. 150. 307. 331. 337. 342. 352. 356. 382. 398. 442. 448. 449. 350. 508. 639.
Eustathius, 68. 74. 349. 466. 467. 556.

F.

Jul. Firmicus Maternus, 27. 101. 693.
Fulgentius, 307. 686.

G.

GEnnadius, 387.
Gregor. Nazianz. 101. 509. 625. 626. Magnus, 301. Dialogus, 319. Turonensis, 303 349. 625.

H.

HEgesippus, 356.
Hesychius Lexicographus, 16. 17. 28. 32. 193. 215. 384. 485. 486. 616. 630. 636. 637. 638. 640. 667. 680.
Hieron. Presbyter, 67. 93. 227. 280. 285. 356. 375. 461. 498. 617. 626.

I.

Jobius monachus, 355.
Johannes Damascenus, 92.
Johan. Laurentius Philadelphensis 681.
Jornandes, 312. 353. 364. 365.
Josephus Jud. antiq. 92. 110. 114. 116. 121. 229. 230. 356. 384.
Jrenæus, 581.
Isidorus Hispalensis, 19. 195. 198. 584.
Isidorus Pelusiota, 12. 94. 95.
Julianus Archiep. Toletanus, 631.
Julius Africanus chronograph. 352.
Justinianus Imp. Digestis, 145 309. 476. 483. 595. 596. 640. Codice, 248. 310. 595. 596. 625. Novellis, 113. 631. 685.
Justinus, 347.

L.

LActantius, 374.
Lucas Tudensis, 281.

M.

MArcellinus Comes, 351. 694.
Marcellus Ancyræ Ep. 442.
Mauricius Imp. Tacticis, 597.
Minucius Felix 374. 574.

O.

ORigenes, 94.
Orosius, 78. 355. 386. 387.

P.

PAcianus, 632.
Palladius Helenop. Ep. 296. 307. 427.
Pont. Paulinus Nolan. Ep. 451. 626.
Paulus Cyrus Florus, Silentiarius d. 471 641.
Philo Alexandrin. Judæus, 30. 427.

Pho-

Digitized by Google

Photius Const. Patr. 93. 148. 152. 153. 154. 155. 317. 327. 346. 347. 348. 352. 356. 360. 366. 380. 429. 434. 436. 451. 463. 464. 466. 474. 571. 638. 680. 686.
Pontius Diaconus, 67. 129.
Posidius, 120.
Priscus Thrax historicus, 561.
Procopius Cæsar. 148. 154. 156. 365. 681.
Prudentius, 518. 690.
Publil. Optatianus Porphyrius, 384.

R.

Rufinus Aquil. 11.

S.

Sidonius, 344.
Simeon Xerocerci rector, 438.
Socrates, 249.
Sophronii duo, 436. 437.
Joh. Stobæus, 327. 345. 374. 565.
Suidas, 29. 39. 74. 93. 122. 126. 127. 150. 151. 161. 162. 164. 171. 284. 287. 288. 325. 328. 329. 330. 332. 333. 334. 339. 342. 345. 346. 347. 350. 352. 374. 378. 379. 380. 382. 383. 385. 392. 417. 421. 425. 426. 430. 432. 436. 438. 450. 455. 458. 460. 464. 481. 518. 561. 574. 579. 585. 601. 630. 634. 638. 672. 679. 681. 684. 685. 687.
Synesius, 149. 150. 151. 225. 467. 471. 478. 599. 625. 626.

T.

Tatianus Assyrius, 109. 376. 458.
Tertullianus, 204.
Theodoretus, 101. 102. 228. 229. 437. 626.
Theodosianus Codex, 146. 248. 249. 631.
Theophilus Antiochenus, 114. 444. 445. 446.
Theophylactus Simocattes, 354. 365. 366.
Tzezes, 37. 78. 101. 118. 126. 208. 224. 370. 390. 418. 626. 646. 681.

V.

Victor Tununensis, 281. 694.

IV.

INDEX scriptorum Christianorum veterum locis corruptis emaculatorum.

Ausonius. 129.
Autor anon. Chronici Alexandrini d. 116. 249. 273. usq. ad 286. 337. 349. 350. 459. 460. 504.
Bachiarius, 633.
Cassiodorus, 656.

Clemens

Clemens Al. 93. 94. 95. 96. 99. 100. 101. 102. 166. 167. 382.
Ennodius, 640.
Ephræm Antioch. 347.
Eusebius, 347.
Fulgentius, 351. 352. 383. 384.
Gregorius Turon. 303. 344.
Hesychius lexicographus, 50. 207. 306. 307. 319. 320. 349.
Isidorus Hispal. 20. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 62. 67. 100. 101. 237. usq. ad 247. 419. 420.
Julius Firmicus Maternus, 382.
Palladius Lausiacus, 296.
Photius, 13. 14. 38. 39. 353. 396.
Rufinus, 21.
Tobæus, 345. 346.
Svidas, 14. 15. 128. 151. 294. 319. 330. 331. 361. usq. ad 371. 384. 385. 432. 436. 437. 441. 443. 444. 469. usq. ad 479. 684. 696.
Tatianus, 332. 333. 334.
Theodoretus, 382.
Theophilus Ant. 114. 117. 380.
Tzezes, 307. 371.
Victor Tunnun. 350. 351.

V.

INDEX scriptorum mediæ ætatis semibarbarorum vel productorum solùm, vel explicatorum, vel correctorum ubi vitiati.

Adhelmus Benedictin. mon. 120.
Ægidius Poeta Gallo, 404. 405.
Aimoinus monachus, 120. 639.
Albertus Aquensis, 265.
Albertus Magnus, 571. 582.
Aldhelmus, 27.
Anna Comnena, 245.
Arnulphus, 316. 684.
Autor anonymus annal. Fuld. à Frehero edit. 12. 315. 354.
annal. Fuld. à Pith. ed. 315.
antiq. Alemann. à Gold. ed. 661.
antiq. Fuld. à Pist. ed. 198.
antiq. Fuld. à Browero edit. 253. 308.
libri Anthos, 250.
Chronici Aulæ regiæ, 51.
Chronicæ Australis, 49. 260. 320.
Chron. magni Belgici, 256.
Chron. Colmariensis, 321.
Chron. Normanniæ ab A. Duchesnio editi, 316. 371.
Collectionis historiæ chronograph. ex Idacio, 268. 269. 270. 354. 355. 639.
Descriptionis Constantinopoleos, 661.

Fragmenti hist. Aquitan. à Pith. ed. 264. 265.
Fragm. de gestis Ludovici VIII. à Pith. ed. 320.
Fragm. historici ab Urstisio editis 320.
Fragm. de gestis dominorum Ambaziensium, 263.
Fragm. de fratribus conscriptis in Eccl. Alemann. vetere. 431.
Itinerar. Hierosf. à Pithæo ed. 661.
Membrana Cœnobii Floriac. ed. à Pithæo, 263.
Notitia feudorum & militum in Britannia, 499.
Notitiæ feudorum Normanniæ, 313.
Adpendicis ad Radevicum ab Urstisio ed. 260.
Vita S. Gebhardi, 259.
Vitæ Ludov. PII, 354.
Vitæ S. Virgilii. 261.
exposit. nom. Arab. veteris, 302.
B Albus, 303.
Balsamon, 154.
Benjamin Tudel. Judæus 111. 233. 544.
Bulla aurea Car. IV. 254.
C Edrenus, 568.
Codinus, 279. 638.
Constantinus Manasses, 54. 245. 280. 310.
Const. Porphyrogenitus, 50.
J. Curopalates, 310.
Cyrus Theodorus Prodromus, 514.
D Ecretum Regis Hung. Stephani: Matthiæ, 51.
Dodechinus, 257.
Dudo de S. Quintino, 372.
E Ginhardus, 256.
Engelbertus Abbas Admontensis, 387.
Ethelwerdus, 244. 312.
F Redegarius scholasticus, 354.
G Aufredus Malaterra, 264.
Georg. Elmacinus Arabs, 111. 112. 301. 302. 303.
Georgius Logotheta, 54. 220. 221.
Geruasius Tilburiensis, 318.
Gilbertus Legleus, 405.
Glaber Radulphus, 120.
Mich. Glycas, 560.
Gothofredus mon. S. Pantaleonis, 40. 261.
Gothofr. Viterbiensis, 258. 387.
Gvilhelmus Bibliothecarius, 651.
Gvilhelmus Brito Aremoricus, 254. 255. 256. 404. 405. 483. 488. usq. ad 507. 516. 561. 562. 625.
Gvilhelmus Gemmeticensis, 263. 264. 313.
Gvilhelmus Tyrius, 49. 265. 314.
H Ermannus contractus, 270.
Heron autor παρεκβολῶν, alius à cognomine itidem mechanico sub Ptol. Ev. 475.
Hincmarus, 243.

Rog.

Rog. Hovedenus, 272. 311. 312. 319. 357. 359. 490. 501.
Henr. Huntindoniensis, 312.
Jacobus de Vitriaco, 97.
Ingulphus, 264 265. 308. 496.
Johan. Saresberiensis, 244.
Josephus Ep. Metonensis, 438.
Josephus Iscanus, 78. 403.
Isacius Angelus, 50.
Ivo Carnotensis, 347.
Lambert. Hirsfeld. mon. 270. 272.
Leges Alemannicæ, 311. 313.
Bojoaricæ, 313.
Langobardicæ, 312.
Salica, 313.
Scotiæ regum, 24. 309 316. 685.
Leo Imp. Tacticu, 45 . 460. 461. 462. 463 597.
Leo Thuscus 286.
Magno, 618.
Marianus Scotus. 277. 347.
Matricula Imperii, 254.
Matth Marescallus à Pappenheim, 252.
Matth. Paris., 256 264. 271. 312. 314. 318. 320. 357. 358. 490.
Moses Maimonides, 71 226. 515.
Guil. Neubrigensis, 245.
Nicephorus Callistus, 231.
Nicephorus Gregoras, 54. 258. 465.
Nicetas, 50. 245.
Ordericus Vitalis, 264. 265. 313. 315. 316. 347. 356. 372.
Ottho Frisingensis, 258. 270.
Papias, 618.
Paulus Longobardus Diaconus d. 27. 28. 253. 259. 312. 344. 347. 351. 353. 355. 365.
M. Paulus Venetus, 133.
Petrus Diaconus, 618.
Philipp. Gualterius de Castellatione, 404. 405.
Photius, 316.
Psellus, 301.
Rabanus Maurus, 683.
Raymundus de Agiles, 265.
Rhegino, 120. 355.
Rigordus, 255. 256. 258. 359. 488. 494. 502.
Robertus de Monte, 312.
Rogerius scriptor rerum Hungar. 51.
Rupertus Tuitiensis, 312.
Sigebertus Gemblacensis, 257. 272. 287.
Scriptor H. P. R. 9.
Statuta ... burgorum in Scotia, 308.
Tertullianus 50. 51. 52.
Joh. Villanus, 245. 265. 492. 603.
Vincentius Beluacensis, 237. 314.
Witichindus, 51. 258. 259. 260. 315. 347.
Waltramus Episc. Naumburgensis, 625.
Wippo, 120.
Wolfhardus Hasenrietanus, 297. 432.
Xiphilinus, 428. 464. 546.
Zonaras, 52. 53. 54. 88. 280. 282. 284. 299. 300. 301. 347. 351. 364. 436. 465. 560.

VI.
INDEX scriptorum de re medica & adfinium

tàm veterum quàm recentiorum, in quorum nonnullis eadem quem in præcedentes contulimus qua illustrando obscura, quà malè adfecta sanando.

ABel Roscius, 657.
Actuarius, 666.
Ægidius de urinis & pulsibus, 688.
Aetius Amidenus, 9. 24. 34. 35. 62. 64. 78. 174. 181. 185. 189. 201. 292. 303. 304 311. 335. 344. 350. 352. 361. 389. 393. 509. 511. 517. 519. 520. 533 538. 540. 542. 543. 550. 551. 552. 555. 568. 663. 666. 669. 674. 682.
Albucasis, 663. 678 691
Vl. Aldrovandus, 6. 569.
Alexander Benedictus Veron. 517. 519. 522. 541. 661.
Alexander Petronius, 515.
Alexander Trallianus, 200. 391. 392. 585. 626. 643. 644. 662. 687. 694.
Andr. Alpagus Bellun. 111. 394.
Amatus Lusitanus, 35. 182. 221. 338. 411. 414 508. 566.
Andromachus, 559.
Anton. Gallus, 662.
Apollonius Mus, 164.
Biblas, 411.
Aretæus, 628. 646. 650. 666.
Aristogenes Thasius, 393.
Avicenna, 64. 111. 302. 303. 395. 402. 483. 517. 520. 522. 523. 535. 522. 547. 550. 567. 568. 582. 662.
Autor anonymus
l. Donum DEI, qui est Practica de febribus, 661.
Definition. medicarum, 523.
l. de Dynamidiis, tributi Galeno; 394. 407. 409. *quem Gariopontii esse adstruitur*; 528. 529. 530. 531. 532. 533. 541. 543. 548. 553. 575. 576. 682. 684.
Explicationis nom. Græc. junctæ oper. Gal. ed. Venetiis, 569.
Introductorii, 522.
Interpret. ll. Gal. de comp. med. s. l. veteris, 584.
Interpr. veteris Oribasiii, 641. 659. 661. 683. 688.
libri Secretorum, 517.
libri de simplicibus ad Patern. 582.
Nothorum Dioscoridæ, 665.
l. de vinis inter Galen. 666.
Casp. BAuhinus, 657.
Joh. Bauhinus, 657.
Petr. Bayrus, 185. 352. 399. 517. 521. 553. 568. 663.

Ans.

Ans. Boetius, 565. 571. 637.
Ant. Musa Brasavolus, 628.
O. Brunfelsius, 646.
Joh. Bruyerinus Campegius. 572.
Bubahylyha Arabs, 627.

C

An. Cæsalpinus, 637. 665.
Symph. Campegius, 405. 641.
Hier. Cardanus, 134. 346. 366. 372. 672.
Jac. Carpus, 624.
B. Carrichter, 664.
Caßius Jatrosophistes, 585.
P. Castellanus, 641. 657.
Corn. Celsus, 26. 164. 189. 199. 200. 288. 292. 361. 518. 519. 535. 540. 542. 545. 567. 578. 624. 627. 661. 663. 65. 669. 682. 687. 691.
Chæreas Atheniensis, 165.
Chemicorum veterũ Græcorum ineditorum volumen, 7. 155. 352. 483. 583. 584. in quo & Lexicum
J. J. Chifletius, 128. 590.
Chrysippi Medici tres, 642.
Claudianus, 200.
Jul. Cæs. Claudinus, 221.
Cleemporus, 166.
Car. Clusius, 206. 684.
Bapt. Codronchius, 61. 182. 657.
Cœlius Aurelianus, 351. 391. 511. 516. 538. 559. 627. 628. 635. 642. 644. inde usq; ad finem locis quamplurimis emendatus illustratus simulq; ætas & res ejus omnes excussæ diligentiùs, 690.
Joh. Concoregius, 630.
Constantinus Africanus d. mon. Casin. 523. 532. 533. 627. 663.
Val. Cordus, 689.
J. Cornarius, 137. 142. 143. 373. 415. 540. 645. 657. & inde usq; fine ubi de ejus opera in ed. Cœlii.
Joh. Crato 662.
Jun. Paul. Crassus, 666.
Criton, 164. 165. 185.

D

Alechampius, 657. Vide Ind. VII.
Damon, 200.
Demosthenes Herophilius qui de oculis scripsit, 9. 389. 673.
Diodorus Empiricus, 173.
Diodotus, qui de herbis, 162. 172. 173.
Diomedes qui de metallis, 164.
Diophantus Lycius, 532.
Dioscorides Anazarbéus, 44. 61. 83. 109. 115. 162. 172. 182. 186. 187. 188. 192. 193. 195. 196. 199. 200. 203. 204. 289. 290. 292. 302. 3 4 335. 360. 361. 387. 399. 411. 419. 458. 473. 512. 513. 516. 519. 524. Dyasticorus, 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 540. 541. 542. 545. 515. 546. 551. 554. 556. 565. 567. 568. 570. 575. 576. 578. 579. 580. 582. 583. 627. 628. 659. 663. 665. 666. 669. 672. 675. 681. 686.
Dodonæus, 657. 664.
Jac. Dondus, 678.
Dorotheus, 166.

E

Benbitar Arabs, 569.

FAbius Clemens, 200.
Gabr. Fallopius, 361. 522. 637.
Gv. Fabricius, 657. 663.
Hier. Fabricius, 667.
Ferragius Judæus medicus Salernitanus, interpres Contin. Rhasis & tacuinorum Bubahylyhæ, 627. 689.
Alf. Ferrius, 643.
Joh. Fischardus, 664.
An. Foesius, 75. 139. 140. 141. 142. 143. 443. 657. 659.
Hier. Fracastorius, 61.
Leonh. Fuchsius, 182.
Ant. Fumanellus, 182. 553.
Hier. GAbucinus, 201. 289.
Galenus Pergamenus, 9. 20. 21. 24. 26. 27. 34. 40. 41. 42. 61. 64. 72. 75. 81. 136. 140. 147. 163. 164. 165. 173. 174. 183. 184. 188. 190. 192. 193. 196. 197. 199. 200. 201. 203. 207. 224. 287. 293. 294. 298. 301. 335. 338. 339. 361. 406. 411. 412. 419. 429. 440. 446. 448. 463. 484. 512. 517. 519. 520. 521. 524. 532. 533. 535. 536. 537. 540. 543. 544. 545. 548. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 559. 6.2. 627. 659. 662. 666. 669. 672. 682. 683. 684. 685. 687. 691.
Gariopontus, 292. 293. 350. 359. 360. 361. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 406. 409. 410. 411. 510. 512. usq; ad p. 521. 526. De eo disseritur idemq; emendatur à p. 527. usq; ad p. 555. 575. 627. 628. 630. 636. 647. 653. 654. 660. 661. 669. 675. 683. 684. 685. 690. 691. 692.
Garzias ab Orta, 199. 394.
Gattinaria, 662.
Gerardus de Carmona 6. 7. 67. 678. 683.
C. Gesnerus, 6. 88. 572. 582. 656. 664.
Bern. Gordonius, 538. 544.
J. Matth. Gradius Mediol. 627.
A. Gvainerius, 627. 662. 678.
Gvinterius Andernacus, 416. 644.
HEliodorus, 291.
Heras Cappadox, 540.
J. Heurnius, 335. 657.
Hierax, 200.
Hierocles, qui & Gerodius vel Geroclius, veterinariæ scriptor, 532.
Hippocrates Cous, 28. 40. 41. 42. 43. 44. 75. 76. 78. 125. usq; ad 144. 189. 192. 193. 199. 292. 293. 412. 419. 424. 440. 446. 575. 673.
Casp. Hofmannus Prof. Noricus, 71. 72. 432. 433. 631. 642.
Jac. Hollerius, 189.
Greg. Horstius, 662.
Gabr. Humelbergius, 635.
JOllas Bithynus herbarius, 162.
Josephus de Aromatariis, 657.
Israel Spachius, 657.

Joh.

Joh. Kentmannus, 637.
And. Lacuna, 667.
Lælius à Fonte, 182.
Nic. Leonicenus, 414. 623. 566.
Matth. Lobelius, 628. 664.
J. Manardus, 624.
Marcellus Donatus, 35. 657. 662.
Marcellus d. Empiricus, 927. 673.
Marianus Sanctus, 663.
P. A. Matthiolus, 204. 208. 414. 540. 570. 566. 664. 668.
Menon Aristot. discipulus, 33. 34.
Hier. Mercurialis, 158. 165. 180. 657.
Mesues, 394. 542. 576. 628. 637.
Mnesitheus Athen. 163.
Joh. Montanus Veron. 201.
Hier. Montuus, 6. 182. 243. 690.
Moschion, 165. 644. 663.
Nicolaus Alexand. seu Myrepsus, 543. 576. 644. 691.
Nicol. à Rhegio Calaber, 641. 644.
Nonnus, 64. 533. 545. 550. 551. 587.
Octavianus Oratianus nomine ficto è Theodori Prisciani, 627. 643. 644.
Oribasius, 9. 24. 181. 190. 301. 202. 221. 298. 352. 520. 522. 534. 535. 540. 651.
Amb. Paræus, 663.
Paschalis Gallus, 556.
Paulus de Ægina, 24. 35. 62. 64. 181. 185. 189. 201. 291. 312. 335. 351. 352. 361. 512. 519. 522. 534. 543. 550. 551. 552. 576. 578. 586. 587. 644. 659. 666. 670. 671. 672. 686.
Fr. Peccettius, 667.
Pelagonius hippiater, 189.
P. Pena, 664.
Petronius qui de herbis, 162.
Petrus de Argellata, 678.
Philonides Siculus, 235.
Platerus, 663.
Plinius Valerianus, 63. 64. 180. usq; ad 202. item à p. 388. usq; 411. 626. 627. 675. 688.
Plistonicus, 163.
Polles Ægiensis, 361.
J. B. Porta, 6.
Prosper. Alpinus, 221. 536. 657.
J. B. Rasarius, 688.
Rhases, 627. 628. 630.
Gv. Rheginus. 657. 663. 664.
Rodericus à Castro, 174.
Ronsseus, 669.
J. Ruellius, 628. 664. 665. 674.
Rufus Ephesius, 662.
Petr. Salius, 61. 411. 657.
J. M. Savonarola, 627.
J. G. Schenckius, 6. 657.
Ant. Schnebergerus. 656. 678.
Scribonius Largus, 652. 662. 673. 674. 690.
Dan. Sennertus, 34. 221. 411.
Serapion, 627. 628. 668.
Serenus Sammonicus, 47. 196. 199. 200. 292. 464. 679.

Sextus

Sextus Africanus Iatrosophista, 351. 352. 393.
Silvaticus, 6. 9. 69. 70. 242 359. 360. 396. 397. 398. 406. 483 508. 512. 513. 514. 515. 517. 518. 522. 528. 532. 533. 534. 535 536. 536. 538. 541. 542. 545 548 549. 553. 555. 571. 574. 576. 577. 582. 585. 670. 673. 688. 691.
Simon Januensis, 571. 630. 673.
Soranus, 185. 651. 654.
Adr. Spiegelius, 182.
Stephanus Atheniensis.
Car. Stephanus, 627.
Joh. Steph. Strobelbergerus, 498.
Joh. Stockius, 687.
Jac. Sylvius, 637.
Thessalus Hipp. filius, 93.
Theodorus autor Dictæ, 242. 288. 298. 311. 515. 516. 543. 551. *Priscianus dictus*, 391. 392. 395. 396. 400. 407. 409. 508. *usq; ad* 527. 529. 533. 535. 536. 537. 538. 540. 542. 543. 545. 546. 550. 553. 554. 555. 643. 644. 645. *idem cum eo quem Octavium Horatianum vocant*. 642. 643. 647. 651. 654. 658. 660. 665. 666. 669. 670. 671. 672. 676. 679. 690. 691. 694.
Theophrastus, 110. 115. 122. 195. 203. 204. 205. 381. 424. 440. 443. 444. 446. 447. 435. 570.
Thurneiserus, 664. 665.
A. Torinus interpr. Pauli Ægin. 416. 586. 688. *interpres Tralliani*, 643.
Mich. Toxites, 664.
Hier. Tragus, 664.
Fr. Valeriola, 42. 566.
Valerius Paulinus, 208.
Valescus de Taranta, 6. 64. 359. 395. 396. 399. 402. 405. 411. 522. 528. 532. 538. 542. 544. 554. 581.
Casp. Wolfius, 690.
F. Zachias, 642. 646. 657.
Zeno, 166. 412.

VII.

INDEX doctorum quarumvis nationum à duobus seculis Virorum, quorum his libris vel meminimus solùm vel in literas merita deprædicamus vel sententias, censuras, lectiones, expositiones, versiones, conjecturas adprobamus & illustramus.

Ægidius de Roya, 256. 492.
Æneas Sylvius, 50. 625.
G. Agricola, 571.
Albericus Gentilis, 70.
A. Alciatus, 70. 574.
Aldus Manucius, 326.

Digitized by Google

Alex. ab Alexandro, 693.
Amiotus, interpres Gallicus ll. Plut. de placitis Philosophorum, 450.
Angelus Politianus, 624.
Barth. Anglicus, 685.
Joh. Anglicus, qui & de sacro busto, Mathematicus, 538.
Antonius Augustinus, 68.
Anton. Fernandius, 229.
P. Apollonius Collatius, 642.
Mich. Apostolius, 70. 103. 104. 105. 106. 107. 333. 362. 371. 472. 693.
J. Arcerius, interpres Jamblichi Pythagoricorum, 416.
Aretius Felinus, 71.
Aventinus, 375.
Aurifaber, 571.
Ausonius Popma, 68.
Fr. B Acconus, 574.
Joh. Balæus, 405.
Cæs. Baronius, 232. 266. 281. 347. 351. 465. 505.
L. Barthema, 133.
C. Barthius, 5. 23. 29. 45. 46. 180. 372. 404. 508. 563. 622. 623. 624.
L. Baysius, 641.
P. Bellonius, 97. 134. 483.
Bernardinus Baldus Gvastallæ Abbas, 589.
Bernhartus Bertramus J C. 40. 69.
J. B. Bertrami laus postuma, 44. 45.
Hier. Blancas, 313.
J. Boissardus, 91.
A. Bonfinius, 50. 51. 266.
Bonifac. Simoneta, 662.
B. Brissonius, 592.
Chr. Browerus, 257. 308.
Ben. Brugnolus, 415.
Gv. Budæus, 415. 641.
Pet. Burrana, 460.
Aug. Busbequius, 208.
J. Buxtorfius, 113. 515. 579.
Ab. Bzovius, 266.
Gv. C Ambdenus, 267. 318. 631.
J. Camerarius, 35. 72. 78. 415. 558. 559. 692. 693.
H. Canisius, 232. 259. 261. 297. 354. 639.
Gv. Canterus, 71. 73.
Th. Canterus, 73.
J. Cæs. Capacius, 309.
Vinc. Cartarii, 8, 573. 637.
If. Casaubonus, 16. 68. 225. 227, 288. 305. 372. 475. 642. 657.
Lavr. Catelanus, 121.
J. J. Chifletius, 590.
R. Choppinus, 312.
P. Ciacconius, 589.
Phil. Cluverius, 257.
L. Cœlius Rhodiginus, 35. 74. 75. 246. 566.
Chr. Colerus, 80.
Pand. Collenutius, 258.
Ph. Cominæus, 631.
Constantinus l' Emperevr, 29.
Cordesius, 259.
Coriolanus Cepio, 631.
Alb. Crantzius, 245. 255. 258. 631.

Google

Lud. Cresollius, 426.
Cruquius, 28.
Cujacius, 484. 508. 687.
Joach. Cureus, 253.
J. Dalechampius, 57. 81. 157. 168. 414. 857.
Dousæ, 11. 22. 54. 68.
Drusius, 6. 103. 111. 113. 226. 231. 306. 434.
Duchesnius, 311. 313. 356. 372. 490.
El. Ehingerus, 467.
Chr. Enzelius, 571. 637.
Erasmus Roterodamus, 103. 415. 624.
Erpenius, 302.
P. Fagius, 103.
Fazellus, 266. 316.
J. B. Felicianus, 210.
M. Freherus, 28. 49. 70. 257. 260. 267. 303. 331. 354. 489. 625.
Frischlinus, 316.
Ge. Faber, 131.
N. Fullerus, 356.
P. Galatinus, 228. 458.
Th. Gazes, 74. 147.
J. Gebhardus, 24. 62.
Gelenius, 508. 641.
Goldastus, 255. 260. 312. 431. 484.
J. Gvilelmius, 383.
Gregor. Gyraldus, 145. 597.
Gruterus, ubicunque Inscriptionum in Ind. IX. fit mentio.
Gvillandinus, 440. 566.
Gutherius, 611. 612.
Dan. Heinsius, 92. 103.
Ch. Helueceus, 369.
Dav. Hoeschelius, 377.
Johann de Leidis, 58. 283. 308.
Ben. Jovius, 572.
P. Jovius, 133. 572.
Adr. Junius, 7. 36. 415. 624. 684.
Petr. Justinianus, 314. 631.
Joh. Kirchmannus, 80.
P. Langius, 271.
Lazius, 359.
Lehmannus, 255. 258.
P. Leopardus, 416. 624.
J. Leunclajus, 140
Licetus, 384.
Fri. Lindenbrog. 355.
Lipsius, 65. 612.
Lupanus, 133.
Joh. Magnus Gothus, 312.
Orl. Malavolta, scriptor histor. Sen. Ital. 492.
P. Manuccius, 110. 592.
Jac. Marchantius, 496.
Marinus Mersennus, 579.
L. Marineus Siculus, 265. 372.
M. Ant. Marsilius Columna, 356.
Marzaris hist. Vicent. Ital. 56.
Massarius, 566. 572. 588.
Maussacus, 37. 305. 330. 372. 556.
Mazella, 504. 612.
J. Meierus, 256. 266.
Meisnerus, 19. 472.
Melanchthon, 253.
G. Merula, 624.
P. Merula, 69. 609.
L. Meursius, 10. 43. 57. 160. 171. 296. 306. 437. 552. 942. 683.

Digitized by Google

Milles, 318.
Minois, 206.
R. Montacutius, 442.
Petr. Montanus, 267.
Gv. Morillonus, 693.
NAtalis Comes, 367. 557.
Nauclerus, 54. 254. 256. 258. 321.
Neuenar Comes, 643. 645.
Nicol. à Comitibus, 133.
Nigronus, 584.
Nogarola, 560.
Nunnesius, 371.

Ad. OCco, 87.
PAmelius, 67.
Pancirolus, 223. 595. 617.
Pantinus, 103.
Panvinius, 277. 592. 633. 694.
Perionius, 415.
Petavius, 415. 10. 151. 527. 465.
M. Ant. Petilius, 306.
Peutingerus, 328.
Philelphus, 415.
Jac. Philip. Bergomas, 48.
Piccartus. 631.
Pierius Valerianus, 206.
Pighius, 386. 592. 609.
Pirckheimerus, 267.
J. Pistorius, 120. 198. 267. 355.
Pithœus, 120. 263. 264. 267. 269. 315. 320. 372. 488.
B. Platina, 627.
Polyd. Virgilius, 256.
Pomp. Latus, 590.
Æm. Portus, 362. 468. 616.
Putschius, 618.
Pyrrhus Caldoræus, 687.
Pyrrhus Ligorius, 131.
RAderus, 275.
Rangolius, 249.
Rauwolff, 112.
Resendius, 590.
Rhenanus, 267. 590.
Richerius, 264.
Rigaltius, 459.
Ritius Neapol. 50.
Rittershusius, 415. 416. 683.
Andr. Rivinus, qui & Rhyakinus, 563.
Rutgersius. 2. 68. 130. 160. 471. 486. 487. 556. 557.
SAlmanticensis Judæus, 459.
Cl. Salmasius, 19. 155. 157. 168. 175. 414. 419. 566.
J. Sambucus, 51. 87. 415. 634.
Max. Sandæus, 194.
Scaliger pater. 11. 41. 50. 73. 132. 134. 185. 203. 246. 390. 451. 454. 477. 557. 562. 570. 571. 572. 637. 642. 684. 686.
Scaliger Filius, 8. 12. 28. 37. 68. 72. 80. 105. 112. 168. 275. 352. 366. 380. 414. 471. 559. 560. 589. 631. 638. 642. 693.
Fabr. Scharloncinus, 589.
Schigkardus, 109, 234.
A. Schottus, 103. 127. 354. 463. 609.
Joh. Seldenus, 91. 104. 209. 304. 559. 560. 579. 599. 638.

N. Serarius, 257.
Joh. Sichardus, 641. 645. 657.
Car. Sigonius, 116. 589. 592.
Simlerus, 267.
Sixtus Senensis, 231. 233. 472.
Sylburgius, 170.
Joh. Stadius, 693.
Statuta U. Romæ, 309. 316.
Henr. Steph. 68. 486. 624. 415.
Rob. Stephanus, 194.
J. Ant. Summontius, 258. 266. 309. 310. 592. 594. 597.
Petr. Summont. 597.
Hier. Surita, 119.
T Arapha, 265. 372.
Taubmannus, 79.
Taurellus Sarayna, 613.
Teixera, 112. 119.
Thevetus, 113.
Tiraquellus, 80.
Turnebus, 24. 168. 557. 633.
Joa. V Adianus, 12.
Vartomannus, 133.
Ubbo Emmius, 609.
N. Vedelius, 249.
Aug. Vergerius, 557.
P. Victorius, 168. 172. 210.
E. Vinetus, 590.
Vossius 159. 160. 162. 327. 345.
Fulv. Ursinus, 68. 130.
Chr. Urstisius, 260. 320.
B. Vulcanius, 416.
J. Vultejus, 682.
C. Waserus, 29. 108.
M. Weinrichius, 34.
M. Welserus, 610.
J. Wierus, 579.
Hier. Wolfius, 468.
Wowerius, 305. 412. 474. 689.
Z Appulo, 266 309.

VIII.

INDEX scriptorum recentiorum, à quibus quocunque modo, salvis cujusque honoribus, dissentimus.

Ben. Ægius, 326. 417.
Ælius Anton. Nebrissensis, 522.
A. Alciatus, 109. 484. 506.
Ul. Aldrovandus, 131, & seqq.
Alexander ab Alex. Neap. 121. 629.
Ambrosius Camald. Ord. gener. interpres Diog. Laertii, 415.
Apostolius, 104. 105. 106. 679. 680.
Herm. Barbarus, 443. 693.
Benedictus Falco, 597.
Bernardinus Trebatius, 148.
Gv. Blancus Xiphilini int. 428. 464.
J. Brodæus, 69.
Gv. Budæus, 30.

Digitized by Google

C. Barthius, 5. 6. 7. 8. 9. 10. 23. 24. 28. 69. 70. 100. 101. 105. 181. 182. 183. 240. 246. 359. 374. 386 387. 391. usq; ad 403. 406 407. 408. 409. 410. 411. 419. 420. 481. 486. 487. 491. 518 534. 549. 550. 551. 558 559. 560. 561. 162. 625. usq; ad 651.
J. CAmbdenius, 257. 258.
S. Campegius, 641.
H. Canisius. 269.
Gv. Canterus, 57. 91. 346. 423.
J. C. Capacius, 375. 388. 391. usq; ad 603.
H. Cardanus, 414.
Is. Casaubonus, 16. 17. 18. 26. 56. 57. 58. 59. 88. 89. 90. 167. 207. 208. 295. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 349 363. 379. 381. 440. 443. 444. 680.
P. Castellanus, 641.
Catanæus, 339.
N. Caußinus, 6. 38. 146. 149. 557.
Cerula, 49. 100. 237. 244.
J. Checus int. Tacticorum Leonis, 461. 462.
C. Clauserus, 117.
P. Claverius, 52.
L. Cœlius Rhodiginus, 121.
J. Coccejus, int. duor. Thalm. tit. 317.
Nat. Comes, 367. 417.
J. Cornarius, 637. & deincept.
Cornelius à Lapide, 232.
Seb. Corradus, 377.
Cresollius, 304.
J. Cujacius, 575. 687.
Jac. Dalechampius, 26. 81. 83. 125. 149. 175. 201. 202. 204. 207. 336. 384. 437. 441. 575. 681.
M. A. DElrio, 317.
Dionys. Lebbéus Batillius, (206.
A. Divus Justinopolit. 416.
Fr. Dousa, 279.
Th. Dousa, 34.
J. Drusius, 111.
J. B. EGnatius, 293.
Erasmus Roterod. 106. 472.
Th. Erpenius, 302.
Th. FAzellus, 264. 371.
Foesius, 75.
M. Freherus, 52. 267. 354. 355.
N. Fullerus Anglus, 356.
D. Furlanus Cretensis, 679.
Th. GAzes, 107. 109. 147. 443. 444.
Jan. Gebhardus, 25. 26. 27.
Sig. Gelenius, 518. 519. 524. 539.
C. Gesnerus, 121. 386. 430. 445.
B. Glaserus, 467.
M. Goldastus, 252.
J. Goropius, 640.
J. Gruterus, 342. & paßim ubi Inscript. examinantur.
S. Grynæus, 689.
J. Gryphiander, 391. 641.
J. Gutherius J C. 80. 81. 84. 85. 86. 87. 90. 100. 612. 613. 614. 616. 617 618.
D. HEinsius, 56. 100. 102.

Hervetus int. Clementis Alex. & Palladii, 56. 93. 95. 96. 98. 99. 100. 101. 256. 427.
Höschelius int. Philonis, 35.
Hofmannus Prof. Nor. 74. 75. 433.
Humelbergius, 635.
P. *Jovius*, 572.

A. J*unius*, 786. 428.
J. K*irchmannus*, 89. 90. 120. 479.
A. *Knichen*, 318.
L*aurent. Catelanus*, 135.
L*azius*, 54. 253. 259. 270. 605. 606. 607. 608. 612.
Lexicographi, 17. 30.
Lipsius, 20. 65. 66. 67. 87. 105. 170.
J. M. *Lydius*, 311. 313.
H. M*agius*, 125. 320.
J. M*agnus Gothus*, 353.
A. *Mancinellus*, 481.
M. *Martinius*, 62.
P. J. *Maussacus*, 1. 2. 3. 4. 46. 47. 121. 208. 363. 383. 436. 558.
M. *Meisnerus*, 20.
J. *Mercerus*, 148.
H. *Mercurialis*, 165. 180. 202.
P. *Merula*, 607.
J. *Meursius*, 10. 29. 49. 50. 56. 57. 58. 59. 92. 101. 102. 146. 165. 244. 245. 285. 310. 314. 315. 345. 381. 469. 484. 485.
J. *Mycillus*, 251. 425. 426. 446.
Muretus, 125.
J. N*avclerus*, 264. 371.
N*icolaus Abramus*, 21.
V. O*bsopœus*, 61.
A. O*rtelio*, 268. 364. 608. 609.
Gv. P*ancirolus*, 38. 464. 594.
P. *Pantinus*, 107. 472.
On. *Panvinius*, 615.
Chr. *Persona*, 119. 416.
D. *Petavius*, 151. 152.
S. *Petitus*, 111.
J. *Picardus*, 641.
A. *Pichonius*, 466.
J. B. *Pius*, 375.
Æm. *Portus*, 15. 144. 319. 363. 364. 365. 370. 182. 432. 469. 470. 471. 473. 474. 475. 476.
A. *Possevinus*, 348. 349.
E. *Putschius*, 126.
M. R*aderus*, 336. 248. 276. 278. 290. 282. 284. 285. 459.
Jac. *Ravardus*, 427.
L. *Ramirez*, 36.
R. *Reineccius*, 318.
L. *Rhodomannus int. Agatharch.* 148.
A. *Rhyakinus sive Rivinus*, 544. 545. 549. 564. 573. 574. 575. 578. 579. 583.
M. *Ritius*, 264.
C. *Rittershusius*, 345.
A. *Rivetus*, 375.
J. *Rosinus*, 54. 58.
J. *Rutgersius*, 21. 27. 486.
Cl. *Salmasius*, 17. 117. 163. 171. 173. 175. 176. 177. 276. 319. 321. 337. 338.

338. 341. 394. 358. 486.
Scaliger Pater, 107. 109. 417. 418.
Scaliger Filius, 20. 28. 58. 64. 78. 82. 126. 129. 222. 223. 224. 226. 276. 314. 351. 591. 592. 606. 609. 610. 611. 614. 618. 619. 629. 686.
S. Schardius, 258.
Gv. Schighardus, 457.
Schobingerus, 272.
A. Schottus int. Photii, 38. 39. 151. 152. 153. 154. 327. 347. 354. 380. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 451. 463. 464. 466.
J. Seldenus, 209. 210.
N. Serarius, 260. 261.
J. Sichardus, 645. & deinceps.
Jos. Simlerus. 4. 121. 122. 270. 366. 438.
J. Sirmondus, 16.
Th. Smithus, 318.
Spangenberg. 271.
H. Stephanus, 337. 416. 417. 689.
J. A. Summontius, 594. 603. 604.
Fr. Sylburgius, 94. 96. 337. 347.
J. Tilius, 344.
A. Tiraquellus, 121.
Torrentius, 379.
Turnebus, 81.
L. Valla, 439. 440. 442.
P. Victorius, 147. 324. 325.
Fr. Vigerus, 101. 156. 342. 448. 449. 450.
L. Vives, 590.
Vossius, 2. 89. 116. 117. 121. 122. 159. 166. 167. 208. 327. 346. 358. 385. 386. 437. 447. 467. 488. 641. 682.
B. Vulcanius, 27. 119. 240. 257. 258.
J. Vultejus, 424.
H. Wolffius, 52. 436. 465. 686.
Joh. à Wowerem, 680.
Xylander, 35. 36. 116. 147. 204. 377. 378. 420. 421. 422. 464.
Zappulo Ital. hist. 603.

IX.

INDEX rerum verborumque memorabilium Latinorum, Latino-barbarorum & exoticorum.

A Litera nota absolutionis in judiciis Roman. 22.
Abadir, Abdir, 237.
Abagmenta, 555.
Abasa, 239.
Acanthus urbs, 137.
Accò, fœmina stolida, 579.
Achillis hosta è fraxino, 303.
Acicari columna, 97. 381.
Acincum opidum Pannoniæ, 250.
Aconitum, 584.
Acrimonia, cibi acres, 513.

Acri-

Acrisius error, acrisia, 502.
Acrones, 515.
Acrumina, 513.
Activa verba loco Paßivorum, 516. 526. 552.
Acumina, 513. 515.
Actylus, 340.
Acuti cuprini, 513.
Adamas, anach, 175. 176.
Adarce, 665.
Adiabeni populi, 114.
Adjectiva substantivantur, 513. 542.
Adjectiva in aliis terminantia, 671. *in bilis*, 649. 650.
Adora, 238.
Adriani Imp. in censendis Poëtis singularitas, 37.
Adsecula, 230.
Ædiles, 592. 594. 600. 603.
Æga opidum, 344.
Ægeus fabula Philyllii, 382.
Ægiliades caricæ, 190. 191.
Ægypti fertilitas, 545.
Æluri populi, 364. 365.
Æmidus, 237.
Ænus fluvius, 270. *opidum*, 344.
Æquilancium, Æquilatium, 239.
Ærarium militare, 595.
Ærugo Campana, 543.
Æschrio, fabula Cæcilii, 125.
Æsion Atheniensis, 330.
Æthon Thessalus : & equus Solis, 370. *fabula Achæi*, 125.
Afer panis, 514.
Africæ fertilitas, 545. 546.
Agadir, Agdir, 636. 637.
Agamemnon Æschyli fabula, 382.
Agricolæ defendendi à militibus, 462. 463.
Ayn Ebr. aspiratio, 356.
Alba Græa, Album castrum, 54.
Albores ovorum, 395.
Alchermes confectio, 498.
Alcorano unde nomen, 6.
Alcorat, cimex, à κόρις, 64. 395.
Ales jugius, 568.
Alexandriæ Urbis regiones quinque, 31.
Alexandrina horrea Romæ, 548.
Alexandr. stolus & ejus navcleri, 22. 545.
Alexandrina terra, 516. 517. 582.
Alphito fatua, 579.
Aliger, pro gallo, 240.
Alistrare, 307.
Allobroga, 240.
Aloë ficotina & Soccotorina, 394.
Alopitiosus, 238.
Alphæa, 567. 568.
Alphi albi & nigri, 567. 568.
Altejugi, 569.
Alud, aluta, 407.
Alum Gellicum, 673.
Ambices, ollæ, 668.
Ambulacium, ampullagium, balaustium, 627.
Ammoniacum gummatum, 403. *gutta*, 392.
Amoris vis, 486.
Amymone, fabula, 382.

Digitized by Google

Amyntica, 556.
Anastasi Imp. *avaritia & κακοπιστία*, 280. 281, 282.
Anaxarchus discip. Metrodori Chii, 370.
Anetica tempora, 514.
Angaria: Angarianus, 240. 684.
Animalia senectam deponentia, 398.
Anni tempora ab animalibus denominata, 62. 63.
Anœa, 236.
Annonæ præfecti, 309.
Annuli Physici, 392.
Anthera pars in rosis, 541.
Anthereôn, mentum, 541.
Anthologiæ Vectii Valentis, 559. 560. 692.
Antimachus Poeta prælatus Virgilio, 37.
Antiopa fabula Evrip. Enni, Pacuvii, 373.
M. Antonini Imp. epitheton Philosophus, 224. 225. *ejus statura*, 293. *liberi*, 338.
Antoni Oratio super cæde Cæsaris, 88. 89.
Antonius Musa medicus Aug. 361.
Antronii asini, 685.
Apellicon Tejus ll. Arist. coemit. 13.
Apiciosus, 238.
Apocryphorum autoritas, 94.
Apollinaris Laodicenus, 278. 279.
Apollonias regina Pergami, 368.
Apolloni Tyanei περὶ, 638.
Apollophanes medicus regi Antiocho carus, 289. 689. *Stoicus Philosophus*, 336.
Apoximerum, 359.
Apulo, i. e. Apollo, 118.
Aqua salinacea vel salinacida, 408, 409. 410.
Aqua dulcis oppon. salsæ, 408.
Aquilinus lapis, 565. 566. 567.
Aquincum, 250.
Arac regio Babyloniæ, 112.
Aranei ostentati à parabolanis vel circitoribus, 27.
Araneorum genera, 587.
Aratrifagi, vermiculus, ricinus, 63, 64. 403.
Arbor divina quercus, 628. 629.
Arca publica, 594. 595. 596. *Pontificum, fiscalis, Pratoria*, 595.
Arcarius Reip. 594. 595.
Archagathus medicus, 670.
Archeotæ, 596.
Archiatri, 509.
Archimimus, 85.
Archiperecitæ, 113.
Arcites, 236. 237.
Archontes magistratus Athenis Neapoli, 592. 593. 594.
Arctitudo, 635.
Arculata, 238.
Arelate Mamilliaria, 609. 610.
Arenarum remediū, 291. 292. 669.
Aretia, Vesta, Terra, 307.
Aretium Italiæ, 307.
Aretinum, 307.
Argalia, siphon, 663.

Argus canis Ulyßis, 60.
Arietinæ mentes, 308.
Ariston Chius Stoicus philos. 334. 336.
Aristophanes Com. calvus, 378.
Armorum judicium Pac. fab. 373.
Arnesi, 312.
Arria è familia aulica Imp. Antonini, literata, Φιλοφλάτων Laertii, 224.
Arrius Anton. Procos. cæsus in Præconneso, 276. 277.
Arsyenum vinum, 554.
Arvina, 183.
Arundelii Comites, 490.
Arundinis usus ad destillat. & claudicat. 292.
Arutæna, 234.
Asclepius unde dictus, 644.
Ascletarion Mathemat. 349. 350.
Asellus piscis, 571.
Asininæ carnes, 292. 293.
Asinus Indicus, 132.
Asinus inventor vitis, 480. 481.
Asinus convitium, 282. 283. 685.
Assellare, 548.
Aster Samius, 533. 542.
Astula 667. 693.
Atacta Philetæ, 25. 26.
Atanulum, 238.
Atera puls. 685.
Aterius Saturninus, 609.
Athenienses figlina præstitêre, 44.
Atrebates textrina celebres, 498.
Attali 3. reges Pergami, 369.
Attalidum labores, 498. 499.
Avca, avcha, 198.
Avcellæ, 198.
Auge fabula Evbuli, 382.
Augustinus Chiesius, 205. 684.
Augustus Cæsar subinde claudicans, 291. 292.
Avliscus, canalis, 548.
Aulus cogn. Cæcinarum, 65.
Aures longæ nota stultitiæ, 282. 283. 685.
Auriculæ, species deligationis medicæ, 190.
Aurigo, aurugo, 237.
Aurora ab αὐρὴ, 557.
Avrugia, 183.
Aurum ab αὐγῆυ, 237.
Ausonium, 237.
Auster, austeris, austerus, 554.
Axiomatici, 150. 681.
Azur, lapis: azurrum color, 636. 637.
Babylon opidum Ægypti, 97.
Babyloniæ regiones, 111. 112.
Babylonica, 363.
Baculi rhapsodorum, Comicorum, histrionum, 74.
Bagajë, 459.
Bahram rex Persarum, 119.
Balas rex Persarum, 119.
Balistrare, 307.
Banderarii, Banderherri, 50. 779.
Bandum, zona, vexillum, vinculum, 27.

Barba

Digitized by Google

Barba Jovis, 548. Silvani ib.
Barbarius Philippus, 476.
Barcæi, gens Africana, 241.
Barto, instrum. secandi, 242.
Bassum, baxo, infimum, 239.
Baston, baculus, βαςὸν, 640.
Batatzius Imp. CPolitanus, 258.
Batracium, batracia herba, 519.
Battôn statuarius, 176.
Baucalis, bocale, 241.
Baxea, calceus, 584.
Belbus, 511.
Belfragia, 505. 506.
Belua, hyæna, 511.
Berna, steura, 51, 318.
Bernici, 51.
Betæ qualitates, 400.
Bibliorum lectio Judæis vectigalis, 112.
Bibliorum Græcorum Versio, 112. 113.
Biblicorum libr. divisio, 230. 231.
Bibilis, Bilbilis, 114.
Bipartire, 495.
Biplex, 241.
Bohemicæ linguæ commendatio, 48.
Boletha, villa publica, 270. 271. 684. 685.
Boletar, 635.
Bolsargia, 505. 506.
Bornio cogn. Phil. reg. Gall. 265. 266.
Borsella bursa : volsella, 402. 688.
Bortfelda, Botfelda, 271.
Botha, pergula institoris, lanii, 24.
Bottega, apotheca, 24.
Brabantiones, 245.
Braccæ, 584.
Bracara, urbs Portug. 617.
Brachinum, 308.
Bragua, 611.
Brasium, brasiare, braxare, 308.
Bratiarium, bratium, 308.
Brebensones, 245. 631.
Brigantes, 631.
Bristega, 500.
Bructiorum familia, 339.
Brumosum, 535.
Bryonia radix, 207, 208. 567.
Buccillago, 185.
Buccina, conchylia, 575.
Buccinum auris, 575.
Buda, storea, teges, 23.
Buga, bugia, 23.
Bulbus pruriosus, 664.
Bullire, de sue cum prurit, 469.
Burrichalia, burrici, 280.
Bursa. statio mercatorum, 469.
Butes, bootes, 241.
Buxi, fustes cavi, in quibus gladii, 639. 640.
C pro g scripsere veteres librarii, 586.
C nota condemnat. in judiciis Rom. 21.
Caduca mali granati, 510. 627.
Calabricæ vincula, 189.
Calamochnus, adarce, 664.
Calamus æquivocum, 147.

Digitized by Google

Calcitio, 341.
Calculi albi & nigri, integri & perforati in judiciis cum ferebantur sententiæ, 21.
Caligæ, 584.
Callicularium, 62.
Callimedon parasitus, 336.
Calvi usi galericulis, 295.296.
Camisia, 499.
Campagi, 584.
Campanum, 661.
Cancer machina bellica, 321.
Candidare, 675.
Candidati Senatores, *Quæst. Prat.* 601.
Candidati Imperatoris, 601.
Canes cæsi in Lupercal. & Robigal. 57.
Canicidiũ festum apud Argivos, 56.
Canicularium, 62.
Canis fluminalis,castor, 661.
Canis secessus, 577.
Cantabra, 242.
Cantharida, 513.
Cantor pro Comœdo, 242.243.
Canum rabies, 60. 61. *singularia*, ib.
Capitinata, Italiæ regio, 310.
Capparus canis, 60.
Caput stuppæ cogn. Raim. Barcinon. 265.
Carabus navis, 504.
Carbonum familia, 326.
Cardia urbs Thraciæ, 330.
Carinæ mulieres è Caria *conductitiæ*, 82.
Cariones servi Cares, 82.
Carneadis Academ. philosophia, 449.
Carneolus, 178.
Caroli M. locus natalis, 256.25.
Carolus Crassus Imp. d. maleferiatus, 12.
Carolus Martellus d. seu Tudites, 500.
Castores culti Neapoli, 602.
Casus quartus apud Græcos in quinta declinat. factus à Latinis primus primæ, 513. 542.
Catapanus, 309.310.311.
Catapūtiæ, Catapotia, 201.
Catheter, Catheterismus, 663.
Catinus, 633.
Cato, olus, 547.
Cavdos, *Cavdò, insula*, 685.
Caussa pro morbo & dolore, 529.
Celsus, morus, 538.
Celtæ, Germani, 306.
Celte, instrum. lapicidarum, 506.
Cenaris, 616.
Cenchrias, ulceris species, 553.
Cendatum, *cendetum*, *zendalum*, 493.689.
Cenomanni unde dicti, 502.
Centones, impilia, 460. 461.
Centuriæ nota in lapidibus, 620.621.
Cera alba, *Punica*, 543.
Cercalopes, cercalopex, 629.630.
Cermatium, 241.
Cermon-Xa rex Carmaniæ, 119.
Cernitus, Participium, 672.
Cerumen aurium sordes, 585.

Cerj-

Digitized by Google

Cerybion scurra d. scomber, 336.
Cespites fossiles pro lignis, 495. 496.
Cestorum libri S. Africani, 352.
Chalaurus vicus Parisiis, 503.
Chalcidenses censiti pro Athen. 208.
Chalcidicæ terræ vis, 418. 419.
Chalcidicum palatium, diæta, 419.
Chamæleon cogn. Megaclidæ Peripatet. 333.
Chaluz castellum, Calax, 502.
Chamelæa, 332.
Chamitria, chamædrys, 200.
Charaxatio, 211. 652.
Charidæ, carides, 195.
Charta Alexandrina, 517.
Chela, gurgulio, 197. 683.
Chemes princeps Chemicorum, 155.
Chemiæ origines, 155. libri de ea scripti, 380. 381.
Chermes grana ilicis coccifera, 496.
Cholera, choler, 47. 679.
Chœrads, chœras, 313.
Chrysanthius Sardianus, 38.
Chrysanthinum certamen Sardibus, 38.
Chryseïs Lyda conjunx Antimachi P. 37.
Cicadæ senectam exuunt, 398.
Cicero in vertendis Græcis lapsus, 413. 414.
Cyma, cima, coma, 195. 196.
Cimitarra, gladius Turcicus, 264.
Cindetum, sindon, 689. 493.
Cinesias tiliaceus, 294.
Circumcatulatio aliud à caninario sacrificio, 58.
Clarennates ad Lycum fl. 328.
Clari cogn. Bructiorum, 339.
Classis pars urbis Ravennæ, 355.
Clauda insula, 685.
Claudus cogn. Caroli reg. Neap. 2. ex Andegav. 266.
Clem cogn. Ruperti Com. Palat. regis Rom. 266.
Clemens Alex. Laertii lector studiosus, 93. 159.
Clibanus, armatura, 499.
Clitomachi negativa de Diis, 446.
Clypeum Argis adfixum revellere gloriosum, 104.
Coagulum, 661.
Cocetum, 135.
Cœlicolæ, hæretici, 111.
Cœlius Mantuanus, 109.
Cœlus, gulo famosus, 376.
Cœna Philoxeni, 362.
Cognomina singularium personarum, 263. 264. 265. 266. 267. 336. 337.
Colicæ remedium Physicum, 193.
Colifia, 241.
Colonus Atticæ duplex, 116.
Coloniarum jura, magistratus, 591. 592. 593.
Colostrum, 174.
Columbis & piscibus abstinebant Syri, 209.
Comedere de medicam. corrodentibus, 530.
Comes archiatrorum, 509.
Comitia Valenceniana, 256.

Digitized by Google

Comites asperi, hirsuti, 254.
Commeatus, δαπάνη, τιμή, 459. 460.
Commodus Imp. herniosus, 295.
Conciliabulum, 241.
Conculcata lana, 396. 397.
Conjugia sacerdorum, 272.
Consecrata statua, 637. 638.
Consulatus Rom. dign. etiam pueris collata, 247. 248.
Consules Romæ tantùm, non in coloniis, 603. 604.
Contrà noctem, contrà manè, 197. 516.
Corallii naturam ignoravit Plinius, 168.
Coranus, 6.
Corazza, 499.
Corona querna lauro superimposita ante regiam, 629. 693.
Coronatum, 231.
Corporati, collegia, 395. 602. 614.
Corpus marmorariorum, 614.
Corydus parasitus, 336.
Coryphasia Minerva, 367.
Cos Naxia, 669.
Coscinizare, 531. 532. 691.
Costa ferrea cogn. Biarni Dani regis, 263.
Costæ septem, 74. 75.
Cotarelli, militum ferociores, 501.
Cottabi bubuli, 427.
Cottelasso. gladius, 264. 503.
Covinnus, 497.
Coutelas, coutelasso, 264. 503.
Crales, i. e. rex, 54. 55.
Cratinus Comicus vinosus, 378.
Cretus, Participium, 672. 673.
Crines fluminum seu crunes, 47.
Crocodilorum res, 580. 585.
Crocodilos fugans simulacrum, 638.
Ctesiphon medicus, 669.
Cubiculus, 661.
Cubiones, 547.
Cucurbitæ corticum cinis ad ambusta, 499. 450.
Cucurbitarum materia, 535. *modus adplicandarum*, ib.
Cufæ, cuffæ, κοῦφαι, 691.
Cuniculorum venatus per viverras, 390.
Curanus, 6.
Curationes superstitiosæ per amuleta, 392. 639.
Curator viarum, 610.
Curia scaccarii in Anglia, 318.
Curienses à Curio Cypri urbe, 15.
Cutale, 670.
Cutelas, 264. 503.
Cutiones, 579.
Cutis, unde, 458.
Cyathiscomele, 673.
Cyathiscus, 524. 673.
Cymæ summitates, 195. 196.
Cynici hostes Græciæ, 333.
Cypriani acta & vita, 67.
Cyranus rex Persarum confictus, 6. 564.
Cyrenaicus succus, 533.
Cyri Poeta, 561.

Cyrillus

Cyrillus Alex. Episc. 348.
Cystophylax, 663.
Cytinus, 186. 627.
Dacia facta provincia à Traj. 606. *colonia: ejus pratores, ib.*
Dactyli palmarum, 302. *Thebaica*, 536.
Dædaléa Platæensium, 10.
Damascius fæminæ dedicavit suum opus, 430. 680.
Daniel ab Ebr. non annumeratur Prophetis, 226. & *seqq. ejus feretrum Susis*, 233.
Darcolomæ populi in Dacia scil. 608.
Darynca, 496.
Decius pr. Pr. Maximini pòst Imperator. 611.
Declinationum variatio, 407. 513. 554.
Deligationum in chirurgia variæ species, 189. [1]90.
Delticus, 242.
Demarchi, Demarchia, 592.
Densabile, quod densat, 649.
Dentes non evellendi, 538.
Dentes muniuntur capsula in gyrum, ib.
Dentiducum, ibid.
Diacappareos medicam. 670.
Dialectus Chalcid. & Athen. 208. *Cretica*, 151.
Diaspermaton malagma, 551.
Diatritus, diatritarii, 534. 691.
Didii Salvii Juliani Aug. stemma, 341. 343.
Digitus nomen mensuræ, 105.
Dimisragia, δεμυφαγία, 406. 514.
Diminutivæ formæ nomina non semper habent significat. diminut. 442.
Diogenes Laert. fæminæ inscripsit suum opus de philosophis, 224.
Diplangium, 512. 526.
Dobelii, Tobelii, Hispaniæ populus à Tubale, 115.
Dolones, enses in fuste, 639. 640.
Dorycnium, 583.
Drachmitæ uniones, 573.
Dragomannus, 244. 245.
Dragonteæ vires in mundanda cute, 368.
Drimisagia, 406. 514.
Ducenarii in acie & quovis corpore, 616.
Duni colles, 315.
Dusius dæmon, 242.
DuumViri in coloniis, 592. 593. 594. *navales*, 598. *Quinquennales*, 604.
Ebon numen Campanorum, 588. 597. 603.
Egeria, Nixia, Dea puerperiis præsidens, 24.
Elevsiniorum sacrorum ritus pars rami ficulnei in cista, unde, 101.
Ellipsis voculæ γαῖα, 418. 419.
Embuba, 407.
Emesenorum reguli, 110. 124.
Emeseni Solis cultores, 414. 680.

Emi-

Emina, enima, ἔνεμα, 200.
Empl. è salicibus, 519.
Encolpismus, 515.
Endanica columna, 583.
Ennius ex Evrip. suas fabb. vertit. 377.
Entatica medicamenta, 351.
Ephelcida, 513.
Ephelidæ, 513.
Ephialtæ etymon, 660.
Epigozotum, 406.
Epilepsiæ remedia, 301. 661. 662.
Episopi panis, 309.
Epistola ad Ebræos testimonio è scripto apocrypho utitur, 94.
Epitaphia portis præfixa, 90.
Eporedia opidum Salassorum, 120.
Equi ex Apulia, Thessalia optimi, 117. è Frisia, 359.
Equi Solis duo mares funales, duæ feminæ jugales, 633. 634.
Eqvus Trojanus fab. Livii Andr. 373.
Eratosthenes dictus Βῆτα, 32.
Erectio, 351. 567.
Eres, heres, her, erinaceus, 185.
Eretinæ mentes, 307.
Erisichthon d. Æthon, 370.
Eroticon scriptores, 514.
Eruciorum familia, 339.
Eruptivi cibi, 552.
Eryngium loco philtri, 568.
Escæ, hyscæ, 311.
Essonium. 311. 321. 686.
Evdocia Imperatrix, 561.
Evmenes reges Pergami, 368. 369.
Evmetis, 371.
Evnus Syrus fax belli servilis, 392.
Evphorbium hydropicos purgat, 520.
Evphranor Pythagoricus, 344.
Exarchus, catapanus, 309. 310.
Exbromare, 536.
Excellare, 242.
Excoriatio vivorum, supplicium apud Persas, 457. 458.
Excrementa quæ egeruntur, à primùm natis, peculiaribus nominibus, 173. 174.
Exonium, 311. 321.
FAbæ à Pythagora vetitæ, 381.
Fabrum, perfectum, 248.
Fabularius cantor, 243.
Facere ventrem, urinam, 549.
Faciale, orarium, 312.
Facitergula, fassoletto, 431.
Feminæ literatæ, 223.
Fanon, 311. 312.
Fara, 312.
Fasma, 312.
Fasti COSS emendantur & illustrantur, 248. 249. 250. 592. 615.
Fel hyænæ dulce, 511.
Feltra, è lanis coactiles panni, 461.
Ferrado, 174.
Ferrea brachia cogn. Wilh. Norm. 764.
Ferri purgatio, 510.
Ferrum Indicum, 583.
Fessæ ovium, 394.
Fessesis, 395.
Ficatum, 394.
Ficus Ægiliades, 190. 191. 536.

Ficuum,

Digitized by Google

Ficuum esus, 202. 683.
Figelta, 553.
Figuli Athenienses, 44.
Fila, 156. 682.
Filix pro assula, 193. 683.
Firma. firmarii, 312
Fœdare, fœtare, fœtidare, 675.
Forda, Φορϱάδα, 513.
Forense, i. e. externum, 675.
Foretta, 390. 391.
Formica unde, 513.
Forteritiæ, 312.
Fragis Lemnia, 542.
Fraxinus pro hasta, 499.
Fraxini vires in curat. vulnerum, 303. 304.
Frigoritici, 303.
Fuca foca, posca, 483.
Funales equi. 633. 634.
Funerum ritus illustrantur, 80. 81. 82. 89. 90.
Fungorum esus suffocat, 578.
Furius Saturninus, 608. 609.
Fustis, 438. 639.
Gagila, 574.
Galiota, 495.
Galla coriariorum. rhus, 545.
Galli à Græcis orti, 641.
Galli Chalcidici. 418.
Gallicæ, gallicule, calcei, 63. 584.
Gambesum, 499.
Garcio. garzone, 494.
Gargala, gula, 683.
Gargar, uva, 197.
Gasterium, gastras, 576.
Gaudaris nomen convitii, 282. 685.
Gaudo, Gaulos insula, 685.
Gelatina, 504.
Gellò spectrum, 579.
Genera Nominum mutant Latino-barb. 407. 515. 520. 561.
Gepa, 312.
Gerapicra pro biera, 403. 404. 405.
Germinale oleum, 555.
Gibberosæ plantæ, 548.
Giemar, giummari palmarum, 302.
Gillo. phiala, 241. 684.
Glaucitores, 202. 612. 683.
Gleba vitri, calcis, &c. 517.
Glossariorum commendatio, 23. 305. 306.
Gordianus cogn. Quintiliorum, 337. 338.
Goslaria, 271.
Grad, Gradecium, 54.
Græca Verba in ζω Latina facta, 531.
Græca Bibl. Versio exosa Judæis, 112. 113.
Græca malè versa à Latinorum doctiss. 413. 414. 415.
Græcorum veterum furta, 331. 342. 343. 344.
Graminale oleum, 540. 555.
Granatorum partes & vires, 627.
Granea. granica, 313.
Gratelle, grattare, 522.
Grasiero, 309.
Grassonia grassum, grasus, 243.
Grod, castrum, arx, 54.

Grasserium, 576.
Gula, gargara, 197. 683.
Gumera, 302.
Gurguliones, pulmonum canna, 197. 683.
Gutta, gummi ammon. 392. 403. 412.
Gutta prima saponaria, 553.
Gutturatio, gutturo, 683.
Gutturnia, 248.
Gypsum Naxium. & facultates, 524.
HAgiographa. 226. 227. 231.
Hateria gens, 609.
Haver, avera, bona, 265.
Hebon Campanorum vicinorumq; numen, 597. 603.
Hectoris lytra, Ennii fab. 373.
Hebdomades Varronis, 129.
Hedinus, 383.
Henrici IV. ex-Imp. sepulcrum, 257. 258.
Heraclii Imp. morbus, 299. 300.
Heraiscus Philosophus, 479. 638.
Herbariorum scriptores, 664. 665.
Hercules ἀπβιλευς, 660. 661.
Herculeus nodus, 190.
Hero, heres, eres, 185.
Hernia gutturis, 243.
Hernia in opprobrio, 295.
Herpes miliaris, 553.
Heruli, 364. 365.
Heurt, conflictus, 501.
Hillus seu Illus, 282. 283. 284.
Hippajum, 523.
Hipparchia Φιλόσοφος, 225.
Hippocratis interpretũ defensio contrà Galenum, 40. 41. 42.
Hippocratis scamnum, 298.
Hippomanes, 577.
Hippomedon Ægeus, 344.
Hippon Metapont. Pythagor. 483.
Hippotae s. Phylantis, 327.
Homerus varie notatus à Criticis. 60.
Hominum corda, caro, ossa in medicina, 661. 662.
Honor, i. e. principatus, 313.
Hordearii gladiatores, 170. 171.
Hordeum præmium victorum in Eleusiniis, 171.
Hosæ, 584.
Hrad, Hradecium, 54.
Humidare, 196. 673.
Hustin, 268.
Hurdare, 501.
Hurdicia, 500.
Huttinus cogn. Lud. reg. Gall. 266.
Hydrops humidus siccus, 301.
Hydropi superveniens inflatio colic, 299.
Hypatia Φιλόσοφος, 225.
Hyperpyra, 314.
Hypozygos membrana, 406.
Hysterica pnica, 512.
IAcobus ψυχοχειστὴς medicus, 350.
Jactare pro ejicere, 549.
Icarius mons Attica, 264.
Ictuatus. ἀποπληκτος, 28.
Idiophye Orphei, 126. 127.
Igne fluvius, 276.

Imminere, 521.
Imuth libri de Chemia, 380.
Inanthi, 554.
Imbromidari, 536.
Incardium, 517.
Incoma, 243. 244.
Incuba, incubo, incubator, 24.
Inculcare, interculcare, 397.
Index autorũ historiæ naturali præmissus à Plinio excussus, 157. & seqq.
Indicum ferrum, 583.
Infundibulum, 467.
Ingelheimium, 256.
Inion, 548.
Ino Evrip. fabula, 373.
Insaniæ variæ species, 34. 646.
Insanum, inserius, 410. 411. 549. 550. 551.
Inscriptiones antiquæ productæ & emendatæ, 38. 65. 86. 87. 91. 104. 118. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 339. 340. 341. 342. 388. 504. 509. 545. 559. 589. usq; ad 621. 630.
Insolatio, solicatio, 669.
Instantia, erectio, 351. 567.
Instrum. luxatis reponendis, 298.
Interion, 517.
Intensiva medicamenta, 351.
Io poëma Livii Andronici, 126.
Iperperia, 314.
Iporeja, Eboreja, Ivréa, 120.
Ipozagoga, 406.
Iraca, 111. 112.
Irnesides, i. e. latus ferreum, 264.
Isca, 311.
Itylus, Itys, 340.
Judæi, Cælicolæ, 111.
Judæorum alii Syri alii Iracenses, 111. 113.
Judæorum clades ab Adriano, 458. 459.
Judices victualium, 309.
Jugariæ equæ, 633. 634.
Jugius ales, 568. 569.
Julia Domna Severi Imp. conjux, 223.
Juliæ inter Augustas plures, 86. 87.
Julianus Imp. Plutarchi studiosus, 10.
Juno, Juga, 568.
Justa pro juxta, 694.
Jynx avis, 568. 569.
Kelesia, 567. 568.
Kermesinæ telæ, 498.
Labrusca, 594.
Lac celsi, 538.
Lac diacochlacon, silicare, 671.
Lac fissile, 672.
Lacerta Chalcidica, 418.
Lambda, 314.
Lamia, 579.
Lana limpida, 526.
Lanistæ, gladiatorum doctores, 612.
Lapis aquilinus, 565. 566. 567. Cyites, 567. Gabinus & Sabinus, 67. lyncis, 570. militis, militaris, 552. 692. Opsidianus, 511. Thyites, 575.
Lapides auriculis suspensi, 557. 558.

Acriſius error, acriſia, 502.
Acrones, 515.
Acrumina, 513.
Activa verba loco Paſſivorum, 516. 526. 552.
Acumina, 513. 515.
Actylus, 340.
Acuti cuprini, 513.
Adamas, anach, 175. 176.
Adarce, 665.
Adiabeni populi, 114.
Adjectiva ſubſtantivantur, 513. 542.
Adjectiva in aliis terminantia, 671. *in bilis*, 649. 650.
Adora, 238.
Adriani Imp. in cenſendis Poëtis ſingularitas, 37.
Adſecula, 230.
Ædiles, 592. 594. 600. 603.
Ægæ opidum, 344.
Ægeus fabula Philyllii, 382.
Ægiliades caricæ, 190. 191.
Ægypti fertilitas, 545.
Æluri populi, 364. 365.
Æmidus, 237.
Ænus fluvius, 270. *opidum*, 344.
Æquilancium, Æquilatium, 239.
Ærarium militare, 595.
Ærugo Campana, 543.
Æſchrio, fabula Cæcilii, 125.
Æſion Athenienſis, 330.
Æthon Theſſalus: & equus Solis, 370. *fabula Achæi*, 125.
Afer panis, 514.
Africæ fertilitas, 545. 546.
Agadir, Agdir, 636. 637.
Agamemnon Æſchyli fabula, 382.
Agricolæ defendendi à militibus, 462. 463.
Ayn Ebr. aſpiratio, 356.
Alba Græa, Album caſtrum, 54.
Albores ovorum, 395.
Alchermes confectio, 498.
Alcorano unde nomen, 6.
Alcorat, cimex, à κόρις, 64. 395.
Ales jugius, 568.
Alexandriæ Urbis regiones quinq, 31.
Alexandrina horrea Romæ, 548.
Alexandr. ſtolus & ejus navcleri, 22. 545.
Alexandrina terra, 516. 517. 582.
Alphito fatua, 579.
Aliger, pro gallo, 240.
Aliſtrare, 307.
Allobroga, 240.
Aloë ſicotina & Seccotorina, 394.
Alopitioſus, 238.
Alphæa, 567. 568.
Alphi albi & nigri, 567. 568.
Altejugi, 569.
Alud, aluta, 407.
Alum Gallicum, 673.
Ambices, olla, 668.
Ambulacium, ampullagium, balauſtium, 627.
Ammoniacum gummatum, 403. *gutta*, 392.
Amoris vis, 486.
Amymone, fabula, 382.

Amyntica, 556.
Anastasi Imp. avaritia & κακοπι-στία, 280. 281. 282.
Anaxarchus discip. Metrodori Chii, 370.
Anetica tempora, 514.
Angaria: Angarianus, 240. 684.
Animalia senectam deponentia, 398.
Anni tempora ab animalibus denominata, 62. 63.
Anœa, 236.
Annonæ præfecti, 309.
Annuli Physici, 392.
Anthera pars in rosis, 541.
Anthereôn, mentum, 541.
Anthologia Vectii Valentis, 559. 560. 692.
Antimachus Poeta prælatus Virgilio, 37.
Antiopa fabula Evrip. Enni, Pacuvii, 373.
M. Antonini Imp. epitheton Philosophus, 224. 225. ejus statura, 293. liberi, 338.
Antoni Oratio super cæde Cæsaris, 88. 89.
Antonius Musa medicus Aug. 361.
Antronii asini, 685.
Apellicon Tejus ll. Arist. coemit. 13.
Apiciosus, 238.
Apocryphorum autoritas, 94.
Apollinaris Laodicenus, 278. 279.
Apollonias regina Pergami, 368.
Apolloni Tyanéi πέρατα, 638.
Apollophanes medicus regi Antiocho carus, 289. 689. Stoicus Philosophus, 336.
Apoximerum, 359.
Apulo, i. e. Apollo, 118.
Aqua salinacea vel salinacida, 408. 409. 410.
Aqua dulcis oppon. salsæ, 408.
Aquilinus lapis, 565. 566. 567.
Aquincum, 250.
Arac regio Babyloniæ, 112.
Aranei ostentati à parabolanis vel circitoribus, 27.
Araneorum genera, 587.
Aratrifagi, vermiculus, ricinus, 63. 64. 403.
Arbor divina quercus, 628. 629.
Arca publica, 594. 595. 596. Pontificum, fiscalis, Pratoria, 595.
Arcarius Reip. 594. 595.
Archagathus medicus, 670.
Archeotæ, 596.
Archiatri, 509.
Archimimus, 85.
Archiperecitæ, 113.
Arctites, 236. 237.
Archontes magistratus Athenis Neapoli, 592. 593. 594.
Arctitudo, 635.
Arculata, 238.
Arelate Mamilliaria, 609. 610.
Arenarum remediū, 291. 292. 669.
Aretia, Vesta, Terra, 307.
Aretium Italiæ, 307.
Aretinum, 307.
Argalia, siphon, 663.

Argus canis Ulyssis, 60.
Arietinæ mentes, 308.
Ariston Chius Stoicus philos. 334. 336.
Aristophanes Com. calvus, 378.
Armorum judicium Pac. fab. 373.
Arnesi, 312.
Arria è familia aulica Imp. Antonini, literata, Φιλοφλάτων Laertii, 224.
Arrius Anton. Procos. cæsus in Praconneso, 276. 277.
Arsyenum vinum, 554.
Arvina, 183.
Arundelii Comites, 490.
Arundinis usus ad destillat. & claudicat. 292.
Arutæna, 234.
Asclepius unde dictus, 644.
Ascletarion Mathemat. 349. 350.
Asellus piscis, 571.
Asininæ carnes, 292. 293.
Asinus Indicus, 132.
Asinus inventor vitis, 480. 481.
Asinus convitium, 282. 283. 685.
Assellare, 548.
Aster Samius, 533. 542.
Astulæ 667. 693.
Atacta Philetæ, 25. 26.
Atanulum, 238.
Atera puls. 685.
Aterius Saturninus, 609.
Athenienses figlina præstitêre, 44.
Atrebates textrina celebres, 498.
Attali 3. reges Pergami, 369.
Attalidum labores, 498. 499.
Avca, avcha, 198.
Avcellæ, 198.
Auge fabula Evbuli, 382.
Augustinus Chiesius, 205. 684.
Augustus Cæsar subinde claudicans, 291. 292.
Avliscus, canalis, 548.
Aulus cogn. Cæcinarum, 65.
Aures longæ nota stultitiæ, 282. 283. 685.
Auriculæ, species deligationis medicæ, 190.
Aurigo, aurugo, 237.
Aurora ab αὐγῆ, 557.
Avrugia, 183.
Aurum ab αὐγῶν, 237.
Ausonium, 237.
Auster, austeris, austerus, 554.
Axiomatici, 150. 681.
Azur, lapis: azurrum color, 636. 637.
Babylon opidum Ægypti, 97.
Babyloniæ regiones, 111. 112.
Babylonica, 363.
Baculi rhapsodorum, Comicorum, histrionum, 74.
Bagajè, 459.
Bahram rex Persarum, 119.
Balas rex Persarum, 119.
Balistrare, 307.
Banderarii, Banderherri, 50. 779.
Bandum, zona, vexillum, vinculum, 27.

Digitized by Google

Barba Jovis, 548. *Silvani ib.*
Barbarus Philippus, 476.
Barcæi, gens Africana, 241.
Barto, instrum. secandi, 242.
Bassum, baxo, infimum, 239.
Baston, baculus, βαςὸν, 640.
Batatzius Imp. C Politanus, 258.
Batracium, batracia herba, 519.
Battôn statuarius, 176.
Baucalis, bocale, 241.
Baxea, calceus, 584.
Belbus, 511.
Belfragia, 505. 506.
Belua, hyæna, 511.
Berna, fleura, 51, 318.
Bernici, 51.
Betæ qualitates, 400.
Bibliorum lectio Judæis vectigalis, 112.
Bibliorum Græcorum Versio, 112. 113.
Biblicorum libr. divisio, 230, 231.
Bibilis, Bilbilis, 114.
Bipartire, 495.
Biplex, 241.
Bohemicæ linguæ commendatio, 48.
Boletha, villa publica, 270. 271. 684. 685.
Boletar, 635.
Bolsargia, 505. 506.
Bornio cogn. Phil. reg. Gall. 265. 266.
Borsella bursa : volsella, 402. 688.
Bortfelda, Botfelda, 271.
Botha, pergula institoris, lanii, 24.
Bottega, apotheca, 24.
Brabantiones, 245.
Braccæ, 584.
Braccara, urbs Portug. 617.
Brachinum, 308.
Bragua, 611.
Brasium, brasiare, braxare, 308.
Bratiarium, bratium, 308.
Brebensones, 245. 631.
Brigantes, 631.
Bristega, 500.
Bructiorum familia, 339.
Brumosum, 535.
Bryonia radix, 207. 208. 567.
Buccillago, 185.
Buccina, conchylia, 575.
Buccinum auris, 575.
Buda, storea, teges, 23.
Buga, bugia, 23.
Bulbus pruriosus, 664.
Bullire, de sue cum prurit, 469.
Burrichalia, burrici, 280.
Bursa, statio mercatorum, 469.
Butes, bootes, 241.
Buxi, fustes cavi, in quibus gladii, 639. 640.
C *pro g scripsere veteres librarii*, 586.
C *nota condemnat. in judiciis Rom.* 21.
Caduca mali granati, 510. 627.
Calabricæ vincula, 189.
Calamochnus, adarce, 664.
Calamus æquivocum, 147.

Digitized by Google

Calcitio, 341.
Calculi albi & nigri, integri & perforati in judiciũ cum ferebantur sententiæ, 21.
Caligæ, 584.
Callicularium, 62.
Callimedon parasitus, 336.
Calvi usi galericulis, 295.296.
Camisia, 499.
Campagi, 584.
Campanum, 661.
Cancer machina bellica, 321.
Candidare, 675.
Candidati Senatores, Quæst. Præt. 601.
Candidati Imperatoris, 601.
Canes cæsi in Lupercal. & Robigal. 57.
Canicidiũ festum apud Argivos, 56.
Canicularium, 62.
Canis fluminalis, castor, 661.
Canis secessus, 577.
Cantabra, 242.
Cantharida, 513.
Cantor pro Comœdo, 242. 243.
Canum rabies, 60. 61. *singularia, ib.*
Capitinata, Italiæ regio, 310.
Capparus canis, 60.
Caput stuppæ cogn. Raim. Barcinon. 265.
Carabus navis, 504.
Carbonum familia, 326.
Cardia urbs Thraciæ, 330.
Carinæ mulieres è Caria conductitiæ, 82.
Cariones servi Cares, 82.
Carneadis Academ. philosophia, 449.
Carneolus, 178.
Caroli M. locus natalis, 256. 25.
Carolus Crassus Imp. d. malaferiatus, 12.
Carolus Martellus d. seu Tudites, 506.
Castores culti Neapoli, 602.
Casus quartus apud Græcos in quinta declinat. factus à Latinis primus primæ, 513. 542.
Catapanus, 309.310.311.
Cataputiæ, Catapotia, 201.
Catheter, Catheterismus, 663.
Catinus, 633.
Cato, olus, 547.
Cavdos, Cavdò, insula, 685.
Caussa, pro morbo & dolore, 529.
Celsus, morus, 538.
Celtæ, Germani, 306.
Celte, instrum. lapicidarum, 506.
Cenaris, 610.
Cenchrias, ulceris species, 553.
Cendatum, cendetum, zendalum, 493. 689.
Cenomanni unde dicti, 502.
Centones, impilia, 460. 461.
Centuriæ nota in lapidibus, 620.621.
Cera alba, Punica, 543.
Cercalopes, cercalopex, 629. 630.
Cermatium, 241.
Cermon-Xa rex Carmaniæ, 119.
Cernitus, Participium, 672.
Cerumen aurium sordes, 585.

Cery-

Cerybion scurra d. scomber, 336.
Cespites fossiles pro lignis, 495. 496.
Cestorum libri S. Africani, 352.
Chalaurus vicus Parisiis, 503.
Chalcidenses censiti pro Athen. 208.
Chalcidicæ terræ vii, 418. 419.
Chalcidicum palatium, diæta, 419.
Chamæleon cogn. Megaclidæ Peripatet. 333.
Chaluz castellum, Calax, 502.
Chamelæa, 332.
Chamitria, chamædrys, 200.
Charaxatio, 211. 652.
Charidæ, carides, 195.
Charta Alexandrina, 517.
Chela, gurgulio, 197. 683.
Chemes princeps Chemicorum, 155.
Chemiæ origines, 155. *libri de ea scripti*, 380. 381.
Chermes grana ilicis coccifera, 496.
Cholera, choler, 47. 679.
Chœrada, chœras, 313.
Chrysanthius Sardianus, 38.
Chrysanthinum certamen Sardibus, 38.
Chryseis Lyda conjunx Antimachi P. 37.
Cicadæ senectam exuunt, 398.
Cicero in vertendis Græcis lapsus, 413. 414.
Cyma, cima, coma, 195. 196.
Cimitarra, gladius Turcicus, 264.
Cindetum, sindon, 689. 493.
Cinesias tiliaceus, 294.
Circumcatulatio aliud à caninario sacrificio, 58.
Clarennates ad Lycum fl. 328.
Clari cogn. Bruttiorum, 339.
Classis pars urbis Ravennæ, 355.
Clanda insula, 685.
Claudus cogn. Caroli reg. Neap. 2. *ex Andegav.* 266.
Clem cogn. Ruperti Com. Palat. regis Rom. 266.
Clemens Alex. Laertii lector studiosus, 93. 159.
Clibanus, armatura, 499.
Clitomachi negativa de Diis, 446.
Clypeum Argis adfixum revellere gloriosum, 104.
Coagulus, 661.
Cocetum, 135.
Cœlicolæ, hæretici, 111.
Cœlius Mantuanus, 109.
Cœlus, gulo famosus, 376.
Cœna Philoxeni, 362.
Cognomina singulariũ personarum, 263. 264. 265. 266. 267. 336. 337.
Colicæ remedium Physicum, 193.
Colifia, 241.
Colonus Atticæ duplex, 116.
Coloniarum jura, magistratus, 591. 592. 593.
Colostrum, 174.
Columbis & piscibus abstinebant Syri, 209.
Comedere de medicam. corrodentibus, 530.
Comes archiatrorum, 309.
Comitia Valenceniana, 256.

Digitized by Google

Comites asperi, hirsuti, 254.
Commeatus, δαπάνη, πηγή, 459. 460.
Commodus Imp. herniosus, 295.
Conciliabulum, 241.
Conculcata lana, 396. 397.
Conjugia sacerdorum, 272.
Consecratæ statuæ, 637. 638.
Consulatus Rom. dign. etiam pueris collata, 247. 248.
Consules Romæ tantùm, non in coloniis, 603. 604.
Contrà noctem, contrà manè, 197. 516.
Corallii naturam ignoravit Plinius, 168.
Coranus, 6.
Corazza, 499.
Corona querna lauro superimposita ante regiam, 629. 693.
Coronatum, 231.
Corporati, collegia, 395. 602. 614.
Corpus marmorariorum, 614.
Corydus parasitus, 336.
Coryphasia Minerva, 367.
Cos Naxia, 669.
Coscinizare, 531. 532. 691.
Costa ferrea cogn. Biorni Dani regis, 263.
Costæ septem, 74. 75.
Cotarelli, militum ferociores, 501.
Cottabi bubuli, 427.
Cottelasso, gladius, 264. 503.
Covinnus, 497.
Coutelas, coutelasso, 264. 503.
Crales, i. e. vex, 54. 55.
Cratinus Comicus vinosus, 378.
Cretus, Participium, 672. 673.
Crines fluminum seu crunes, 47.
Crocodilorum res, 580. 585.
Crocodilos fugans simulacrum, 638.
Ctesiphon medicus, 669.
Cubiculus, 661.
Cubiones, 547.
Cucurbitæ corticum cinis ad ambusta, 499. 450.
Cucurbitarum materia, 535. modus adplicandarum, ib.
Cusæ, cuffæ, κῦφαι, 691.
Cuniculorum venatus per viverras, 390.
Curanus, 6.
Curationes superstitiosæ per amuleta, 392. 639.
Curator viarum, 610.
Curia scaccarii in Anglia, 318.
Curienses à Curio Cypri urbe, 15.
Cutale, 670.
Cutelas, 264. 503.
Cutiones, 579.
Cutis, unde, 458.
Cyathiscomele, 673.
Cyathiscus, 524. 673.
Cymæ summitates, 195. 196.
Cynici hostes Græciæ, 333.
Cypriani acta & vita, 67.
Cyranus rex Persarum confictus, 6. 564.
Cyrenaicus succus, 533.
Cyri Poeta, 561.

Digitized by Google

Cyrillus Alex. Episc. 348.
Cystophylax, 663.
Cytinus, 186. 627.
DAcia facta provincia à Traj. 606. colonia: ejus prætores, ib.
Dactyli palmarum, 302. Thebaica, 536.
Dædaléa Platæensium, 10.
Damascius fœminæ dedicavit suum opus, 430. 680.
Daniel ab Ebr. non annumeratur Prophetis, 226. & seqq. ejus feretrum Susis, 233.
Darcolomæ populi in Dacia scil. 608.
Darynca, 496.
Decius pr. Pr. Maximini post Imperator. 611.
Declinationnm variatio, 407. 513. 554.
Deligationum in chirurgia variæ species, 189. [illegible]0.
Delticus, 242.
Demarchi, Demarchia, 592.
Densabile, quod densat, 649.
Dentes non evellendi, 538.
Dentes muniuntur capsula in gyrum, ib.
Dentiducum, ibid.
Diacappareos medicam. 670.
Dialectus Chalcid. & Athen. 208. Cretica, 151.
Diaspermaton malagma, 551.
Diatritus, diatritarii, 534. 691.
Didii Salvii Juliani Aug. stemma, 341. 343.
Digitus nomen mensuræ, 105.
Dimisragia, δεμυφαγία, 406. 514.
Diminutivæ formæ nomina non semper habent significat. diminut. 442.
Diogenes Laert. fœminæ inscripsit suum opus de philosophis, 224.
Diplangium, 512. 526.
Dobelii, Tobelli, Hispaniæ populus à Tubale, 115.
Dolones, enses in fuste, 639. 640.
Dorycnium, 583.
Drachmitæ uniones, 573.
Dragomannus, 244. 245.
Dragonteæ vires in mundanda cute, 368.
Drimisagia, 406. 514.
Ducenarii in acie & quovis corpore, 616.
Duni colles, 315.
Dusius dæmon, 242.
DuumViri in coloniis, 592. 593. 594. navales, 598. Quinquennales, 604.
EBon numen Campanorum, 588. 597. 603.
Egeria, Nixia, Dea puerperiis præsidens, 24.
Eleusiniorum sacrorum ritus pars rami ficulnei in cista, unde, 101.
Ellipsis voculæ γαῖα, 418. 419.
Embuba, 407.
Emesenorum reguli, 110. 124.
Emeseni Solis cultores, 414. 680.

Emi-

Emina, enima. ἔνεμα, 200.
Empl. è salicibus, 519.
Encolpismus, 515.
Endanica columna, 583.
Ennius ex Eurip. suas fabb. vertit. 377.
Entatica medicamenta, 351.
Ephelcida, 513.
Ephelidæ, 513.
Ephialtæ etymon, 660.
Epigozotum, 406.
Epilepsiæ remedia, 301. 661. 662.
Episopi panis, 309.
Epistola ad Ebræos testimonio è scripto apocrypho utitur, 94.
Epitaphia portis præfixa, 90.
Eporedia opidum Salassorum, 120.
Equi ex Apulia, Thessalia optimi, 117. è Frisia, 359.
Equi Solis duo mares funales, duæ fœminæ jugales, 633. 634.
Equus Trojanus fab. Livii Andr. 373.
Eratosthenes dictus Βῆτα, 32.
Erectio, 351. 567.
Eres, heres, her, erinaceus, 185.
Eretinæ mentes, 307.
Erisichthon d. Æthon, 370.
Eroticon scriptores, 514.
Eruciorum familia, 339.
Eruptivi cibi, 552.
Eryngium loco philtri, 568.
Esca, hysca, 311.
Essonium. 311. 321. 686.
Evdocia Imperatrix, 561.
Evmenes reges pergami, 368. 369.
Evmetis, 371.
Evnus Syrus fax belli servilis, 372.
Evphorbium hydropicos purgat, 520.
Evphranor Pythagoricus, 344.
Exarchus, catapanus, 309. 310.
Exbromare, 536.
Excellare, 242.
Excoriatio vivorum, supplicium apud Persas, 457. 458.
Excrementa quæ egeruntur, à primum natis, peculiaribus nominibus, 173. 174.
Exonium, 311. 321.
FAbæ à Pythagora vetitæ, 381.
Fabrum, perfectum, 242.
Fabularius cantor, 243.
Facere ventrem, urinam, 549.
Faciale, orarium, 312.
Facitergula, fassoletto, 431.
Fœminæ literatæ, 223.
Fanon, 311. 312.
Fara, 312.
Fasma, 312.
Fasti COSS. emendantur & illustrãtur, 248. 249. 250. 592. 615.
Fel hyænæ dulce, 511.
Feltra, è lanis coactiles panni, 461.
Ferrado, 174.
Ferrea brachia cogn. Wilh Norm. 764.
Ferri purgatio, 510.
Ferrum Indicum, 583.
Fessæ ovium, 394.
Fessefis, 395.
Ficatum, 394.
Ficus Ægiliades, 190. 191. 536.

Ficuum,

Ficuum esus, 202. 683.
Figelta, 553.
Figuli Athenienses, 44.
Filæ, 156. 682.
Filix pro assula, 193. 683.
Firma, firmarii, 312.
Fædare, fætare, fætidare, 675.
Forda, Φορὰδα, 513.
Forense, i. e. *externum*, 675.
Foretta, 390. 391.
Formica unde, 513.
Forteritiæ, 312.
Fragis Lemnia, 542.
Fraxinus pro hasta, 499.
Fraxini vires in curat. vulnerum, 303. 304.
Frigoritici, 303.
Fuca. foca, posca, 483.
Funales equi, 633. 634.
Funerum ritus illustrantur, 80. 81. 82. 89. 90.
Fungorum esus suffocat, 578.
Furius Saturninus, 608. 609.
Fustis, 438. 639.
G*Agila*, 574.
G*Galiota*, 495.
Galla coriariorum. rhus, 545.
Galli à Græcis orti, 641.
Galli Chalcidici, 418.
Gallicæ, gallicula, calcei, 63. 584.
Gambesum, 499.
Garcio, garzone, 494.
Gargala, gula, 683.
Gargar, uva, 197.
Gasterium, gastras, 576.
Gaudarii nomen convitii, 282. 685.
Gaudo, Gaulos insula, 685.
Gelatina, 504.
Gellò spectrum, 579.
Genera Nominum mutant Latino-barb. 407. 515. 520. 561.
Gepa, 312.
Gerapicra pro biera, 403. 404. 405.
Germinale oleum, 555.
Gibberosæ plantæ, 548.
Giemar, giummari palmarum, 302.
Gillo, phiala, 241. 684.
Gladiatores, 202. 612. 683.
Gleba vitri, calcis, &c. 517.
Glossariorum commendatio, 23. 305. 306.
Gordianus cogn. Quintiliorum, 337. 338.
Goslaria, 271.
Grad, Gradecium, 54.
Græca Verba in ζω *Latina facta*, 531.
Græca Bibl. Versio exosa Judæis, 112. 113.
Græca malè versa à Latinorum doctiss. 413. 414. 415.
Græcorum veterum furta, 331. 342. 343. 344.
Graminale oleum, 540. 555.
Granatorum partes & vires, 627.
Granea, granica, 313.
Gratelle, grattare, 522.
Grassiero, 309.
Grassonia grassum, grasus, 243.
Grod, castrum, arx, 54.

Digitized by Google

Grefferium, 576.
Gula, gargara, 197. 683.
Gumera, 302.
Gurguliones, pulmonum canna, 197. 683.
Gutta, gummi ammon. 392. 403. 412.
Gutta prima saponaria, 533.
Gutturatio, gutturo, 683.
Gutturnia, 248.
Gypsum Naxium, & facultates, 524.
H*Agiographa*. 226. 227. 231.
Hateria gens, 609.
Haver, avera, bona, 265.
Hebon Campanorum vicinorumq; numen, 597. 603.
Hectoris lytra, Ennii fab. 373.
Hebdomades Varronis, 129.
Hedinus, 313.
Henrici IV. ex-Imp. sepulcrum, 257. 258.
Heraclii Imp. morbus, 299. 300.
Heraiscus Philosophus, 479. 638.
Herbariorum scriptores, 664. 665.
Hercules ἐπιβουλεύς, 660. 661.
Herculeus nodus, 190.
Hero, heres, eres, 185.
Hernia gutturis, 243.
Hernia in opprobrio, 295.
Herpes miliaris, 553.
Heruli, 364. 365.
Heurt, conflictus, 501.
Hillus seu Illus. 282. 283. 284.
Hippajum, 523.
Hipparchia φιλόσοφος, 225.
Hippocratis interpretum defensio contra Galenum, 40. 41. 42.
Hippocratis scamnum, 298.
Hippomanes, 577.
Hippomedon Ægeus, 344.
Hippon Metapont. Pythagor. 483.
Hippota f. Phylantis, 327.
Homerus varie notatus à Criticis. 60.
Hominum corda, caro, ossa in medicina, 661. 662.
Honor. i. e. principatus, 313.
Hordearii gladiatores, 170. 171.
Hordeum præmium victorum in Eleusiniis, 171.
Hosa, 584.
Hrad, Hradecium, 54.
Humidare, 196. 675.
Hustin, 266.
Hurdare, 501.
Hurdicia, 500.
Huttinus cogn. Lud. reg. Gall. 266.
Hydrops humidus siccus, 301.
Hydropi superveniens inflatio colli, 299.
Hypatia φιλόσοφος, 225.
Hyperpyra, 314.
Hypozygos membrana, 408.
Hysterica pnica, 512.
J*Acobus* ψυχοχειστής *medicus*, 350.
Jactare pro ejicere, 549.
Icarius mons Attica, 364.
Ictuatus ἀποπληκτος, 28.
Idiophye Orphei, 126. 127.
Igne fluvius, 276.

Digitized by Google

Imminere, 521.
Imuth libri de Chemia, 380.
Inanthi, 554.
Imbromidari, 536.
Incardium, 517.
Incoma, 243. 244.
Incuba, incubo, incubator, 24.
Inculcare, interculcare, 397.
Index autorũ historiæ naturali præmissus à Plinio excussus, 157. & seqq.
Indicum ferrum, 583.
Infundibulum, 467.
Ingelheimium, 256.
Inion, 548.
Ino Evrip. fabula, 373.
Insaniæ variæ species, 34. 646.
Insanum, *inferius*, 410. 411. 549. 550. 551.
Inscriptiones antiquæ productæ & emendatæ, 38. 65. 86. 87. 91. 104. 118. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 339. 340. 341. 342. 388. 504. 509. 545. 559. 589. usq; ad 621. 630.
Insolatio. solicatio, 669.
Instantia, erectio, 351. 567.
Instrum. luxatis reponendis, 298.
Interion, 517.
Intensiva medicamenta, 351.
Io poëma Livii Andronici, 126.
Iperperia, 314.
Iporeja, Eboreja, Ivréa, 120.
Ipozagoga, 406.
Iraca, 111. 112.
Irnesides, i.e. *latus ferreum*, 264.
Iscæ, 311.
Itylus, *Itys*, 340.
Judæi, *Cœlicolæ*, 111.
Judæorum alii Syri alii Iracenses, 111. 113.
Judæorum clades ab Adriano, 458. 459.
Judices victualium, 309.
Jugariæ equæ, 633. 634.
Jugius ales, 568. 569.
Julia Domna Severi Imp. conjux, 223.
Juliæ inter Augustas plures, 86. 87.
Julianus Imp. Plutarchi studiosus, 10.
Juno, Juga, 568.
Justa pro juxtà, 694.
Jynx avis, 568. 569.

Kelesia, 567. 568.
Kermesinæ telæ, 498.

Labrusca, 594.
Lac celsi, 538.
Lac diacochlacon, filicare, 671.
Lac fissile, 672.
Lacerta Chalcidica, 418.
Lambda, 314.
Lamia, 579.
Lana limpida, 526.
Lanistæ, gladiatorum doctores, 612.
Lapis aquilinus, 565. 566. 567. *Cyites*, 567. *Gabinus & Sabinus*, 67. *lyncis*, 570. *militis, militaris*, 552. 692. *Opsidianus*, 511. *Thyites*, 575.
Lapides auriculis suspensi, 557. 558.

Lapides animati, 638. *limpidi*, 516.
Laser, laserpicium, 110. 533.
Latrones, λάτρεις, 172.
Laureola herbæ vires, 554.
Lauromele instrum. Chir. 673.
Laurus ante Palatium depacta, 628. 693.
Lazuli lapis, 636. 637.
Legio opidũ in Duc. Britanniæ, 490. *item duo hoc nomine in Britannia*, 491.
Legio Cyrenaita, 613. *Parthica*, 153.
Lemnia fragis, 542.
Lentisci gleba, 518.
Leoninæ carnes, 302. 303.
Leoninus adeps, 554.
Lepida Cypria, 513.
Lexipyretum, 360. 652.
Libano-manna, 545.
Libanus, 570.
Licates, 328.
Lictores cum virgis, 427.
Licymnius Poëta, *&* *fab. Eurip.* 346. 687.
Lienis usus juxtà Platon. 433.
Ligures septicostes, 74. 75.
Lilith dæmonium nocturnum, 579.
Limare, 515. 516.
Limenarchæ, 598.
Limnestis, 665. 666.
Limpidare, Limpida, 516. 526.
Linguæ siccitas in febric. 140.
Linteolus, 661.
Lionia, al. Legio in Britonibus, 491.
Literarum initial. abjectio familiaris semi-Latinis, 547.
Literarum trajectio familiaris semi-Lat. 406.
Livii lapsus, 89.
Lixoperitum, 360.
Lucius piscis, 571. 572.
Ludi in funeribus, 85. *gladiatorum in Urbe & prov.* 612. *Dacicum*, 612.
Lupara, la Louvre, 503.
Lupercalia, 55.
Lupus piscis, 571. 572.
Lusignani, 490.
Lycospatum, lupatum, 246.
Lyde Antimachi, 37.
Lydi famam opul. adfectabant, 37. 38.
Lyncurium, 570. 571.
Lytta, 61. 62.

M

Macellus, 661.
Machærionis empl. 670.
Machinæ bellicæ, 320. 321.
Maoras, Major, Majorianus, 344.
Magdalia, magdaleones, 184.
Magistri horreorum, 546.
Magus zebire, 315.
Maicampus, 315.
Majeri opidorum, 344. *majerius palatii*, *major domus*, 344. *magistratus nomen*, 344.
Malagma, 189. *Ctesiphontis*, 669. *Polyarchion*, 551. 668. *diaspermaton, Nilei, Serapionis*, 551.
Malè Adverbii compositio elegans, & ejus exempla, 11. 12.
Malè-feriati Participialiter, 12.

Malsa.

Digitized by Google

Malfacere, malfieri, 393. 394.
Malli, mallones. 548.
Mandus, mandys, 244.
Maniæ etymon, 653.
Manificum, manu factum, 667.
Manna turis, 193.
Mansio, 521.
Manutigium, 661.
Marianum, 253.
Maresci, marisci, 495. 496.
Marinus Pont. Rom. 595.
Maritima opidum ad fossam Marianam, 610,
Marsæ voces. *Marsi*, 26. 27.
Marsiculus, marsisuculus, 24.
Marsyæ statua, 90.
Masanissa, senex, 365.
Mastaura, 38. 557.
Mastiche Chia, Persica, 520.
Medicorum ministri chir. & pigmẽtarii, 298.
Medium panis, 572.
Medulla, 634.
Mega-Bocchus, 110.
Megistanes, 630. 631,
Mel insanum, 518. *sine fumo*, 185. 186. 389. 390.
Mela, *stilus ferreus capitatus*, 395. 398.
Melancholicorum imaginat. absurdæ, 662.
Melotis, *melotida*, 396. 513. 541.
Membranum, 661.
Mena spozagoga, 406.
Meniana, 420.
Meninga, 513.
Menonia, 33. 34.
Merania, 252. 253.
Metrodorus Chius, 371.
Milesiaca, 363.
Minarii, 506.
Minerva Equestris, Coryphasia, 367.
Minii gleba, 518.
Mithras. *Hebo*, *Sol*, 603.
Monetarum veterum signa, 132.
Monocerotis cornu, 131. 132. 133.
Mollificatio morbus, 296.
Morpiones, 395.
Muccago, mucilago, 183.
Multipedæ, 579.
Mures Lacedæmonii, 632.
Muschianus Cos. Rom. 694.
Myaces myes marini, 508.
Myxæ, 668.
N*Amum*, 315.
Nasturtii effectus varii, 287.
Navcelarchus, 598.
Naves sacræ Athen. 424.
Navpegus, 244.
Naxus amore & gypso abundat, 524. *tote*, 669.
Neapolitanæ antiquitates, 591. & *seq*.
Nemeseos effigies, 572. 573.
Nemetzi, i. e. *Germani*, 52.
Nenia, 80.
Nero Cæs. voce exigua, 290. 291.
Nervii, 496.
Neutra Verba pro passivis, 516. 526. 552.

Nicolo, onyx, 178.
Nihil-fecit cogn. Lud. Balbi Imp. 263.
Ninnii cogn. Quadrati, 341.
Nivatæ, 542.
Nobilißimi Pueri, 248.
Nomina virilia in A habita pro femininis, 375.
Nominum propriorum habenda cura ut recte in scriptoribus constituantur, 107. & seqq. 323. & seqq.
Nominibus propriis adposita signa à notariis, 137.
Noneolæ, 244.
Notæ veterum Criticorum, 19. 20. 21. 471. 472.
Novigrod, Novogardia, 54.
Numius prænomen, 341.
OBliam dictus Jacobus frater Domini, 356.
Osellarum cognomen, 357.
Oculi moribundorum non reddunt imagines, 294. 295.
Oculorum tremor, 523.
Oleum germinale, graminale, gremiale, 540. 555.
Oliscus, 548. 664.
Onias urbis cum templo conditor in Ægypto, 116.
Onyx gemma, anach, 178.
Ophleam, 356.
Opium Quirinacium, 533. meconiis, 548.
Opocissus, 533.
Opsidianus lapis, 511.
Orarium, faciale, fanon, 312. 431. 432.
Orchestra mundi P. Orosii, 386.
Oris tortura, 411.
Orosangæ, 631.
Osculatio vasorum, 674.
Osculantia medicam. 675.
Ota, 513.
Ovorum media, 533. variæ paratura, 18.
Ozleam, 356.
PAccius Caledus, 605.
Paganelli, 490.
Pagolædori, 244.
Palladium, 417. 418.
Palmarum cerebrum, 203. medulla, 203. dactyli, 302.
Palpebrum, 661.
Palpitatio quid & unde, 139.
Panis Afer, Alexandrinus, 545. limpidus, 516. medium, 533.
Pantocratiôn, 587.
Pantolædori, 244.
Parasitis imposita cognom. 338. 338.
Parcus, septum, 316.
Parthicarius, 224.
Particus, 244.
Parapetto, 499.
Parvi infantes, 576.
Paregoria, 549.
Pasion medicus, 361.
Pastillare, pastillescere, 549.
Pasiones, 587.

Pastinacationes, 587.
Patagus, 27. 28.
Puzzo, fatum, 13.
Pectorale, thorax ferreus, 499.
Pedasina, 548. 691.
Pediculi, 395.
Pedules, 584.
Pedum integumenta varia, 534.
Pendigo, 584.
Percunctari, 648. 649.
Percunctativo modo, 649.
Pergami regum genealog. 367. 368. 369.
Perones, 584.
Persæ magiæ dediti, 8.
Persidis urbes celebres, 112.
Petala, pezzolada, 395.
Phaon à Sappho dilectus, 568.
Phetrium, 602.
Philæ, 155. 156. 682.
Philogelos Philistionis, 15.
Philoxeni aliquot, 362. 363. 478.
Phosthonia, 371.
Photii error de Julio & Sexto Africanis, 352.
Phylas rex Thesprotorum, 327.
Phyromachus parasitus, 336.
Physcones, obesi, ventriosi, 121.
Physicum medicam, quod 392.
Piattolæ, 395.
Pica, adpetentia vitiosa, 35.
Pici, picchi, picconi, subularia instrum. 506.
Pigmenta, Pigmentarii, 298. 299.
Pili in apris, 69.
Pincinati milites, 631.
Pisanorum in re nautica excellentia, 358.
Pistillum, 635.
Pituina resina, 543.
Pix Bruttia, 182. 543.
Placoma, tabula, 47. 316.
Plagæ Ægypti, 278.
Plastrum, 316.
Platulæ, 395.
Plinii in vertendis Græcis lapsus, 414. 415.
Plumbea lamina pectori imposita confert ad vocem, 290.
Plumbatæ tribolatæ, 499.
Pluralis Num. pro singulari, 396. 530.
Poëtæ è fama trahunt pleraq;. 70.
Polumeni fab. Lævii & Statii è Men. 120.
Pocodinario, 13.
Polles Ægiensis medicus, 381.
Polyarchion malagma, 551. 668. 669. 670.
Polyides, 381.
Pompholiga, 513.
Porcelliones, 661.
Pori, 552. 553.
Porisma, 316.
Porri usus ad limpidandam vocem, 242. 290. 291.
Potus è rebus diversis, 483. 484.

Præca-

Præcadentia, 658.
prædare, antè dare, 657.
Præfomentare, 668.
Præfacere, 657.
Præficæ in funebribus pompis, 80.
Præruina, 658.
Præsumere, 658.
Prætangere, 658.
Prævexare, 658.
Præposit. De & Ex sæpè abundant, 393.
Præpositus Conf. Daciæ, 605. 607.
Prætor Kandidatus, 600. 601.
Prætores navales, 697. 598. Romæ, 597.
Praxidamas Pythagoricus, 93.
Pressorium, 108.
Priapus, machina bellica, 321.
Primicerii in quolibet officio, 617.
Primicerius ducenariorum, 617.
Procurandi Verbum, 647.
Procurationis officium, 599.
Procurator familiæ gladiat. 612. 613.
Pronunciationis non semper eadem futuratio, & apud omnes, 403. 404. 405.
Pronunciationis modum sequebatur scriptura, ib.
Prophetiæ gradus, 226. 227.
Protelum, 574.
Protesilaodamia fab. Nævii, 373.
Proverbiorum cognitio utilissima, & eorum scriptores, 103.
Provinciæ frument. populi R. 546.
Psidia, 544.
Psylli, Marsi, 26. 27.
Publicani, Albigenses hæretici in Gall. 505.
Pueri quibus modis castigarentur, 427.
Pulsuum differentiæ, 537. 653.
Punica cera, 543.
Pupillæ moribundorum albescunt, 294.
Purpura palatium CPoli, 245.
Purpurilla, 245.
Purum pus, 549.
Puteoli colonia quādo deducta, 591. 592.
Pycna, 370.
Pylæmenes reges Paphlagonum, 331.
Pylorus, 662.
Pyrenomele, 673.
Pyrites, 692.
Pyrrhon Philosophus, 270.
Pyrrhonii, 448. 449.
Pythagoras philosophus alius ab exercitatore, 201. 683.
Pythagoræ discipuli, 344. 378. de Deo sententia, 445.
Pythagorici illustres, 39. 202. 405.
Q pro C, 673.
Quadrellus, 499.
Quæstor arcæ publicæ, 594.
Quæstor Kandidatus, 600. 601.
Qualea, quaquilia, 574.
Quatuor Viri, 602. 610.
Quercus arbor divina, 628. 629.
Querquera, 574.

Quis-

Quiacistrum, quiacistromeli, 673.
Quinquennales, 602.
Quirinacium opium, 533.
RAbies canum, luporum, felium, vulpium, 61. 62.
Radius pro virga virili, 662.
Raja, 582.
Rana rubeta, 674.
Ratispona, Hiatospolis, 684.
Raugravii, 254.
Recentare, 524.
Regaton, regratarion, 316.
Revenditore, 316,
Rhus Syriacus, 545. 628.
Ricinus insectum, 64. 403. 395.
Rictus pro ore, 70.
Ritida, 518.
Robigalia, 58. 59.
Ronnæ, roigne, 522.
Ronnoso, 522,
Roscius Jul. Proculus, 342.
Rosmarinum, 628.
Rotta, 245.
Rugas exterentia medicam. 304.
Ruma, 660.
Rupta, rutta, ruptarii, ruttarii, 245.
S Loco X scribebatur, 630. 693.
Sabaja, potus, 484.
Sabarium armentarium, 28. 29.
Sabio, Sabiona, 259.
Saccare, 391.
Saccellare, 391.
Sacellus, 391.
Saccus vestis lugubris, 210.
Sacrificare, mactare, 585.
Salacia, non Salmacia, 409.
Salernum schola med. Edomæorum, 545.
Salgucidæ, princ. Satac. 234.
Salinacea aqua, 408. 409.
Salmacidum, vox nihili, 409.
Salmacis fons, 409.
Salsacidum, 409.
Salvari, 194. 195 683.
Salviorum Julian. stemma, 341. 342.
Saltzburg. archiep. catalogus, 260.
Samia, 245.
Sampsiceranus, 110 & seqq.
Sanguis mundanus, chrysanthemum, 577.
Sanguis hominis, artemisia, 16.
Sanguinis gleba, 518.
Saponaria gutta, 553.
Sappulo, 314.
Sardonyx, Sardianus anach, 178.
Sarmisegethusa Dacorum, 606. 608.
Sarna, sarnoso, 522.
Sarus Gothus, 353.
Satis, valde, 529.
Saturninus cognomen, 609.
Scabies palpebrarum, 522.
Scaccarium, Scaccarii, 318.
Scalere, 495.
Scalpellatio, cutis incisio, 311. 652.
Scamma, 666.
Scapulium, 29.
Scara, Scaramuzza, 492.
Scarificatio, nova notione, 644.
Scarlata, 498.
Scaturrio, lepra, 247.

Scavrianus: Scavrinum, urbs Daciæ, 607.
Scemi, Sceni, Syria, 181.
Sceptici, 448.
Sceura, 313.
Scillæ vires, 83. 553. 664.
Scillæ medium, 533.
Scha, Xa, i. e. Imperator, 119.
Scham, Syria: Schamiin, Syri, 111.
Schiera, 492.
Schuba, 50.
Scia, sciasis, sciesis, 547.
Sculponea, 584.
Scurræ & mimi in funeribus, 85. 89.
Scuria, 313.
Scurria, ischuria, 547.
Scuticæ è taxillis, è nervo, 426.
Scutum unde dictum, 458.
Scolis, vermis, 630.
Scriptores eroticon, 514. 690. de re herbaria, 664. 665. de plagiis, 340. 341. de Proverbiis, 163. de septem Sap. 679. de somniis, 351. vitarum, 39.
Scripturæ ut pronunciationis non semper fuit eadẽ ratio, 403. 404. 405.
Sebatum, Sebanum, 259.
Sebethus fluviolus ad Neap. 603.
Secta, vulnerata, 191.
Segestani, 631.
Semenuthi liber de Chemia, 380.
Semidalis cogn. parasiti, 336.
Senectus pro pelle, 398.
Sentex, sentix, sentis, 549.
Septem Sap. conventus, 678.
Sepulcra extrà portas, 90. 91.
Seradium, Seraglio, 54. 679.
Serapionis empl. 552.
Serrago, 184. 461. 632.
Sernia, serna, 522.
Serpentum pelles, 398.
Serpentum venatura, 26. 27.
Sevaces, 259.
Severus Herennius Gran. *347.*
Sextertius, Sextricium, 67.
Sexus, genitale, 577.
Siamæa, Syria, 111.
Sicanius rex, ad Sequanam, 256.
Siccinnium, sicinnista, 100.
Sicinnissare, 100.
Siculi, eorum dialectus, 25.
Sidia, 544. 627.
Sifulion, 576.
Sigillum Lemnium, 542.
Silicare lac, 672.
Silphii natales, 11cè 533.
Simia cercalopes, 629. 630.
Sine terra, cognomen, 265.
Sinopida, 513.
Siphac, 576.
Sir, sire, sere, 319.
Sir, sirmium, 319. 686.
Slavica natio frequens CPoli, *53.*
Slavonicæ linguæ commendatio, 48.

Soccotora, Soccotorina aloë, 394.
Sodalitates collegia, 595. 602. 614.
Soldarius, soldaria, 495.
Solia equi, 633. 634.
Solubile, 649.
Sondia, sonnia, sontia, 321.
Sortividus, 245.
Sosthenéum, 280.
Soteria, festum, 557.
Soteria, locus Smyrnæ, 469.
Sotterrare, 577.
Sotulares, sotularia, 584.
Spartanorum fortitudo, Διαμαστίγωσις, 632.
Spatenula, 192.
Spathomele, 192. 396. 513. 688.
Spelunca, σπήλυγγα, 513.
Spicarium, 313.
Spolium, tunica, membrana, 399.
Spongiæ Toronenses, 107. 679.
Sporta, σπυρίδα, 518.
Spuma cochlearum, 586.
Stalticæ cucurbitæ, 535.
Stargardia, 54.
Statio, 613.
Stellæ apsinthii, 199.
Stentor, 330.
Ster, stera, ὑστέρα, 47.
Stilpon Megarensis, 363.
Stratiotæ, militum genus, 631.
Stratores, 349.
Stringina, στραγγεία, 239.
Strusus, 199. 683.
Struthium, 534.
Strychnum, 583.
Stuellus, 396. 687.
Subcrater, 442.
Subglutire, 549
Subitare, 549.
Subsabione, 257.
Subtalare, 584.
Subula piscis, 582.
Succidare, 196. 675.
Succinum electrum, 570.
Suffugium, 544.
Sumach, 545. 628.
Supa, vestis, 50.
Suppanus, 49.
Suppeditare, nova significatione, 503.
Suppera, 246.
Surditas in phrenetico, 138.
Susanum, superius: sus, susum, 410. 688.
Syllus Epicuréus, 324.
Symandrum, 320.
T superstitum à prælio nominibus adscriptum, 19.
Tabardi, 50.
Talisman, Talismaoth, 662.
Tasta Chirurgorum, 662.
Tavernici, 51.
Taurus cognomen Bacchi, 147.
Tentipellium, 304.
Tepidare, 675.

Terra Alexandrina, 516. 557. 584.
Chalcidica, 480. Melanitis, 582.
Samia, aſter d. 533.
Thapſia, 553.
Thebaicæ, dactyli palmarum, 536.
Thelygonum, 578.
Theodonium, 578.
Theriaca dia echidnes, 536.
Therotheræ, 17.
Trabucheta, trabuco, 687.
Tracoſcinare, tracoſcinizare, 531. 532.
Trajectorium, travectorium, 406.
Trebuculus, 320.
Tremor quid & unde, 139.
Triagmi Jonis, 93.
Tribuni plebis, 599.
Tricipitina Varronis, 129.
Tricocinare, 531. 691.
Tripediæ, 297. 298.
Trivectorium. 406.
Trochiſci de alkekengi, 546. de charta, 519. è corallio, 543. ſtella, 542. è ſuccino, 545.
Troglodytica myrrha, 360.
Troja ter capta, 78.
Troſibius, Deus Lyciorum, 15.
Trulla, 634.
Tubi, 247.
Tubruci, 584.
Tucetum, 135.
Tuellum, tueltum, 396. 397.
Tudites Carolus, 570.
Turiones, 512.
Turturolum, 407.
Tuſſis ſoluta, 542.
Typhlon enteron, 662.
V pro O in lapidibus, 118.
V pro Y, 20. 617.
Vacantivi, 660.
Vaccæi, pars Celtiberorum, 120.
Valens aſtronomus, 559.
Vararanes, qui & Bahram rex Perſarum, 119.
Varolus piſcis, 517.
Vavra urbs Lydiæ, 557.
Udvornici curiales, 52.
Vectu Valentes, 559.
Velamen Crucifixi ægrotis adhibitum, 300.
Veldidena, 259.
Venaliciarius, 612.
Venæ in brachio, 551.
Venam laxare, 653.
Verdazurrum color, 637.
Vernatio anguium, 399.
Vertebrum, 661.
Veſicago, 546.
Veteraſcere, 547.
Veternum, 495.
Vexabile, 649.
Viarum ſternendarum & in miliaria diſtinguendarum cura, 609. 610. 611.
Vibia Salvia Vara, 341.
Vindelicorum nationes, 329.
Vindicianus archiater, 509. 644.
Vinum Adrianum, Arſyenum, Maſſalitanum, Sabinum, 554. ſaccatum, 443. Scilliticum, Sybelita-

litanum, 666. 671. Thasium, 424.
Vipitenum opidum Norici, 525.
Virgarum usus & materia, 427.
Virgilius Poëta C O S. Neapol. 603.
Vitaliani, 278. 279.
Vitarum scriptores, 39. 430.
Vivaria, 198.
Viverræ in cibum receptæ, 390.
Umbræ, Umbritæ, 169.
Vocis amputatio, 671.
Vocis splendificandæ remedia, 290. 291.
Volsellæ, 402. 638.
Vomica, vomitus, 547.
Vomitus medetur strangulationi à fungis, 578.
Votorum pro salute magistratuum nuncupatio, 145.
Urticæ vires medicæ, 635.
Uvæ fabriles, 676.
Uvarum servatura, 187. 188.
X *scribebatur pro s, 308. 309. 630. 693.*
Xa, Scha, Imperator, 119.
Xerocercus,
Xylocercus, Xylocercetæ, 438.
Z *Abii, 515. eorum statuæ loquentes, 638.*
Zaburis, 317.
Zanga, 584.
Zarmizagethusa, 606.
Zecca, ricinus, 64. 403.
Zebire magus, 317.
Zendalum, 493.
Zernia, Zenna, 522.
Zoppertino, zoppo, 314.
Zythi parandi, ratio, 483.

X.

INDEX notabilium verborum Græcorum.

A *Litera est* ἀποφατική, 472.
A *complet significationem*, 645.
Ἀββάναι, 306. 307.
Ἀγοραγνόμοι, 309.
Ἀγχίλωψ, 523.
Ἀδαρκης, 665.
Ἀδύνατοι, 380.
Ἀεπιτης, 565. 566. 597.
Ἄζυγες, 634.
Ἀης 3. 1.
Ἀθάρα, ἀθήρα, 659. 685.
Αἰγίλωψ, 523.
Αἴθαλος, αἰθαλοκουπίαι, 151.
Αἴθων, 370.
Ἀνάπτισον μέλι, 289.
Ἀκίνητα, 310.
Ακμαστής, 475.
Ακόνιτον, 584.
Ἀκρόασις, 342.
Ἀκουμβίζειν, 475.
Ἄκρα, ἀκρώα, 515.

 Ἀκουσμα-

Digitized by Google

Ακȣσμαἶικοὶ, 344.
Ἀλετρίβαν@, 635.
Ἀλύκη, ἅλυς, 653.
Ἀλυπίας τέχνη, 447.
Ἀλφαῖα, ἄλφοι, 567. 568.
Ἀμαλθεῖον Attici, 377.
Ἀμαλθείας κέρας Diogeniani, 127.
Ἀμαυρὸν, 557.
Ἄμβικες, 667. 668.
Ἀμήχανον, 486. 487.
Ἀμμοχωσία, 291. 669.
Ἀμωμὴικὰ, 555.
Ἀμυχαὶ, 221. 535.
Ἀμφισμήλη, 192.
Ἀναβολεὺς, 349. 365.
Ἀναῤῥᾶν, 452.
Ἀναςόμωσις, 674.
Ἀνθερεὼν, 541. 660.
Ἀνθηρὰ, ἀνθηρὸν, 540.
Ἀντάρτης, 284.
Ἀξιωμαἶικοὶ, 150. 681.
Ἀπαλλάτ]ειν, 422.
Ἄπηκοι, 238.
Ἀποδερματοῦν, 458.
Ἀποκεφαλισμὸς, 232.
Ἀποκυλίζειν, 457. 458.
Ἀπορία, 420.
Ἀποσκυθίζειν, ἀποσκυλίζειν, 458.
Ἀποςῆναι, 448.
Ἀπ' ȣρᾶς ἐπὶ ςόμα, 36.
Ἀρετὴ, 429.
Ἀριθμεῖν, 470.
Ἀρχοϊζιανὸς, 307.
Ἅρμαξα, 462.
Ἀρνειὸς, mensis ap. Argivos, 57.
Ἀρνὶς festum in memoriam Lini, 57.
Ἀρȣροφύλαξ, 556.
Ἀρύταινα, 239.
Ἀρχαῖος, pro stupido, 547.
Ἀρχιζȣ́πανος, 49.
Ἀρχιςράτηγος, 308.
Ἄρχοντες Athenis & Neapoli, 592.
Ἀσκελὲς, 645.
Ἀσκοφύσαι, 663.
Ἀςέρες in lapidibus, in marmore, 486.
Ἀςραγαλωὶαὶ μάςιγες, 426.
Ἄςυ, 437.
Ἀτράφαξις, 547.
Αὔα, 140.
Αὐλίσκ@, 548. 664.
Αὐρὴ, ἀυρὸς, 556.
Αὐροφύλαξ, 556.
Ἀφανίζειν, 449.
Ἀφίςαθαι, 448.
BΑῖα τράπεζα, 149.
Βαίτυλα, 637.
Βάκτρον, βακτηρία, 428. 641.
Βαλλάζειν, βαλλὰς, βάλλαςρον, 307.
Βαλλίζειν, 307.
Βάλι@, 485.
Βάννας, 50.
Βαρδȣ́κιον, 241.
Βασιλεοπάτορες, 289. 635.
Βαςὶ, 584.
Βαςάγια, 469.

Βαςὸς,

Βαστὸς, 428.
Βαστὸν, 640. 584.
Βατὴρ, 428.
Βάτος, piscis, 582.
Βατράχιον herba, 519.
Βῆκος, βίκος, 668.
Βλαυτία, 584.
Βλητὸς, 28.
Βόειον ἐπιβλέπειν, 151.
Βοτὰ, Vota, 145.
Βουνοὶ, 315.
Βουρριχάλια, 280.
Βράθυς, 547.
Βρήττειν, βρηκτικὴ, 207.
Βρογχοκήλη, 243.
Βρόμος, βρομῶδες, 535. 536.
Βρυτικὴ, 245.
Βύβλινα ὅπλα, 439. 440.
Βύδη, fasciculus, culcita, 23.
Βῶλος, 518.
Γαμηλία, 568.
Γάμμα, dictus Pythagoras, 32.
Γάνδαλις, 504.
Γαργαρεὼν, 197.
Γαστέριον, γαστρὰς, γάστρη, 576.
Γαύδαρις, Γαυδὼ, 282. 685.
Γενναῖος, 474.
Γεωργία ἔγγραφος, ἄγραφος, (94.
Γῆς ἀστὴρ, 533.
Γλυκὺ de felle, 511.
Γλῶσσα, ξένον ἐν λέξει, 428.
Γόνδαλις, 504.
Γοργίεια ῥήματα, 149.
Γράσος, γράπων, 243.
Γρυποὶ cogn. ἐξ ἰδέας, 121.
Γύαλον, 241. 684.
Δαίδαλεια festum, 10.
Δακτύλιος φαρμακίτης, 392.
Δέλτα dictus Antenor, 32.
Δέλτοι, ἀγαθοὶ, 32.
Δεύτερον ἥκειν, 470.
Δηλιὰς, 425.
Δήμαρχοι, δημαρχήσας, δημαρχία, 592. 599. 601. 610.
Δημοκόπος, 30.
Διάβαθρα, 584.
Διαβαίνειν, 417. 418.
Διαβεβηκότα, 417.
Διαδέξασθαι, 248.
Διὰ ἐχίδνης theriaca, 536.
Διὰ ἰτεῶν emplastrum, 519.
Διάκενος σφυγμὸς, 537.
Διαμαστίγωσις, 632.
Διαπατταλεῦσαι, 457.
Διὰ ῥητίνης empl. 669.
Διαφέρειν, διαφορὰ, 148.
Διὰ χάρτου trochisci, 519.
Διδάσκαλοι, διδασκαλίαι, 475.
Διηθικοὶ, 444.
Διοικηταὶ, 602.
Δίπλωμα, 512.
Διοσημεία, 479.
Δοίδυξ, 635.
Δοξοκοπῶν, 39.
Δράγμα, δραγμὸς, 573.
Δρακὴ, δρὰξ, δράκος, 572. 693.
Δριμυφαγία, 406. 515.
Δρόμος, 138. 139.
Δυς particula nihil boni notat, 11.

Δυσ-

Δυσαρέστησις, 669.
Δυσεξαπάτητος, 384.
Δύστραπος, 384.
Ε ψιλὸν dictus Apollonius astron. 32.
Ἐγγεγύηκαι, 441.
Ἐγκαλοσκελεῖς, 290.
Ἐγκανθίς, 513.
Ἔγκαρ, ἐγκάρδιον, ἐγκάριον, 204. 513 517.
Ἐγκόλπια, ἐγκολπίζειν, 515.
Ἐγκώμια, 243.
Ἐκβάσιος Ἀπόλλων, 437.
Ἐνδύγηρας, 398.
Ἐκμαγεῖον τοῦ προσώπου, 432.
Ἐκμάττειν, 432.
Ἔλαφος, ἡ de mare cervo, 7.
Ἑλληνικὸν, 474.
Ἑλληνισταὶ, Judæi 474.
Ἐλπιδοκοπεῖσθαι, 30.
Ἐμβάται, ἐμβάδες, 584.
Ἔμμοτον, ἔμμοτος, 515.
Ἐντατικὰ, 351.
Ἐντερώνη 517.
Ἐντυπεῖσθαι ταῖς θύραις, 154.
Ἐξωκιόνιον, ἐξωκιονῖται, 279.
Ἐπείσακτος, 383.
ἐπιβολὴ, ἐπιβυλὴ, 66.
ἐπίκλησις, 437.
Ἔπιπλα, 440.
ἐπισάτομος, 383.
ἐπιτροπεύσεις 599.
Ἐπομφάλια, 520.
Ἐπάπλευσαι Λίγυες, 74.
Ἐπωτίδες, ἐπωτρίδες, 349.
Ἑρπετὸν, 486.
Ἔρυλοι, 365.
Ἐσκαμμύα, 476.
Ἑστία, 431.
Ἐσχάρωσις, 644. 653.
Εὐεργεται, 631.
Εὐρώτας, 663.
Ἐφελκὶς, 513.
Ἐφιάλτης, 660.
Ἔχινος, 576. 693.
Ζ Ηῆτα dictus Satyrus, 32.
Ζαβαὶ, ὅπλα, 29.
Ζαβαρεῖον, 29.
Ζῦπα, 49 50.
Ζυπανία, ζυπανος, 49. 50.
Ζυγία Ἥρη, 568
Ζύγιοι ἵπποι, 633.
Ζῶα θεῖα, καθιερώματα, 150.
Η Ἤβων, 588. 597. 603.
Ἠθικοὶ οἶνοι, 443.
Ἡλίωσις, 669.
Ἡμιτύβιον, 432.
Ἠπήσασθαι, ἠπητής, 106.
Θ Mortuorum nominibꝰ adscriptum, 19 in judiciis nomini præfixum morte dignum significat, 21.
Θῆτα dictus Æsopus 32.
Θέα κατὰ τὰ ὄμματα, 430.
Θεραπεύειν, 322.
Θεωρὶς, θεωροὶ, θεωρεῖν, 463.
Θηλύγονον, 578.
Θρεσθηρει, 17.
Θρεσθοοὶ, 17.
Θρεσλεξης, 16.

Θρασύ-

Θρασύδειλος lapis, 638.
Θυᾶν, 549.
Θύειν, θύτης, 585.
Θυία, θυεία, θυΐα, θυΐτης, 575.
Ἰ Διοφυῆ Orphei, 126. 127.
Ἱερεῖον, 446.
Ἱερεύειν, 585.
Ἰκαριεῦς, 364.
Ἵλαος, 455.
Ἱμαντιάρια, 320.
Ἱματιάρια, 320.
Ἱματίδια, ἱματιοφάρια, 320.
Ἰμου libri Chemici, 380.
Ἰνίον, 548.
Ἰπνὸς κεραμέος, 44.
Ἵππου ταγη, 4[illegible]9.
Ἴσκαι, 311.
Ἰσοστάσιον Æschyli & Alexidis, 125.
Ἴϋγξ, 560.
Καθετὴρ, καθετηρισμὸς, 667.
Καλαβρικὰ, 89.
Καλάμη, 147.
Καλάμινον πῦρ, 147.
Κάλαμος, 147.
Καλαμόχνους, 664.
Καλύκειος λίθος, 636.
Κανθηρὶς, 513.
Καπείζειν, 549.
Κάραβοι, πλοιάρια, 504.
Καρίδες, 193.
Καρῆναι, 82.
Καρποδέσμιον, 149.
Κάρτα adfirmandi modus, 143.
Καρφία, κάρφαι, 461.
Κάπηλος, 303. 310.
Καυδὼ, 685.
Καυστικὴ, 142.
Καυστικὸς, 140.
Κακοσφυεῖος, 11.
Κακόχολοι, 12.
Καταθορβόρωσις, 210.
Καλαιθαλοειν, 151.
Καπύχεσθαι, 421.
Κατεγλωττισμέναι λέξεις, 428.
Κατηχηθῆναι, 3. (429.
Κάχληκες, 171. 172.
Κεγχρίας, 553.
Κένθυκλα, 460. 461.
Κέντρον, 663.
Κέραμος ἰπνος ap. Hipp. 43.
Κεραμίτις, 419.
Κέρας Ἀμαλθείας, 127.
Κερασβόλα, 477.
Κερκαλώπηξ, 629. 630.
Κεφαλοδ[illegible]τμι[illegible]ν, 431.
Κεφαλόκονις, 513.
Κιμεόν, 616.
Κήρυκες, 574. 575.
Κλοιβὸς?, 483.
Κνίζειν, 417.
Κνυζᾶν, Κνυζήματα, Κνηζηθμὸς, (452.
Κογχοθήρας, 17.
Κοινοπολίστης, 436.
Κοινωνικὸν, 285. 286.
Κόλπος, 548.
Κόμμι, 586.
Κοπὶς, κοπίδιον, κόπτον, κοπὶς, (476.
Κορυφασία, 367.
Κόρις, 395.
Κοσκινίζειν, 531.
Κόχληκες, καχλικες, 205. 672.

Κράσαι, 83.
Κραδίης νόμος, 83.
Κράλης, 54. 55.
Κρεμᾶν, 452.
Κρήδεμνος, 431.
Κρήνη, κρίωνίς, κρινίζειν, 46.
Κρηπίδες, 584.
Κρότων, 64. 395.
Κρουνός, 46.
Κυαθίσκος, κυαθισκομήλη, 673.
Κυΐτης, 565. (524.
Κυκεὼν, 131.
Κυμαίνειν, 454.
Κύματα, cyma, 195. 196.
Κυνηγέται Troglodyta, 19.
Κυνόλυσσοι, 61.
Κυνοῤῥαϊστής, 14.
Κυνοσφαγὴς Θεὰ, 57.
Κυνοφόντις ἑορτὴ, 56. 57. 58. 59.
Κυρανίδες, 6. 7. 8.
Κύστη, κυστὶς, κυστοφύλαξ, 663.
Κυτὶς, κύτος, 458.
Κύλινδρος, 186. 627.
Κύφωμα, 138.
Κυψέλη, κυψελὶς, 585.
Κώνειον, 551. 584.
Κάφωμα, 138.
τὸ Λάβδα figura ap. veteres, 32.
Λάβδα dicta Amphionis cō-
Λάβραξ, 571. 572. (jux, 32.
Λάμβα, 314.
Λάμπος, 516.
Λαυρομήλη, 563.
Λειόβατος, 582.
Λεπὶς, 513.
Λέξεις τηρεῖν, 16.
Λεξιθὴρ, λεξιθηρεῖν, voces nihili, 16.
Λεξιθῆρες, 16.
Λεπτόψηφος, 486.
Λεχήνωρ, λεχηνόριος, 367.
Λευκόστικτος, 485. 689.
Ληξοπύρετα, 360. 652.
Λίθοι ἔμψυχοι, 638.
Λιθοσωρεῖαι, 315.
Λιμνῆτις, 665. 668.
Λόγια, 382.
Λυγίσκιον, 570. 571.
Λυκοσπάδες equi, 246.
Λύσσα, 61.
ΜΑγδαλιαὶ, 184.
Μαιώρας, 344.
Μάνδυς, μανδύας, μανδύη, 244.
Μανία, 653.
Μάννα, 193.
Μάστιγες ἀστραγαλωταὶ, 426. 427.
Μεγιστᾶνες, 630. 631.
Μέλος Καρικὸν, 82.
Μερκουριανός, 307.
Μεταθέμενος, 448.
Μεταλήψεως, 448.
Μετεωρίται, 316.
Μετεωρίθηραι, 17.
Μηκώνιον, 174.
Μῆλα, 192. 395. 396. 688.
Μηλῶτις, 396. 513.
Μῆνιγξ, 513.
Μήτρις, 151.
Μιξόθηρ, μιξόθηρες, 16.
Μονοφαγία Principum, 631.
Μορίαι, 436.
Μόττον, 515.
Μύαγροι, 17.

Μῦμαρ *Siculis stolidus*, 25.
Μυμαρίζειν, 24.
Μυοθὴρ, *vox nihili*, 17.
Μυοθῆραι, 17.
Μωμοθῆρας, 17.
ΝΑμα Σεβέθιον, 683.
Ναύκελα, ναυκέλια, ναύκλαι, 597.
Ναυκελαρχήσας, ναυκελάρχος, (598.
Ναῦλον, 598.
Ναυτοδίκαι, 598.
Νέμετζοι, 52.
Νηλεὴς, νηλὴς, νηλειὴς, 455.
Νηλεῶς, 455.
Νιωνίας νομὸς, 81.
Νιωνιδῶν, 81.
Νομαὶ, 422.
Νωωνία, 81.
ΞΕνη, 419.
Ξενίζειν, 105.
Ξέσμα, 184.
Ξυλόκερκος, 439.
Ξυρόμυρον, 201. 511.
Ξύσμα, 184.
Ου *litera negativo vocabulo aequipollens*, 472. 473.
Οἰκονόμος πόλεως, 594.
Οἰνάνθη, 554.
Οἴσυπος, 196.
Ὀμακόϊον, 433. 434.
Ὀμάκοοι, 434.
Ὀμμακόοιον, 434.
Ὀνειρόγονος, 652.
Ὀνειρωγμὸς, 652.
Ὀνοματοθῆρας, 16.
Ὀνόπερδον, 548.
Ὀξαλμυρὸν ὕδωρ ἢ ὀξαλικὸν, 409.
Ὀράριον, 432.
Ὀρθόπνοια, 653.
Ὄρυγες, 506.
Ὄρυγμα, 95.
Ὄῤῥος, ὀῤῥῶδες, 513.
Οὐρὰ, 36.
Ὀφέλλας, 357
Ὀφθαλμὸς, *ligaturae species*, 198.
Ὀφιόμαχος, 26. 27.
ΠΑγκρατίων, 587.
Παιαίμαχος, 316.
Παληκάρης, 326.
Παλιγκάπηλοι, 316.
Παλληκάρια, Πάλληκες, 315.
Παραβὶη, 484.
Παράπλησις, 669.
Παραψὶς, 634.
Πάτρια, 153.
Παντοκρατίων, 587.
Παντοραισαὶ, 152.
Παντελ[illegible]ίδορσι, 244.
Πάραλος, 424.
Παρατραπέζιοι, 285.
Παρεσις, 296.
Παρηορος, 634.
Παροφέριον, 244.
Πάταγος, ἀποπληξία, 28.
Παυσικύπη, 425.
Πέδιλα σεληναῖα, 461.
Πέδιλα, 584.
Πελέκυσμα, 184.
Περιλέπειν, περιλεπίζειν, 458.
Περισκυλακισμὸς, 58.
Περιστόμιον, 426.

Περιφλοίζειν 458.
Πήλωσις, 210.
Πημένται, 298.
Πῆχυς, 574.
Πιάλεοι, 473.
Πιννοτήρης, 678.
Πιτυρίασις, 242.
Πλάξ, placoms, 47. 124. 316.
Ποδάγρας ψελλισμὸς, 289.
Ποδόψελλον, 290.
Πόθοσ, ποθέω, 452.
Ποιηταὶ, artis Chem. profeſſores, 154.
Πολύστικτοι, 485.
Πομφόλυξ, 513.
Πορφύρειν, 454.
Πνικτὸν κρέας, 17. 18.
Πρανδιοπράται, 279.
Πραξικοπεῖν, 30.
Πρίσμα, 184. 461. 672.
Προσπιδοξάζειν, 448.
Πτερνοκοπὶς, 363.
Πτερυγώματα, 546.
Πύκνα, 370.
Πυτίνα, 378. 379.
Πώλιον, 173.
Πῶρι, πώρινος λίθος, 552. 653.
Ῥάβδος, 662.
Ῥαφὶς, 582.
Ῥηγμαλίας, 142.
Ῥίνη, 582.
Ῥίνημα, 184. 672.
Ῥινία, 461.
Ῥινόβαλος, 582.
Ῥιπίδιον, ῥιπὶς, 285.
Ῥοὰς, ῥοιὰς, ῥοιά, 510.
Ῥόφημα, 672.
Ῥύγχος, 69.
Ῥυπὶς, 513.
Ῥωστικὸν, 195. 683.
Σακχύρας, 317.
Σαλαμινία, 424.
Σαμψηρὰ, 114.
Σανδαλια, 584.
Σγαύδαρις, σγόνδαρις, 282. 283.
Σειραῖοι, σφαιροφόροι, 633. (685.
Σεκόρια, 452. 633. 634.
Σελλάρια, σωτήρια, 469.
Σεμνύνεσθαι, 104. 105.
Σέρφοι, 533.
Σηκος, 436.
Σήμαντρον, 320.
Σίδη, σίδια, 544. 637.
Σικιννὶς, 100.
Σίκιννοι, 106.
Σικότιον, 394.
Σίλφι, σίλφιον, 110. 533.
Σίμαντρον, σίμανδρον, 320.
Σιναπισμὸς, 670.
Σινωπὶς, 513.
Σίτλαι, 319. 320.
Σίτλυβαι, 319. 320.
Σίφαρον, 246.
Σκάμμα, 665.
Σκάριφος, 652.
Σκέβριον, 513.
Σκελέαι, 584.
Σκότωμα, 188.
Σκυβελίτης οἶνος, 666.
Σκῦτος, σκυτὶς, 458.
Σουβλία, 461.
Σπαθομηλη, 192. 396.

Σπογγο-

Σπογγοθήρας, 17.
Σπυράδες, σπύραθοι, 199.
Σταφυλὴ, 197.
Σταφυλεπάρτης, 524.
Στέμφυλα, 188.
Στηθάριον, 282.
Στίγματα, στίζειν, 485.
Στόμα, 56.
Στομὶς, 426.
Στρατηγοὶ, 600.
Στρόφοι, 199. 683.
Στυσίδης, 352.
Συᾶν, συβᾶν, 549.
Συγκαταλίθεσθαι, 448.
Σύκινον πέος, 141.
Συκωτὸν, 394.
Συμβαίνειν, 417. 418.
Συμβεβηκότα, 417.
Συμβολοκοπεῖν, 30.
Σύνθετα, 464.
Σύργαστρος, 398.
Σφραγὶς Λημνία, 542.
Σχάσαι φλέβα, 653.
Σχιστὸν γάλα, 672.
Σωληνοθῆραι, 17.
Σωματέμπορος, 612.
Σωτήρια novâ notione, 469.

T Litera notat τηρηθέντα, salvum, 21.

Ταγὴ, 459. 460.
Ταγηνοκνισοθήρας, 17.
Ταλαιπωρεῖν, 221.
Ταμίας, 595.
Ταπηνίζειν, 210. 304.
Ταῦλιξ, 282.
Ταυρέα, 527.
Τελείη Juno, 568.
Τέλος, γάμος, 568.
Τετάνωθρον, 304.
Τετελεσμένα, 515. 638.
Τετράπωλα ἁρμάτων, 634.
Τηρεῖν, τηρεῖσθαι, 21.
Τιλτάριον, τιλτὸν, 397.
Τοκυλλίων, 241.
Τορύνη, 635.
Τορυνητὸν, 695.
Τουβία, 584.
Τραγῳδούμενα, 3.
Τραφερὴ, 419.
Τριαγμοὶ Jonii, 93.
Τριμπυλζέτα, 687.
Τριπιθήκινον ῥύγχος, 69. 70.
Τρίπορθος Τευκρὶς, 78.
Τρὶς intendit significationẽ, 69. 79.
Τρισπίωρος, 79.
Τριχολαβίδες, 402.
Τριχόῤῥοια, τριχοῤῥοὴ, 259.
Τρυβλίον, 634.
Τρωγλῖτις σμύρνα, 360. 361.
Τυλάριον, 462.
Τυλεῖα, 462.
Τύλη, 462.

Υ υ, quae & V, nomini praefixa, ὑγιῆ, sanum salvum & superstitem significat, 20.

Ὑδρόκοιλοι, ὑδροκοίλιοι, 577.
Ὑδροκηλικοὶ, 578.
Ὑλόβιοι philosophi apud Indos, 406.
Ὑμὴν ὑπεζωκὼς, 406.
Ὑοθῆραι, 17.
Ὑπέρπυρα, 314.

Ὑπόδημα, 442.
Ὑποκρατήριον, 442.
Ὑπόψαρος, 485.
Ὑπώπιον, ὑπώπυον, 523.
Ὕσκαι, 341.
Ὑστερογαμινική, 512.
Ὑστερική πνὶξ, 512.
Ὑφάντης, 106.
ΦΑγή, φάγημα, 460.
Φαγύλλιον, 244.
Φακιόλιον, 432.
Φαντασία, 143.
Φαντάζεσθαι, 143.
Φαντασιοκόπος, 30.
Φαρδὺ, εὐρύχωρον, 461.
Φάρμακοι, 82.
Φιλόσοφος, de fœmina, 225.
Φιλύρινος, 294.
Φλόμος, 549.
Φοινικῶν, 148.
Φοῖνιξ, 204. 205.
Φόνις, φόνος, 2. 443. 444.
Φορβαῖα, φορβεία, φορβιὰ, 425.
Φοῦσκα, 483.
Φράτορες θεοὶ, Castores, 602.
Φρατρίαι sodalitates, 602.
Φρήτριον, φρήτραρχος, 602.
Φρυγισταὶ, 602.
Φυγαδοθῆραι, 16.
Φύγελλα, 553.
Φυλάκια, 432.
Φύσα, 663.
Φυσαλὶς, 546.
Φυσικὸν, 392. 393.
Φύσκωνες, 121.
Φωνῆς ἀποκοπὴ, 671.
Φώσσων, φωσσώνιον, 431.
ΧΑλκιδικὴ, 418.
Χαλκὶς, 418.
Χαλκολόγοι, 602.
Χειλωτὴρ, 426.
Χειραψία, 668.
Χειρόμακτρον, 432.
Χειρόψελλα, 290.
Χημευτικοὶ λόγοι, 380.
Χὴρ, eres, hero, 185.
Χοιρὰς, 513.
Χολέραι 47. 679.
Χρεία καπηλική, 310.
Χρεοκοπεῖν, 30.
Χρυσάνθινον certamen, 38.
Χωσὴ, 419.
Ψ τῷ σ præmittitur simplice in duplicem mutata, 544.
Ψαμμισμὸς, 291. 292.
Ψαμμοδύτης, 586.
Ψέλλιον, 290.
Ψελλισμὸς ποδάγρας, 289. 290.
Ψέλλισμα, 453.
Ψῆφοι, 486.
Ψυχοστασία Æschyli, 124.
Ψωροφθαλμία, 522.
ΩΔὴ, 426.
Ὠκυτόκιον Telephi, 387.
Ὠπάρια, 558.

F I N I S.

Mi opti-

Digitized by Google

Mi optime LECTOR.

PRo *ſolenni ſuo multos errores typographi ſparſerunt in hac editione, cui vel non ſemper præfui, vel non ſatis attentus & occupatus majoribus. Multos quidem ſuſtuli, ſed plures ab ipſis propagati ſunt ut abs te contendere oporteat, velis quos annotatos vides meo indicio, reliquos pro candore tuo ipſe, emendare. Leges igitur Pag. 16. lin. 1.* conjecturam. *P. 22. l. 20.* Gebhardi. *P. 23. l. 14. c. 81 P. 25. l. 23.* πυλαίως pro π. *P. 27. l. 1.* veteres. *P. 38. l. 3.* reformavit: hinc *l. 17.* CM. *P. 39. l. ult. capit:* dum qui Praxidam. *P. 63. l. pen.* ultrà. *P. 71. lin.* pocraticos, quoad partem poſteriorem, quæ de venis, P. *P. 73. l. 5.* Creophilus. *P. 78. l. 6.* ex Aetii tetr. *P. 85. l. 25.* τὰς γραφάς. *P. 102. l. 3.* Cl. Meurſ. l. d. *P. 121. l. 4.* Rhodig. l. 13. ant. *P. 122. l. 21.* inter Olymp. 94. *P. 124. l. 30.* ψύχει vel ψυχῇ. *P. 128. l. 31.* utpote quatuor. *P. 130. l. 24.* Flaminini. *P. 146. l. 1.* noſtros etiam. *P. 148. l. 17.* Ibid. c. 50: *l. 18:* ἐν-πεπαιμευμένων. *P. 149. l. 17.* illuſtrantem. *P. 153. l. 1.* Ephræm l. 3. apud. *l. 15.* de moribus patriis. *P. 159. l. 25.* à Lampſaceno dicto Phyſico, qui. *P. 164. l. 10.* Megalepoli. *P. 180. l. 22:* μελαίνα. *P. 194. l. 5.* abicit vel abigit. *P. 198. l. 11.* inaſſata. *P. 199. l. 11.* inſtar. *P. 200. l. 12;* ſciromas in corpore. *P. 201. l. 11.* c. 54: Montanus. *P. 222. l. 2.* extiterit. *P. 228. l. 29.* ſeptuaginta non. *P. 233. l. 21.* mediam. *l. 28.* Tandem inter int. *P. 234. l. 2.* circà annum. *l. 28:* Turc-Arabico. *P. 237. l. antep.* Hunc verò fallere h. l. *P. 242. l. ult.* diebus eô v. *P. 243. l. 12:* Fabrè, perfectè. *P. 249. l. 29.* reperias. *P. 252. l. pen.* a. 1237. *P. 262. l. 13.* Poloniæ Ducis. *P. 287. l. 3.* pervolitamus. *P. 296. l. 7.* noverat. *P. 303. l. 27.* ſanabit. *P. 306. l. 29.* incolis. *P. 308. l. 6.* igitur Juppiter. *P. 322. l. 30.* Pſychochriſtæ: *l. 25.* Sexti Julii. *P. 330. l. 16.* valuit. *P. 344. l. 28:* ſui: vel Κιμαίτης. *P. 355. l. antep.* viam Cæſaream. *P. 394. l. 14:* Plin. l. 10. c. 51. *P. 395. l. 15.* ſunt in illa. *P. 397. l. 25.* πλῆον. *P. 398. l. 17.* ſæpius. Bombyces: *l. 26.* Tzez. *P. 399. l. 19.* contactu. *P. 402. l. 29.* extirpantur, quæ ideò dicuntur τριχολαβίδες) ſubintell. *P. 403. l. 26.* utcunq; *P. 405. l. 2. adverſariam. P. 407. l. 6.* cum. *P. 408. l. 13.* Hypanis. *P. 412. l. 12.* Lector. *P. 413. l. 28.* his ita. *l. 29.* Atilio. *P. 416. l. 24.* emendantis. *P. 417. l. 15.* σκώμμ. *P. 418. l. 20.* quas defecta. *P. 419. l. 15.* acceptam. *P. 420. l. 15.* διαίταις, *l. 32.* vertant. *P. 422. l. 13.* ſibi

gratum:

gratum: *l. 30.* ἀντέσχεν. *P. 423. l. 9.* ἐπεδήμησε. *l. 28.* statuuntor. *P. 425. l. 32.* loro. *P. 426. l. 1.* Vesp. *l. 15.* κακὸν. *l. 29.* reperisset. *l. 30.* Γομνὸν, *P. 429. l. 11.* lotam: *l. 14.* ipsi: *l. 26.* dignissima. *P. 430. l. 29.* συγγραφεὺς: *l. 31:* Nomium. *P. 431. l. 6.* quæ nec. *l. 24.* κατεκοιμήθην. *l. 32.* Φωσώνιον. *P. 432. l. 18.* χειρομάγιον. *P. 433. l. 5.* officere. *l. 22:* Et si. *P. 456. l. 23.* Σηκὸς. *P. 438. l. 2:* composuerat. *P. 440. l. 8.* literator. *P. 441. l. 11.* δυνάμθρα. P. *445. l. 31.* ἀθέῳ. P. *446. l. 2.* notissimi sunt: de Clit. P. *449. l. 29.* mirus. P. *451. l. 8.* captus. P. *452. l. 3.* artificum. P. *470. l. 12.* ἱερῶν. Sacerdos. P. *499. l. 12.* thoracomachus. P. *528. l. 31:* idem cum duobus. P. *531. l. 24.* confriati. P. *569. l. 7.* interpretes. P. *599. l. 8.* conferebant Impp. P. *609. l. 23.* ἀποτυχήσας. P. *613. l. 23.* Por. P. *618. lin.* Petri Diaconi. P. *629. l. 10.* Paulinus. P. *654. l. antep.* sapiendum. P. *660. l. 28.* alii epib. P. *669. l. 25.* solicationem, Latiniores. P. *673. l. 7.* Solvant.

ALTENBURGI *Misniæ exprimebat* OTTO MICHAEL.

M DC cIↄ Iↄ cLX.

Digitized by Google

Περιφλοίζειν 458.
Πήλωσις, 210.
Πημένζα, 298.
Πῆχυς, 574.
Πιάλεοι, 473.
Πιννοτήρης, 678.
Πιλυρίασις, 242.
Πλάξ, placom.a, 47.124.316.
Ποδάγρας ψελλισμὸς, 289.
Ποδόψελλον, 290.
Πόθοσ, ποθέω, 452.
Ποιηλαὶ, artis Chem. profeſſores, 154.
Πολύστικζοι, 485.
Πομφόλυξ, 513.
Πορφύρειν, 454.
Πυκτὸν κέρας, 17.18.
Πραυδιοπράται, 279.
Πραξικοπεῖν, 30.
Πρίσμα, 184. 461.672.
Προσεπιδοξάζειν, 448.
Πτερνοκοπὶς, 363.
Πτερυγώματα, 546.
Πύκνα, 370.
Πυλίνα, 378. 379.
Πώλιον, 173.
Πώρει, πώρινος λίθος, 552. 653.
Ῥάβδος, 662.
Ῥαφὶς, 582.
Ῥηγματίας, 142.
Ῥίνη, 582.
Ῥίνημα, 184. 672.
Ῥινία, 461.
Ῥινόβατος, 582.
Ῥιπίδιον, ῥιπὶς, 285.
Ῥοιὰς, ῥοιάς, ῥοιά, 510.
Ῥόφημα, 672.
Ῥύγχος, 69.
Ῥυτὶς, 513.
Ῥωσικὸν, 195. 683.
Σαγχέρας, 317.
Σαλαμινία, 424.
Σαμψηρά, 114.
Σανδαλια, 584.
Σγαύδαρις, σγόνδαρις, 282. 283.
Σειραῖοι, σφαιροφόροι, 633. (685.
Σεκῦρια, 452. 633.634.
Σελλαρια, σωτήρια, 469.
Σεμνύνεσθαι, 104. 105.
Σέρφοι, 533.
Σηκὸς, 436.
Σημαντρον, 320.
Σίδη, σίδια, 544.637.
Σικιννὶς, 100.
Σίκιννοι, 100.
Σικόπιον, 394.
Σίλφι, σίλφιον, 110. 533.
Σίμαντρον, σίμανδρον, 320.
Σιναπισμὸς, 670.
Σινωπὶς, 513.
Σίτλαι, 319. 320.
Σίτλυβαι, 319. 320.
Σίφαρον, 246.
Σκάμμα, 665.
Σκαριφος, 652.
Σκέβριον, 513.
Σκελέαι, 584.
Σκότωμα, 288.
Σκυβελίτης οἶνος, 666.
Σκῦτος, σκυλὶς, 458.
Σουβλία, 461.
Σπαθομηλη, 192. 396.

Σπογγο-

Σπογγοθῆρες, 17.
Σπυράδες, σπύραθοι, 199.
Σταφυλὴ, 197.
Σταφυλεπάρτης, 524.
Στέμφυλα, 188.
Στηθάριον, 282.
Στίγματα, στίζειν, 485.
Στόμα, 36.
Στομὶς, 426.
Στρατηγοὶ, 600.
Στρόφοι, 199. 683.
Στυσίδης, 352.
Συᾶν, συβᾶν, 549.
Συγκαταλιθοῦσθαι, 448.
Σύκινον πτί...ος, 141.
Συκωτὸν, 394.
Συμβαίνειν, 417. 418.
Συμβεβηκότα, 417.
Συμβολοκοπεῖν, 30.
Σύνθετα, 464.
Σύργαστρος, 398.
Σφραγὶς Λημνία, 542.
Σχάσαι φλέβα, 653.
Σχιστὸν γάλα, 672.
Σωληνοθῆραι, 17.
Σωματέμπορος, 612.
Σωτηρία nova notione, 469.
T Litera notat τηρηθέντα, salvum, 21.
Ταγὴ, 459. 460.
Ταγανοκνισοθῆρας, 17.
Ταλαιπωρεῖν, 221.
Ταμίας, 195.
Ταπ...ειν, 210. 304.
Ταῦλιξ, 282.
Ταυρέα, 527.
Τελείη Juno, 568.
Τέλος, γάμος, 568.
Τετάνωθρον, 304.
Τετελεσμένα, 515. 638.
Τετράπωλα ἁρμάτων, 634.
Τηρεῖν, τηρεῖσθαι, 21.
Τιλλάριον, πλῆν, 397.
Τοκυλλίων, 241.
Τορύνη, 635.
Τορωνητὸν, 695.
Τουβία, 584.
Τραγῳδούμενα, 3.
Τραφερή, 419.
Τριαγμοὶ Ionii, 93.
Τριμπουλζέτα, 687.
Τριπηχιαῖον ῥύγχος, 69. 70.
Τρίπορθος Τευχεὶς, 78.
Τρὶς intendit significationē, 69. 79.
Τρισώρος, 79.
Τριχολαβίδες, 402.
Τριχόρροια, τριχορροή, 239.
Τρυβλίον, 634.
Τρωγλῖτις σμύρνα, 360. 361.
Τυλάριον, 462.
Τυλεῖα, 462.
Τύλη, 462.
Υ υ, quæ & V, nomini præfixa, ὑγιῆ, sanum salvum & superstitem significat, 20.
Ὑδρόκοιλοι, ὑδροκοίλιοι, 577.
Ὑδροκηλικοὶ, 578.
Ὑλόβιοι philosophi apud Indos, 406.
Ὑμὴν ὑποζωκὼς, 406.
Ὑοθῆραι, 17.
Ὑπέρπυρα, 314.

ὑπόθημα, 442.
ὑποκρατήριον, 442.
ὑπόψαρος, 485.
ὑπώπιον, ὑπώπυον, 523.
Ὕσκαι, 341.
Ὑστερικαμινική, 512.
Ὑστερικὴ πνὶξ, 512.
Ὑφάντης, 106.
ΦΑγὴ, Φάγημα, 460.
Φαγύλλιον, 244.
Φακιόλιον, 432.
Φαντασία, 143.
Φαντάζεσθαι, 143.
Φαντασιοκόπος, 30.
Φαρδὺ, εὐρύχωρον, 461.
Φάρμακοι, 82.
Φιλόσοφος, de fœmina, 225.
Φιλύρινος, 294.
Φλόμος, 549.
Φοινικῶν, 148.
Φοῖνιξ, 204. 205.
Φόνις, Φόνος, 2. 443. 444.
Φορβαῖα, Φορβεία, Φορβιά, 425.
Φοῦσκα, 483.
Φράτορες θεοὶ, Caſtores, 602.
Φρατρίαι ſodalitates, 602.
Φρήτριον, Φρήτραρχος, 602.
Φρυνισταὶ, 602.
Φυγαδοθήρας, 16.
Φύγελλα, 553.
Φυλάκια, 432.
Φύσα, 663.
Φυσαλὶς, 546.
Φυσικὸν, 392. 393.
Φύσκωνες, 121.
Φωνῆς ἀποκοπὴ, 671.
Φώσσων, Φωσσώνιον, 431.
ΧΑλκιδικὴ, 418.
Χαλκὶς, 418.
Χαλκελόγοι, 602.
Χειλωτὴρ, 426.
Χειραψία, 668.
Χειρόμακτρον, 432.
Χειρόψελλα, 290.
Χημευτικοὶ λόγοι, 380.
Χὴρ, eres, hero, 185.
Χοιρὰς, 513.
Χολέραι 47. 679.
Χρεία κατεπτυική, 310.
Χρεοκοπεῖν, 30.
Χρυσάνθινον certamen, 38.
Χωστὴ, 419.
Ψ τῷ σ præmittitur ſimplice in duplicem mutata, 544.
Ψαμμισμὸς, 291. 292.
Ψαμμοδύτης, 586.
Ψέλλιον, 290.
Ψελλισμὸς ποδάγρας, 289. 290.
Ψέλλισμα, 458.
Ψῆφοι, 486.
Ψυχοστασία Æſchyli, 124.
Ψωροφθαλμία, 522.
ΩΔὴ, 428.
Ὠκυτόκιον Telephi, 387.
Ὠπάρια, 558.

FINIS.

Mi opti-

Mi optime Lector.

Pro ſolenni ſuo multos errores typographi ſparſerunt in hac editione, cui vel non ſemper præfui, vel non ſatis attentus & occupatus majoribus. Multos quidem ſuſtuli, ſed plures ab ipſis propagati ſunt ut abs te contendere oporteat, velis quos annotatos vides meo indicio, reliquos pro candore tuo ipſe, emendare. Leges igitur Pag. 16. lin. 1. conjecturam. *P. 22. l. 20.* Gebhardi. *P. 23. l. 14. c. 8. P. 25. l. 23.* παλαίως pro π. *P. 27. l. 1.* veteres. *P. 38. l. 3.* reformavit: hinc *l. 17.* CM. *P. 39. l. ult. capit:* dum qui Praxidam. *P. 63. l. pen.* ultrà. *P. 71. lin.* pocraticos, quoad partem poſteriorem, quæ de venis, P. *P. 73. l. 5.* Creophilus. *P. 78. l. 6.* ex Aetii tetr. *P. 85. l. 25.* τὰς γραφάς. *P. 102. l. 3.* Cl. Mevrſ. l. d. *P. 121. l. 4.* Rhodig. l. 13. ant. *P. 122. l. 21.* inter Olymp. 94. *P. 124. l. 30.* ψύχει vel ψυχῇ. *P. 128. l. 31.* utpote quatuor. *P. 130. l. 24.* Flaminini. *P. 146. l. 1.* noſtros etiam. *P. 148. l. 17.* Ibid. c. 50: *l. 18:* ἐντεταμιευμένων. *P. 149. l. 17.* illuſtrantem. *P. 153. l. 1.* Ephræm l. 3. apud. *l. 15.* de moribus patriis. *P. 159. l. 25.* à Lampſaceno dicto Phyſico, qui. *P. 164. l. 10.* Megalepoli. *P. 180. l. 22:* μελαίνα. *P. 194. l. 5.* abicit vel abigit. *P. 198. l. 11.* inaſſata. *P. 199. l. 11.* inſtar. *P. 200. l. 12:* ſciromas in corpore. *P. 201. l. 11.* c. 54: Montanus. *P. 222. l. 2.* extiterit. *P. 228. l. 29.* ſeptuaginta non. *P. 233. l. 21.* mediam. *l. 28.* Tandem inter int. *P. 234. l. 2.* circà annum. *l. 28:* Turc-Arabico. *P. 237. l. antep.* Hunc verò fallere h. l. *P. 242. l. ult.* diebus eô v. *P. 243. l. 12:* Fabrè, perfectè. *P. 249. l. 29.* reperias. *P. 252. l. pen.* a. 1237. *P. 262. l. 13.* Poloniæ Ducis. *P. 287. l. 3.* pervolitamus. *P. 296. l. 7.* noverat. *P. 303. l. 27.* ſanabit. *P. 306. l. 29.* incolis. *P. 308. l. 6.* igitur Juppiter. *P. 322. l. 30.* Pſychochriſtæ: *l. 25.* Sexti Julii. *P. 330. l. 16.* valuit. *P. 344. l. 28:* ſui: vel Αἰγιάτης. *P. 355. l. antep.* viam Cæſaream. *P. 394. l. 14:* Plin. l. 10. c. 51. *P. 395. l. 15.* ſunt in illa. *P. 397. l. 25.* πλῆον. *P. 398. l. 17.* ſæpiùs. Bombyces: *l. 26.* Tzez. *P. 399. l. 19.* contactu. *P. 402. l. 29.* extirpantur, quæ ideò dicuntur τριχολαβίδες) ſubintell. *P. 403. l. 26.* utcunq;. *P. 405. l. 2. adverſariam. P. 407. l. 6.* cum. *P. 408. l. 13.* Hypanis. *P. 412. l. 12.* Lector. *P. 413. l. 28.* his ita. *l. 29.* Atilio. *P. 416. l. 24.* emendantis. *P. 417. l. 15.* σκῶμμα. *P. 418. l. 20:* quas defecta. *P. 419. l. 15.* acceptam. *P. 420. l. 15.* διαίταις, *l. 32.* vertant. *P. 422. l. 13.* ſibi

gratum:

gratum: *l. 30.* ἀντέχεν. *P. 423. l. 9.* ἐπεδήπερ. *l. 28.* ſtatuuntor. *P. 425. l. 32.* loro. *P. 426. l. 1.* Veſp. *l. 15.* κακὸν. *l. 29.* reperiſſet. *l. 30.* Γομυὸν, *P. 429. l. 11.* lotam: *l. 14.* ipſi: *l. 26.* digniſſima. *P. 430. l. 29.* συγγραφεὺς: *l. 31:* Nomium. *P. 431. l. 6.* quæ nec. *l. 24.* κατεκοιμήθην. *l. 32.* Φωσώνιον. *P. 432. l. 18.* χειρομάγιον. *P. 433. l. 5.* officere. *l. 22:* Et ſi. *P. 436. l. 23.* Σηκὸς. *P. 438. l. 2:* compoſuerat. *P. 440. l. 8.* literator. *P. 441. l. 11.* διωάμφα. P. *445. l. 31.* ἀθέῳ. P. *446. l. 2.* notiſſimi ſunt: de Clit. P. *449. l. 29.* mirus. P. *451. l. 8.* captus. P. *452. l. 3.* artificum. P. *470. l. 12.* ἱερῶν. Sacerdos. P. *499. l. 12.* thoracomachus. P. *528. l. 31:* idem cum duobus. P. *531. l. 24.* confriati. P. *569. l. 7.* interpretes. P. *599. l. 8.* conferebant Impp. P. *609. l. 23.* ἀποτυχήσας. P. *613. l. 23.* Por. P. *618. lin.* Petri Diaconi. P. *629. l. 10.* Paulinus. P. *654. l. antep.* ſapiendum. P. *660. l. 28.* alii epib. P. *669. l. 25.* ſolicationem, Latiniores. P. *673. l. 7.* ſolvant.

ALTENBURGI Miſniæ exprimebat OTTO MICHAEL.

M DC CIↃ IↃ CLX.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google